7
16-F
58

BIBLIOTECA NAZIONALE VITTORIO EMANUELE
17
6 H
61

7. 16, F, 58,

Digitized by Google

Digitized by Google


Digitized by Google

BIBLIOTECA NAZ.
ROMA
VITTORIO EMANUELE

Digitized by Google



Digitized by Google


Lithuania
Varſaria
POLONIA
RES
PUBLICA
POLONICA
Duobus Libris
Illuſtrat
Editio Secunda
M. Chriſto
phoro
Hart
Francof. & Lip
apud Martinum
Bibliop. Regiomont
1687

Digitized by Google

DE REPVBLICA
POLONICA
LIBRI DVO

QVORUM PRIOR

HISTORIAE POLONICAE
MEMORABILIORA

x diligenti Sarmaticorum juxta ac Germanicorum tàm Veterum, quàm recentiorum Scriptorum collatione eruta, variasque Provinciarum eo pertinentium mutationes complectitur:

POSTERIOR AUTEM

JVS PVBLICVM
EIPVBL. POLONICÆ, LITHVANICÆ, PROVINCIARVMQVE ANNEXARVM

x Statutis, Conſtitutionibus, Juribus, Privilegiis, probatiſſimisq; Scriptorib. Polon. depromtum, comprehendit.

HIS ADJECTÆ SUNT

DUÆ DISSERTATIONES HISTORICÆ
)E REPVBLICA CVRONICA
VETERE ET NOVA.

Item

DE ORIGINIBVS POMERANICIS.

Opera & Studio

M. CHRISTOPHORI Hartknoch /

Paſſenheimenſis Pruſſi.

Editio ſecunda altero tanto fere auctior.

FRANCOFURTI & LIPSIÆ
Impenſis MARTINI HALLERVORDII,
Bibliopol. Königsbergenſis.
JENÆ, Typis JOH. ZACH. NISII. 1687.

BIBLIOTECA NA[ZIONALE] ROMA VITTORIO EMANU[ELE]
Digitized by Google

Digitized by Google

VIRIS

Magnificis Nobilisſimis Amplisſimis &
Conſultisſimis,

DN. GEORGIO HÜBNERO,

in inclyta Thorunenſi Republ.
Burggravio Regio, Præconſuli &c.

DN. DANIELI WACH-SCHLAGERO,

Senatus *Præſidi* & Gymn. Proto-
ſcholarchæ.

DN. JOANNI AU-STENIO,

Præconſuli.

DN. GEORGIO

Schmidt von Schmiedenbach/
ejusd. Reipubl. Præconſuli

Dominis Patronis & Fautoribus æterno
obſervantia cultu proſequendis.

conſecrat id

humillimus Cliens

FRIDERICUS SAUER.

Digitized by Google

SAtis quidem, *Viri Magnif.* mihi explicitum exploratumq́; non eſt, quæ fuerit cauſa, quod B. *Hartknochius*, Vir publico bono natus, Avunculus mihi æternum colendus, opus hocce, cum novem abhinc annis in publicum emitteret, nemini nuncupaverit; Si tamen ex eventu judicare licet, factum id propterea eſſe autumno, ut integrum Vobis, *Patriæ Patres*, reſervaretur conſecrandum. Nam poſtquam novam hanc & locupletiorem paravit editionem, haud alienus erat ab intentione, eam *Vobis*, utpote ſub quorum auſpiciis perfecta eſt, offerendi. Voluit nimirum exſtare aliquod grati animi ſymbolum, & debitæ obſervantiæ teſſeram. Sed, proh dolor! ante mortalitati, in magnum Rei literariæ damnum,

exem-

exemptus eſt, quam propoſitum ſuum dare effectui potuiſſet. Hinc ego commotus, imo cum *Veſtram* in me quoque munificentiam reputarem, compulſus ſum, ut præ cæteris *Ampliſſimo Nomini Veſtro* librum hunc conſecrarem, tum propter innumera beneficia debitum, tum quod majus patrocinium nusquam reperire poſſit. Enimvero, *Vos* eſtis eminentiſſima capita, quorum incredibili Prudentia Patria Civitas ita in flore ſuo conſervatur, ut gloriam, qua ſe per totam Pruſſiam jure merito effert, non accipere, ſed dare ipſi videamini: *Vos* ſaluberrimis conſiliis civium promovetis ſalutem, eorumq; animos admiranda gravitate in officio continetis. *Vos* inclyto *Gymnaſio* Veſtro, olim ſtudiorum meorum palæſtræ, paterne proſpicitis, ne deſint, qui Eccleſiæ prodeſſe, vel clavum Reipubl. feliciter moderari

 pos-

poſſint. Et ſicuti ipſi plurimum doctrina valetis, ita eruditos magno proſequimini amore, majori deſiderio, inter graviſſimas quoq; Reipubl. curas, eorum ſcripta legitis revolvitisq;. Parem ſibi benevolentiam promittit præſens *Respublica*, & quidem tanto magis, quod nobiliſſimæ Vobisq; Domeſticæ gentis *Polonæ* memorabilia non minus eleganter, quam ſuccincte exhibet. Accipite igitur, *Magnif. Domini*, id, quod ad pedes Veſtros depono, benevola mente manuq;, & priſtini favoris radiis, quibus B. *Hartknochium* complexi eſtis, me quoq; clientem Veſtrum benigne fovete. Ego ad obſequia Veſtra totum me devoveo, *Deum* precatus, ut *Vos* diu ſoſpitet, & conſilia Veſtra dirigat in ſalutem publicam, Veſtramque ipſorum perennaturam gloriam. *Jenæ d. 2. Febr. Anno 1687.*

PRÆFA-

PRÆFATIO
AD LECTOREM,
PRIORI EDITIONI PRÆMISSA.

QVinquennium jam eſt, & quod excurrit, L. B. cum in Academia Regiomontana, ea, quæ de ſtatu Regni Poloniæ, partim ex lectione Conſtitutionum, partim ex propria obſervatione, collegeram, in certum ordinem digeſſi. Illud vero ſcriptionis argumentum eo avidius illuſtrandum arripui, quo propius ad uſum juventutis Pruſſicæ accedere videbatur. Execror enim eorum perverſitatem, qui domeſticis plane neglectis, ea tantum ſtudio ſuo

digna æſtimant, quæ à ſe longis locorum intervallis ſunt remota; unde quoque fit, ut dum foris Argo ſe putant oculatiores, domi ſint Tireſia cæciores. Non tamen tunc temporis juſto aliquo Tractatu jus publicum Regni Poloniæ explicare, ſed ſchediasmata tantum aliquot, inter ſe non adeo cohærentia, conſcribere, animus erat; idque eo fine, ut Hiſtoriarum & Politicæ Studioſi Academico more ſe exercere volentes, pro lubitu aliquod ex his eligere & publico eruditorum examini, me Præſide, ſubjicere posſent. Reperti quoque ſunt tres lectisſimi, ſummæque ſpei Juvenes Regiomontani, qui initium hujus rei fecerunt, nimirum Rheinholdus Suter/ Paulus Freyling & Chriſtophorus Schultz/ quorum tamen medius, inter media hæc molimina, ſummo non ſuorum tantum, ſed & omnium literato-

ratorum dolore ſatis eſt præreptus. Nec defuere Patroni, qui illos ingenii fœtus, quamvis, ut verum fatear, ſatis adhuc immaturos obviis exceperunt ulnis, illud exoptantes, ut & reliquos, quos parturiebam, in lucem ederem ipſis exoſculandos. Verum cum Lucina minus favente hoc in plures annos traheretur, alius quispiam Jupiter τέλειος mihi fuit invocandus. Aliud itaque conſilium amplexus, evolvi iterum iterumque omnes inclyti hujus Regni Conſtitutiones; exploravi ſedulo Polonorum de editis jam Diſſertationibus judicia: conſului de multis dubiis caſibus viros Juris Publici Polonici peritos: multa deniq; ipſe, quæ antea mihi non fuerant cognita, obſervavi. His factis, cœpi dicta ſchediaſmata in unum faſciculum colligere, in meliorem ordinem digerere, novas obſervationes interſere-

ſerere, & ea, quæ antehac minus accurate fuerant poſita, emendare. Ex illo molimine hoc tandem, quod jam L.B. ante oculos habes, natum eſt opuſculum. Ut autem in eo percurrendo, inoffenſo progrediaris pede, de quibusdam adhuc eris præmonendus. Diſpeſco Tractatum hunc in duos libellos. In priore ea nude propono, quæ ad Hiſtoriam Polonicam, Provinciarumque eidem annexarum illuſtrandam facere videbantur. Cum vero hic neque Germani cum Polonis, neq; Poloni ſecum ubique conſentiant, controverſias aliquot discutio, & expenſis ab utraque parte rationum momentis, nunc hujus, nunc illius ſententiæ calculum adjicio. Neq; hoc mihi vitio vertent Poloni, qui optime norunt, habere gentem Germanicam Hiſtoricos antiquos, & eos quidem non paucos, qui non raro

ro ea, quæ memoriæ prodiderunt, oculis ſuis ſpectarunt. Neque idem Germanos, quod non ſemper ipſorum Scriptoribus fidem habeam, male habebit, cum neque Polonis antiqui Hiſtoriarum Scriptores, aliaq; antiquitatum veſtigia prorſus deſint: immo etiam cum notum ſit, antiquos Germanorum Scriptores in quibusdam plus, quam par erat, amori Patriæ Principumq; ſuorum indulſiſſe. Id vero temperamentum ubiq; adhibui, ut ab intempeſtivis judiciis abſtinerem, mihiq; ſufficere exiſtimavi, ſi id potius ediſſererem, quid alii de controverſiis illis ſentiant, quam quid ego de illis eſſe ſentiendum exiſtimem. Et licet aliquando nonnulla pro certo aſſerere videar, ea tamen præfracto animo defendere non decrevi, ſed ſemper meliora docentibus cedere, immo hæc omnia, quæ aſſe-

 rui,

rui, una litura inducere ſum paratus. Poſterior liber exhibet Jus Publicum Polonicum. Fontes ex quibus illud hauſtum, publicæ ſunt Regni & Magni Ducatus Lithvaniæ annexarumque Provinciarum Conſtitutiones, ut & alia Polonorum ſcripta. Ab exteris Scriptoribus hic abſtinui, quia illi hac in materia frequenter errant, & hoc potiſſimum ob ignorationem linguæ Polonicæ, qua hodie omnes in Polonia ſcribuntur Conſtitutiones. Aliquando tamen Diarium Europæum adduco, quandoquidem ei inſerta ſunt multa Acta publica, ut Pacta, Literæ &c: quibus tuto fidem habeas. In aliis parciſſime teſtimonia ex Diario Europæo depromo, nec niſi in iis, quæ in facto conſiſtunt & ubi. Diaria Comitiorum Polonicorum mihi defuerunt. Idem & de quibusdam aliis Germanorum ſcri-

ptis

ptis intellectum velim. In ipſis Conſtitutionibus legendis hunc ordinem obſervavi. Antiqua Statuta à Caſimiro Magno ſucceſſoribusque ipſius usque ad Tempora Sigismundi Auguſti lata ex Jano Januszovio, qui mihi tunc ſolus ad manum erat, deprompſi. Quamquam non ignoro, Statuta à Johanne Herburto collecta & ipſius Reipubl. juſſu in Polonicum ſermonem converſa magis eſſe in uſu. Non pauca tamen poſtea, cum mihi Conſtitutionum ab Herburto collectarum copia esſet facta, cum illis, quas ex Januszovio hauſeram, contuli, ut ex ipſis allegationibus apparebit. Neque prorſus Conſtitutiones à Joanne Laſco, Jacobo Priluſio, Paulo Szerbicio, Theodoro Zavvacki collectas prætermiſi, ſed ex illis quoque nonnulla, quæ rariora videbantur, deprom-

Digitized by Google

prompta eſſe, diligens Lector paſſim notabit. A Sigismundi Auguſti temporibus, nempe ab Anno 1550. usque in Annum 1625. extat volumen Conſtitutionum ab Andrea Petricovio J. V. D. & Typographo Regio Cracoviæ cum Privilegio Sigismundi III. Regis Polonice editum, quod Volumen allegatum eſſe putabis, ubicunque Conſtitutiones intra An. 1550. & an. 1625. latas, ſine ulla Auctoris mentione à nobis eſſe citatas deprehendas. Ab anno 1625. Conſtitutiones ſingulorum Comitiorum usque ad præſentem Annum 1677. ſeorſum editæ ſunt, quarum etiam paginas, aut ſi illæ non ſunt numeratæ, paragraphos ubique allegavimus. In Conſtitutionibus Lithvanicis uſi ſumus Statuto Lithvanico noviſſimæ editionis, quæ conſenſu Wladislai IV. totiusque Reipublicæ

Digitized by Google

cæ Varſaviæ An. 1648. prodiit. Conſtitutiones & Privilegia Pruſſica habentur in Juribus Municipalibus Pruſſiæ, ut & in Jure Terreſtri Prûſſico, Jure Culmenſi aliisque Scriptis. Reliqua ex ſubjecto Scriptorum Polonicorum Catalogo cognoſces. De cætero, ſi alicubi erravi, eo faciliorem mihi, B. L. à te veniam promitto, quo pauciores ſunt, qui mihi hac in re præiverunt. Fruere igitur hoc opuſculo, & ſi qua tibi meliora ſuppetunt, me de iis amice mone.

Regiomonti Pruſſiorum
d. 22. Martii An. 1677.

PRÆ-

PRÆFATIO
AD LECTOREM,
DE POSTERIORE HAC EDITIONE QVÆDAM MONENS.

SAtis ſuperque tuam, Benevole Lector, expertus ſum benevolentiam, cum Anno 1677. hos Libellos de Republ. Polonica primo in lucem emitterem. Etenim vix biennium ab illo tempore elapſum erat, & jam editionis illius curator me ſoliticare cœpit, ut ſibi denuo Volumen hoc imprimendi facerem poteſtatem. Honeſtis igitur hiſce petitis & tantæ Lectorum aviditati reſponſurus libellos illos continuo ſub limam revocavi: erroribus typographicis, quibus non leviter deformati erant, medicam manum admovi: quæ ex Conſtitutionibus Anni 1677. ad calcem adjecta, & quæ interea in Comitiis Grodnenſibus Anni 1678. conſtituta erant, debitis locis inſerui: quædam aliunde quoque obſerva-

ſervata variis in locis adjeci: nonnulla denique, ubi per humanam imbecillitatem lapſus eram, ſedulo correxi, ſicque libellos dictos denuo typis exſcribendos dedi. Vix autem dicere poſſum, bono an adverſo mihi fato Volumen hoc in Germaniam miſſum quadriennium amplius detentum fuerit, ne finem illum, quem intendebam, conſequeretur. Inique principio mecum agi credebam, quod fructu laboris mei in poſteriorem hanc editionem impenſi tamdiu fruſtrarer; ponebam tamen indignationem iramque, cum interea amicorum literæ ad me aliosque ſcriptæ nunciarent, non defuturos in Germania, neque in hoc orbe arctoo, qui hos libellos meos eſſent refutaturi. Ita enim rationes mecum ipſe ponebam: Si illi, qui adverſus me bellum hoc non inhoneſtum parare dicebantur, errorum me debito modo convincerent, poſſe me in poſteriore hac editione ipſis gratias agere, & perperam ſcripta eorum ductu emendare: Sin autem per injuriam mihi errores affingerent, occaſionem hac ratione mea defendendi mihi non defuturam. Prodierunt etiam ſu-

periore Anno 1685. ſuper hac ipſa quam tracto materia, duo Scripta, quæ tamen ita ſunt comparata, ut in priore nihil directe contra me, in poſteriore etiam multa pro me dicta deprehendantur. Quamvis autem duo illi Auctores me ad Rempubl. meam revidendam & ultima hac cura expoliendam non coëgiſſent, ultimæ tamen Conſtitutiones Anni 1683. & Anno 1685. me, ut id laboris ſuſciperem, impulere. Cum igitur Reſpublica hæc Polonica ex Germania mihi eſſet remiſſa, & ego propoſitum meum exequi cœpiſſem, continuo mihi ſe difficultas non exigua objecit. Verebar enim, ne typographus ea, quæ ad oram libri, & in adjunctis ſchedulis adjeceram, aut adhuc adjecturus eram, confunderet, Scriptumque hoc plurimis acceſſionibus auctum, pluribus adhuc per abſentiam meam ſphalmatis augeret. Idcirco denuo Rempubl. hanc à capite ad calcem deſcripſi: quo factum eſt, ut non pauca etiam in verbis prioris editionis, immo in ipſa etiam numerorum transpoſitione mutarem, adeo ut in multis novum

hoc

hoc tibi, B. L. opus videri poſſit. His cognitis, ad ipſam te Operis hujus Lectionem accinge, ſemperque in animo illud Juſtinianeum volve: Omnium habere memoriam & penitus in nullo peccare, divinitatis magis quam mortalitatis eſt. §. *14. Conſtitutionis* de Confirmatione Digeſtorum ad Senatum & omnes populos. *Hoc ipſum ſi ſedulo apud animum expenderis, non dubito, quin hallucinationibus meis, ſi qua occurrent, veniam ſis daturus.*

Digitized by Google

Catalogus quorundam Scriptorum Polonicorum, quibus in concinnando hoc opere uſus ſum.

Vincentius Kadlubko, Epiſcopus Cracovienſis, poſtea Monachus in Cœnobio Andreovienſi, ſtudio religionis factus. Scripſit Hiſtoriam Polonicam ſive Chronicon juſſu Caſimiri Juſti. Editus eſt cum Commentatore ſuo (qui tempore Wladislai Jagellonidis Commentaria illa compoſuit) Dobromili in 8. An. 1612. Editor Kadlubkonis antiquiores adhuc eſſe putat Gallum quendam & Baskonem: ſed de poſteriore dubito.

Basko Hiſtoriam Polonicam Anno 1370. tempore Caſimiri Magni Regis ſcripſit, teſte Chriſtophoro Varſavicio *in Catalogo Scriptorum Polonicorum.* Habetur adhuc illius Chronicon MS. quod ex fide aliorum aliquando in Opere hoc noſtro citamus.

Joannes Dlugoſſus Canonicus Cracovienſis Seculi XV. Scriptor, cujus Tomus I. Annalium Polonicorum prodiit Dobromili An. 1615. in Fol. Reliqui duo Tomi aſſervan-

Digitized by Google

vantur adhuc MSS. variis in locis. Scripſit etiam vitas Epiſcoporum Poſnanienſium, quas continuatas à Jacobo Brzezmezki Suffraganeo Poſnanienſi, edidit Thomas Treterus Brunsbergæ An. 1604. in 4. Item ſcripſit Vitas Epiſcoporum Plocenſinm, quas in operibus ſuis edidit Stanislaus Lubienski.

Matthias à Michovia Canonicus Cracovienſis. Hujus Chronicon usque ad An. 1506. perductum habetur Tom. II. Corp. Hiſt. Polon. Tomo autem I. reperies duos ipſius libros de Sarmatia Europæa.

Bernhardus Vapovius Annales ſuos ab ipſo Lecho deduxit usque ad An. 1535. Sed exiguum tantum eorum fragmentum hodie reſtat, quod Thomas de Plaza ſimul cum aliis Hiſtoricis edidit Coloniæ Agripp. an. 1589. in Fol.

Martinus Cromerus Epiſcopus Varmienſis ſcripſit Libros XXX. de ortu & Rebus geſtis Polonorum, qui habentur & ſeparatim editi & Tom. II. Corp. Hiſt. Polon. Ejusdem Deſcriptio Poloniæ & Pruſſiæ habetur tur in Republica Polonica Lugd. Batav. An. 1627. edita.

Alexander Gvagvinus Veronenſis Italus ſcri*pſiſſe* dicitur librum de Sarmatia Europæa, *quem* tamen ſibi vindicat Matthias Stry*kowski* Oſſoſtevicius in Hiſtoria Lithva-

nica non uno in loco. Pars hujus Sarmatiæ habetur Tomo I. pars etiam Tom. II. Corporis Hiſt. Polonicæ. Alias autem etiam ſæpius hæc Sarmatia Europæa integra ſub nomine Guaguini impreſſa eſt.

Salomon Neugebauerus ſcripſit Hiſtoriam Polonicam X. Libris comprehenſam, quæ prodiit Hanoviæ in 4. Anno 1618. Edidit etiam Icones Principum Poloniæ cum vitis ipſorum.

Matthias Strykowski Oſſoſtevicius ſcripſit Hiſtoriam Lithvanicam, quæ Polonice An. 1582. Regiomontanis typis exſcripta eſt. in Fol.

Albertus Wijuk Kojalowicz exhibet nobis in Hiſtoria ſua Lithvanica Epitomen Strykovii. Prima pars impreſſa eſt Dantiſci An. 1650. altera Antverpiæ An. 1664. in 4.

Joannes Herburtus à Fulſtin Caſtellanus Sanocenſis, ſcripſit Compendium Hiſtoriæ Polonicæ ex Cromero. in 4.

Joannis Demetrii Sulikoviæ Commentarii rerum ab exceſſu Sigismundi Auguſti geſtarum. Dantiſci in 4.

Andreas Maximilianus Fredro Caſtellanus Leopolienſis, poſtea Palatinus Podoliæ ſcripſit Hiſtoriam Henrici I. Regis Poloniæ, & Fragmenta Politica. Dantiſci in 12. Anno 1660.

Sta-

Digitized by Google

Stanislai Lubienſcii Epiſcopi Plocenſis Opera Antwerpiæ edita An. 1643. in Fol.

Rheinholdi Heidenſtein Secret. Regii Rerum ab exceſſu Sigismundi Auguſti lib. XII. Francof. An. 1672. in Fol.

Stanislai Orichovii Annales. Gedani An. 1643. Extat etiam editio Dobromilienſis, quæ An. 1611. lucem aſpexit.

Pauli Piaſecii Epiſc. Præmislienſ. Chronica geſtorum in Europa ſingularium. Cracov. An. 1635. in Fol. adjecimus nonnunquam paginarum numeros ex editione Dantiſcana.

Jacobus Sobieski Caſtellanus Cracovienſis ſcripſit de Bello Chotimenſi. Gedani in 4.

Stanislai Kobierzyoki à Kobierzycko Caſtellani Gedanenſis, poſtea Palatini Pomeraniæ Hiſt. Vladislai Poloniæ & Sveciæ Principis. Dantiſci An. 1655. in 4.

Everhardus Waſſenbergius Embricenſis de Geſtis Wladislai IV. Gedani an. 1643. in 4.

Joachimus ab Hirtenberg Paſtorius èdidit Florum Polonicum, qui aliquoties eſt typis impreſſus: ultima editio prodiit Gedani Anno 1679. Ejusdem Bellum Scythico-Coſacicum. Gedani in 4. Anno 1642. Poſtea editæ ſunt Hiſtoriæ plenioris partes duæ, quarum alera Gedani An. 1680. altera Anno 1685. lucem aſpexere. in 8.

ut jam Origines Sarmaticas ab hoc Auctore ſcriptas præteream.

Alios Scriptores Polonicos, Pruſſicos, Sileſiacos, Bohemicos, Pomeranicos &c: in hoc Opere paſſim citatos invenies.

Catalogus Conſtitutionum Polonicarum.

Joannis Laski Cancellarii Regni & poſtea Archiepiſcopi Gneſnenſis Statututum Latinum. An. 1506. in Fol.

Jacobi Priluſii Leges ſeu Statuta & Privilegia Regni Poloniæ Libris VI. comprehenſa. An. 1553. in Fol.

Joannis Herburti à Fulſtin Statutum Latinum. Semoſcii An. 1597. in Fol.

Joannis Herburti à Fulſtin Statutum Polonicum. Cracov. Anno 1570. in Fol.

Andreæ Petricovii Conſtitutiones ab An. 1550. usque ad An. 1625. Polonico idiomate editæ. Cracov. in Fol.

Pauli

Digitized by Google

Pauli Szerbic Secretarii Regii Promptuarium Statutorum omnium & Conſtitutionum Latine Anno 1904. in Fol. Brunsbergæ.

Theodori Zawacki Compendium Conſtitutionum usque ad An. 1613. in Fol. Polonice.

Ejusdem Floſculi Legum, Floſculi practici, Speculum Senatorum & alii libelli. in 12. Cracov.

Alberti Madalinski Inventarium Conſtitutionum Regni, Polonice editum Varſaviæ An. 1632. in Fol.

Marciani Matthiæ Ladovii Conſtitutionum Compendium An. 1785. Varſaviæ editum Polonice.

Conſtitutiones poſt annum 1625. in quo Volumen à Petricovio editum deſinit, ſeorſim ſemper Comitiis finitis eduntur & ita Volumini legum adjunguntur.

INDEX

Qui brevem Rerum per Libros & Librorum capita tractandarum ſeriem & ideam proponit.

LIBER I.

Hiſtoriam Polonicam breviter complexus.

Cap. I. De populis antiquis Poloniam hodiernam & finitimas Regiones inhabitantibus.
Cap. II. De Polonis eorumque Regibus & rebus geſtis.
Cap. III. De Sileſia & Hungaria.

Digitized by Google

Cap. IV. De Luſatia.
Cap. V. De Marchia Brandeburgica.
Cap. VI. De Pomerania.
Cap. VII. De Pruſſia.
Cap. IIX. De Livonia.
Cap. IX. De Ruſſia, Moſcovia & Lithvania.
Cap. X. De Maſovia, Valachia, Moldavia & Podolia.
Cap. XI. De variis Poloniæ diviſionibus tum Geographicis tum Politicis.

Liber II.

Jus Publicum Polonicum complexus.

Cap. I. De Rege & Regina Poloniæ, ubi de Interregno, Electione & Coronatione.

Cap.

Digitized by Google

CVM DEO.

LIBRI I.

CAP. I.

De
Populis antiquis, qui Poloniam hodiernam & finitimas Regiones tenuerunt.

I.

HIſtoriam gentis Polonicæ, pro ratione inſtituti noſtri, breviter pertractaturi, operæ pretium faciemus, ſi populos, qui illum terrarum tractum, in quem & olim SARMATICA GENS fuit diffuſa, & hodie adhuc diffunditur, finitimasque Germanorum regiones cognoſcere annitemur. Et primùm quidem de SARMATIA nobis quædam dicenda ſunt. Pomponius Mela, qui ſub Auguſto & Tiberio Imperatoribus vixit, ita *lib. I. de Situ Orbis cap. 3. & lib. III. cap. 4.* de Sarmatia ſcribit: *Sarmatia intus, quam ad mare* (Balticum hodie, tunc autem Sue- Sarmatia antiqua.

vicum & ex parte Venedicũ dictum) *latior, ab iis, qui ſequuntur, Viſtulâ amne diſcreta, quæ retro abit ad Iſtrum flumen immittitur.* Ptolemæus, qui ſub Antonino Pio Imperatore Sec. II. floruit, dilucidiùs omnes gentes Sarmaticas enumerat, licet quosdam Germaniæ populos perperam, im̃iſceat: *Tenent,*

Gentes Sarmaticæ. inquit ille, *Sarmatiam gentes maximæ,*

Venedæ. *VENEDÆ, per totum Venedicum ſinum. Et ſuper Daciam Peucini & Baſtarnæ, & qui totum Mœotidis latus Jazyges ac Roxolani, & qui interiores ſunt iis Hamaxobii & Alauni Scythæ: Minores autem gentes tenent Sarmatiam penes Viſtulam quidem fluvium ſub Venedis Gy-*

Bulanes. *thones & Phinni, poſt BULANES, ſub quibus Phrungundiones, poſt Avarini, juxta caput Viſtulæ amnis. Sub his Ombrones, poſt Anatrophracti, poſt Burgiones, poſt Arſyetæ, poſt Sabori, poſt Piengitæ & Bieſſi penes Carpatum montem. His omnibus orientaliores ſunt ſub Venedis quidem iterum Galindæ & Sudeni & Stavani usq; ad Alaunos. Sub quibus Igilliones & Ceſtoboci.* Hæc Ptolemæus *lib. III. Geographiæ cap. 5. pag. 51. ſeq. Editionis Græco-Latinæ Sanſſonii.*

Conf.

Conf. & Plinius *lib. IV. Hiſt. Natur. cap. 13.* Contingebant igitur Sarmatæ (qui Græcis Sauromatæ dicuntur) antiquiſſimis temporibus aliquo in loco mare Balticum, ut ex datis deſcriptionibus cognoſcimus, & quidem in Pruſſiæ parte Septentrionali verſus Samogitiam, item in ipſa Samogitia, Curlandia & Livonia. In illa autem Pruſſiæ parte, quæ Viſtulam attingit, licet etiam habitarint Venedi, Slavicæ gentes, aliquando tamen etiam Gothos ibidem ſedes ſuas fixiſſe, alibi à nobis probatum. Ab his Venedis, Sarmaticis, ſive, ut poſtea vocabantur, Slavicis populis, pars orientalior maris Baltici dicta eſt olim Sinus Venedicus. Neq; aliunde loca quædam in Livonia, ut Wenden/Windau/Vſchenwende/nomina ſua habere, quam à Venedis per has terras olim diffuſis, exiſtimat Philippus Cluverius *lib. III. German. antiq. cap. 44. pag. 190.* Licet autem nobis hæc ſententia Cluverii non omni ex parte ſe approbet, ut alibi oſtenſum; Venedos tamen Venedico illi ſinui nomen dediſſe, extra omne dubium ponendum eſt. Non verò has tantum regiones, quas alluebat Sinus Venedicus, quasque Viſtulam attingebat, complectebatur antiqua Sarmatia, ſed extendebat quoque ſe ulterius verſus orientem

Sarmatiæ fines, verſus occidentem.

Gothi in Pruſſia.

Venedicus Sinus.

Vrbes Livoniæ quædam à Venedis dictæ.

Fines Sarmatiæ verſus Orientem.

ad Tanain amnem; & verſus meridiem uſque ad Danubium. Itaq; in Sarmatarum illorum ſedibus hodie pars Pruſſiæ, Samogitia, Curlandia, Livonia, Maſovia, Ruſſia, Moloavia & aliæ provinciæ reperiuntur. Verùm poſt tempora Ptolemæi alios populos (ſive illi Alani, ſive Finni fuerint) in locum Venedorum ſucceſſiſſe, atque ad mare Balticum in Pruſſia, Samogitia, Curlandia & Livonia conſediſſe probavimus alibi ex horum populorum lingua, quæ à Venedica ſive Slavonica diverſa eſt. *Vid. Origines Pomeranicæ num. XI. Pruſſia vetus cap. 1.2. & 4.*

in Sarmatia antiqua, quæ gentes hodie habitent.

Alani, vel Finni ſuccedunt in ſedes Venedorum.

Germania antiqua.

II. Germanicas gentes deſcribit nobis Plinius *lib. IV. Nat. Hiſtor. cap. 14.* ubi earum quinq; facit genera. VINDELICOS, ſive ut alii legunt VINDALOS, INGÆVONES, ISTÆVONES, HERMIONES & tandem PEVCINOS BASTARNASque. Inter VINDELICOS, ſive VINDALOS & VANDALOS numerat BVRGVNDIONES (ubi hodie Polonia major) VARINOS (ubi hodie Meklenburgicus Ducatus) CARINOS (ubi Pomerania) GVTTONES (ubi Pomerellia & pars Pruſſiæ noſtræ Viſtulæ propior.) Inter INGÆVONES numerat CIMBROS & TEVTONES (ubi Holſatia & Jutlandia,) ISTÆVONES Rheni accolas

las facit. HERMIONES in medio collocat (ubi hodie Bohemi, Suevi, Francones &c.) PEVCINOS & BASTARNAS Dacis, (qui hodie Tranſylvani, Valachi & Moldavi ſunt) conterminos fuiſſe adeoque in hodierna Podolia & quibusdam aliis locis habitaſſe refert. Plenius hæc intelligentur, ſi addamus ea, quæ proponit Cornelius Tacitus *lib. de moribus Germanorum*. Nam cap. II. *Celebrant*, inquit, *carminibus antiquis (quod unum apud illos memoriæ & annalium genus eſt) Tviſtonem Deum terra editum, & filium Mannum originem gentis conditoresq́; Manno tres filios aſſignant, è quorum nominibus proximi Oceano INGÆVONES, medii HERMIONES, cæteri ISTÆVONES vocentur. Quidam autem licentia vetuſtatis plures Deo ortos pluresq́; gentis appellationes, Marſos, Gambrivios, Suevos, Vandalios, affirmant*. Et in ſequentibus, nimirum à capite XLII. usque ad finem libelli hujus de Germanorum moribus, HERMVNDVROS collocat in illis locis, ubi oritur Albis, nempe in hodierna Bohemia: juxta hos NARISCOS ac deinde MARCOMANNOS, ubi hodie ſunt

Sileſii veteres.

Voitlandi, Bohemi & Moravi: Inde QVADOS, hodiernos Moravos & ex parte etiam Sileſios. Porro verſus ſeptentrionem LYGIOS Sileſiæ ſeptentrionalis incolas, & ex parte etiam Polonos majores. Trans Lygios GOTHONOS regnari perhibet, quorum Patriam hodie Pomerelli & Pruſſi occidentales incolunt. Protinus deinde ab Oceano RVGIOS & LEMOVIOS collocat, ubi hodie Pomerania & Præfectura Lauenburg ſita eſt. Hinc SVIONUM civitates in ipſo Oceano collocat, ubi hodie Suedi mari Baltico, quod Tacitus ſub nomine Oceani intelligit, à nobis ſeparati degunt.

Pomerani veteres.

Pruſſi antiqui dicti Æſtii.

In dextrum Suevici (Baltici) maris litus ÆSTIORVM gentes conjicit, & hi ſunt noſtri Pruſſi. Cum enim antiquiſſimis temporibus totam Pruſſiam Venedi tenuiſſent, poſtea in occidentales ejus partes jam ante Julium Cæſarem expulſis Venedis ſucceſſerunt Gothi, qui deinde ſub nomine Æſtiorum pedem ulterius in Sambiam aliaq; loca promoverunt. Hoc ipſum non obſervans Ptolemæus, Venedos adhuc ſuo tempore perperam ad mare Balticum & ſinum Finnicum, ſive ut ipſe ex ſeculi ſui more vocat, ad ſinum Venedicum collocat, & apud eos Gleſſum (Glas) id eſt electrum ſive ſucci-

Gothi in Pruſſia expellunt Venedos.

nun-

num reperiri dicit. PEUCINORUM, qui ad Viſtulam in finibus Sarmatiæ habitabant, VENEDORUM & FENNORUM nationes, Germanis ne an Sarmatis adſcribere debeat, dubitat. Verba Taciti de Venedis & Fennis, quæ habet *cap. XLVI.* ſunt ſequentia: *Peucinorum Venedorumque nationes Germanis an Sarmatis adſcribam dubito, quamquam Peucini, quos quidam Baſtarnas vocant, ſermone, cultu, ſede ac domiciliis ut Germani agunt. Sordes omnium ac torpor. Procerum connubiis mixtis nonnihil in Sarmatarum habitum fœdantur. Venedi multum â moribus traxerunt. Nam quidquid inter Peucinos, Fennosque Sylvarum ac montium erigitur, latrociniis pererrant. Hi tamen inter Germanos potius referuntur, quia & domos figunt & ſcuta geſtant & pedum uſu ac pernicitate gaudent, quæ omnia diverſa Sarmatis ſunt in plauſtro equoque viventibus. Fennis mira feritas &c.* Hæc Tacitus *l.c.* Conf. Strabo *lib.7. Geogr. à pr.* Philipp. Cluverius *in German. antiqua lib.III.cap.24. & ſeqq.* Joan. Micrælius *in Chron. Pomeran. lib.I. per tot.*

Peucini, Venedi & Fenni an Germani?

Vandali & Venedi quomodo diſſerant.

III. Antequam ulterius progrediamur, notandum eſſe ducimus, multos eſſe, qui VANDALOS, ſive Vindalos, ſive etiam Vindelicos cum VENEDIS confundunt, idque ob vicinitatem vocum. Saxo certe Grammaticus, Danicarum Rerum Scriptor antiqvus, nunquam facit diſcrimen inter Slavos & Vandalos, ſed quicquid tribuendum erat Vandalis, illud ipſe perpetuo tribuit Slavis, ut notat Albertus Cranzius *lib. 1. Wandaliæ cap. 6.* Verùm & Cranzius ipſe cum Continuatore ſuo Chytræo, aliisque quamplurimis, inter quos præcipue nominandus eſt Stanislaus Sarnitius *in Annalibus Polonorum*, reprehenſionem incurrit, quando Vandalos & Venedos pro uno eodemq; populo habent. Diverſiſſimas autem illas fuiſſe gentes, multis probari poteſt argumentis. Nam primùm jam audivimus, Plinium *lib. IV. cap. 14.* & Tacitum *in lib. de morib. German. cap. 2.* diſertis verbis VANDALOS annumerare Germanis, quorum gentes fuerunt Burgundiones, Varini, Carini, Guttones; populi maris Baltici partem occidentalem accolentes. Deinde Methodius martyr epiſtolam quandam produxit ad Conſtantinum Imperatorem à Vandalis ſcriptam, qua ſe illi Germanos eſſe publice profeſſi ſunt. *Vid.* Franciſcus

Vandali ſunt Germani.

Ireni-

Irenicus *Exegeſeos Germanicæ lib. 1. cap. 33.* Præterea Paulus Diaconus *lib. 1. de geſt. Longobard. cap. 1.* ſic ea de re loquitur: *Gothi ſiquidem Wandaliq;, Rugi, Heroli atq; Turcilingi, nec non etiam aliæ feroces & barbaræ nationes è Germania prodierant.* Deinde patet hoc etiam ex lingua Germanorum, quæ non Sarmatica ſed Germanica fuit: *Eodem*, inquit Paulus Warnefridi, quem vulgò Paulum Diaconum vocant, *tempore* (Theodoſii II.) *erant Gothi & aliæ gentes multæ & maximæ trans Danubium in hyperboreis locis habitantes, ex quibus rationabiliores quatuor ſunt, Gothi ſcilicet, Hypogothi.* (Fortasſis Huiſigothi) *Gepides & Wandali, nomen tantùm & nihil aliud mutantes, unaq; lingua utentes.* Hæc ille *lib. XIV. Hiſtor. Miſſalæ ante med. pag. 429. Edit. Baſil. in 8. an. 1569.* Idem de lingua Wandalorum Germanica ex multis nominibus qua propriis, qua appellativis probat Hugo Grotius *in Hiſt. Goth. & Wandal. pag. 574. & ſeqq.* Ex adverſo autem VENEDI, ad litus maris Baltici orientale olim poſiti, non ad Germaniam, ſed ad Sarmatiam referuntur, ut ſupra Ptolemæum audivimus aſſerentem. Hi Ve- Venedi ſunt Slavi

nedi deinde ad Viſtulæ amnis ortum ſucceſſu temporis progreſſi ſunt, teſte Jornan de Seculi VI. Scriptore *in lib. de Reb. Geticis cap. 2. pag. 1058.* Nam cum Jornandes dixiſſet, Gothos è Scanzia in Ulmerugiam progreſſos ſubjéciſſe ſibi vicinos Vandalos, poſtea accedit ad Sarmatas, in quibus recenſet etiam Venedos, ſicque diſertis verbis diſcrimen facit inter Vandalos & Venedos. *Introrſus*, inquit ille, *Scythiæ Dacia eſt ad coronæ ſpeciem arduis Alpibus emunita, juxta quorum ſiniſtrum latus, quod in Aquilonem vergit & ab ortu Viſtulæ fluminis per immenſa ſpatia venit, Vinidarum natio populoſa conſedit. Quorum nomina licet nunc per varias familias & loca mutentur, principaliter tamen Slavini & Antes nominantur. Sclavini à civitate nova & Sclavino Rumnenſe & lacu, qui appellatur Muſianus usq; ad Danaſtrum & in boream Viſtulatenus commorantur. Antes vero qui ſunt eorum fortisſimi, qui ad Ponticum mare curvantur à Danaſtro extenduntur usq; ad Danubium.* Ad extremum etiam expreſsè Venedos Sclavis accenſet, Tabula ex Bibliotheca Peutingerorum à

Mar-

Marco Velſero edita. *Vid.* Hugo Grotius *in Prolegom. ad Hiſt. Goth. & Longob. pag. 78.* Linguam autem Venedorum ſive Slavorum toto cœlo à Germanica diſferre, nemo negare poterit. Nam hodieque Venedorum lingva (die wendiſche Sprache) ab omnibus illa eſſe dicirur, quæ eſt Slavonica. At verò illud nos aliquo modo turbare poſſet, quod de ſedibus Vandalorum Procopius ſcribit: *Wandali,* inquit, *interea circa Mæotidem conſidentes, ubi fame preſſi ſunt in Germanos irruunt, qui nunc Franci dicuntur, ſimulque Rhenum fluviorum trajecerunt, in ſocietatem Alanos, Gothicum & ipſum genus adſciſcentes, inde poſtea Duce Gogidiſco in Hiſpaniam penetravere.* Hæc Procopius *lib. 1. de Bello Wandal. cap. 3. pag. 153.* Gemina his ſunt, quæ ex Jornande paulò ante adduximus. Ex his jam quiſpiam concludere poſſet, hos Wandalos prorſus alios eſſe à Wandalis ad maris Baltici littus occidentale in Germania habitantibus, propiusque eos accedere ad Venedos, quos Sarmaticam eſſe gentem à nobis probatum eſt. Verum reſponderi nihilominus ad hoc dubium poteſt, Wandalorum partem cum Gothis à mari Balti-

Sedes VVandalorum.

VVandalorum migratio ad Pontum Euxinum.

co

co progreſſam ad pontum Euxinum & Paludem Mæotim conſediſſe, teſte Procopio *lib. 4. Hiſt. Goth. non long. à pr.* inde verò transmiſſo Danubio per Pannoniam & Germaniam tandem Galliam, Hiſpaniam & Africam intraſſe. Ex his tamen nondum ſequitur, Vandalos (qui ad paludem Mæotim conſederant) & Venedos unam eandemque fuiſſe gentem.

Venedi ſive Slavi quo tempore migrarint in Germanicas provincias

IV. Cognitis jam populis Sarmaticis, & qui eos olim contingebant populis Germanicis, operæ pretium erit inveſtigare, quo tempore Slavi illi Sarmatici ſive Venedi eam Germaniæ partem, quæ erat inter Viſtulam, Viadrum & Albim, ingreſſi ſint. Fabuloſa omnino ſunt, quæ Vincentius Kadlubko Epiſc. Cracov. in principio Seculi XIII. (vel potius Sec. XII. Joannes Archiepiſcopus Gneſnenſis & Matthæus Epiſcopus Cracovienſis, quorum Epiſtolæ tres priores libros apud Kadlubkonem conficiunt) de Sclavis & Polonis memoriæ prodidit, cum has gentes jam ante Alexandri M. tempora regiones inter dictos amnes obtinuiſſe *lib. 1. Chron. Polon.* ſcribit. Nec majorem merentur fidem, quæ Saxo Grammaticus, ut vulgo vocatur, de bellis Slavorum ante & poſt Chriſtum natum

Fabulæ de veteribus Polonis.

Digitized by Google

tum cum Danorum gente geſtis refert, licet ei hac in parte adſtipuletur Stanislaus Sarnitius *in Annalibus Polonicis*. Hæc enim omnia, quæ dicti Auctores de Slavis referunt, Vandalis Germanicæ genti adſcribenda erant. Audivimus namque jam antea, Seculo I. & II. à reparata ſalute humana, Germaniam à Sarmatia, & eo ipſo etiam à Venedis, qui Slavorum nomen poſtea adepti ſunt, Viſtulam amnem diſterminaſſe. Immo Seculo poſt Chriſtum natum VI. tempore Juſtiniani Imperatoris Slavi nondum erant Viſtulam transgreſſi, ut ex teſtimonio Jornandis num. III. citato elucet. Primæ tamen Venedorum ſive Slavorum excurſiones ex his oris noſtris in Thraciam & Illyricum, quò Iſtro transmiſſo deferebantur, ejusdem Juſtiniani I. tempore contigerunt, ut ex Procopii *lib. 3. de Bello Goth. cap. 6. in fin. pag. 536. cap, 7. pag. 537. ſeq. cap. 21. pag. 614. 620. 622.* & ex Jornandis *lib. de ſucceſſ. Regnor. & temporum* in calce *pag. 1048.* manifeſtum eſt. Cum igitur in Thracia & Illyrico Slavis res proſperè ceſſiſſent, videntur circa finem *Seculi* VI. aut ineunte Seculo VII. Germanorum provincias ad mare Balticum & inter Viſtulam, Viadrum, Albim & *Salam* amnes, occupaſſe. Cum enim

Tempore Juſtiniani I. Imp. Venedi Danubium transmittunt

Venedi & Slavi Sec. VII. occupant Germanicas provincias.

Seculo

Seculo V. à partu Virginis Gothi ſive Gothones Vandali, Longobardi, Rugii, Angli, Burgundiones ſedibus ſuis exciti, Galliam, Hiſpaniam, Britanniam, Italiam, Africam inundaſſent, totùmque hunc terrarum Septentrionalium tractum, præſertim ad mare Balticum, fere vacuum reliquiſſent, Venedi ſive Sarmatæ vacuas Germanorum ſedes facile occupare potuerunt. Nequid verò ad famam nominis Sarmatici faciens deeſſet, Seculo demum VI. devictis quaſi tot gentibus, nomẽ ſibi Slavorum, à *Slawa*, quod famam & gloriam notat, impoſuiſſe videntur. Idcirco *Slavi*, quos etiam alii *Slavinos* vocant, iidem ſunt, qui *glorioſi* & *laudabiles*, id quod etiam ex aliis nominibus Slavonicis compluribus elucet. Sic enim, ut quædam hic exempla ſubjiciamus, *Vladislaus* dicitur quaſi gloriam habens à potentia; *Wenceslaus* id eſt, major gloria; *Boguslaus* Dei gloria; *Miecislaus*, gloriam gladio quærens. *Vid.* Cromerus *lib. 1. de ortu & reb. geſt. Polon. cap. 8.* Comprobat has nominum Slavonicorum à *Wladza*, *Wiency*, *Bog*, *Miecz* & *Slawa* derivationes etiam Dithmarus Mersburgenſis Seculi XI. Scriptor Germanicus, qui de Boleslao Chrobri loquens: *Bolislaus*, inquit, *qui major laus non merito, ſed more antiquo interpretatur.*

Slavorum nomen quando & unde ortum.

Vladislaus, vvenceslaus &c. unde dicantur.

Digitized by Google

tatur lib. IV. Hiſt. pag. 83. Quamvis etiam hic ad latinum vocabulum *laus* reſpexiſſe Dithmarus videatur. Ab hac autem ſententia noſtra de Slauorum in Germanicas oras circa confinia Seculi VI. & VII. ingreſſu, paululum abire videtur Petrus Albinus, diligens harum rerum indagator, qui Slavos Seculo VII. ſub Heraclii imperio in Germaniam veniſſe ſcribit in der Meißniſchen Land-Chronick *tit. 6. pag. 70. ſeqq.* Attamen facile hæc poterunt conciliari, ſi dicamus, adventum Slavorum in Germaniam non uno tempore contigiſſe, ſed gentes has ſenſim, vix illud obſervantibus ſequentium Seculorum Hiſtoricis eo eſſe progreſſos. Quod vero circa tempora à nobis determinata dictæ migrationes fuerint ſuſceptæ, argumento inter alia eſſe poſſunt prima Slavorum & Francorum bella ſub Clotario II. Rege, qui cum intellexiſſet, Thuringos premi à Slavis Sorbis, bellum ipſis intuliſſe An. 618. eosque jam tum ſub jugum miſiſſe memoratur. *Vid.* Albinus *tit. 8. pag. 84.* Eousque jam excurſionibus ſuis penetraverant Heraclio imperante, nempe poſt initium Seculi VII. adeoq; jam vergente ad finem Seculo VI. Poloniam hodiernam habuiſſe videntur.

Thuringi Sec. VII. premebantur à Slavis.

Bella Francorum contra Slavos.

tur. Colligi hoc poterit etiam ex Aimoini *lib. 4. de geſt. Francor. cap. 9. in Corp. Hiſtor. Franc. pag. 360. & ſeq.* ubi hæc de Slavis leguntur: *Anno quadrageſimo principatus Clotarii Samo Francus de pago Senonico Mercator, Slavos (qui etiam Vinidæ dicuntur) duxit contra Hunnos, quibus illi ſerviebant, eosque fudit. Hinc ob merita à Slavis factus Rex de negotiatore, per triginta ſex annos ſtrenuè regnum gubernavit.* Hujus Clotarii filius Dagobertus bella Slavica continuavit. Quin etiam Saxones liberavit tributo, ea lege & conditione, ut Slavos ſub poteſtatem ſuam ſubjicerent. Aimoinus. *lib. IV. de geſt. Francor. pag. 369.* Conf. Petrus Albin. *Tit. 8. pag. 84.*

Vnde Venedorum & Vandalorum confuſio.

V. Cum Venedi ſive Slavi Germaniam ingreſſi eſſent, longe lateque in ea paulatim imperium ſuum protulerunt; & quoniam in locum etiam Vandalorum ſucceſſerant, ſimul etiam nomina Vandalorum & Venedorum (derer Wåndalier und derer Wenden) confundi à multis cœperunt, ita ut poſt ea tempora pro uno eodemque populo à multis earum rerum non ſatis peritis haberentur. Quas autem provincias Venedi ſeu Slavi Germanis

Quas Provincias Slavi Germanis ademerint.

nis

nis ademerint, optime nos edocet Adamus Bremenſis Seculi XI. Scriptor *in lib. I. Hiſt. Eccleſiaſt. cap. 10. (63: & ſeqq.)* & integro Seculo Adamo inferior Helmoldus Presbyter Boſovienſis (obiit hic an. 1170.) *lib. I. Chron. Slavici cap. 2.* Hi enim præter Polonos, Moravos, Bohemos, aliasque Slavonicas gentes numerant in Germania: I. *Pomeranos.* II. *Lebuſios, Stoderanos & Wilinos,* qui hodie ſunt Berolinenſes & Brandeburgenſes. III. *Brizanos*, id eſt Prignicenſes & Perlebergenſes. IV. *Havellanos, Helveldos & Hevellos,* quos Havelburgenſes fuiſſe ipſa illa nomina teſtantur. V. *Sidinos* id eſt Stetinenſes. Deinde memorati Auctores numerant *Wilzos*, qui & *Luticii & Velatabi* dicuntur & ſunt quatuor generum. Nimirum VI. *Circipani*, qui hodie Wolgaſtenſes, Sundenſes, Demminenſes, Wilſnacenſes eſſe putantur. VII. *Kiſſini*, in quorum locum ſucceſſerunt Guzkovienſes & Grypsvvaldenſes. VIII. *Redarii, Ridarii, Riaduri* ſunt Stolpenſes & Anclamenſes. IX. *Tollenzi*, hodie Neobrandeburgenſes dicti. Hactenus Wilzi, quos ſequuntur X. *Warnawi, Warini, Heruli, Werli* & κατ' ἐξοχὴν *Wendi*, id eſt, Roſtochienſes, Buzovienſes. Guſtrovienſes. XI. *Obotriti*, hodie Mechelburgenſes & Sverinenſes. XII. *Polabi Pe-*

Slavicarum gentium nomina.

Digitized by Google

bi, *Polavi*, ſunt Razeburgenſes. XIII. *Wagrii* quorum ſedes jam tenent Lubecenſes & Aldeburgenſes. XIV. *Rani*, qui & *Rugiani*. XV. *Lingones*, *Lini*, hodie Luneburgenſes eorum nomina referunt. XVI. *Sorabi*, *Serbi*, putantur eſſe Serveſtani, Luſati, Miſnenſes. His populis Slavicis ab aliis adhuc accenſentur. XVII. *Vcbri*, ſive *Vcri*, qui ſunt Vkranæ Marchiæ incolæ. XVIII. *Dalemincii* qui ſunt pars hodiernorum Miſnenſium. Leguntur etiam XIX. *Licikavi*, qui fortaſſis in hodierna Luſatia ſedes ſuas habuere, & XX. *Suſi*, ſive *Sluſi*, qui ſunt hodierni Sileſii. Videatur de his Henricus Bangertus in Notis ad Helmold. *lib. 1. Chron. Slav. cap. 2. pag. 9. & ſeqq.* Ex his facile perſpicimus, quanta tunc temporis fuerit Slavicarum gentium multitudo; quanquam negari nequeat, fuiſſe ipſis etiam alias quaſdam gentes diverſæ originis immixtas, quemadmodum in originibus Pomeranicis à nobis luculenter probatum. Conſulantur de his Martinus Cromerus *lib. 1. de ortu & Reb. geſt. Polon. per tot.* Philippus Cluverius *in German. antiq. lib. III. cap. 46.* Melchior Goldaſtus *lib. I. de Regno Bohem. cap. 9.* Hugo Grotius *in Prolegomenis ad Hiſtor. Gothor. Wandal. & Longobard.* Henricus Bangertus *loc. cit.* Bohuslaus Balbinus *in Epitome Rerum Bohemi-*

Slavis aliæ etiam gentes admixtæ.

hemicarum lib. I. cap. 10. pag. 68. ſeqq. & alii. Stanislaus vero Sarnitius, qui tribus prioribus libris Annalium Polonicorum hanc ſibi materiam ex profeſſo pertractandam ſumſit, cautè eſt legendus. Non ita pridem etiam editus eſt liber poſtumus Joachimi ab Hirtenberg Paſtorii de Originibus Sarmaticis, qui itidem conſulatur.

Cap. II.
De *Polonis eorumq; rebus geſtis.*

I.

INter Slavicas gentes, quæ longe lateq; per Europam imperii ſui fines protulerunt, non minima & olim jam à Seculo VII. fuit gens Polona. Poloniæ autem nomen ex fontibus variis varii deducunt. Vincentii Kadlubkonis Commentator (qui in principio Seculi XV. ſub Wladislao Jagellonide ante Joannem Dlugoſſum (ut ex concluſione Commentariorum colligitur) vixit, nomen hoc deducit *à polo Arctico*, citatque in hanc ſententiam hymnum de S. Stanislao, qui hæc inter alia habet: *Ut res geſta proteſtatur, verax nomine eloquatur, à polo Polonia.* Hoc autem nomen

Gens Polonica inter Slavos non minima.

Poloniæ nomen unde derivetur.

An à polo.

Digitized by Google

Polonis à Carolo Magno indictum eſſe referunt alii, & quidem ſequenti occaſione. Cum Hiſpaniam Saracenorum & Italiam Longobardorum ſervitute Carolus liberaſſet, in Germaniam reverſus multorum populorum habuit ſibi congratulantes legatos, & in his etiam Polonos. Hos cum menſæ ſuæ adhibuiſſet, ultro citroque collatis pluribus ſermonibus Poloniam à Polo ſtellisq; fulgentibus appellavit, cum etiam ab Heſpero Hiſpaniam, Tauricam verò Cherſoneſum à tauro cœleſti ſigno cui ſubjacet, dictam meminiſſet, ut habet Chriſtophorus Varſevicius *in Dialogo de origine Generis & Nominis Poloni pag. 54.* Deinde ſunt etiam, qui à *Pole* caſtro in finibus Pomeraniæ olim ſito dictam eſſe putant Poloniam. *Vid.* Commentator Kadlubkonis *in Præfat. ad lib. I. pag. 6.* Alii à *Pola* urbe Colchica, unde Lechus progreſſus nomen his gentibus dediſſe fertur, ut ſcribit Stanislaus Sarnitius *lib. I. Annal. Polon. pag. 22.* Alii *Polachos* à *Lecho* primo gentis Principe dictos eſſe volunt. *Vid.* Martinus Cromerus *lib. I. de Ortu & Reb. geſt. Polon. cap. XIII. & XV.* Staniſl. Orichovius *Annali I. initio.* Sunt præterea, qui à *Polizna*, Slavoniæ oppido, ex quo Polonos ortos eſſe volunt, nomen Polonorum deducant.

an à Pole caſtro?

an à pola urbe?

an à Lecho?

an à Polizna?

cant. Probare etiam hoc nituntur ex eo, quòd oppidum illud inſignia Ducatus Lithuaniæ ſortitur, teſte Varſevicio *in Dialogo citato pag.* 52. Pleriq; autem nomen illud derivant à Polonico verbo *pole*, quod campum ſignificat, quoniam Polonia campeſtris regio eſt, nec facile in excelſos aſſurgit montes. Verum quanquam hæc probabilia videri poſſunt, nos tamen arbitramur, hoc nomen Sarmaticæ gentis cujusdam antiquiſſimum eſſe, quod jam tempore Ptolomæi habuit, antequam campeſtrem hanc ingrederetur. Audivimus enim jam antea *cap.* 1. *num.* 1. ex Ptolemæo, ad Viſtulam amnem collocari BULANOS, Sarmaticam gentem, quod idem eſſe nomen cum POLONIS, haud invitus largietur, qui apud antiquos Germanicos Scriptores legerit, noſtros POLONOS appellari BOLANOS vel BOLANIOS, ut eſt apud Wipponem aliosque. Ex quibus etiam elucet, non poſſe ſimpliciter approbari ſententiam Cromeri, qui nomen hoc ante Juſtiniani tempora non inveniri, ſed apud Procopium demum *in lib. I. Hiſt. Goth. ut & lib. III. & IV.* & Jornandem *in lib. de Reb. Geticis*, Seculi VI. Scriptores, extare putat. *Vid.* Cromer. *lib. I. de Ort. & Reb. geſt. Polon. cap.* 8. Ad rationem illam à campeſtribus Polo-

An à pole, quod campum ſignificat?

Poloni à Bulanis populis Venedicis dicti.

Quando Polonorum nomen ortum.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

Poloniæ locis deſumptam, quâ multi inducti, Poloniam à *Pole*, id eſt, à campo dictam arbitrantur, reponi poteſt: Non eſſe etiam Poloniam adeo planam, ut inde nomen habere mereatur. *Multis in locis*, inquit Varſevicius, *montoſa eſt Polonia, & primaria ejus urbs Cracovia inter montes ſita. atq; ipſa Gneſna, eâ antiquior, eſt.* Hæc Varſevic. *loc. cit.*

Polonia non ubique campeſtris.

Poloniæ Principes.

II. Poloniam, ut habent Scriptores Sarmatici, primò habuere Duces; deinde Reges; tum iterum Duces, donec tandem rurſum ad Reges Imperium devolveretur. Hanc ipſam Principum Poloniæ ſeriem in hocce libri I. capite in certas claſſes diſpeſcemus, in ſingulis notabiliora, de quibus in ſequentibus non dabitur dicendi occaſio, breviter memoraturi. Commodè vero Polonorum Principes dividemus in quatuor claſſes. Prima erit à Lecho I. qui aut vergente ad exitum Seculo VI. aut initio Seculi VII. Poloniam hanc hodiernam ingreſſus eſt, uſque ad Popielum II. qui Seculo IX. Poloniæ præfuit. Secunda familia eſt Piaſtidarum, â Piaſto Cruſvicienſi cive usque ad Caſimirum M. quem unus extraneus, nempe Ludovicus Hungariæ Rex exeunte Seculo XIV. ſecutus eſt. Tertia claſſis

Prima claſſis Polonorum Principum.

Secunda claſſis Piaſtidarum.

Digitized by Google

ſis eſt Jagellonidarum, ubi familia Magnorum Ducum Lithuaniæ rerum in Polonia potiebatur, à Vladislao Jagellone usque ad Sigismundi Auguſti exitum. Quarta claſſis Regum Poloniæ continet diverſas familias ab Henrico Valeſio usq; ad Sereniſſimum ac Potentiſſimum Joannem III. qui hodie applaudente Chriſtiano orbe feliciter rerum in Polonia potitur.

Tertia claſſis Jagellonidarum.

Quarta claſſis ex variis familiis conſtans.

III. Quod ad primam attinet claſſem, notanda principio eſt ſeries Ducum Poloniæ, quæ ita ſe habet:

Primæ Claſſis Duces.

Lechus I.

Duodecim Palatini.

700. Cracus.

Lechus II.

750. Wenda.

Duodecim Palatini.

760. Premiſlus ſive Leſcus I.

804. Leſcus II.

810. Leſcus III.

815. Popielus I.

830. Popielus II.

Quæ de hujus Claſſis Ducibus apud juniores memorantur, ea adeò certa non ſunt, ut ipſis tutò fidem habere poſſis; idque ob defectum veterum Scriptorum.

Incertitudo veteris Hiſtoriæ Polonicæ.

Digitized by Google

Polona enim gens in præclaris rebus gerendis, quam in iis, quæ geſſiſſet, memoriæ prodendis occupatior olim fuit, adeò ut Joannes Dlugoſſus, qui Seculo XV. Caſimiro Jagellonide ad clavum imperii ſedente Annales ſuos condidit tribusque Tomis complexus eſt, in Epiſtola Dedicatoria ad Zbigneum Oleſnicium Epiſcopum Cracovienſem ex fide & verô ſcripſerit, quando ſequentia verba ea de re poſuit: *Pauciſſimi Principes & Reges caeteriq; Polonorum heroes ſuorum facinorum meruerunt Scriptores, nonnullorum vero fama cum ipſis ſepulta & extincta eſt.* Et poſt pauca: *Nonnulla,* inquit, *Hiſtoriis & Annalibus Polonorum parum concinne, parumque pudice & quae faſtidium exagitant inſerta fabularum ineptias redolentia prorſus Poëticis magis figmentis decora, quam ſincerae hiſtoriarum traditioni conſentanea praecidi repudiavique, ne fas purum & fidele juxta quoque vetus proverbium: oleum ſimul & operam perditurus, infectum incruſtatumque ex modico fermento ire contingat. Quoniam neque vetuſtiori tempore nec avorum*

rum auctoritate ab evidenti ſigmento apud rerum & Hiſtoriarum peritos poterant licite defendi. Cætera verò etſi vera aut veris ſimilia putentur; non tamen ea ſic affirmare auſim, ut veri periculum mihi & in meum caput aſſumam & editionis hujus aſſertio ex fide liberetur meã, tum quod res vetuſtæ & abolitæ conjecturis illuſtrare & opinionibus nequirent, tum quia nimia vetuſtate res ſcribendæ obſcuratæ ſunt, & longioris ævi ſpacio repelline an acceptari debeant, dignoſci ad liquidum non poſſunt; tamen quod raræ ſub iisdem temporibus apud Polonos ac penè nullæ fuere literæ, una omnium operum atq; eventuum humanorum fides, induſtria, & ſi quæ in privatis aut publicis fuere monumentis, ea crebris, Polonis ea tempeſtate fere omnes ædes & arces ſuas ex ligno fabricantibus, periere incendiis. Quæ verò diligentiori fuere in noſtram ætatem traducta cuſtodia, pauca fuere, & hæc ipſa nodoſa & truncata, ex quibꝰ per nos propagari ad liquidum vetuſtatis memoria non pote-

rat. Antea etiam Dlugoſſus dixerat, ſe *quædam tantum ex fama, quæ ſola durabat, ſcrupuloſius ſinceriusque, quam poterat, deſcripſiſſe.* Hæc omnia, licet pluſcula, hic fuerunt exſcribenda, ut palam nobis fiat, quantam fidem antiqui Scriptores Polonici in vetuſtis Hiſtoriis enarrandis mereantur.

Fabulæ de primis Poloniæ Ducibus.

IV. Inprimis verò nemo Polonorum cordatiorum, mea quidem ſententiâ, illa defenſurus eſt, quæ Vincentius Kadlubko (Seculi XII. Scriptor) vel potiùs ante ipſum Joannes Archiepiſcopus Gneſnenſis & Matthæus Epiſcopus Gracovienſis, ex quibus ille ſuam hauſit Hiſtoriam, de primis Poloniæ Principibus poſteritati reliquerunt. Legimus enim apud Kadlubkonem, Lechum longe ante Alexandrum M. Monarchiæ tertiæ auctorem vixiſſe: Cracum etiam è Carinthia reverſum, ante Alexandri Magni tempora his in oris Regem & Legumlatorem fuiſſe: Poſt Wendam Reginam Polonos de Alexandro Magno triumphum retuliſſe: Leſcum Aurifabrum ob devictum Alexandrum Polonorum Principem electum: Leſcum III. Gethis, Parthis, Transpadanis regionibus Italicis imperaſſe; de Julio Cæſare ter victoriam reportaſſe: Craſ-

Craſſum etiam apud Parthos in hodierna Pruſſia cum omnibus copiis deleviſſe, ipſiusque ori aurum infundendo dixiſſe: *Aurum ſitiſti, aurum bibe.* Leſcum eundem, Julii Cæſaris ſororem uxorem duxiſſe, ex eaque, ut ex aliis concubinis viginti filios ſuſcepiſſe, *Vid.* Kadlubko *lib. I. epiſt.* 4. *pag.* 32. *epiſt. VIII. pag.* 48. *ſeqq. epiſt. X. epiſt. XVI. pag.* 77. *ſeqq.* Alias jam nugas, quas eorum temporum ſimplicitas orbi obtrudere voluit, non attingo. Ex his enim jam manifeſtum eſt, quid ſit de eorum temporum Hiſtoria Polonica ſentiendum. Plura fortaſſe talia occurrunt in Baſkone & Gallo, vetuſtis Polonorum Hiſtoricis, quamvis multa quoque bona ſine dubio in illis reperiantur. Optandum igitur eſſet, ut ipſos Poloni diligenter conquiſitos typisq; impreſſos publici juris facerent, quod jam promiſerat Kadlubkonis editor, quamvis non ſteterit promiſſis. Unum autem adhuc, antequam ad alia transeam, de Staniſlao Orichovio, viro docto, addere lubet. Hic quamvis nugas iſtas, de quibus jam audivimus, ſpreverit, in eo tamen fabulas antiquas quadantenus recoxit, quando Czechum, Lechum & Ruſſum, primos gentium harum conditores Alexandri Magni tempore vixiſſe, & ab eo has regio-

giones accepiſſe memoriæ prodidit. *Vid.* Orichov. *Annali 1. initio.*

Polonici imperii amplitudo fabuloſa.

V. Deinde neque hoc fidem meretur ullam, quod quidam aſſerunt, olim Polonorum Ducibus non tantum hodiernam Poloniam & Sileſiam, ſed etiam Luſatiam, Pomeraniam, Mekelburgicum & Luneburgicum Ducatus, Marchiam Brandeburgenſem, Miſniam & partem Saxoniæ paruiſſe. Ad hæc, perperam iidem aſſerunt, LESCUM III. has provincias ita diviſiſſe, ut *Popielo* filio legitimo relinqueret Ducatum Poloniæ, reliquis vero illegitimis modo enumeratas Germanorum Provincias attribueret. Et quidem ſecundum hanc relationem *Boleslao, Parvino* atque *Bogdalo* obtigit Pomerania; *Caſimiro* & *Wladislao* Caſſubia; *Jaxæ* & *Semiano* Serbia ſive Sorabia. *Vratislao* Roma ſive Rugia: *Pribislao, Caſimiro* & *Othæ* Ditivonia quæ nunc Luſatia: *Premislao, Zemovito* & *Ziemomuslo* ea quæ nunc Marchia Brandenburgica vocatur: *Vislao* arx Miedziborum, (nunc Magdeburgum dicitur) *Sobeslao* Daleburgum: *Viſsimiro* in litore Oceani Wiſſimiria, quæ nunc Wismaria eſt. Ab his Principibus aſſerunt conditas eſſe urbes ſequentes, Bremam, Luneburgum, Bucoviciam (hodie Lubecæ nomen habet) Bacchiborum, Zweri-

Fabulæ de Leſci III. filiis 20. naturalibus.

Zwerinum, Mekleburgum, Roſtocum, Werlam, Svanovum & alias complures. *Vid.* Kadlubko *lib. I. Epiſt. XVI. p. 77. ſeqq.* Joannes Dlugoſſus *Tom. I. lib. I. pag. 64. & ſeq.* Martin. Cromer. *lib. II. in Leſto III. pag. 425. ſeqq.* Ex eodem fonte fluit, quod quidam fines Poloniæ antiquæ adeò extendunt, ut univerſæ Sarmatiæ Europææ & magnæ Germaniæ parti Principes Polonorum imperitaſſe ſcribant. Andreas de Pilca Coricinius Caſtellanus quondam Vislicenſis de primis Polonorum Monarchis verba faciens longitudinem Poloniæ à gr. 32. ad gr. 60. verſus Tanaim amnem extendit: latitudinem verò à montibus Sarmaticis usque ad mare Balticum à gr. 49. usque ad 57 gr. *in Perſpectiva Polit. cap. I. pag. 16.* Bohemi, ne ſolis Polonis hanc gloriam relinquant, in partem ejusdem venire laborant. Nimirum Bohuslaus Balbinus *lib. I. Epit. rerum Bohemicarum cap. 10.* ex Pulkawa Scriptore Bohemico (qui tempore Caroli IV. Imperatoris vixit) probat à Lechi poſteritate Ruſſiam, Pomeraniam, Caſſubiam; à Czechis verò Moraviam, Miſniam, Brandenburgiam, Luſatiam hominibus impletam eſſe. Id verò dictus Pulkawa ex antiquiſſimis Codicibus & vetere Brandenburgica Hiſtoria ſe hauſisſet

Bohemici imperii latitudo.

ſe ſcribit. Nos autem neque Polonicis neque Bohemicis ſcriptoribus calculum noſtrum adjicere poſſumus. Haud dubium enim eſt, primò, Slavonicas gentes olim fuiſſe varias, nec ab uno aliquo Principe regnatas. Plurimæ videlicet Slavorum fuerunt Respubl. liberrimæ, ſine Regibus viventes etiam ante ingreſſum in Germanicas oras; niſi quod belli temporibus & in ipſis migrationibus in alias terras ſuſcipiendis Duces ſibi eligere ſolitæ ſunt, qui tandem ſucceſſu temporis imperium ſibi apud quasdam Slavicas gentes acquiſiverunt hæreditarium. Teſtatur, illud, quod primo loco diximus, Procopius Seculi VI. Scriptor de ſuo & antiquioribus temporibus agens, quando ex ſertis verbis ſcribit: *Antarum Slavinorumque nationes non ab uno aliquo homine reguntur: ſed ab antiqua plebeja communique libertate vivunt & idcirco res omnes, quæ vel utiles ſint vel forte difficiles in commune conſilium deducuntur.* Hæc Procopius *lib. III. de Bello Gothico cap. 7. pag. 542.* Poſt ingreſſum in Germaniam Slavos itidem nullos habuiſſe Principes, qui monarchicè ſuis imperarent, diſcimus ex Dithmaro Epiſcopo Mersburgenſi, qui Seculo XI. Hiſto-

Slavonicæ gentes variæ fuerunt.

Slavicæ gentes liberæ, non parebant Regibus.

Hiſtoriam ſuam ſcripſit. Hic enim cum *lib. VI. Hiſt. pag. 136.* de Slavis Lutitiis agit: *Illis*, inquit, *Dominus ſpecialiter non præſidet ullus. Vnanimi conſilio ad placitum ſuimet neceſſaria diſcutientes, in rebus efficiendis omnes concordant.* Et Helmoldus, cum populos Slavorum enarraſſet, ſubjicit: *Rani qui & Rugiani gens fortiſſima Slavorum* (in hodierna Germania degentium: de Polonis enim & Bohemis aliisq; ibi non agit) *qui ſoli habent Regem, extra quorum ſententiam nihil agi de publicis rebus fas eſt, adeò metuuntur propter familiaritatem Deorum vel potius Dæmonum.* Hæc Helmoldus *lib. I. Chron. Slav. cap. 2.* Liberrimas igitur illas gentes ſpuriorum Leſci III. filiorum jugum ſubituras fuiſſe, nunquam rectè rerum momenta ponderantibus fiet veriſimile. Præterea Sorbi, Wilzi & alii Slavi in hodierna Germania olim degentes plurima & ea quidem graviſſima bella non niſi ſuis auſpiciis, ita ut illis Poloni nulla ratione fuerint implicati, gesſiſſe leguntur; quod factum non fuiſſet, ſi Polonorum Dux à gr. 32. usque ad gr. 60. verſus orientem, id eſt per 420. milliaria Germanica imperium ſuum extendiſſet. Sed etiam verſus

Bella Slavicarum gentium quibus Poloni non fuerunt implicati.

Poloniæ fines verſus orientem.

verſus orientem Polonos ea tempeſtate, cum Germaniam ingrederentur Duce Lecho, usque ad Tanaim & Pontum Euxinum non imperaſſe, probatu erit facillimum. Præterquam enim quod ſequentium temporum Hiſtoria ſatis ſuperque demonſtrat, quando Lithuania, Pruſſia, Ruſſia & aliæ Provinciæ Polonorum jugum ſubierint; etiam ex aliis rebus id evidenter elucet. Teſtantur enim Hiſtorici eorum temporum, aut qui proxime poſt ea tempora vixerunt, Poloniam verſus orientem usque ad Ruſſiam tantum fuiſſe extenſam, ut habet Adamus Bremenſis *lib. de Situ Daniæ & reliquorum Septentrion. Regnorum pag. 145.* & Helmoldus *lib. I. Chron. Slav. cap. 1. num. 9.* Ruſſia vero Poloniam contingebat ad Viſtulam amnem, ut infra patebit. Proinde recte fines Poloniæ antiquæ definiemus, ſi dixerimus ad eam pertinuiſſe hodiernam majorem minoremque Poloniam, item Maſoviæ, Sileſiæ Marchiæque novæ partem.

Poloniæ antiquæ fines ex noſtra ſententia.

Memorabiliora de Ducibus primis Poloniæ.

VI. Memorabiliora quæ de hac vulgo traduntur Ducum ſerie, paucis jam percurremus. LECHVS Primus Polonorum Dux Annonis filius & Czechi Ruſſique frater: (*ut habet Commentator Kadlubkonis in Præfat. pag. 8.*) conditurus urbem

Lechus.

bem, invenit in eo loco, ubi primæ urbis fundamenta jecerat, nidum aquilinum. Qua propter urbem recens conditam à nido, qui Polonis *Gniazdo* dicitur, appellavit Gnesnam: Aquilam verò inſignia Ducatus Poloniæ eſſe voluit. Paulus autem Piaſecius Epiſcopus Præmislienſis *in Chronico ſuo* ſine dubio ad antiquas illas fabulas, quas ex Kadlubkone recenſuimus, reſpexit, quando Polonos aquilam Quintilio Varo Auguſti Cæſaris tempore raptam in inſignibus ſuis habere ſcripſit. Hoc enim vanum eſſe non Poloni ſolùm ipſi agnoſcunt, quando aquilinum nidum Gneſnæ inventum Polonis inſignia dediſſe tradunt: ſed ex Corn. Tacito quoque elucet, aquilas in Variana clade raptas, à Romanis Duce Germanico fuiſſe poſtea receptas recuperatasque. Vid. Tacitus *lib. 1. Annal. cap. 60. lib. 2. cap. 25. & 41.* Poſt Lechum vel poſt Lechi ſtirpem, ut Bernhardus Vapovius in Annalibus MSS. tradidit, præfecerunt ſibi Poloni *duodecim* PALATINOS, id eſt, Belli Duces (à *Woina* quod *bellum* ſignificat, & *Wodz* quod Ducem notat ita dictos) penes quos non tantum belli, ſed pacis etiam arbitrium eſſet, teſte Joanne Dlugoſſo *Tom. I. Annal. lib. 1. pag. 57.* Horum Palatinorum

Gneſna Aquila inſignæ Polonorum.

Palatini VVoivvoda unde dicatur

C impo-

impotenti dominatione offenſis Polonorum animis imperium GRACO, ſive GRACHO, ſive etiam CRACO ſummis omnium ſtudiis traditum eſt. Quis fuerit ille Cracus, non omnium una eſt ſententia. Poloni Scriptores ipſum Polonum, & quidem ex duodecim Palatinis illis unum fuiſſe, probabile eſſe ducunt: Bohemi contra Cracum hunc Bohemiæ Principem fuiſſe aſſerunt. *Vid.* Bohusl. Balbinus *lib. 1. Hiſt. Bohem. cap. 10. pag. 82. ſeqq.* Hic imperium optime adminiſtravit tantumque amorem ſui apud poſteros conciliavit, ut in perpetuam memoriam urbem ab ipſius nomine *Cracoviam* appellatam condiderint; filiæ quoque ipſius poſt LECHVM II. Craci filium ob interfectum fratrem natu majorem in exilium ejectum, aut etiam mœrore animi conſumtum, imperium tradiderint. Ea fuit WENDA, quæ maluit ipſa eſſe Rex, quam Regis uxor, ideò Ridigeri Germani cujusdam Principis (quem Micrælius *lib. II. Chron. Pomeran. num. 22. pag. 161.* putat fuiſſe Ducem Rugianum) nuptiis ſpretis, cum ipſum juſto profligaſſet bello, ſeipſam præcipitem in Viſtulam amnem dedit, ut illibatam usque ad mortem ſervaret Virginitatem. Idcirco fluvium Viſtulam dictum eſſe

Gracus

An Gracus fuerit Bohemus.

Cracovia condita.

Lechus II.

W*enda.*

VVenda ſe in Viſtulam præcipitat.

Wan-

Digitized by Google

Wandalum & Poloniam Wandaliam, aſſerit, ſed perperam, Kadlubkonis Commentator *in Præfat. pag.8.* Wandam ita extinctam & prope pagum Mogila in tumulo à proceribus conditam iterum *Duodecim* PALATINI exceperunt. Sed etiam horum tyrannicum imperium pertæſi Poloni faſces imperii deferunt ad PRÆMISLVM ſive LESCVM I. Aurifabrum, quoniam ſingulari ſtratagemate non Alexandrum M. ut Kadlubkonem ſupra referentem audivimus, ſed Hungaros & Moravos, ut alii referunt, profligaverat. Hoc poſtea extincto, curſus equorum inſtituitur, ut qui primus ad metam perveniſſet, ejus Dominus Princeps Poloniæ eſſet. Tum Leſcus quidam ſtratis in arena acutis ſtylis, quibus currentium equorum pedes læderentur, ſtadium aliis impedivit: ipſe verò primus metam præfixam attigit. Munive-rat enim pedes equorum ferreis ſoleis, quod tunc in ea gente inuſitatum erat. Quare omnium acclamationibus Rex ſalutatur. Sed patefacta fraude LESCVS ille concerpitur, aliusque infimæ ſortis homo, qui fraudem iterato curſu ludicro patefecerat, eidem ſuffectus, LESCI II. nomen aſſumpſit. Si quis conquirere fabuloſa & fictis oblectare legentium

Viſtula non dicitur Vandalus.

Palatini.

Præmislus ſive *Leſcus I.*

Curſu equorum Dux quæritur.

Leſci dolus.

Leſcus II.

mos ocreas ferreis ſoleis muniendi.

animos voluerit, poterit dicere, inde originem morem illum traxiſſe, quod Poloni ocreas ſuas ferreis laminis munire, conſveverunt. Leſcus II. reliquit filium LESCVM III. qui Principatum Poloniæ POPIELO natu majori filio legitimo tradidiſſe, reliquas verò Provincias inter viginti filios illegitimos diviſiſſe falsò memoratur, ut ſupra jam à nobis monitum eſt. Hic Popielus I. Principatum Poloniæ transmiſit in filium POPIELVM, ſive ut eum Dlugoſſus vocat POMPILIVM II. qui morbum ſimulans inſtinctu uxoris, patruis illis viginti convocatis venenum propinavit, ipſis quaſi jam ultimum vale dicturus; idque eo fine molitus eſt, ut provincias Slavonicas iterum ſub ſuam unius redigeret poteſtatem. Sed ſtatim à tergo ſecuta eſt divina Nemeſis. A muribus enim cum corroſus eſſe dicitur, cum omni familia, manifeſtum divinæ in parricidas vindictæ ad ſeram poſteritatem exemplum futurus. Et hic eſt finis claſſis primæ Ducum Poloniæ.

Leſcus III. — *Popielus I.* — *Popielus II.* — Popielus à muribus corroſus.

Secundæ claſſis Principes.

VII. In ſecunda claſſe Principum Poloniæ, qui à Piaſto genus ducunt, à Seculo IX. usque ad finem Seculi XIV. ſequentes numerantur Duces & Reges.

zed by Google

842.	*Piaſtus Ruſticus ſive Civis Cruſvicienſis regnavit annos.*	19
861.	*Ziemovitus*	31
892.	*Leſcus IV.*	21
913.	*Ziemomyslus*	51
964.	*Miecislaus Primus Princeps Chriſtianus*	35
999.	*Boleslaus primus Rex Poloniæ*	25
1025.	*Miecislaus II.*	9
1041.	*Caſimirus I.*	17
1059.	*Boleslaus II. Audax, ultimus Rex*	22
1082.	*Wladislaus I. Hermannus*	20
1103.	*Boleslaus III. Criwouſtus*	36
1140.	*Wladislaus II. Sputator*	6
1146.	*Boleslaus IV. Criſpus*	27
1174.	*Miecislaus Senex*	4
1178.	*Caſimirus II. Juſtus*	16
1195.	*Leſcus Albus*	4
1199.	*Miecislaus Senex iterum*	
	Leſcus Albus iterum	
1202.	*Miecislaus ſenex tertium*	
1203.	*Wladislaus Laſconogus*	3
1206.	*Leſcus Albus tertium*	20
1226.	*Boleslaus V. Pudicus*	53
1279.	*Leſcus Niger*	10
1295.	*Premyslus Regium titulum reſumſit menſes*	7
1296.	*Wladislaus Loclicus Rex*	4
1300.	*Wenceslaus Bohemiæ Rex*	5

1305. *Wladislaus Locticus iterum* 28
1333. *Caſimirus II. Magnus, ultimus Piaſtidarum* 37
1370. *Ludovicus Vngariæ Rex.* 12

Primus Chriſtianus Princeps.

In hac periodo veriorem jam habemus Hiſtoriam Polonicam, quam in priore. Poſtquam enim Polonia ſub Miecislao religionem Chriſtianam ſuſcepiſſet, cœperunt etiam exteræ nationes has oras frequentare, earumque Hiſtoriam Scriptis ſuis hinc atque inde inſerere. Reperiuntur tamen & hic variæ controverſiæ, quas nobis peperit partim Hiſtoricorum in Polonia defectus; partim etiam nimium utriusque nationis & Germanicæ & Polonicæ in gentem cujusque ſuam ſtudium.

Controverſia de titulo Regis.

VIII. Et primùm quidem de titulo Regio varia traduntur. Nimirum conſtans eſt Hiſtoriæ Polonicæ Scriptorum poſt Dlugoſſum aſſertio, Miecislaum primum Chriſtianum Principem coronam & titulum Regium petiiſſe à Pontifice Romano, quem etiam Pontifex ei non denegaſſe fertur. Sed cum interea Miecislaus fatis conceſſiſſet, intermiſſum eſt hoc negotium. Poſt hæc cum Boleslaus I. filius Miecislai rerum in Polonia potiretur, venit Otto III. Imperator in

Boleslaus unde Regis nomen acceperit.

in Poloniam, ſepulcrum S. Adalberti Martyris, in Pruſſia prope oppidum Fiſch-hauſen cæſi, & deinde à Boleslao I. redemti, inviſurus. Et cum Gneſnæ magnificè à Boleslao eſſet exceptus in mentis gratæ ſignum ipſum Poloniæ Regem creavit. Hæc præter quamplurimos Scriptores Polonicos referunt etiam Dubravius *lib. VI. Hiſt. Bohem. pag. 49.* & Albertus Cranzius *lib. II. Wandal. cap. 36.* Probant etiam illud Poloni ex antiquisſimo Boleslai I. Epitaphio, quod Poſnaniæ in Eccleſia Cathedrali viſitur, vetuſtisſimis & jam vetuſtate fere detritis literis, anno vero 1664. in tabella proximæ columnæ appenſa deſcriptis, exaratum. Extat etiam hocipſum Epitaphium apud Stanislaum Lubienſcium *in Vita Martialis Epiſcopi Plocenſis pag. 315. operum,* & ſequenti ſeſe habet modo : Epitaphium Boleslai I.

Hac jacet in tumba, Princeps glorioſa columba:
Chrobri tu es dictus, ſis in ævum benedictus,
Fonte ſacro lotus, ſervus Domini puta totus:
Præcidens comam ſeptennii tempore Romam
Tu poſſediſti velut Athleta Chriſti
Regnum Slavorum, Gothorum ſeu Polonorum,

Cæſar præcellens à te Ducalia pellens
Plurima dona ſibi, quæ placuere tibi,
Huic detuliſti, quia divitias habuiſti.
Inclyte Dux tibi laus Sereniſſime Boleslae,
Perfide Patre natus, ſed credulâ matre.
Viciſti terras faciens bellum quoque guerras:
Ob famam bonam tibi contulit Otto coronam.
Propter luctamen, ſit tibi ſalus. Amen.

Boleslaus II. amittit Regis titulum.

At verò licet ex Polonicorum Scriptorum ſententia Regius titulus fuerit Boleslao I. collatus, non tamen ultra quartum Regem iisdem fatentibus prorogatus eſt. Cum enim Boleslaus II. cognomento Audax Stanislaum Szczepanovium ad altare ſacris operantem interfeciſſet, regno exceſſit. Vladislaus deinde frater Boleslai II. cognomento Hermannus aut ob interdictum Pontificis Romani, aut quod exiſtimaverat fratrem adhuc rediturum, abſtinuit Regio titulo, Hæredis & Principis regni Poloniæ nomine contentus. Ab hoc Vladislao Hermanno iterum Duces ſeqvuntur, usque ad Leſcum Nigrum. Ei in imperio cum ſucceſſiſſet Primislaus II. iterum titulum Regium eousque deſitum reſumſit, à quo usque ad noſtra tempora Polo-

Primislaus II reſumit Regium titulum.

Poloni Reges habuere. Etſi vero juniores Polonici Scriptores hæc uno quaſi ſciebant animo, Vincentius tamen Kadlubko, vetuſtiſſimus Polonicæ Hiſtoriæ conditor alia prorſus ab his, quæ modo adducta ſunt, prodidit. Etenim de Ottonis III. in Poloniam adventu ſic ait: *Otto Rufus Imperator deſiderio experiendi ea, quæ fama de Boleſlao diffuderat, Poloniam ingreditur, quaſi Beato Martyri Adalberto votivam exhibiturus reverentiam. Imperiale itaq; Diadema detrahens capiti Boleſlai non ſine reverentia imponit. Suo ergo Diademate caput illius convenuſtat.* Hæc Kadlubko *lib. II. Chron. Epiſt. XI. pag. 130.* Commendator Kadlubkonis, qui ante Dlugoſſum vixit: hæc addit: *Otto Imperator III. Rufus Boleslaum conſortem Imperii ordinavit, ſibiq; cum magna reverentia Diadema impoſuit.* pag. 133. Itaque hi Scriptores vetuſti, de regio titulo ab Imperatore Boleslao Principi Poloniæ collato nihil habent; ſed & alios retro Principes, qui ante Boleslaum Chrobri Poloniæ præfuerunt, appellant Reges. Immo & Boleslai II. Audacis ſucceſſoribus titulum Regium

Vincentius Kadlubko ponit Reges & ante Boleslaum Chrobri & poſt Boleslaum Audacem.

non denegant, usq; ad tempora Boleslai III. Criwouſti. Cum autem poſt Boleslai III. obitum fuiſſet Regnum in quatuor partes diſcerptum, tum demum eos Duces regni Poloniæ appellare incipiunt. Immò tantum abeſt, ut Vincentius Kadlubko poſt exceſſum Boleslai II. memoret Wladislaum Hermannum abſtinuiſſe regio nomine, ut potius producat literas ejusdem ad Patres cœnobii S. Ægidii in Provincia Galliæ, in quibus ſe Wladislaus Regem appellat, *lib. II. Epiſt. XXIII. pag. 188.* Itaque ex Kadlubkonis ejusq; Commentatoris ſententia Poloni habuere Reges usq; ad Boleslai III. Crivouſti exceſſum, nec Otto III. Boleslaum creavit Regem, ſed honoris tantum gratia, ut Regem adeo potentem ſibi conciliaret, ei imperiale Diadema ſuum impoſuit. Non multum ab ea ſententia abit Andreas Maximilianus Fredro Caſtellanus Leopolienſis, poſtea vero Podoliæ Palatinus, qui itidem negat Ottonem III. Boleslao nomen Regium contuliſſe aut eum creaſſe Regem: ſed tantum per humanitatem Boleslaum more occidentalium Principum appellaſſe Regem, quo titulo poſtmodum bono jure uti cœpiſſe Boleslaum, non quod eo ad Principatus majeſtatem opus haberet: ſed quod quemque Chriſtianum Principem

Fredronis ſententia.

Digitized by Google

pem Regem vocari debere crederet. *in Fragment Polit. pag. 151.* Germani autem eorum temporum Scriptores Boleslaum Chrobri contra jus & fas ſibi ipſi hunc titulum adaptaſſe ferunt, cùm antea Ducum tantum Poloniæ nomine gauderent. Et quidem Wippo hoc ipſum refert ad annum 1024. id eſt ad primum Conradi Imperatoris annum. Gotfridus Viterbienſis autem illud ad an. Chr. 1020. reducit. *Part. XVII. Chronici.* Sed fides potius habenda eſt Wipponi, ut Scriptori συγχρόνῳ, cujus verba *inter ſcriptores à Piſtorio editos pag. 431.* ſequentia ſunt: ***Eodem anno, quem ſupra notavimus, Boleslaus Slavigena Dux Polonorum inſignia regalia & regium nomen in injuriam Regis Conradi ſibi aptavit, cujus temeritatem cita mors exinanivit.*** Deinde iisdem Germanicis ſcriptoribus aſſerentibus Boleslai I. Succeſſores duo proximi, Miecislaus & Caſimirus non videntur Regio titulo eſſe uſi, cum Imperatores Germanici ſeſe ipſis propterea opponerent, donec rurſus Boleslaus II. Audax, titulum illum ſibi ſumeret. Sic enim Lambertus Schafnabrug. ad an. 1077. *Boleslaus,* inquit, *regiam dignitatem ſibi ſumpſit, contra leges & jura majorum.* Similia reperiun-

Germanorũ ſcriptorum ſententia de Regio titulo Boleslai.

riuntur apud Monachum quendam Herveldenſem, quem edidit Simon Schardius *Tom.I.Script.German.pag.436.b.* Inter recentiores videatur Joachimus Vadianus *Tomo III. Alemannicorum Scriptorum â Goldaſto editorum pag.91.* Sed mirum eſt, Dithmarum Mersburgenſem, qui plurima ex iis, quæ ſcripſit, ipſe oculis vidit, nullam omnino facere mentionem Regii tituli, quando de Polonis Principibus loquitur: ſed ſemper eos appellare Duces Poloniæ. Et licet etiam iter illud Ottonis III. in Poloniam ad viſendum corpus Adalberti martyris ſuſceptum deſcribat, ne verbo tamen unico indicat, vel Imperatorem Boleslao dignitatem Regiam contuliſſe, vel poſtea Boleslaum hunc ſibi honorem invito Cæſare ſumpſiſſe. *Vid.* Dithmar. *lib.IV. Hiſt. pag. 83.* In hac ſententiarum diverſitate vix apparet, cuinam calculum noſtrum addere debeamus. Hoc tamen in dubium vocari non poterit, fuiſſe olim Reges in Polonia, quocunque etiam jure titulum illum uſurparint. Nam & Helmoldus *lib.I.Chron.Slav.cap.15.* Boleslaum I. Chrobri Regem Chriſtianiſſimum appellat. Neq; Helmoldus abutitur ſignificatione ejus vocabuli, ut exiſtimat nonnemo: ſed exquiſitâ notione Regis hic utitur. Sic *lib.I. Chron. cap.1.* de Polonia dicit:

Iudicium de hac controverſia.

Boleslaus fuit Rex.

dicit: *Quondam habuit Regem, nunc autem Ducibus gubernatur.*

IX. Deinde illud quoque magna animorum contentione inter Polonos & Germanos agitatur, utrum Polonia unquam fuerit Romanis Imperatoribus ſubjecta & vectigalis ab iisdem facta. Germani id conſtantiſſime affirmant: Poloni verò conſtantius adhuc negant. Germanorum ſententiam animoſe propugnat Vir Clariſſimus Hermannus Conringius *in lib. de Finib. German. Imp. c. 18.* Conferatur & Bohuslaus Balbinus *in Epitome Rerum Bohem. lib. III. cap. 8, pag. 208.* Contrarium autem ſentit Franciſcus Marinius, aut potius qui ſub hac nominis larva latet Joannes Sachſius Secretarius antea Thomnenſis, qui dum viveret ſcripturum ſe contra Conringium de hac materia pollicitus eſt *in lib. de ſcopo Reipubl. Polon.* Scripſiſſe etiam dicitur Volumen hac de controverſia ſatis copioſum: ſed illud non prodiit in lucem, neq; ſcire jam licet, ubinam hodie cum blattis & tineis luctetur. Nos paucis ſententiam noſtram ſuper ea re aperiemus. In hoc ſine dubio nonnulli Germanorum Scriptores Polonis injuriam faciunt, quod Poloniam jam à Carolo M. Imperatore domitam, imperioque Germanico ſubjectam fuiſſe tra-

An Poloni fuerint Imperio Germanico obnoxii.

Carolus M. non ſubegit Polonos.

tradunt, Eginhardus quidem Hiſtoriæ Carolinæ Scriptor deCarolo M. ita ſcribit: *Omnes barbaras ac feras nationes, quæ inter Rhenum & Viſtulam fluvios, Oceanumq́; & Danubium poſitæ, lingua quidem pene ſimiles, moribus verò ac habitu valde diſſimiles Germaniam incolunt, ita perdomuit, ut eas tributarias effecerit, inter quas præcipui ſunt Welatabi, Sorabi, Abotriti, Boëmani.* Hæc Eginhardus *cap. XV.* Similiter Albertus Abbas Stadenſis *ad an. 768. p. 72. a.* dicit Wilzos & Welatatos à Carolo M. domitos: addit etiam *ad an. 782. pag. 80.* Sorabos; & denique *ad an. 805. pag. 856.* Boëmanos, quorum Ducem Carolus Caroli M. filius occidiſſe dicitur. Præterea teſtatur Sigebertus Gemblacenſis *ad an. 789. pag. 556. & ad an. 806. pag. 559* à Caroli M. filio Slavos (ita generatim loquitur, non expreſſa certa gente Slavica) ſub jugum imperii eſſe actos. Gemina his habet Regino Prumienſis *in Chron. pag. 31.* quando tradit, Carolum Albim transgreſſum Slavorum fines intraſſe, Slavosque nomine Wilzos ſuo imperio ſubjeciſſe, eorum autem Principem tunc temporis Wizanem fuiſſe. Ad extremum Marcus Antonius Sabellicus *Ennead 8.*

lib.

lib. 9. Slavorum, Polonorum & Boëmorum Legatos Aquisgranum cum ampliſſimis muneribus ad Carolum M. veniſſe refert, ut pax ſibi cum Gallis (quorum Rex erat Carolus) incolumis maneret. Verum ex his nondum probabitur, Polonos à Carolo M. ſub imperium Germanorum fuiſſe ſubiunctos. Nam primùm quando à Germanicis Scriptoribus de Slavis ſimpliciter aliquid dicitur, tunc intelligendi ſunt non alii Slavi, quam qui in hodierna Germania tunc temporis habitabant, ut ex Adamo Bremenſi, Helmoldo aliisque patet. Deinde diſertis etiam verbis illi Sclavi, qui à Carolo M. debellati ſunt, denominantur, nempe Welati, Wilzi, Boëmanni; de Polonis autem apud ipſos ſilentium eſt altiſſimum. Illa autem ætate Polonorum nomen non fuit adeò obſcurum, ut ab Eginhardo aliisque ſine magno laudum Carolinarum detrimento potuerit omitti. Immò tertiò cum Flavius Blondus *Decad. II. lib. I. in fin. pag. 165.* & Bonfinius *Dec. 1. lib. IX. Hiſt. Hung. p. 175.* tempore Caroli M. Salæ & Albi fluviis præſidia contra Sorbienſes Slavos impoſita fuiſſe ſcribant, firmiter inde concludi poſſe videtur, Carolum M. tunc Polonorum gentem non domuiſſe. Quid, quod neque Sorabos omnes

Slavi ſimpliciter ita dicti habitarunt in hodierna Germania.

omnes Carolus ſubegit, ſed eos tantum ultra Albim compulit. *Vid.* Petr. Albinus in der Meißniſchen Land-Chronick *tit. VIII. fol. 56. & ſeqq.* Quanto manifeſtum id pro noſtra ſententia argumentum eſt, quod Auctor Chronici magni Belgici intra fines Imperii Carolini non recenſet Poloniam, quando ait: *Regni Caroli* (M.) *terminus fuit à Bulgaris usq; ad Hiſpanos, & à Danis usq; ad Calabros, exceptis adjacentibus quibusdam regionibus, Poloniâ, Bohemiâ, Dalmatiâ, Hiſtriâ, Venetiis & Britannia. Et quidquid tenuit Carolus adhuc duo Regna ſunt, Romanorum & Francorum, ſolâ Pannoniâ exceptâ.* Hæc Auctor Chronici magni Belgic *ex Alberico pag. 44. Edit. Piſtorii.* Ex legatione vero Polonorum ad Carolum M. & ex muneribus oblatis, de quibus ſupra Sabellicus, ſcriptor non adeò antiquus, nihil contra nos concludi poteſt, cum illud & hodie ſæpius à multis fiat, ſine ullo ſubjectionis argumento. Hoc tamen concedi poſſe videtur, Sileſiam aut ab ipſo Carolo M. aut ab ejus Succeſſoribus fuiſſe jam tentatam, ut infra de Sileſia acturi probabimus. Et hoc etiam tantum, & non amplius probari poſſe videtur ex adducto Eginharti loco, quo

Munerum oblatio non facit ſubditum.

quo dixerat, Carolum M. nationes omnes inter Rhenum & Viſtulam perdomuiſſe. Nam eo tempore Sileſia ſe usque ad Viſtulam extendebat. Quin etiam dici poteſt, Eginhardum in laudes Carolinas effuſum, hic nimium ſibi indulſiſſe, ut hoc & in aliis quoque Scriptoribus non infreqnens eſſe conſuevit. *Conf.* Conringius *lib. de Finib German. Imp. cap. II. & cap. IV. p. 21. Edit. in 8.*

X. Et hactenus quidem Polonos à Germanorum Imperio vindicari poſſe oſtendimus: an verò & de ſequentibus quoque temporibus idem queat demonſtrari, jam videamus Ottone I. ad imperii clavum ſedente, nimirum Seculo X. MISICONEM Ducem Polouiæ Imperio Germanico fuiſſe ſubjectum & tributarium factum ab Vdone Marchione, ſcribit Dithmarus Mersburgenſis *lib. II. Hiſt. pag. 25. & 35.* Per Miſiconem autem intelligit Mieſconem, ſive ut ipſum alii vocant Miecislaum, primum Chriſtianum Principem, de quo ipſiusque filio Boleslao Chrobri in ſequentibus narrat Lambertus quoque Schafnabr. *ad an. 972.* Miecislaum hunc ab Ottone II. ad imperata facienda fuiſſe coactum. Deinde BOLESLAVS *Chrobri* complura pro libertate bella contra Henricum II. Impera-

Polonia Sec. X. facta eſt Imperatoribus Germanicis tributaria.

Boleslaus Chrobri fuit Germanorū tributarius.

peratorem geſſit, ſæpius tamen ab eo victus pacem petiit, fide cum ſacramento firmata per filium Miſiconem, ait Dithmarus Mersburgenſis *lib. VI. pag. 174. ſeqq.* De eodem Boleslao Dithmarus, cum ipſum omnia usque ad Elſtram ſibi ſubjeciſſe dixiſſet, hæc addit: *Quam iniquè comparandi ſunt anteceſſores noſtri & contemporales. Vivente egregio Vdone pater iſtius Miſeco, domum in qua eum eſſe ſciebat cruſinatus intrare, vel eo aſſurgente nunquam præſumſit ſedere. Dominus indulgeat Imperatori, quod tributarium faciens Dominum ad hoc unquam elevavit, ut oblita ſui genitoris regula, ſemper ſibi præpoſitis auderet in ſubjectione paulatim detrahere, vilisſimoque pecuniæ tranſeundis ineſcato hamo, in ſervitutis libertatisque detrimentum capere.* Hæc Dithmarus habet *lib. V. Hiſt. pag. 109. ſeq.* Sed neque Poloni ipſi hoc diſſimulant, quando Boleslaum Chrobri Principem Poloniæ ab Ottone III. Imp. omni tributo & omni jurisdictione liberatum eſſe. Vid. Martin. Cromer. *lib. III. de ortu & Reb. geſt. Polon. pag. 437.* Neugebauer. *lib. III. Hiſt. Polon. pag. 53.* Boleslao Chrobri

Digitized by Google

bri defuncto Conradus II. Imp. MIECISLAVM II. rebellantem ad officium redire coëgit tributumque ei impoſuit. Occaſionem huic rei dediſſe dicitur Miecislaus, qui Ottonem fratrem ſuum in Ruſſiam expulit. Nam hic cum ad tempus exilium toleraſſet, tandem Imperatoris Conradi II. opem imploravit, ut refert Wippo *in Vita Conradi Salici ad an. 1032. pag. 438.* Conf. Albertus Stadenſis *ad an. 1027. p. 116. a.* Otto Friſing. *lib. VI. Chron. cap. 28. p. 132.* Gobelinus Perſona *in Coſmodrom. ætat. VI. cap. 53. pag. 214.* Eodem modo CASIMIRVM Miecislai Succeſſorem Imperatori fideliter ſerviſſe, ſcribit Wippo *ad an. 1032. p. 438.* Conf. Hermannus Contractus *ad an. 1051.* Aliud adhuc teſtimonium citat Hermannus Conringius, quo probare vult, Polonos eo tempore Imperatoris Germanici tributarios fuiſſe. Deſumtum id eſt ex Bonfinii *lib. II. Dec. II. p. 221.* ubi hæc repeRiuntur verba: *Henricus III. graviter indignatus, quod Poloniam injuſſu ſuo devaſtavit, Odolvico Boëmo filioque bellum indixit: Quia Romano Imperio Ducatus ille ſubjectus erat, quotanniſque boves centum & viginti, item argenti poſtulati quinquaginta pondo*

Caſimirus Germanis tributarius.

D 2 *pen-*

pendere cogebatur. Verùm præterquam quod Antonius Bonfinius recentior eſt Scriptor, etiam in loco illo citato per Ducatum illum tributarium non Poloniam, ſed Boëmiam intellexiſſe videtur. Quod enim Boëmi ejusmodi tributum Imperatori pendere ſint ſoliti, referunt & Æneas Sylvius *in Hiſt. Bohem. cap. XIX. pag. 19.* & Albertus Cranzius *lib. II. Wandaliæ cap. 45.* cum eandem, quam habet Bonfinius, de Henrico III. recenſent Hiſtoriam. Quod BOLESLAVS II. *Audax* in fide & clientela Germanorum Imperatorum fuerit, tradit Lambertus Schafnabr. *ad an. 1071. pag. 186.* quando ſcribit, Henricum IV. Imperatorem, Ducem Polonorum & Ducem Bohemorum ad ſe evocatos durius corripuiſſe, quod ſe invicem excurſionibus laceſſerent. Et *ad annum 1077.* ſequentia habet verba: *Dux Polonorum, qui per multos jam annos Regibus Teutonicis tributarius fuerat, repente ad ſuperbiam elatus, propterea quod Principes Teutonicos cerneret domeſticis ſeditionibus occupatos nequaquam ad inferenda exteris gentibus arma vacare, regiam dignitatem, regiumque nomen ſibi uſurpavit,*

Boleslaus Audax Germanis tributarius.

Digitized by Google

pavit, diadema impoſuit. Circa annum Chriſti 1109. Henricus V. Imperator cum BOLESLAO III. *Criwouſto* bellum geſſit, tributumque, ab eo poſtulavit, ut teſtatur Scriptor Polonicus Vincentius Kadlubko *in lib. III. Chron. Polon. epiſt. XIX. pag. 304. ſeqq.* Non diffitetur hoc etiam Cromerus, verum ita illud recenſet, ac ſi tunc demum Cæſar tributum à Polonis exigere cœperit. *lib. V. de Ort. & Reb. geſt. Polon. pag. 476.* Germani contra Scriptores diu tantum negatum ab ipſo exactum eſſe referunt. Erat enim paulo ante ſub Henrico IV. Imperatore turbatiſſimus in Germania rerum ſtatus, ob controverſias, quæ Imperatori dicto cum Pontificibus Romanis, & inprimis cum Gregorio VII. intercedebant, quod Polonis occaſionem jugum Germanicum excutiendi & ſe in priſtinam libertatem aſſerendi præbuit commodiſſimam. Compoſitis igitur utcunque contentionibus illis, cœperunt Henricus V. & Lotharius II. tributum conſvetum repoſcere. *Vid.* Abbas Vrſpergenſis nomine Conradus de Lichtenau *ad an. 1109.* Otto Friſingenſis *lib. VII. Chron. cap. 19.* Chronicon Montis Sereni editum à Joachimo Joanne Madero anno 1665. Helmſtadii, *ad an. 1135. pag. 14.* ubi hæc habentur verba: *Imperator*

rator Aſſumtionem S. Mariæ in Mersburg celebrat, ubi Bolislaus Dux Poloniæ & Othilricus Dux Bohemiæ cum cæteris Principibus adfuerunt, ubi etiam Bolislaus gladium Imperatori reportavit. Conf. & M. Theodoricus Engelhuſius à laudato Madero editus *in Chron. ad an. 1124. pag. 221.* Boleslao Criwouſto rebus humanis exemto VLADISLAVS II. Poloniæ Princeps à fratribus ob impotentem dominationem & injurias ſibi illatas Ducatu exutus expulſusque ad Conradum III. Imperatorem confugit, opem contra fratres imploraturus. Nec defuit petitis tanti ſupplicis Imperator, ſed dum eum reducere conatur, muneribus BOLESLAI IV. cognomento *Criſpi* placatus in Germaniam revertit, ut referunt Cromerus *lib. VI. pag. 497. ſeq.* & Joannes Dubravius *lib. XII. Hiſt. Bohem. pag. 109.* Antiqui autem Scriptores Germanici videntur innuere, munera illa fuiſſe conſvetum tributum, quod Poloni Cæſari pendebant. Ita enim Chronicon Montis Sereni ſive Leuchtenbergenſe *ad an. 1106. pag. 19.* ea de re loquitur: *Fratres* (Wladislai II. exulis) *ad reſiſtendum parati, ſemitas obſervantes, Regem* (Conradum III.) *ingredi prohibebant. Tandem*

Vladislaus & alii Duces tributarii.

dem conſilio Adelberti & Conradi Marchionis obſidibus viciſſim datis Regem adeunt & promiſſa pecunia patriam ab ipſo ſuſcipiunt, juniore fratre obſide dato. De alia quadam rebellione Ducis Poloniæ contra Conradum III. Imp. agit M. Theodor. Engelhuſius *in Chron. pag. 226.* Succeſſor Conradi III. Fridericus Barbaroſſa Imperator & ipſe Vladislaum II. Poloniæ Ducem exulem reducere conatus eſt, bello Polonis illato. Belli illius cauſa hæc prætendebatur, *quod Poloniæ Duces Cæſaris imperio recalcitrabant: ſacramentum fidelitatis præſtare & tributum quingentarum marcarum argenti annis ſingulis ærario Imperii inferre ab eis exigenti negabant, ſatius ducentes mori, quam Poloniæ regnum ſubjici tributis &c,* ut ait Joannes Dlugoſſus *Tom. I. Annal. Polon. lib. V. ad an. 1157. pag. 443.* Sed Imperator, ut Polonici Scriptores referunt, cum infeſto exercitu ad Poloniæ fines progreſſus, cum magnis difficultatibus premeretur, ſubordinavit Bohemos, ut Polonis à Cæſare petendæ pacis auctores eſſent, utque Cæſarem jam placabiliorem Polonis factum eſſe affirmarent. Quod cum Poloni ex

Bohemorum conſilio feciſſent, pax deni-que his conditionibus facta eſt, ut Sileſia Wladislao exuli attribueretur, & Boleslaus IV. Criſpus Cæſari ad bellum Italicum ſuppetias ferret. *Vid.* Kadlubko *lib. III. Chron. Polon. Epiſt. XXXI. pag. 371.* Cromerus *lib. VI. pag. 499.* Cæterum Radevicus ſcriptor Germanicus aliter (quod etiam Cromerus non diſſimulat) rem illam enarrat *lib. 1. de Reb. geſt. Friderici I. cap. 4. & 5.* Refert enim ille, Boleslaum tum per ſe, tum per ſuos ſupplicem à Cæſare petiiſſe, ut in gratiam reciperetur, quod etiam hac inter alias conditione impetravit: *ut daret duo millia marcarum Imperatori, & Principibus mille, Imperatrici viginti marcas auri: curiæ viginti marcas argenti, ob eam negligentiam, quod ad curiam non venerat, nec de terra debitam fecerat fidelitatem,* &c. Antea quoque Radevicus expreſſe inter cauſas ſuſcepti à Friderico Imperatore contra Boleslaum belli numeraverat & hanc, *quod Poloni vel debitum fidelitatis ſacramentum offerre, vel ſolitum ſingulis tributum, quingentarum marcarum publico ærario inferre jam deſueverant*, quæ verba Radevici reperiuntur

lib.

lib.1. de Reb. geſt. Friderici I. cap. 11. pag. 478. Circa eadem tempora ſcripſit Helmoldus Boſovienſis Chronicon ſuum Slavicum, in quo *lib.1. cap.1. num.9.* dicit: *Servit & ipſa* (Polonia) *ſicut & Bohemia ſub tributo Imperatoriæ majeſtati.* Auctor Anonymus Chronici Stederbergenſis ab Henrico Meibomio editi ad an. MCLVII. hæc habet: *Fridericus Imperator in Poloniam profectus provinciam cum Duce ſuo in deditionem honorifice ſuſcepit.* Inter opuſcula Meibomii *pag.278.* Ex eadem ratione Gobelinus Perſona *in Coſmodromio ætate 1. pag.8.* inter provincias Germanicas numerat etiam Poloniam & Bohemiam, quia ipſas Imperatori Germanico putabat eſſe ſubjectas. His omnibus, quos hactenus enumeravimus, auctoribus addi poterunt & alii ex Bohuslai Balbini *lib. III. Rer. Bohem. cap.8. pag. 208.* ubi tributum à Polonis Imperatori Germanico fuiſſe penſitatum probat ex Henrico Mutio vetuſto Scriptore, ex Roſiereſio Archidiacono Tullenſi, Fabricio, Reuſnero, Gordono aliiſque recentioribus. Quomodo poſtea Poloni jugum Imperii Germanici excuſſerint, non ſatis ſibi liquere dicunt Germani. Hoc tamen veriſimile eſſe arbitrantur, in magno illo

Quomodo Poloni jugũ Germanicũ excuſſerint.

D 5 Inter-

Interregno 18. & 23. annorum Seculo XIII. antequam faſces Imperii ad Rudolphum Habsburgenſem eſſent delati, Polonos liberiùs agere cœpiſſe, bellis civilibus ſeſe ipſos atterentibus Germanis. Quamquam autem ex tot antiquis Scriptoribus, quos hic adduximus, luculenter probari queat, Polonos olim Germanico Imperio tributarios fuiſſe; attamen pro iis adhuc defendendis illud facit, quod penſio, quam alter tributi nomine accipit & exigit, non continuò certum eſſe ſubjectionis ſignum. Sic enim Poloni Tartaris quotannis donativum dabant, quod illi *haracz*, id eſt tributum appellabant. Angli etiam Danis Angliam vaſtantibus olim dabant tributum, ut eſt apud Rogerium de Hoveden *ad an. 991. pag. 196. & ad an. 1007. pag. 430.* Angli viciſſim accipiebant Seculo XV. à Ludovico XI. Rege Galliæ penſionem, quam itidem ſub nomine tributi exigebant, teſte Philippo Cominæo *lib. VI. Comment. de reb. Gall. pag. 370. ſeq. & lib. VIII. p. 431.* Quin etiam ipſi Imperatores Romani olim non rarò à Marcomannis, Bulgaris, Avaribus aliisque gentibus barbaris pacem redimebant, quibus tamen illos ſubditos fuiſſe dici nequit. *Vid.* Spartianus *in Vita Ælii Adriani.* Dio *in fragmentis Fulvianis de*

Non omne tributum ſignum eſt ſubjectionis.

Domi-

Domitiano. Obſignabimus tandem controverſiam hanc verbis Bohuslai Balbini qui de hac ipſa quæſtione *loc. cit.* agens: *Quid, oro,* inquit, *magnopere genti noſtræ nocebit, obnoxios alicui ante tot ſecula fuiſſe? Nunquam tam propitia ulli genti fortuna fuit, quin aliquando vultum averterit, mutarit, aut ſaltem contraxerit. Romani rerum Domini ſuper caput Gallos Sabinosq́ viderunt: Regi Porſenæ obſides numerarunt, ſub jugum miſſi ſunt. A Brenno triſte illud: VÆ VICTIS, audierunt, cum argento Patriam redimerent.*

Olim alicui ſerviiſſe genti non nocet.

XI. Tertiò quæri etiam poteſt, utrum Polonicum Regnum in ſecunda hac periodo fuerit ſucceſſivum; an verò electivum: Sive, utrum Principes in hac ſecunda Claſſe collocati, à Piaſto usque ad Ludovicum Hungarum, jure hæreditario, an vero jure electionis à Proceribus factæ his terris præfuerint. Pro poſteriore ſententia pugnant hodie Poloni communiter omnes. Nos in contrarium non dubitamus aſſerere, in hac, ut & in priore periodo Polonicum Regnum jure hæreditario ſemper à Parentibus ad liberos fuiſſe delatum; neque unquam electio-

Regnum Polonicum olim fuit ſucceſſivum.

ctionem locum habuiſſe, niſi eo caſu, ubi Regia vel Ducalis ſtirps plane extincta erat. Quod ad prima illa attinet tempora, huc fortaſſis collineant verba Vincentii Kadlubkonis *ex lib. I. Chron. Polon. Epiſt. I. pag. 24.* quæ hic æquo rerum cenſori integra dabimus: *Non plebei*, inquit ille, *aborigines, non vendicarie illis principatæ ſunt poteſtates; ſed* PRINCIPES SVCCEDANEI, *quorum ſtrenuitas licet nube ignorantiæ obducta videatur, mirà tamen rutilantiâ tot ſeculorum tempeſtatibus extingui non poterit.* In his verbis opponit Kadlubko Principes ſibi ſuccedentes, & ex plebe ad regium evectos faſtigium, illosque, non hos, Polonis Principes aſſignat. Deinde conſtat etiam inter primos illos Poloniæ Duces moris fuiſſe, ut pater vivus filium ſibi ſucceſſorem ſubſtitueret, ut fecit Leſcus III. qui Popielum in ſpem Principatus educatum, ſucceſſorem ſibi vivus deſignavit, teſte Cromero *lib. II. de Ort. & Reb. geſt. Polon. pag. 425.* Neugebauer. *lib. II. Hiſt. Polon. pag. 46.* Hoc autem Leſcus III. minimè facere potuiſſet, ſi Regnum illud per electionem ipſe obtinuiſſet. De his autem

in prima Regum claſſe.

Duci-

Ducibus & Regibus, de quibus in hac ſecunda claſſe agimus res adhuc eſt manifeſtior. Etenim primùm etiam hic notiſſimum eſt, aliquando in Polonia Patrem adhuc ſpirantem & viventem, ſibi filium ſucceſſorem deſignaſſe, ut in hereditariis Regnis fieri conſuevit. De Boleslao Pudico & Leſco Nigro id expreſſe tradit Martinus Cromerus *lib. X. in pr.* qui hic conſulatur. Deinde frequenter Duces Poloniæ inter filios plures regnum diviſiſſe leguntur, quod in Regnis per Electionem obtentis locum non habet. Sic *Boleslaus Crivouſtus* morti vicinus tradidit *Wladislao* filio natu maximo tractum Cracovienſem, item Siradienſem, Lencicienſemque terras, ut & Sileſiam cum ipſa regni adminiſtratione. *Boleslao* autem alteri filio Maſoviam, Cujaviam, Culmenſem & Dobrinenſem terras. *Mecislao* tertio filio Gneſnenſem & Poſnanienſem provincias cum Caliſſienſi tractu & Pomerania orientali. *Henrico* denique Sendomiriam & Lublinum. *Caſimiro* autem natu minimo alimenta à Wladislao ſubminiſtranda. Cum verò Caſimiro nullam terræ portionem aſſignaſſet, idque eum Proceres oblivione feciſſe rati admonerent, ut ne illum exortem patrimonii relinqueret; reſpondit Boleslaus, jam illi

De ſecunda Regum claſſe.

illi quoque portionem ſuam eſſe aſſignatam. Admiratione autem omnibus defixis: *Non advertitis*, inquit, *in curru inter quatuor rotas quintam eam eſſe partem, cui homines inſident. Eum locum inter quatuor fratres quintus obtinebit, illisq; ſuo tempore ſuccedat.* Vid. Joan. Dlugoſſus *Tom. I. Annal. lib. IV. ad An. 1139. pag. 405. ſeq.* Cromer. *lib. VII. in pr. pag. 491.* Hic tantum abeſt, ut ſeſe Proceres diviſioni illi opponerent, ut potius Boleslaum monerent, ne Caſimirum patrimonio & legitima hæreditate privaret. Notabilia quoque ſunt de hac regni diviſione à Boleslao Crivouſto facta Vincentii Kadlubkonis verba, ut quæ evidentiſſime ſententiam hanc noſtram confirmant. Ita enim ille: *Boleslaus, cum fatale munus jam à ſe exigi ſentiret, teſtamentales conſcribi mandat codicillos, in quibus & avitarum vices virtutum & regni SVCCESSIONEM quatuor filiis legat, certos tetrarcharum limites diſterminans eatenus, ut penes majorem natu & Cracovienſis Provinciæ Principatus & auctoritas reſideret principandi. De quo ſi quid humanitus*

obti-

Digitized by Google

obtigiſſet, ſemper ÆTATIS MAJORITAS ET PRIMOGENITVRÆ RATIO LITEM SVCCESSIONIS DECIDERET. Præterea frequens etiam eſt apud Hiſtoricos Polonicos antiquiores, hoc regnum appellare diſertis verbis Succeſſivum. Teſtantur hoc non tantum verba Kadlubkonis jam allata, ſed idem etiam habet Jòannes Dlugoſſus *ad an. 1173. lib. V. Tom. I. Annal.* quando hæc de Boleslao Criſpo ſcribit: *Cum Morbum in ſe graſſari ſenſim adverteret, Caſimirum Sendomirienſem Principem fratrem natu majorem, Prælatosque & Barones regni ad ſe mandavit accerſi, ſub eorumque præſentia TAM DE PRINCIPATIBVS ET TERRIS EVM JVRE SVCCESSIONIS CONTINGENTIBVS, quam de theſauris & clenodiis ordinavit.* Poſt ſubitaneâ morte extinctum Caſimirum Juſtum Boleslai Criſpi fratrem & Boleslai Crivouſti Filium, Fulco Archiepiſcopus Gneſnenſis congregato Senatu ex ſuperſtitibus duobus filiis adhuc pueris, Leſconem natu majorem inſigniri paterna dignitate voluit. Cui reſpondit nonnemo Procerum (referente Kadlubkone) *Puerile eſſe, ut prudens*

Poloni veteres ſuum Regnum vocant ſucceſſivum.

dentibus pueri præſit imprudentia, cum verbum ſit ſapientis: Væ terræ, cujus Rex puer eſt. Præſertim eum Principem diſcretum, ſerenum, cautum & induſtrium eſſe in omnibus, & ad omnia conveniat &c: Hæc autem poſtrema verba ſubjecit ille, ut Mieſzko, ſenex dictus, vel nepos ejus Mieſzko junior Princeps Caſimiro Juſto ſubſtitueretur. Verum reſpondit illi Archiepiſcopus, *illa hic locum non habere, ut quæ tum demum vera ſunt, cum de eligendo Rege agitur non de jure ſucceſſionis diſceptatur. Prorſus enim*, dicebat, *aliud habet juris electio, aliud jus ſuccesſionis. In illa enim eſt liberrimæ deliberationis libertas, ac in iſta urgentisſima juris necesſitas: ab illa omnes citra legitimam ætatem relegantur: ab iſta verò nec infantuli, nec poſthumi excluduntur.* Hæc & alia tunc differebat Fulco Archiepiſcopus, ne Proceres puerum, ad quem jure ſucceſſionis Principatus Poloniæ pertinebat, excluderent, quæ ſententia etiam tunc temporis prævaluit, ut videre licet apud Vincentium Kadlubkonem *lib. IV. Chron. Polon. cap. 21. pag.*

pag. 529. ſeqq. Agnoſcit idem jus ſucceſſionis & Commendator Kadlubkonis de iisdem agens temporibus *pag. 535.* quamvis nonnulla incommode admiſceat. Dicit enim, quod Regnum ſibi libere eligat Regem: Ducatus vero (qualis tunc fuit Polonia) teneatur filios Principis ſui ut ſucceſſores & Dominos legitimos ſuſcipere. Quamquam autem, hæc ſunt ſatis manifeſta; juniores tamen Polonorum Hiſtorici illa, quæ de diſputatione Fulconis Archiepiſcopi & unius illius ex magnatum numero, retulimus, prorſus invertere laborant. Dicunt enim virum illum ex Procerum, conſeſſu non infimum recte verba feciſſe pro Mieſzkone Sene, quoniam illa, ætate Poloni libere ſibi Principem eligebant: Fulconis verò ſententiam obtinuiſſe tantum per factionem aliquam. *Vid.* Cromer. *lib. VII. de Ort. & Reb. geſt. Polon. pag. 515.* Neugebauer & alii. Contrarium vero, ut audivimus, apparet ex Vincentio Kadlubkone, cui hic omnino fides habenda eſt, quoniam dicto in loco de illis ſcribit, quæ ſuo tempore contigerunt. Sed etiam poſtea, *cum Leſcus Albus reſpuiſſet Cracovienſem Principatum, Cracovienſes ad Mieſzkonidem Wladislaum eum transmittunt. As-*

 ſerunt

ſerunt fidelitatem Patri promiſſam filio ſuo debere ac dependere; nec multum diſtare, quod ad hunc articulum attingere perſonam filii à perſona Patris. Ideoque in ipſo locum electioni non eſſe, quem ad paternam vocat ſucceſſionem juris ratio & exigit, ait iterum Kadlubko *lib. IV. cap. 26. & ult. pag. 567.* Conferatur & Commentator ejus *pag. 572.* Præterea ex Actis Miecislai ſenis cum Helena Caſimiri II. relicta vidua ſatis ſuperque manifeſtum eſt, Duces Poloniæ pro lubitu ſibi Ducatu Poloniæ ceſſiſſe, quod facere non potuiſſent, ſi regnum illud fuiſſet Electivum. *Vid.* Dlugoſſus *ad an. 1200. pag. 520. ſeq. ad an. 1201. pag. 522. ſeqq. & ad annum 1202. p. 525. ſeqq.*

Principes Poloniæ olim ſe vocarunt hæredes.

Et hæc etiam cauſa eſt, cur multi Principes Poloniæ ſe HEREDES Regni Poloniæ illis temporibus ſcripſerint. Wladislaus certè Hermannus poſt expulſum Boleslaum Audacem Regem Poloniæ, nomen Principis & heredis Regni Poloniæ ſibi ſumſit, ut tradunt Joannes Dlugoſſus *Tom. I. Annal. lib. IV. ad an. 1082. pag. 274.* & Cromerus *lib. V. in princ.* Boleslaus quoque Audax (fortaſſis autem hoc de Wladislao Hermanno Boleslai ſucceſſore intelligendum eſt) à Dlugoſſo

voca

vocatur Heres, Dux & Monarcha Regni Poloniæ. *In libello de Epiſcopis Poſnanienſibus quem edidit Thomas Treterus in Vita Dionyſii Epiſcopi.* Wladislaum etiam Locticum Hæredis titulo eſſe uſum teſtatur Cromerus *lib. XI. pag. 576. circa fin.* Ad eundem modum, Wladislaus Jagello de his Principibus, quorum jam tempora conſideramus, loquitur: *Promittimus*, inquit, *ſingulos articulos & clauſulas in privilegiis, nullo vitio falſitatis depravatas Sereniſſimorum Principum Dominorum Caſimiri & Ludovici ac omnium aliorum Regum, Ducum* EX VERA SVCCESSIONE HÆREDVM *antiquorum Regni Poloniæ, firmiter & inviolabiliter ſervare*, apud Janum Januszovium, *lib. I. Conſtitut. Regni Polon. Part. I. tit. 5. pag. 15.* Sic igitur ſatis ſuperque ex hactenus adductis elucet, primos Reges & Principes Poloniæ non tantum in primo, ſed etiam in ſecundo hoc ordine à nobis commemoratos jure ſucceſſionis Regnum obtinuiſſe. Circa finem autem hujus ſecundi ordinis jam Polonia in regnum electivum tranſiiſſe videtur, cum Primislaus II. eſſet Rex electus. Et

huc etiam fortaſſe collineavit Auctor Commentariorum in Kadlubkonis Hiſtoriam loco ſupra citato, quando dixit, *Regnum ſibi libere eligere Reges.* Nimirum hoc ille dicere voluit. Duces Poloniæ jure ſucceſſionis habuiſſe illud regnum: ſed poſtquam iterum Polonia Reges habere cœpit, electionem ibidem invaluiſſe. Confirmatum deinde eſt jus illud Electionis, cum Caſimirus M. ſine prole maſcula moriturus, Ludovicum Vngariæ Regem certis legibus ad Polonicum etiam Regnum promoviſſet.

Memorabiliora de Principibus Poloniæ in ſecunda claſſe.

Piaſtus miraculo ad principatum pervenit.

XII. Sed de ſingulis etiam Ducibus & Regibus Poloniæ memorabiliora quædam, de quibus in ſequentibus non dabitur dicendi occaſio, hîc breviter & ſtrictim indicabimus. PIASTVS Coſſiſconis filius, Repichæ maritus, & civis Cruſvicienſis, cum extincta ſtirpe Principum Poloniæ Proceres Regni ad electionem novi Principis confluxiſſent, excepit eos hilari animo & munifica dextra victum ſuppeditavit, accreſcentibus ſingulari miraculo carnibus & mulſo; quod etiam ipſi jam antea contigerat die ſolenni, quo filio ipſius more Ethnicorum coma primum detondebatur. Id vero beneficii à Deo in Piaſtum eſt collatum ob duos viros hoſpitio antea exceptos, quos quidam

Digitized by Google

dam ſanctos fuiſſe autumant. Cum igitur ſub tempus interregni miraculum illud conſiderarent Proceres, divinitus ſibi oſtendi Principem rati, Piaſtum recuſantem ſibi Principem ſumpſere. ZIEMOVITVS fortitudine & rerum geſtarum gloria inclaruit. LESCVS autem IV. otio deditus nihil memoria dignum geſſit. ZIEMOMISLVS itidem nulla re memorandus, niſi quod ſucceſſorem reliquit MIESCISLAVM, de quo vulgo ſequentia feruntur. Natus eſt cæcus, ſummo totius aulæ mœrore. Cum autem anno ætatis ſeptimo coma ipſi eſſet more apud ethnicos uſitato tondenda, ſubito viſum recepit. Conſulti harioli reſponderunt, Poloniam ſub ipſius imperio quondam mirificè illuſtratum iri. Parentes igitur nulla hoc ratione alia fieri poſſe rati, niſi gladio, impoſuerunt ipſi nomen Miecislai, quod à *miecz*, id eſt gladius, & *ſlawa*, id eſt gloria derivatur. Is poſtea ab aliis, ut fit, blandiore vocabulo *Mieſzko* vocatus eſt. Verùm alia ratione Miecislaus Poloniam illuſtravit, videlicet clariſſima Evangelii luce eodem invectâ. Et hæc de Miecislao habent juniores Polonorum Hiſtorici, cum quibus etiam antiquiſſimus rerum Polonicarum ſcriptor Vincentius facit, niſi quod de nomine

Ziemovitus

Leſcus.

Ziemomyslus

Miecislaus cæcus natus.

Coma ſeptimo ætatis anno tondebatur.

Miecislaus dicitur à Miecz & ſlavva.

Digitized by Google

Miecislai nomen non occurrit apud Kadlubkonem ſed dicitur Mieſzko.

hujus Principis alia prorſus tradit: Nimirum nullam ille facit nominis Miecislai mentionem, ſed Principem hunc perpetuò vocat Mieſconem, ut & alios Duces ac Reges ejusdem nominis. Rationem etiam nominis illius hanc eſſe addit: Quoniam hic filius cæcus in lucem prodiit, dictus eſt *Mieſzko* id eſt perturbator, ſive conturbator, à voce Sclavonica *mieſzam*, id eſt, miſceo, conturbo. *Vid.* Kadlubko *lib.II. Epiſt.10.* Et hoc etiam nomen notum fuit apud exteros, præſertim Germanos, qui hunc Principem ſemper appellant Miſiconem, quod propius ad nomen Mieſzkonis quam Miecislai accedit. Probabilior igitur eſt ſententia Kadlubkonis, ut quæ tot auctorum apud Germanos aliasque gentes auctoritate firmatur. Sub hoc Principe moris erat apud Polonos, ut homines equeſtris ordinis in templis dum Sacerdos apud altare pronunciat, unde recitaturus ſit Evangelium, gladios mediotenus ſtringerent, quaſi profitentes, mortem prius ſibi oppetendam, quam à ſuſcepto Evangelio diſcedendum: choro autem reſpondente: Gloria tibi Domine, rurſus gladios reconderent, ut ſcribit Cromerus *lib.III.pag.436.*

Mieſzko dicitur à Mieſzam.

Poloni inter Evangelii lectionem gladios ſtringebant.

Boleslaus I. Rex.

BOLESLAVS I. *Chrobri* præter fortitudinem, de qua inferius, raræ modeſtiæ, comi-

Digitized by Google

comitatis & ſuavitatis morum fuiſſe memoratur à Polonis. Sed contra Dithmarus Mersburgenſis non ſemel eum degenerem à Patre & perfidum appellat, & mille artium ſolertiâ plenum fuiſſe dicit. *Vid. lib. IV. pag. 89. ſeqq. & lib. VII. pag. 189.* Verùm facile conjecturâ poſſumus aſſequi, unde hæc elogia fluxerint, quia videlicet Boleslaus, ut Princeps generoſus jugum Germanicum tolerare noluit, ſed illo excuſſo fortiſſime libertatem Polonicam defendit. Sub MIECISLAO II. omnia peſſum ire cœperunt, immo ipſo fatis defuncto, res Polona fere prorſus collapſa eſt. Cum enim Rixa Regina tutrix Caſimiri filii adhuc minorennis crudeliter imperium adminiſtraret, expulſa eſt à Polonis ſimul cum CASIMIRO. Hic in Gallia monaſterium ingreſſus & jam Diaconus factus ægre inde extractus eſt, concedente id Polonis impenſe flagitantibus Pontifice Romano, & quidem non niſi ſequentibus conditionibus: *ut quotannis Poloni obolum unum in lucernam divi Petri Romæ arſuram penderent: ut capita more monachorum tonderent: & ut feſtis ſolemnibus dum ſacra peraguntur ſinguli equites faſciam lineam candidam in modum ſtolæ, qua in ſacris* utun-

Miecislaus II.

Caſimirus I. Monachus.

Denarius Petri in Polonia.

utuntur Sacerdotes & Diaconi è collo ſuſpenſam ferrent. Quod hic ad primam attinet conditionem, contradicentem habemus Dithmarum, qui jam antea cenſum Pontifici Romano ſolutum eſſe à Polonis refert, niſi illud de alio quopiam cenſu intelligendum eſſe quiſpiam aſſerere velit, de quo tamen apud Polonicos ſcriptores nihil prorſus occurrit. Dithmari verba hæc ſunt: *Boleslaus* (Chrobri) *Domino Papæ queſtus eſt per epiſtolæ portitorem, ut non liceret ſibi propter latentes Regis* (Henrici II. Imperatoris) *inſidias promiſſum Principi Apoſtolorum Petro perſolvere cenſum.* lib. VI. *Hiſt. pag. 176. fin.* De ſecundâ conditione memorabilia ſunt, quæ neſcio ex quo vetuſtiori ſcriptore habet Stanislaus Sarnitius *lib. II. Annal. Polon. pag. 67.* quæ hic Benevolo Lectori dabimus: *Benedictus I.* ait ille, *cum Caſimiro I. Monacho relaxaſſet votum, ut regiam dignitatem liceret ei adire, hanc legem genti Polonæ impoſuit ut morem prolixos capillos gerendi tanquam gentilem abjiceret. Sed tamen mos gerendi capillos Sarmaticus non prius fuit abrogatus, quam poſt quandam cladem, Bucovienſem dictam*

Tonſura Polonorum.

Etam, ubi complures ex Polonis inventi erant capillis ex arboribus ſuſpenſi. Et tunc primùm nauſea cœpit eſſe illa comatio Polonis, quæ olim decori & elegantiæ ſervire putabatur. Tertia conditio jam pridem apud Polonos exolevit. BOLESLAVS II. initio bonus & fortis Princeps, adeo ut cognomina *Largi* & *Audacis* adeptus ſit, apud Kadlubka. *lib. II. epiſt. XIX. pag. 166.* Poſtea verò rebus contra Ruſſos præſertim proſpere geſtis elatus, in omne ruit libidinum genus. Monitus propterea â Stanislao Szczepanovio Epiſcopo Cracovienſi, adeo vindictæ cupiditate exarſit, ut non prius deſiſteret, quam ipſum in altari ſacris operantem crudeliter ſua mauu interficeret. Quare profugus in quodam Carinthiæ monaſterio conſenuit, donec tandem agnitus hoc poſt obitum Epitaphium meruit: *Hic jacet Boleslaus Rex Poloniæ occiſor S. Stanislai Epiſcopi Cracovienſis.* Vt hæc tradit Commentator Kadlubkonis *lib. III. Epiſt. XXII. pag. 184.* Alii tamen alia de ipſo memoriæ prodiderunt. WLADISLAVS HERMANNVS præcipuè filio Boleslao Krzywouſto, à diſtorto ore ita dicto, memorabilis eſt. Hunc enim BOLESLAVM III. cognomento

Boleslaus II, audax.

Boleslaus interficit Stanislaum Epiſcopum Cracov.

Boleslaus monaſterium ingreditur.

Wladislaus Hermannus.

Boleslaus Criwouſtus.

mento Criwouſtum quadragies ſepties prælio decertaſſe ſemper victorem referunt Poloni, niſi quod ultimo in prælio à Ruſſis deceptus fugere coactus ſit ex prælio Halicienſi, inde etiam præ mœrore, ob acceptam cladem, mortuum eſſe. Poſt ipſius obitum diſcerpta in quatuor partes Polonia bellis civilibus miſere concutiebatur lacerabaturque. WLADISLAVS II. à fratribus natu minoribus ob impotentem dominationem Regno expulſus, tandem Imperatoribus Germanicis ſeſe interponentibus, Sileſia, ut ſupra dictum, potitus eſt. Ab hoc Wladislao Duces Lignicenſes & Brigenſes in Sileſia deſcendebant, quorum ultimus Georgius Wilhelmus An. 1674. mundo ultimum dixit vale, ſicque cum ipſo familia Piaſtea in Sileſia extincta eſt. Sequentes Polonorum Duces variis artibus variaque fortuna inter ſe decertabant. In his præ cæteris memorandus eſt CASIMIRVS II. cognomine *Juſtus*, raræ moderationis clementiæque Princeps, qui poſt fratres ſuos WLADISLAVM II. BOLESLAVM IV. Criſpum, & MIECISLAVM ſenem, rerum in Polonia potitus eſt. Unum autem de ipſo idque ſingulare moderationis ſpecimen referſingu-

Polonia in multas partes dividitur.

VVladislaus II. Sileſia potitur.

Caſimirus II. Iuſtus.

tur. Quidam ex aulæ aſſeclis Joannes Conarius ab ipſo ad aulæ ludum invitatus victusque extremo etiam jactu cui tota ſors producti in ſeram noctem ludi committebatur, ita efferbuerat, ut vincenti Caſimiro colaphum impingeret. Comprehenſum, etſi omnium ſententiæ capitis reum pronunciarent, Caſimirus tandem à culpa plane abſolvit, illum impatientia jacturæ abreptum deliquiſſe, ſe vero proſtitutæ dignitatis ſuæ juſtam pœnam luiſſe cauſatus. Hujus Caſimiri juſſu Hiſtoriam ſuam Polonicæ gentis compoſuit Vincentius Kadlubko, ut ipſe *in Præfatione ad lib. IV.* teſtatur. MIECISLAVS III. puer adhuc ob ſenilem prudentiam *Senis* cognomen adeptus eſt: poſtea verò conſultore Henrico Kitlicio multos offendit, ideo principatu dejectus variis dolis eundem à credula Leſci Albi matre bis recuperavit. Poſt Miecislai ſenis obitum, diſſentiebant inter ſe Regni Polonici proceres, quemnam ſibi ſumere Principem deberent, utrum WLADISLAVM à gracilitate pedum *Laſconogum* dictum, an verò LESCVM ALBVM toties à Miecislao deceptum. Conſenſus tandem omnium ſtetit, ut Leſcus principatum obtineret, ea tamen lege, ut Gowori-

Moderatio Caſimiri ſingularis.

Vincentius Kadlubko ſcribit Hiſtoriam.

Miecislaus Senex.

VVladislaus Laſconogus.

Leſcus Albus mavult Regno carere quam innocentem damnare.

woricium Sendomirienſem Palatinum fidei erga ſe raræ Conſiliarium in exilium mitteret. Sed Leſcus magno animo Principatu potiùs ſe carere quam inſontem amicum tanta injuriâ afficere velle reſpondit; etiamſi ipſum Govoritius hortaretur, ne propter ſe ſenem conditiones adeo fructuoſas recuſaret. Factus igitur Princeps WLADISLAVS *Laſconogus*, contra quem tamen tandem electus eſt Leſcus Albus. Inde BOLESLAVS IV. *Pudicus* principatu Poloniæ potitus eſt. Nomen autem Pudici accepit, eo quod Cunigundam uxorem toto conjugii tempore non attigit. Illo clavum Reipubl. gubernante Tartari totâ Polonia ferro & igni vaſtatâ, usque in Sileſiam penetrarunt, ubi ad Ligniciam urbem pugna cum ipſis infeliciter eſt commiſſa. Cæſi ſunt illo tempore Henricus Pius Wratislavienſium Dux, Boleslaus Moravorum Ducis filius, Poppo (quod tamen de Poppone Magiſtro Caſpar Schützius *lib.1.Chron.Pruſſ.fol.29.b.* recte negat) Cruciferorum in Pruſſia Magiſter. Cæterorum militum tanta vis trucidata eſt, ut à Tartaris præciſæ cæſorum ſingulis ſingulæ aures novem ſaccos capaciſſimos implerent. LESCVS NIGER Princeps Poloniæ à Conrado Maſoviæ Duce toto pene

Boleslaus Pudicus.

Tartari usq; in Sileſiam penetrant.

Leſcus Niger.

pene regno exutus, fide autem Cracovienſium ſervatus eſt. Cracovienſes enim, cum ad Conradum omnia defeciſſent, tantisper in fide Leſci permanſere, donec exercitu ex Hungaris contracto Conradum profligaret. Tum Leſcus Cracovienſibus pro tanto beneficio gratiam relaturus, regimen urbis ſolis Germanis, qui fidem præclare ſervaverant, proprium deinceps attribuit. Leſco Nigro vita functo, regnum tandem ad PRIMISLAVM II. devolutum eſt, qui ſibi auſu proprio Regium ſumpſit titulum. Sed eo inſidiis Marchionum Brandeburgenſium ſublato, VLADISLAVS LOCTICVS ob brevem corporis ſtaturam à *Lokiéc*, id eſt ulna, ita dictus, regium titulum à Romano Pontifice petiit, qua de re Albertus Cranzius *lib. VIII. Wandal.* *capite* 2. ita ſcribit: *Poloni ſicut & Bohemi Reges habuere per intervalla creatos à Romanis Imperatoribus: ſed cum illos tæderet geminæ ſubjectionis; omisſis Regibus Duces creavere. Lakoldus* (ſic appellat Wladislaum Locticum) *hac tempeſtate Dux erat Cracoviæ & qui per omnem Poloniam facile principaretur. Hic à Joanne Pontifice Romano ſuſcepit*

Cracoviæ Germani rerum potiuntur.

Primiſlaus reſumit titulum Regium.

Vladiſlaus Locticus.

pit coronam, quod Ludovicum, quem exſecrabatur Papa, non duceret legitimum Imperatorem, evitans etiam, ne per eam occaſionem ſubjectus Romano Imperio cenſeretur. Ex quibus verbis cauſam diſcimus, cur Wladislaus non ab Imperatore, ſed à Papa, titulum Regium petierit. Hic ipſe Rex pulſus quidem eſt regno ad aliquod tempus à WENCESLAO Bohemorum Rege, ſed illud poſtea recepit. Wladislai Loctici filius fuit CASIMIRVS MAGNVS cui Polonia omnem debet cultum. Ille enim vel aſcitis vel etiam ultro venientibus Germanis agros attribuit, quorum cura & operâ Polonia frequentari & cultior eſſe pagis & oppidis cœpit. Imò hodieque Germanicæ Gentis veſtigia reperiri in ipſo Ruſſiæ Palatinatu, auctor eſt Simon Starovolſcius *in Deſcript. Polon. pag. 122.* Arces igitur & oppida in Polonia pleraque omnia, munitiones etiam ac templa lateritia & monaſteria complura, hujus Regis maximam partem ſunt opera; ut jam de Legibus aliiſque rebus, de quibus poſtea dicendi dabitur occaſio, nihil dicam. Vid. Cromer. *lib. XII. p. 606. ſeqq.* Neugeb. *lib. III. in fin. pag. 210.* Ad extremum Caſimirus M. cum nulla ſibi ſpes

Caſimirus M. Germanos in Poloniam invitat.

Polonia excolitur à Germanis.

ſpes prolis ſupereſſet, multa Polonis largitus eſt Privilegia, ut tantum LVDOVICVM Vngariæ Regem ad ſceptrum Polonicum promoveret, quod etiam tandem obtinuit. Eam ob cauſam Polona Nobilitas ab hoc Caſimiro M. Rege Privilegia ſua Legesque orditur. Quamvis & plebi addictiſſimus fuiſſe memoretur, adeò ut Rex Ruſticorum ſit appellatus. Prætereo jam Judæos, de quibus infra erit agendi locus. Fines Poloniæ, quinam ſub hæc tempora fuerint, cognoſcimus ex Radevico Sec. XII. Scriptore, qui *lib. 1. cap. 1. de Reb. Friderici* ſcribit, ſuo tempore *Poloniam habuiſſe ab occidente Oderam, ab oriente Iſtulam, à Septentrione Ruthenos* (id eſt. Rugios, ut etiam appellantur in Vita Ottonis Bambergenſis, quam edidit Lic. Valerius Jaſchius) *& mare Scythicum* (id eſt Balticum) *à meridie Sylvas Boëmorum*. Sed poſt Radevici tempora ulterius etiam versus orientem trans Viſtulam imperii fines ſenſim Reges Polonici protulere, ut inprimis de Caſimiro M. paulo ante diximus. Et hoc etiam amplam poſtea cum Lithuanis concertandi ſuppeditavit materiam, ut ſuo loco dicetur.

Ludovicus Vng. & Polon. Rex.

Poloniæ fines Sec. XII.

XIII.

Regum Poloniæ Tertia Claſſis.

XIII. Tertia claſſis Regum Poloniæ conſtat ex Magnis Ducibus Lithvaniæ, qui ſeſe hoc ordine ſequuntur:

An. 1386. *Wladislaus Jagello* regnavit annos 48
1434. *Wladislaus Jagellonides* 10
1447. *Caſimirus IV. Jagellonides* 45
1492. *Joannes Albertus* Caſimiri filius 9
1501. *Alexander* Joannis Alberti frater 5
1507. *Sigiſmundus I.* Alexandri frater 41
1548. *Sigiſmundus Auguſtus* Sigismundi I. filius 25

Tempore Jagellonidarũ Regnum fuit electivum.

In hac ſerie Regum Poloniæ hoc ante omnia tenendum eſt, non jure ſucceſſionis ſed electionis Principes ad gubernacula Reipubl. fuiſſe admotos, ſecus ac ſtatuit Melchior Goldaſtus ab Haiminsfeld *lib. IV. de Regno Bohemiæ cap. 10.* Etenim ea de cauſa Vladislaus Jagello, ne jure hæreditario cum Hedvige filia Ludovici Poloniæ & Vngariæ Regis in Regno Poloniæ ſucceſſiſſe videretur, coactus eſt conceptis verbis jurare, quod Regno Poloniæ præeſſe vellet non jure hæreditario ad ſe devoluto, ſed per liberam populi Poloni electionem ſibi oblato collatoque.

Simi-

Similiter etiam omnes ejus Succeſſores diſertis verbis teſtantur, ſe Reges electos non natos eſſe. *Vid.* Janus Januszovius *lib.1. Conſtitut. Regn. Polon. Part.1. tit. 2. pag. 4. ſeqq.* Theodorus Zawacki *Part. I. Conſtitut. & jur. Regn. Pol. tit. 3. pag. 19.* Herburtus *in Statuto*, Szerbicius & alii. Sed objiciat nobis quiſpiam, Jagellonem ejusque Succeſſores titulum Heredis uſurpaſſe, donec Sigiſmundus Auguſtus An. 1564. in Comitiis Varſavienſibus titulum atque jus heredis in gratiam Polonorum exuerit, teſte Alberto Wijuk Kojalovicio *Part. II. Hiſt. Lithv. lib. VIII. pag. 458. in fin.* Verum reſpondemus, hoc factum ab illis regibus eſſe, ob Lithuaniam & Ruſſiam, quarum Provinciarum erant legitimi hæredes, ut expreſſis verbis *loc. cit.* Kojalovicius. Nos Pruſſiam addere poſſumus, quæ ſe Caſimiro Jagellonidi ſubjecit, ut heredi *Vid. infra lib. I. cap. VII. num. IX.* Item fieri hoc potuit, ut titulum heredis uſurparent, ex longa conſuetudine ab aliis retro Regibus & Ducibus accepto hoc titulo. Non raro enim accidit, ut Reges ac Principes amiſſa ſæpe re, ſolo tamen nomine & titulo illius rei ſe ſolentur. Exemplum hujus rei habemus in hac ipſa materia, de abdicatione juris hæreditarii in

Jagellonis tamen poſteri nomine hæredis uſi ſunt.

F Lithua-

Sigism. Aug. utitur titulo hæredis etiam poſt abdicatum jus hæreditariũ.

Lithuaniam & Ruſſiam. Etenim Rex Sigiſmundus Auguſtus etiamſi renunciarit juri ſuo hereditario in dictas regiones, titulo tamen heredis uſus eſt usque ad mortem. In ipſa illa abdicatione, quæ An. 1564. d. 13. Martii facta eſt, reperitur titulus hæredis, ut eſt in Volumine Conſtitut. *pag. 49. & 56.* Similiter non abſtinuit à titulo hæredis Sigiſmundus Auguſtus *in Conſtitut. an. 1565. pag. 83. An. 1566. p. 124. An. 1567. p. 128. An. 1569. p. 178. An. 1570. p. 187.* Prætereo jam alia Privilegia poſt conjunctionem Poloniæ & Lithuaniæ adeoque poſt abdicationem juris hereditarii in dictas Provincias, conceſſa, in quibus Sigiſmundus Auguſtus ubique titulo hæredis utitur. Primus qui hoc titulo abſtinuit eſt Henricus Valeſius, cui in Pactis Conventis ea lex fuit præſcripta: *Heredis titulo Reges non utantur*, ut habet Andr. Maximil. Fredro *in Hiſt. Henr. pag. 65.* Quod autem ad exteros Scriptores attinet, quando illi Jagellonidas Regni Poloniæ Hæredes nominant, faciunt hoc aut ob rerum Polonicarum ignorationem: aut vocem hæredis late accipiunt, quatenus quemvis ſucceſſorem ſignificat, ſive ille ſit à Populo electus, ſive jure hæreditario ad regnum pervenerit. Et huc pertinent ea, quæ

Henricus Valeſius abſtinet titulo hæredis.

Digitized by Google

quæ habet Æneas Sylvius *in Commentar. de Europæ ſtatu ſub Friderico III. Imp. cap. 19.* Sed neque is contra nos quidquam obtinuerit, qui ſecundo loco objiceret, Reges Poloniæ & in hac Claſſe ſibi ſucceſſores deſignaſſe, quod indubitatum eſſe Succeſſionis ſignum ſupra aliquoties notavimus. Nam hoc factum eſt aliquando non niſi totius Senatus conceſſione & indultu. Hoc modo Caſimirus Magnus Ludovicum Hungariæ Regem ſibi ſucceſſorem conſtituit, de quo videatur Cromerus *lib. XII. pag. 598.* Eadem ratione Ludovicus Rex filiam ſuam natu majorem nomine Mariam cum Sponſo Sigiſmundo Caroli Imperatoris filio ſibi ſuccedere voluit, quod tamen poſtea Mariæ illius matre conſentiente mutatum, locoque Sigiſmundi Vladislaus Jagello Rex evectus eſt. *Vid.* Cromer. *lib. XIII. p. 623.* Et hæc etiam cauſa eſt, quod aliquando Senatus Regi filium ſibi ſucceſſorem deſignare volenti ſummis viribus reſtiterit. Exemplum ejus rei præbet nobis Wladislaus Jagello, qui cum Polonis multa promiſiſſet, ut tantum filium ſuum ſe vivo ſucceſſorem Regni deſignarent: poſtea verò conſilio mutato promiſſa ſe præſtiturum negaret, conſurgens omnis Senatus Diploma ſuum, quo Regi

Quomodo Reges Poloniæ ſibi ſucceſſores deſignarint.

de filio promittebat à Sbigneo Oleſnicio Epiſcopo Cracovienſi, viro magni animi, cujus fidei concreditum erat, receptum, magno cum fremitu ac tumultu Rege inſpectante concerpſit. Sic igitur tunc temporis re infecta diſceſſum eſt. Alia tamen deinde via, ait Cromerus, Rex id, quod cupiebat perfecit, cum Senatores ſingulos privatim prenſaſſet & à ſingulis chirographa exegiſſet, itemque à Civitatibus & plerisque Conventibus Nobilitatis *lib. XIX. pag. 680.* Similiter quoque Sigiſmundus I. obtinuit à Senatu, ut filius Sigiſmundus Auguſtus ſibi ſucceſſor deſignaretur, idque tandem, non ſine magna tamen difficultate obtinuit. Neugebaur. *lib. VII. Hiſt. Pol. ad an. 1529. p. 525. & ſeq.* Ex dictis ſatis ſuperque elucet, quam verè Franciſcus Marinius ſcripſerit, non temere in Polonorum Hiſtoria reperiri, Regem aliquem à Senatu obtinuiſſe, ut ſibi vivo adhuc ſucceſſor deſignaretur, niſi Wladislaum Jagellonem excipias, cui hac in parte indultum eſt quidpiam præter mores Regni *in lib. de ſcopo Reipubl. German. cap. IV. pag. 64.* Tandem verò cum lex eſſet lata, ne unquam Regi liceret ſurrogare ſibi ullo modo Succeſſorem, ſæpe illa in Interregnis aliisque Conſtitutionibus renovata legitur, ut poſtea videbimus *lib. II. cap. I.*

Reges promittunt ſe ſibi ſucceſſores non ſurrogaturos.

XIII.

XIV. Quò plura nobis de Regibus ſtirpis Jagellonicæ in ſequentibus ſunt dicenda, eò pauciora nunc inter memorabiliora recenſebimus. JAGELLO Magnus Dux Lithuaniæ Olgerdi filius longè lateque per Lithuaniam & Ruſſiam dominabatur, cum Ludovicus Vngariæ Rex rebus humanis exemptus duas relinqueret filias, Mariam & Hedvigen. Poloni ex pacto, quod cum Ludovico inierant, Mariam prius & poſtea quibusdam rebus intervenientibus, Hedvigem ſibi Reginam elegerunt. Cum deinde Hedvigi maritum quærerent, magnam ſpem concepit Jagello regni Polonici adipiſcendi, ſi Hedvigem duxiſſet uxoxorem. Legatis igitur in Poloniam miſſis Regnum illud nuptiasque cum Hedvige ambivit, pollicitus inter alia, Chriſtianam ſe religionem cum omni ſua Lithuaniâ & Samogitia ſuſcepturum, ſi Rex Poloniæ eligeretur. Non diſplicuere Polonis hæc promiſſa, ut qui tandem Jagellonem voti compotem fecerunt. Et quanquam Ludovicus Rex Vngariæ Hedvigem jam Wilhelmo Auſtriæ Duci deſtinaverat, jamque pacta quædam inter eos interceſſerant de matrimonio, adjecta ducentorum millium florenorum pactione, ni conventis alterutra pars ſtaret;

Memorabiliora de rebus Jagellonidarum. *Jagello.*

ret; ipſe quoque Wilhelmus, ne ſibi deeſſet Cracoviam jam venerat: prælatus ipſi tamen eſt Jagello, qui religione Ethnica abjecta ſacro Baptiſmatis fonte expiatus, nomen Wladislai accepit. Patruelis Wladislai fuit Alexander Witoldus Magnus Dux Lithuaniæ magni animi Princeps, qui eodem tempore adChriſtum converſus nomen Alexandri adeptus eſt. Hic alta ſemper ſpiravit, proinde omnibus viribus nitebatur, ut Rex Lithuaniæ crearetur. Hac ſpe dejectus Bohemicam coronam ſibi oblatam dubio procul accepiſſet, niſi Wladislaus Jagello Huſſitis nimium infenſus conatibus Witoldi reſtitiſſet. Tantæ fuit Rex ille pietatis, ut ipſe quoq; cum Witoldo rudem plebeculam, cum neceſſitas exigebat, in religione Chriſtiana erudiret. Nec minus illud probitatis indicium eſt, quod in Pruſſia eum edidiſſe ſcriptores domeſtici memorant. Nimirum cum ante pugnam Grunvvaldenſem & Tannebergenſem diutius ſacris matutinis immoraretur, miſit Cruciferorum Magiſter Vlricus de Jungingen ad eum duos Caduceatores, qui ipſum hortarentur Magiſtri ſui nomine, ne tam cunctanter & meticuloſe pugnam iniret. Quo verò citius ſe pugnæ accingeret, duos gladios ſtrictos & cruen-

Jagello in Baptiſmo nomen VVladislai accipit.

VVladislai pietas.

cruentos Regi & Witoldo caduceatores obtulere, ut vel iis contra Cruciferos, uterentur, ſi ſuis armis non fiderent. Hic piiſſimus Rex Caduceatoribus reſpondit, ſatis quidem ſe armorum in exercitu habere, accipere nihilominus in Dei nomine gladios ab hoſte contumeliæ cauſa miſſos; atq; ita accipere, ut omen victoriæ, quam ſibi armorum traditio portendat. *Vid.* Cromer. Neugebauer. Schuzius & alii. At verò Æneas Sylvius ordini Teutonico magis quàm Polonis favens, rem haut prorſus aliter enarrat, *in Deſcript. Europæ cap. 29.* Videlicet Magiſtrum Regi duos enſes miſiſſe ſcribit, facta poteſtate, ut quem vellet hoſtis eligeret, alterum vero ſibi remitteret: proinde Regem uno retento alterum remiſiſſe. Sed prius ut credamus, ingens Magiſtri iſtius facit animus, qui exercitum Polonicum, & aliàs contemptim habuit. Ad pietatem Wladislai Jagellonis & illud meritò referas, quod Cracovienſem Academiam ex teſtamento Hedwigis erexit, accitis ex Pragenſi Academia Doctoribus. Abſtemius quoque fuit Rex ille laudatiſſimus, ita ut omni vitæ ſuæ tempore non niſi aquæ potu uſus ſit. Dum autem virtutes ipſius commemoramus, negare etiam non poſſumus, fuiſſe in illo, quæ meritò

Jagellonis virtutes & vitia.

 ritò

ritô reprehenderes. Notantur enim in ipſo, præter Zelotypiam, qua laborabat, ſuperſtitiones quædam Ethnicæ, quas ad exrremum usq; vitæ terminum retinuit, teſte Cromero, Neugebauero & aliis. Auctor Chronici ordinis Teutonici, cujus initium feciſſe dicitur Epiſcopus quidam Paderbornenſis, Ordini Teutonico nimium addictus, hunc Wladislaum non rarò tanquam hominem paganum acerbè exagitat: ſed immeritò, ut ex dictis manifeſtum eſt. Hujus filius, qui ipſum in Regno excepit, dictus eſt itidem WLADISLAUS *Jagellonides*. Hic cum ſimul Rex Hungariæ eſſet electus, rupto fœdere cum Turcis antea inito (idque juſſu Pontificis, qui propterea Julianum Cardinalem in Hungariam miſerat) commiſſoque ad Varnam prælio, Anno 1444. cum exercitu cæſus eſt. Quapropter ei neſcio quis illud Epitaphium ſcripſit:

VVladiſlaus Iagellonides cæditur ad Varnam.

Romulidæ Cannas, ego Varnam clade notavi,
Diſcite mortales non temerare fidem
Me niſi Pontifices juſſiſſent rumpere fœdus
Non ferret Scythicum Pannonis ora jugum.

Caſimirus Iagellonides.

De CASIMIRO III. (qui revera eſt IV.) Jagellonide hoc loco illud memorabi-

rabile eſſe puto, quod aliàs apud Polonicos Hiſtoricos non legitur. Cum Carolus Canuti Rex Sueciæ Gedani in Cœnobio Olivenſi cum Rege Polonorum Caſimiro latinè locutus eſſet, quia Polonicè neſciebat, nec ipſe Rex per ſe vel aulicorum quemquam, niſi per monachum reſpondere poſſet, effecit Carolus, ut Caſimirus pudore ex imperitia iſtius linguæ non tam ſui quam miniſtrorum cauſa victus, latinarum & humaniorum literarum ſtudium, ſuis, ſi provehi ad honores vellent; publico edicto mandaret. Ex quo tempore magis quam antea non ſolùm Nobiles ſed etiam plurimi ex vulgo literas latinas didicerunt, immò ea de cauſa latina lingua hodie frequentior eſt in Polonia, quam in ullo alio Regno, ut hoc refert Joannes Loccenius *lib. V. Hiſt. Suec. pag. 158. Editionis Vpſalienſis in forma, ut vocant octava.* Sed in recentiori editione, quæ An. 1676. in Germania in forma quarta locupletior prodiit, hoc ipſum omiſit Loccenius. *Vid. hujus ultimæ editionis p. 147.* Fortaſſis igitur ea de re poſtea ipſe dubitare cœpit. JOANNES ALBERTVS infeliciter regnum adminiſtravit. Ejus enim tempore Tartari & Turcæ Ruſſiam, Podoliam aliasque Regni Polonici provincias miſerrimè vaſtarunt.

Lingua Latina in Polonia rara.

Cur Latina lingua in Polonia frequentior quam ullo alio in Regno.

Ioannes Albertus.

Digitized by Google

Alexander. ALEXANDRI Regis breve fuit imperium. Conjugi illius Helenæ diadema negatum eſt, quod Græcanicis addicta ſacris, Romanæ Eccleſiæ inſtituta ſequi nolebat. Rex ipſe fuit prodigus, adeò ut ſi diutius vixiſſet, totum facile regnum prodigere potuiſſet. Proinde Polonici Regni ordines, ut his malis obviam irent, in Comitiis tandem effecerunt, ut *Statutum* ab hoc Rege *Alexandrinum* dictum conderetur, quo omnes bonorum à Rege factæ donationes revocabantur irritæq; reddebantur.

Alexandrinum Statutũ

Sigiſmundus I. SIGISMVNDVS I. Princeps immortalitate digniſſimus, qui virtutibus ſuis à Paulo Jovio, nobili Hiſtorico, poni meruit inter tres illos heroes (hi fuerunt Carolus V. Imperator, Franciſcus I. Galliæ Rex & noſter Sigiſmundus I. Poloniæ Rex) qui niſi ſimul imperaſſent, ſinguli digni fuerunt, qui toti orbi imperarent. Præter animi dotes, erat etiam magno corporis robore præditus: ætate enim florente ſoleas ferreas, quales equis ſuppingi ſolent, frangere, funesque cannabinos rumpere ſolitum ferunt. Sigiſmundum I. in regno excepit

Sigiſmundus Auguſtus. SIGISMVNDVS AVGVSTVS filius, ſub quo Lutherana, ut vocant, & Reformata religio in Polonia mirè propagata eſt. Cauſam quidam Hiſtorici hanc eſſe dicunt.

Religionis Reformatæ incrementa.

dicunt. Ducebatur Cracoviæ meretrix quædam ad miniſtros Andreæ Czarnkovii, quæ cum in Studioſos ſive Academicos incidiſſet, habita eſt contumelioſius. Aulici, ad quos tendebat, re comperta, in Studioſos irruunt & quosdam eorum trucidant. Cum igitur Studioſi injuriam ſibi illatam ulciſci non poſſent, opem Epiſcopi implorant: ſed cum vindicta negligentius exerceretur, illi agmine facto urbem relinquunt, ſacrum illud: *Ite in univerſum mundum*, ingeminantes. Inde ſecuta eſt non tantum ingens Academiæ vaſtitas: ſed etiam Studioſi illi peregrinam religionem edocti, partes Lutheri auxerunt ejusque dogma domum reverſi propagarunt. Salom. Neugebauer. *lib. VIII. Hiſt. Polon. p. 572. ſeq.* Primus autem, qui ex Sacro ordine in Polonia, jam tempore Sigiſmundi I. Reformatam Religionem amplexus eſt, fuit Joannes à Laſco Præpoſitus Gneſnenſis & Lancitienſis & nominatus Epiſcopus Veſprinenſis, qui an. 1540 Patriâ relicta, Belgium & Angliam adiit; cumq; reverſus eſſet, jam complures alios Evangelicæ religioni addictos reperit. Rex ipſe Sigismundus Auguſtus nemini à Romana Eccleſia deficienti fuit moleſtius. Immò non tantum Confeſſionem fidei ab Evangeli-

Primus in Polonia Calvinianus.

Sigismundus Auguſtis favit Evangelicis.

Digitized by Google

gelicis exhibitam amanter manibus ſuis excepit, ſed etiam Concionatores eorum interdum audivit, & in aula ſua fovit, ex quibus fuere Joannes quidam Coſminis & Laurentius Praſnicius, referente Sarnitio *lib. VIII. Annal. Polon. ad an. 1552. fol. 394.*

Epiſcopi Evangelicis favent.

Parùm tunc abſuit, quo minus tota ferè Polonia religionem Evangel. reciperet, tis etiã Epiſcopis aliisq; Sacerdotibus mul-in religione nutantibus. Vid. Neugeb. *lib. VIII. Hiſt. Bolon.* & Paulus Piaſecius *in Chronico pag. 49.* Non prætereundum hic eſt

Sigismundi Auguſti periculum Regiomonti.

periculum, quod adiit Sigismundus Auguſtus Rex Regiomonti in Pruſſia Ducali. Cum enim ab Alberto Marchione & Duce Pruſſiæ demiſſe invitatus, Regiomontum intraret, & ingenti tormentorum reboatu ſalutaretur, ignorantiâ tormentarii Magiſtri pilâ ignitâ è tubo mortarii emiſſa ipſũ Regem prope tetigiſſet, niſi Deo ſic providente, eqvus Regius loco opportunè ceſſiſſet; Armigero tamẽ ejus Wiſniowiecio, qui eũ pone ſequebatur, caput pila volans abſtulit, ut Regem cerebro reſpergeret. Prædixerat hoc periculum Regi Foxius Aſtrologus eo ipſo die ſubeundum. *Vid.* Neugeb. *lib. VIII. Hiſt. Polon. pag. 585. ſeq.*

Babinenſis Respubl. ludicra.

Ad extremum fortaſſe Benevolo Lectori non ingratum facturi ſumus, ſi hoc loco Rempubl. *Babinenſem* temporibus Sigismun-

mundi Auguſti Regis in Polonia ortam deſcribemus. Placet autem hoc negotium verbis Stanislai Sarnitii expedire: *Per idem tempus*, inquit Sarnitius, *res faceta & plena jucunditatis à quibusdam Nobilibus in terra Lublinenſi excogitata fuit. Inſtituerant iſti ſocietatem quandam, quam REMPVBL. BABINENSEM vocabant; eò quod loci cujusdam, Babin dicti, Dominus & poſſeſſor is fuit, quo auctore potiſſimùm illa Respubl. ſtabilita florebat. Significat autem vox Baba patriâ lingua anum, & Babine id, quod ad anum pertinet. Ita locus ille vetuſtate neglectus ac pene delectus prætereuntibus riſus materiam, non tam ſua exilitate, quam appellatione ſæpe largè ſuppeditabat. Homines igitur lepido & amœno ingenio præditi, ex occaſione arrepta à loco & loci Poſſeſſore Rempublicam Babinenſem, id eſt, ſedem principalem omnium qui miſcentur ſermonum facetorum ſocietatem appellarunt. Ut autem hæc ſocietas magis conſpicua redderetur, imitati ii, ex quibus ipſa conſtabat, ipſius Reipubl. Polonæ conſtituendæ rationem,*

Regem

Regem & Senatum ſibi deligunt, Archiepiſcopos, Epiſcopos, Palatinos, Caſtellanos, præfectos oppidorum & militiæ, Cancellarios & alia id generis munera gerentes ac magiſtratus ſibi deſignant, & creant. Deferendi autem has dignitates & munia imponendi hunc morem tenebant. Quemcunque in conviviis & conventibus celebrioribus obſervaſſent in aliquo genere dictorum aut factorum, præter modum ac decorum excellere, eum maxime idoneum ad obeunda munera ei rei conſentanea cenſebant. Verbi gratia: Multus erat quiſpiam in ſermone de ſublimibus rebus & ejus conditioni minime convenientibus, hunc aut Archiepiſcopum aut aliquem magnum Satrapam faciebant. Si quis vel ſermone lapſus vel aliam ob cauſam paradoxon aliquid ſeu per difficile creditu in medium attuliſſet, hunc aut Rhetorem aut Cancellarium Reipubl. ſuæ conſtituebant. Si quis Thraſonice gloriabatur, quod fortiter aut audacter ſe gesſiſſet in aliquo conflictu, aut de rebus bellicis ſupra modum non ſuo tempore

Digitized by Google

pore nec ſuo loco garriebat; hunc Præfectum copiarum aut equitem auratum creabant, literasque ſuper eâ re conſignabant, cerâ & ſigillo obſignatas, quas non contemnendis viris, ſibi tamen ſimilibus deferendas tradebant, qui aſſurgentes eas accipiebant, & quadam cum reverentia ad eum, ad quem ſcripta erant, deferebant. Is autem cogebatur officium illud ſuſcipere, vel ſi illud dedignabatur, ab omnibus riſu excipiebatur; & quo moroſius ſe gerebat quis renuendo ac recuſando ejusmodi honores, tanto magis ab illis irridebatur & feſtivè aulicis dicteriis ex compoſito tam diu exagitabatur traducebaturque, donec edomitus collum ſubmitteret. Quare ad mores corrigendos, ad ſermones cautè miſcendos, ad civilitatem modeſtiamque in junioribus formandam jocus & urbanitas illa plurimum pertinebat. Et erant ita naſuti cenſores vitæ ac morum illi optimi Duces hujus ſocietatis, ut nullus Phyſicus affectus humanos & potentias animæ ita exactè definierit, nullus Ethices

Præ-

Digitized by Google

Profeſſor de vitiis & moribus ita explicaverit, nullus Phyſiognomus ex vultu, geſtu, inceſſu & intuitu ita hominum naturam cognoverit, ut illi (ſic enim eos hoc loco vocare libet) divini Patres. Et cum aliquis eis novitius per jocum in ſocietatem offerebatur, tunc veluti deliberaturi tardius eum recipiebant. Proloquatur, inquiebant, detque primum ſpecimen aliquod ſuæ indolis, tum videbimus, ad quod officium erit maxime idoneus. Nam & ad inferiora quædam ea res deſcendebat. Si quis enim de canibus, de feris, de falconibus non tempore ſuo aut loco paulo fuſius verba faciebat, hunc ſtatim aucupem & venatorem Babinenſem faciebant. Si quis autem de religione ſupra modum ad menſam diſſerebat, mox eum concionatorem Babinenſem pronunciabant. Si quis ex ſententia Romanæ Eccleſiæ aut cujuspiam alterius ſectæ ſupra modum zelo flagrabat, aut etiam acerbius ea de cauſa in alios invehebatur, mox eum Inquiſitorem hæreticæ pravitatis Babinenſem declarabant.

Si

Si quis de equis & eorum proprietatibus verboſius diſſerebat, ſi de œconomicis rebus admixto præſertim mendaciolo aliquo, ut ſit plerumq; inter comeſſandum, curioſiùs loquebatur, mox eum vel magiſtrum equitum vel regium œconomum Babinenſem ad exemplum magni Procuratoris Cracovienſis, creabant; aſſurgentesque interdum in ipſa menſa honores illos eis deferebant. Usque adeò autem iſta ludicra Respubl. invaluerat, ut rarus eſſet in ipſo Regni Senatu, in clero, inter aulicos, inter alios ordines Regni, cui non aliquid tale aſpergeretur, &c. Res iſta denique ad Sigismundum Auguſtum Regem perlata eſt; de qua non ſine magna delectatione ſæpius multa audivit. Et cum injecta eſſet mentio aliquorum procerum, qui inſigniti erant ejusmodi honoribus, interrogavit, an etiam Regem in ea Republ. haberent: Cui reſpondiſſe fertur ipſe Capitaneus Babinenſis, qui præ aliis ſupra modum vultu, aſpectu ipſo, & ſermone facetus erat: Abſit, inquit, à nobis cogitatio iſta, ut te vivente, Sereniſſime

 Rex,

Rex, & ſuperſtite de alio Rege eligendo cogitemus aliumve creemus: tu & hic & apud nos Rex eſto. Riſit placide humaniſſimus & benigniſſimus Rex nec ullum ſignum indignationis dedit; immò verbis quæ addidit riſum omnium auxit. Cæterum cum aliquando quidam paulo gravius de Regno Alexandri Magni, deque Perſarum, Babyloniorum & Romanorum Monarchia in conſeſſu horum hominum diſſereret, tum quidam ex eis ſermonem excepit: Quid, inquit, antiquitatem jactas & amplitudinem illarum monarchiarum? noſtra Babilonenſis antiquior & Græca & Perſica & denique omnibus eſt. Quid David de ea dixit: Omnis homo mendax: & hoc eſt ejus fundamentum atque eſſentia. Ergo in ea Darius, Alexander Magnus & totus mundus includitur. Cunctis ſeſe invicem intuentibus, hic ſermo ab omnibus cum applauſu exceptus eſt. Jactabant autem ſe habere privilegia à Regibus & Imperatore atq; etiam ſummo Pontifice, quibus eorum Reſpubl. confirmaretur. Jam ſi quis acerbè aliquod

quod verbum in alium torſiſſet, & mendacium cum damno alterius & læſione dixiſſet, hunc nequaquam idoneum ad capeſſendos honores in ſua Republ. judicabant. At qui urbane absque damno cujusquam aliquid comminiſcebatur, hunc non modo laudabant, ſed etiam officio aliquo cohoneſtabant. Locum porrò comitiorum ſuorum jocoſo vocabulo GELDAM, à Gedanenſibus mutuata voce, qui popinam ſuam GELDAM vocant. Sed apud nos inconditum garritum multitudinis congerronum ea vox ſignificat. Et erant homines illi, qui Duces erant illius ſocietatis prudentes & magnæ exiſtimationis apud quosq; bonos & apud ipſum Regem, &c. Hæc Sarnitius *lib. VIII. Annal. Polon. pag. 395.* Antequam ad claſſem quartam Regum transeamus, ſubjiciemus verba Alberti Cranzii, quæ ſub finem XV. Seculi de magna Jagellonicæ domûs potentia ſcripſit. Tantam enim eam facit, ut nullius Chriſtiani Principis potentiam ei parem æſtimet: *Magna*, inquit ille, *hodie domus Poloniæ, originem ducens ex Lithuanis. Incomparabilis eſt hodie ſua magnitudine*

Jagellonicæ domus potentia.

dine cunctis Principum per orbem Chriſtianum familiis. Quam enim gentem dabis tam late imperitantem? Teneat Hiſpaniarum Rex hodie propitio Deo omnem Hiſpaniam quinq; regnis diſtributam: adjecerit Bæticæ Regnum, quod Granadæ vocant. Pace ejus dixerim, Poloniæ domui par eſſe non poteſt. Tria enim latiſſima regna hodie complectitur. Tenet Wladislaus ſenior inter fratres regna Ungariam cum Bohemia. Tenet Joannes Albertus ipſam Poloniam: Alexander frater magnum Lithuaniæ Principatum, fratre Rege Poloniæ nulla parte minor, &c. lib. VI. Wandal. cap. 8.

Regum quarta claſſis.

XV. Quarta & ultima claſſis Regum Poloniæ ex diverſis familiis conſtat. Sequuntur verò ſeſe Reges hoc ordine:

An. Chr. 1574. *Henricus Valeſius Dux Andegavenſ.* -- *5. menſes.*
1576. Stephanus Battori, Palatinus Tranſylv. *10. ann.*
1587. Sigismundus III. Princeps *Sveciæ,* *44.*
1632. Wladislaus IV. Sigismundi III. filius, *17*

1648

1648. *Joannes Caſimirus, Wladislai IV. frater,* 21.

1669. *Michael Coributh, Dux in Wisniowiec,* 4. *ann. & 4. menſ.*

1674. *Joannes III.*

Hæc Regum claſſis crebris diſtinguitur Interregnis ob diverſas familias, ex quibus Reges illi fuerunt electi. Sublato enim è vivis Sigiſmundo Auguſto, ultimo ſtirpis Jagellonicæ in Polonia principe, electus eſt HENRICVS *Valeſius*, Dux Andegavenſis, Caroli IX. Regis Galliæ frater, qui non niſi quinque circiter menſes à Coronatione ſua Poloniæ præfuit. Audita enim Caroli IX. Regis Galliæ fratris ſui morte, præſentiâ ſuâ Galliæ motus componendos eſſe ratus; de dimisſione verò è Polonia dubius, clam noctu parvo cum comitatu Cracoviâ diſceſſit, & in Galliam ſuam magnis itineribus contendit, fruſtra ipſum revocantibus Polonis. Cum Henricus Galliæ Regnum turbis variis implicatum occupaſſet, Poloni verò præſenti Rege opus haberent, Interregnum publicarunt. Hic ſciſſa in duas partes Polona Nobilitas duos eligit Reges. Altera pars Maximiliano Imperatori ſceptrum Polonicum obtulit, cui etiam favebar ipſe Interrex Jacobus Vchans-

Henricus Rex.

Duo Reges eliguntur.

Digitized by Google

Stephanus Bathori.

Vchanski Archiepiſcopus Gneſnenſis & Primas Regni. Altera elegit STEPHANVM *Battor* de Somlio (Fuerunt enim alii Battorei de Battor) Palatinum Tranſylvaniæ, cui favebat Samuel Zborobski tum temporis apud illum exul. Cunctante hic Imperatore Stephanus Poloniam ingreſſus, haud difficulter in ſuas partes traxit omnem. Dantiſcanam etiam urbem reſiſtere auſam obſidione cinxit & ad pacem petendam compulit. Fuit hic Rex in pœnis irrogandis ſeverior, quam Leges Polonicæ de homicidiis latæ patiebantur. Religionem vi adhibita propagare noluit, Deum ſibi tria illa reſervaſſe dictitans: *Ex nihilo aliquid facere; futura præſcire & conſcientiis dominari.* Huic Regi quidam tribuunt, quod in Polonia lingua Latina à pluribus diſcatur, quam ullo alio in Regno. Referunt enim nonnulli, Stephanum cum in Poloniam veniſſet linguæ Polonicæ non fuiſſe gnarum; ideoque non tantùm cum Polonis Latinè locutum, ſed etiam illos ad hanc linguam excolendam cohortatum eſſe, ita ut ſæpe ad Procerum filios juniores diceret: *Diſce Latine, ego exte aliquando faciam Moſci Pan.* His juventuti ſtimulus additus fuiſſe dicitur ad linguam eam diligentius excolendam. Addunt

Dantiſcanũ bellum.

Stephani virtutes.

Linguæ Latinæ uſus cur in Polonia frequentior.

Addunt his alii Scholarum Jeſuiticarum per hunc Regem inſtitutionem, quibus hoc ipſum deberi contendunt. Verum utut non negamus, his mediis promota fuiſſe liberalium artium ſtudia; attamen jam antea, fortaſſe quia cum aliis gentibus Europæis nulla alia linguâ quam Latina uti poterant, aut etiam ex ratione à Loccenio aſſignata & ſupra à nobis adducta, lingua Latina inter Polonos fuit vulgatiſſima. Jam enim tempore Sigiſmundi I. Regis Poloniæ cum Joannes Dantiſcus Epiſcopus Varmienſis legatione nomine Regis ſui functurus Viennam ingreſſus eſſet, ſummopere mirabatur Cæſar, etiam aurigas Legati Linguæ latinæ peritos fuiſſe, ut habet Chriſtoph. Warſevicius *in Legato.* Similiter cum poſt exceſſum Sigiſmundi Auguſti Legati ad Henricum Valeſium Regem Poloniæ recens electum eſſent miſſi, in quorum comitatu trecenti circiter Nobiles erant, maximæ hoc laudi fuit gentis Polonicæ, quod ex eo comitatu *nullus non latini ſermonis peritus fuerit; plures Italicè & Germanicè loquerentur; quidam etiam tam concinne Gallicas voces proferrent ut ad Sequanam potiùs aut Ligerim, quam ad Viſtulam*

Aurigæ Latinæ linguæ gnari.

Legatio Gallica Polonis honorifica.

aut Beriſthenem nati viderentur; pudore interim aulicis literarum non tantum rudibus, ſed infeſtis etiam hoſtibus incuſſò, qui interrogati ab hoſpitibus ſuis erubeſcere & nutu tantum reſpondere cogebantur, ut ait Jacobus Auguſtus Thuanus *lib. 56. Hiſtor. circa fin.* Non memoro jam tot Doctos ſcriptisque claros in Polonia viros, ut Joannem Dantiſcum, Tidemannum Giſium, Stanislaum Hoſium, Martinum Cromerum, & alios, qui ante tempora Stephani Regis inſignem conſecuti ſunt eruditionem, adeò ut dictæ cauſæ, ſaltem ſoli, literarum Latinarum cultus adſcribi nequeat.

Docti viri in Polonia ſuperiore ſeculo.

Post fata Stephani Batthorei iterum duæ in Interregno extitere factiones. Ab una electus eſt Maximilianus Archidux Auſtriæ, ab altera SIGISMVNDVS Princeps Sveciæ ex ſtirpe materna à Jagellonidis genus ducens. Nam Catharina Sigismundi Auguſti Regis Poloniæ ſoror nupſerat Joanni III. Principi Finlandiæ (qui poſtea Rex Sveciæ factus eſt) ex quo conjugio natus eſt Sigiſmundus III. & quidem in carcere Gripsholmienſi, in quem Ericus Rex Sveciæ Joannem cum conjuge Catharina detruſerat. *Vid.* Joan. Loccenius *in Hiſt. Svecan. lib. VII. pag. 357. 358. & 369.*

Duo Reges eliguntur.

Sigismundus III. Rex.

& 369. Cum igitur Catharina hæc religioni Pontificiæ eſſet addicta, filium etiam hunc ſuum Sigiſmundum in eadem educabat, permittente id Joanne III. Rege, qui etiam ipſe ad Pontificiam religionem inclinabat. Idcirco cum Sigismundi Principis Præceptor Arnoldus Grothuſius eum à Pontificiis ſacris abducere conaretur, Rex Joannes excandeſcens, ſtricto in Præceptorem gladio, hæc addidit: *Educabis filium meum in ſpem utriusque regni* (nempe Svedici & Polonici) Vid. Joan. Loccen. *lib. VII. Hiſt. Svec. pag. 441.* Cum Sigiſmundus III. Rex Poloniæ eſſet electus jamque in Polonia degeret, potitus eſt tandem etiam Sveciæ Regno. Sed cum Jeſuitas eo vellet introducere aliæque cauſæ intervenirent, regno illo tandem exutus eſt à Carolo IX. Duce Sudermanniæ, cum quo poſtea varia bella geſſit per Joannem Zamoiſcum Magnum Regni Poloniæ Cancellarium & Exercituum Ducem ſupremum: item per Chriſtophorum Radzivilium Palatinum Vilnenſem; Carolum Chodkievicium & alios. Habuit prius in matrimonio Annam Caroli Archiducis Auſtriæ filiam, quâ defuncta alteram ejusdem Caroli Archiducis filiam nomine Conſtantiam ſibi mntrimonio junxit: ex priore natus

Sigismundus in religione Pontificia educatus.

Bella Svedica.

eſt Wladislaus, ex poſteriore Joannes Caſimirus, uterque Rex Poloniæ. *Vid.* Stanisl. Lubienski *lib. I. & II. de motu civili in Polonia.* Verum & illud obſervatione dignum eſt, quod Rex Sigiſmundus III. ex Jeſuitarum ſententia omnia egerit, adeò ut aulicorum ſpes & fortunæ non niſi ab eorum favore penderent. Immò publica quoque negotia eorum nutu adminiſtrata eſſe, hancque unicam errorum in Moſchicis, Svedicis Livonicisque Regis rationibus fuiſſe, ſcribit Paulus Piaſtecius *in Chronico ad an. 1616. pag. 358.* Neque contemnendum eſt, quod monet nonnemo, Sigiſmundum III. Regem Poloniæ numero quadrageſimum quartum (addit autem Henricum Probum, qui in noſtro Catalogo Regum non comparet) quadraginta quatuor etiam annos imperaſſe. Sigiſmundum III. in regimine excepit filius primogenitus WLADISLAUS, deviĉtis Turcis, Magno Ducatu Moſcoviæ (cujus etiam Tzar electus erat) ſibi ſubjugato, & per hæc felici in Poloniam ſtatu introducto, Princeps ad omnem poſteritatem memorandus. Cum igitur tot bella compoſuiſſet, contentiones quoque in Religione exortas in Colloquio Thorunenſi An. 1645. inſtituto componere annixus eſt: Sed hic feliciſſimum

Sigismundus Ieſuitis deditus.

Sigismundus 44. annos Regno præfuit.

VVladislaus Rex.

Colloquium Thorunenſe.

ſimùm alias Regem Fortuna deſtituit, quandoquidem colloquium illud ſine fructu habitum & tandem diſſolutum eſt. Ad hunc usque Regem Wladislaum IV. Poſtæ publicæ, ut vocantur, in Polonia difficulter expediebantur, Regiis Civitatibus vehicula ægre ſuppeditantibus. Igitur An. 1647. conſtitutum eſt, ut inpoſterum more Germanorum aliarumque gentium Poſtæ ordinarentur, quod etiam factum. *Vid. Conſtit. An. 1647. pag. 9. tit. Ordinacya Poſzty.* Eo rege Merecii in Lithuania mortuo, & ipſa Regni Poloniæ felicitas mortua fuiſſe videbatur. JOANNES enim CASIMIRVS, qui jam vitam monaſticam in Religione Societatis Jeſu antehac elegerat & biennio probationis finito, antequam perſeverantiam in eo ſtatu profeſſus eſſet, ab Innocentio X. Papa in numerum Cardinalium cooptatus erat, teſte Piaſecio *ad an. 1648. fol. 599. (503)* Wladislao à Polonis ſuffectus, ductâq; fratris ſui Vladislai uxore Maria Louyſa Duce Nivernenſi ex familia Gonzagarum oriunda, infinitis propemodum bellis implicitus erat; cum in Poloniam Coſaci, Moſci, Tartari, Sveci, Tranſylvani, aliique omnibus viribus incumberent. Tandem tot bellis vix eluctatus Joannes Caſimirus, abdicato imperio

Ioannes Caſimirus Rex fuit jam Cardinalis.

Bella multa Caſimiri.

perio in Galliam conceſſit; ubi etiam animam exhalavit. Tempore Joannis Caſimiri Regis accidit res mira, quæ fortaſſis apud poſteritatem vix fidem inveniet, ut olim contigit Hiſtoriis de Romulo & Remo, aliisq; ferarum alumnis. Nimirum an. 1661. reperti ſunt in ſylvis Grodnenſibus à turma militum in luſtris cum aliis pluribus urſis duo pueri. Horum alter, cum milites in feras impetum feciſſent, cum aliis urſis loca paludinoſa petiit, ſicque manus inſequentium evaſit: alter verò, dum alia via periculum evadere laborat, militi in prædam ceſſit. Hic octavum circiter aut nonum annum jam attigerat, ut ex ſtatura ejus colligi poterat: mores plane urſini erant, quoniam non tantum carnibus crudis, melli, pomis, aliisq; urſorum deliciis avidè inhiabat, ſed etiam more talium ferarum quadrupes incedebat. Adductus Warſaviam Regiq; oblatus, primo ſacris Chriſtianorum initiatus eſt, nomenq; Joſephi in Baptiſmo accepit. Mox erecta facie pedibus incedere, non ſine difficultate, edoctus eſt. Linguam vero Polonicam addiſcere non potuit, ſed murmure urſino animi ſui ſenſa exprimere ſolitus eſt. Donavit illum poſtea Rex Joannes Caſimirus Succamerario Poſnanienſi Petro Adamo Opalinio, in cu-

Digitized by Google

in cujus aula ad culinæ miniſteria adhibebatur, ut ligna portaret, aliaq; viliora munia obiret. Feritatem tamen ſuam non plane exuit, ſed aliquando ſylvas petiit, ſecurus ab urſis, qui ſtatim ipſum, ut alumnum ſuum agnoſcebant. *Vid.* Johannes Redwiz *in Carmine ad Petrum Adamum Opalinski Succamerarium Poſnanienſem hac de re Anno 1674. ſcriptum.* Cum regno ſe abdicaſſet, Johannes Caſimirus electus eſt, urgentibus quibusdam Palatinatibus, *Piaſtus*, id eſt, Rex incola, MICHAEL KORIBVTHVS, Dux in Wisniowiec, ex antiquiſſima Olgerdi Magni Ducis Lithuaniæ & Patris Wladislai Jagellonis familiâ oriundus. Koributhus enim, â quo Wisniowiecy Duces deſcendunt, fuit Wladislai Jagellonis frater. *Vid.* Albert. Wijuk Kojalowicz. *Part. 1. Hiſt. Lithu. lib. VIII. pag. 354.* Verùm & huic Regi parum favit fortuna. Motibus enim civilibus concuſſa Republicâ, Camæneciâ item Podoliæ (validiſſimo totius Poloniæ propugnaculo) à Turcis expugnata, è vita An. 1673. cum quatuor annos menſesq; quatuor imperaſſet exceſſit. Sub hoc Rege Michaele natus eſt An. 1670. Vilnæ in Lithuania infanti dens, quem omnes civitatis Medici, chirurgi & aurifabri, præſente loci illius Epiſcopo

Michael Rex.

Turcæ Cameneciam occupant.

ſive Leſci I. mortem, ubi curſu equorum inſtituto Leſcus II. Rex electus eſt. *Quartum* poſt Popielum II. à muribus corroſum, in cujus locum ſuffectus eſt Piaſtus. *Quintum* eſt à Miecislai Regis Polonorum II. morte, ubi Caſimirus è monaſterio extractus gubernaculis Reipubl. admotus eſt. *Sextum* poſtquam Caſimirus Magnus mortuus erat, ubi Lodovicus Ungariæ Rex ei ſuffectus eſt. *Septimum* poſt Ludovici Vngari fata, ubi ad Wladislaum Jagellonem magnum Lithuaniæ Ducem Regnum fuit delatum. *Octavum* cum Sigismundo Auguſto è vivis ſublato, Regnum Henrico Valeſio ceſſit. *Nonum* poſt exceſſum ejus in Galliam, ubi Stephano Tranſylvaniæ Palatino ſceptrum Regni Polonici fuit traditum. *Decimum* poſt ejusdem Stephani mortem, ubi Sigismundus III. fuit ex Svecia accitus. *Undecimum* eſt poſt abdicationem Joannis Caſimiri, ubi Michael Koributh Dux Wisniowiecius electus eſt. Et tandem *duodecimum* Interregnum eſt poſt fata Michaelis Koributhi Regis, in quo faſces imperii Polonici Sereniſſimo Joanni III. qui hodie feliciter Regno præeſt traditi ſunt. Hæc Interregna vulgò ab Hiſtoricis enumerari ſolita, ſi quis ita vocari dicat Hiſtoricè non politice, nos

Digitized by Google

cè, nos non habebit ſibi adverſos. Interregnum enim Politicè ſumptum eſt propriè in Regno electivo tempus illud, quo poſt mortem unius Regis, quicunque ille tandem fuerit, alter ab electoribus quæritur, & Reipubl. gubernandæ admovetur. Hic autem Interregna vocantur illa tempora, quando ſtirpe Regia penitus extincta, ex alia familia Rex quæritur, ſive Regnum illud ſit electivum, ſive ſucceſſivum; ſive poſt mortem ultimi Regis alius quæratur, ſive ei vivo adhuc ſubſtituatur.

CAP. III.
De
SILESIA & Comitatu
Scepuſienſi in Hungaria.

I.

OMiſſis jam Rugianis, Mekleburgico & Luneburgico Ducatibus, Wagria & Miſnia, ut & Regno Bohemiæ & Moraviâ (quas, licet Slavorum fuerint Provinciæ, primis illis Ducatus Polonici temporibus Polonis non paruiſſe jam ſupra probavimus, & licet poſtea quædam earum, præſertim Boleslao Chrobri imperante, Regno Poloniæ fuerint

aut Boriſthenem nati viderentur; pudore interim aulicis literarum non tantum rudibus, ſed infeſtis etiam hoſtibus incuſſo, qui interrogati ab hoſpitibus ſuis erubeſcere & nutu tantum reſpondere cogebantur, ut ait Jacobus Auguſtus Thuanus *lib. 56. Hiſtor. circa fin.* Non memoro jam tot Doctos ſcriptisque claros in Polonia viros, ut Joannem Dantiſcum, Tidemannum Giſium, Stanislaum Hoſium, Martinum Cromerum, & alios, qui ante tempora Stephani Regis inſignem conſecuti ſunt eruditionem, adeò ut dictæ cauſæ, ſaltem ſoli, literarum Latinarum cultus adſcribi nequeat. Poſt fata Stephani Batthorei iterum duæ in Interregno extitere factiones. Ab una electus eſt Maximilianus Archidux Auſtriæ, ab altera SIGISMVNDVS Princeps Sveciæ ex ſtirpe materna à Jagellonidis genus ducens. Nam Catharina Sigismundi Auguſti Regis Poloniæ ſoror nupſerat Joanni III. Principi Finlandiæ (qui poſtea Rex Sveciæ factus eſt) ex quo conjugio natus eſt Sigiſmundus III. & quidem in carcere Gripsholmienſi, in quem Ericus Rex Sveciæ Joannem cum conjuge Catharina detruſerat. *Vid.* Joan. Loccenius *in Hiſt. Svecan. lib. VII. pag. 357. 358. & 369.*

Docti viri in Polonia ſuperiore ſeculo.

Quo Reges eliguntur.

Sigismundus III. Rex.

& 369. Cum igitur Catharina hæc religioni Pontificiæ eſſet addicta, filium etiam hunc ſuum Sigiſmundum in eadem educabat, permittente id Joanne III. Rege, qui etiam ipſe ad Pontificiam religionem inclinabat. Idcirco cum Sigismundi Principis Præceptor Arnoldus Grothuſius eum à Pontificiis ſacris abducere conaretur, Rex Joannes excandeſcens, ſtricto in Præceptorem gladio, hæc addidit: *Educabis filium meum in ſpem utriusque regni* (nempe Svedici & Polonici) Vid. Joan. Loccen. *lib. VII. Hiſt. Svec. pag. 441.* Cum Sigiſmundus III. Rex Poloniæ eſſet electus jamque in Polonia degeret, potitus eſt tandem etiam Sveciæ Regno. Sed cum Jeſuitas eo vellet introducere aliæque cauſæ intervenirent, regno illo tandem exutus eſt à Carolo IX. Duce Sudermanniæ, cum quo poſtea varia bella geſſit per Joannem Zamoiſcum Magnum Regni Poloniæ Cancellarium & Exercituum Ducem ſupremum: item per Chriſtophorum Radzivilium Palatinum Vilnenſem; Carolum Chodkievicium & alios. Habuit prius in matrimonio Annam Caroli Archiducis Auſtriæ filiam, quâ defuncta alteram ejusdem Caroli Archiducis filiam nomine Conſtantiam ſibi mntrimonio junxit: ex priore natus

Sigismundus in religione Pontificia educatus.

Bella Svedica.

eſt Wladislaus, ex poſteriore Joannes Caſimirus, uterque Rex Poloniæ. *Vid.* Stanisl.Lubienski *lib. I & II. de motu civili in Polonia.* Verum & illud obſervatione dignum eſt, quod Rex Sigiſmundus III. ex Jeſuitarum ſententia omnia egerit, adeò ut aulicorum ſpes & fortunæ non niſi ab eorum favore penderent. Immò publica quoque negotia eorum nutu adminiſtrata eſſe, hancque unicam errorum in Moſchicis, Svedicis Livonicisque Regis rationibus fuiſſe, ſcribit Paulus Piaſtecius *in Chronico ad an. 1616. pag. 358.* Neque contemnendum eſt, quod monet nonnemo, Sigiſmundum III. Regem Poloniæ numero quadrageſimum quartum (addit autem Henricum Probum, qui in noſtro Catalogo Regum non comparet) quadraginta quatuor etiam annos imperaſſe. Sigiſmundum III. in regimine excepit filius primogenitus WLADISLAVS, deviƈtis Turcis, Magno Ducatu Moſcoviæ (cujus etiam Tzar electus erat) ſibi ſubjugato, & per hæc felici in Poloniam ſtatu introducto, Princeps ad omnem poſteritatem memorandus. Cum igitur tot bella compoſuiſſet, contentiones quoque in Religione exortas in Colloquio Thorunenſi An. 1645. inſtituto componere annixus eſt: Sed hic feliciſſimum

Sigismundus Ieſuitis deditus.

Sigismundus 44. annos Regno præfuit.

VVladislaus Rex.

Colloquium Thorunenſe.

ſimùm alias Regem Fortuna deſtituit, quandoquidem colloquium illud ſine fructu habitum & tandem diſſolutum eſt. Ad hunc usque Regem Wladislaum IV. Poſtæ publicæ, ut vocantur, in Polonia difficulter expediebantur, Regiis Civitatibus vehicula ægre ſuppeditantibus. Igitur An. 1647. conſtitutum eſt, ut inpoſterum more Germanorum aliarumque gentium Poſtæ ordinarentur, quod etiam factum. *Vid. Conſtit. An. 1647. pag. 9. tit. Ordinacya Poſzty.* Eo rege Merecii in Lithuania mortuo, & ipſa Regni Poloniæ felicitas mortua fuiſſe videbatur. JOANNES enim CASIMIRVS, qui jam vitam monaſticam in Religione Societatis Jeſu antehac elegerat & biennio probationis finito, antequam perſeverantiam in eo ſtatu profeſſus eſſet, ab Innocentio X. Papa in numerum Cardinalium cooptatus erat, teſte Piaſecio *ad an. 1648. fol. 599. (503)* Wladislao à Polonis ſuffectus, ductâq; fratris ſui Vladislai uxore Maria Louyſa Duce Nivernenſi ex familia Gonzagarum oriunda, infinitis propemodum bellis implicitus erat; cum in Poloniam Coſaci, Moſci, Tartari, Sveci, Tranſylvani, aliique omnibus viribus incumberent. Tandem tot bellis vix eluctatus Joannes Caſimirus, abdicato imperio

Ioannes Caſimirus Rex fuit jam Cardinalis.

Bella multa Caſimiri.

Digitized by Google

perio in Galliam conceſſit; ubi etiam animam exhalavit. Tempore Joannis Caſimiri Regis accidit res mira, quæ fortaſſis apud poſteritatem vix fidem inveniet, ut olim contigit Hiſtoriis de Romulo & Remo, aliisq; ferarum alumnis. Nimirum an. 1661. reperti ſunt in ſylvis Grodnenſibus à turma militum in luſtris cum aliis pluribus urſis duo pueri. Horum alter, cum milites in feras impetum feciſſent, cum aliis urſis loca paludinoſa petiit, ſicque manus inſequentium evaſit: alter verò, dum alia via periculum evadere laborat, militi in prædam ceſſit. Hic octavum circiter aut nonum annum jam attigerat, ut ex ſtatura ejus colligi poterat: mores plane urſini erant, quoniam non tantum carnibus crudis, melli, pomis, aliisq; urſorum deliciis avidè inhiabat, ſed etiam more talium ferarum quadrupes incedebat. Adductus Warſaviam Regiq; oblatus, primo ſacris Chriſtianorum initiatus eſt, nomenq; Joſephi in Baptiſmo accepit. Mox erecta facie pedibus incedere, non ſine difficultate, edoctus eſt. Linguam vero Polonicam addiſcere non potuit, ſed murmure urſino animi ſui ſenſa exprimere ſolitus eſt. Donavit illum poſtea Rex Joannes Caſimirus Succamerario Poſnanienſi Petro Adamo Opalinio, in cu-

in cujus aula ad culinæ miniſteria adhibebatur, ut ligna portaret, aliaq; viliora munia obiret. Feritatem tamen ſuam non plane exuit, ſed aliquando ſylvas petiit, ſecurus ab urſis, qui ſtatim ipſum, ut alumnum ſuum agnoſcebant. *Vid.* Johannes Redwiz *in Carmine ad Petrum Adamum Opalinski Succamerarium Poſnanienſem hac de re Anno 1674. ſcriptum.* Cum regno ſe abdicaſſet, Johannes Caſimirus electus eſt, urgentibus quibusdam Palatinatibus, *Piaſtus*, id eſt, Rex incola, MICHAEL KORIBVTHVS, Dux in Wisniowiec, ex antiquiſſima Olgerdi Magni Ducis Lithuaniæ & Patris Wladislai Jagellonis familiâ oriundus. Koributhus enim, â quo Wisniowiecy Duces deſcendunt, fuit Wladislai Jagellonis frater. *Vid.* Albert. Wijuk Kojalowicz. *Part. 1. Hiſt. Lithu. lib. VIII. pag.* 354. Verùm & huic Regi parum favit fortuna. Motibus enim civilibus concuſſa Republicâ, Camæneciâ item Podoliæ (validiſſimo totius Poloniæ propugnaculo) à Turcis expugnata, è vita An. 1673. cum quatuor annos menſesq; quatuor imperaſſet exceſſit. Sub hoc Rege Michaele natus eſt An. 1670. Vilnæ in Lithuania infanti dens, quem omnes civitatis Medici, chirurgi & aurifabri, præſente loci illius Epiſcopo

Michael Rex.

Turcæ Camæneciam occupant.

ſcopo etiam limâ adhibitâ probarunt, vereque aureum eſſe judicarunt. Sed cum poſtea An. 1673. puerulus ille febricula corriperetur, mutatus eſt aureus ille dens in oſſeum, referente Alberto Tylkowski *in Disquiſitione Phyſica oſtenti duorum puerorum, quorum unus cum dente aureo, alter cum capite giganteo Vilnæ ſpectabatur.* Geſtum deinde eſt bellum adverſus Turcas ſub auſpiciis Illuſtriſſimi Domini Joannis Sobieſcy, ſupremi tunc exercituum in Regno Poloniæ Ducis; qui etiam obtenta memorabili illa Chocimenſi victoria aliiſque rebus pro Patria fortiſſime geſtis meritus eſt, ut communibus omnium ſtudiis ad Regale faſtigium eveheretur. Et hic eſt ille JOANNES III. quem non tantum ſubditi ob ingentes verèque Regias virtutes colunt, ſed univerſus etiam propemodum orbis ob concuſſam fractamque in Auſtria ad urbem Viennenſem potentiam Turcicam & ingentia in rem Chriſtianam merita veneratur adoratque. Ut verò diu vivat, victorias continuet, connectat laureas, fines imperii proferat nomenq; per hæc ſuum reddat immortale, omnes ex animo precamur.

Ioannes III. Rex.

XVI. Antequam hoc caput concludamus,

damus, lubet jam omnia illa Interregna in quatuor Regum claſſibus à nobis commemoratis occurrentia in unum colligere. Quamquam autem in Regnis Electivis poſt ſingulos Reges Interregnum ſequitur, niſi Pater ſibi adhuc vivo filium indultu procerum in Regno ſubſtituat, non omnia tamen hic nobis erunt commemoranda. Duplicia enim nos hic facimus Interregna, videlicet alia Majora, alia minora. Minora vocamus ea, quandò patre mortuo ex filiis, aut his deficientibus ex fratribus unus in ejus locum eligitur: tunc enim, quoniam certus ferme eſt Regni ſucceſſor, ad quem omnium ſuffragia collineant, minore tumultu res agi ſolet, ideoque ea nomine minorum Interregnorum appellare placuit. Majora interregna ſunt, quando ſtirpe Regia prorſus extincta, in aliam ſtirpem regnum transferendum eſt, aut etiam ſi aliis intervenientibus, etiam filio ſuccedente, majora etiam pericula Reipubl. imminent. Ejusmodi Interregna majora numerant Hiſtorici duodecim circiter. *Primum* eſt à Lechi obitu & incidit in an. Chr. 700. *Secundum* fuit circa an. 750. poſtquam Wenda Regina Craci filia ſeipſam in Viſtulam præcipitem dederat. *Tertium* poſt Præmiſli ſive

Interregna Polonica.

Interregna ſunt duplicia.

ſive Leſci I. mortem, ubi curſu equorum inſtituto Leſcus II. Rex electus eſt. *Quartum* poſt Popielum II. à muribus corroſum, in cujus locum ſuffectus eſt Piaſtus. *Quintum* eſt à Miecislai Regis Polonorum II. morte, ubi Caſimirus è monaſterio extractus gubernaculis Reipubl. admotus eſt. *Sextum* poſtquam Caſimirus Magnus mortuus erat, ubi Lodovicus Ungariæ Rex ei ſuffectus eſt. *Septimum* poſt Ludovici Vngari fata, ubi ad Wladislaum Jagellonem magnum Lithuaniæ Ducem Regnum fuit delatum. *Octavum* cum Sigismundo Auguſto è vivis ſublato, Regnum Henrico Valeſio ceſſit. *Nonum* poſt exceſſum ejus in Galliam, ubi Stephano Tranſylvaniæ Palatino ſceptrum Regni Polonici fuit traditum. *Decimum* poſt ejusdem Stephani mortem, ubi Sigismundus III. fuit ex Svecia accitus. *Undecimum* eſt poſt abdicationem Joannis Caſimiri, ubi Michael Koributh Dux Wisniowiecius electus eſt. Et tandem *duodecimum* Interregnum eſt poſt fata Michaelis Koributhi Regis, in quo faſces imperii Polonici Sereniſſimo Joanni III. qui hodie feliciter Regno præeſt traditi ſunt. Hæc Interregna vulgò ab Hiſtoricis enumerari ſolita, ſi quis ita vocari dicat Hiſtoricè non politicè, nos

Digitized by Google

cè, nos non habebit ſibi adverſos. Interregnum enim Politicè ſumptum eſt propriè in Regno electivo tempus illud, quo poſt mortem unius Regis, quicunque ille tandem fuerit, alter ab electoribus quæritur, & Reipubl. gubernandæ admovetur. Hic autem Interregna vocantur illa tempora, quando ſtirpe Regia penitus extincta, ex alia familia Rex quæritur, ſive Regnum illud ſit electivum, ſive ſucceſſivum; ſive poſt mortem ultimi Regis alius quæratur, ſive ei vivo adhuc ſubſtituatur.

Cap. III.
De
SILESIA & Comitatu Scepuſienſi in Hungaria.

I.

OMiſſis jam Rugianis, Mekleburgico & Luneburgico Ducatibus, Wagria & Miſnia, ut & Regno Bohemiæ & Moraviâ (quas, licet Slavorum fuerint Provinciæ, primis illis Ducatus Polonici temporibus Polonis non paruiſſe jam ſupra probavimus, & licet poſtea quædam earum, præſertim Boleslao Chrobri imperante, Regno Poloniæ fuerint

adjunctæ, non diu tamen imperium Polonorum agnoverant) progredimur jam ad SILESIAM, quam Vincentius Kadlubko ſemper appellat SILEVCIAM. Populos autem ipſos alii SILESIOS & SLESIOS, alii, præſertim veteres, SLIVSIOS, alii SVSOS vocant. Sed & derivatio hujus nominis, Sileſia, varia eſt. Alii enim hoc nomen deducunt à *Sleſa* vel *Elſa* flumine, alii à voce Schleuſe / alii aliunde, de quibus vid. Melch. Goldaſtus *lib. I. de Regn. Bohem. cap.* 14. Joachimus Curæus *in Annalibus Sileſ.* putat antiqua nomina LYGIORVM & ELYSIORVM in uſum eſſe revocata, quod etiam eſt probabilius. Hanc autem Provinciam, quam hodie Sileſiam vocamus, aut ſaltem magnam ejus partem usque ad Oderæ ripam Orientalem tempore Lechi ſucceſſorumque ejus ad Poloniam pertinuiſſe, fidem illud facit, quod neque Adamus Bremenſis, neque Helmoldus Sileſius ponant inter Slavos Germaniam hodiernam incolentes. Immò expreſsè etiam Adamus Bremenſis *lib. II. cap.* 10. (63.) Polonos ſtatim trans Oderam collocat. Helmoldus etiam *lib. I. Chron. Slav. cap.* 2. terminum Slavorum ſuorum, id eſt eorum, qui in hodierna Germania habitabant, ab oriente ponit Oddoram. Ex qui-

Sileſiæ appellationes.

Vnde Sileſia dicatur.

Sileſia ad Poloniam & olim pertinuit.

quibus illud firmiter concludi poteſt, ſaltem illa, quæ nobis cis Oderam ſunt & Poloniæ hodiernæ terminum orientalem contingunt Polonis fuiſſe ſubjecta omnia. Nec diffiteniur hæc Sileſiaci Scriptores. Sic enim Nicolaus Henelius in Sileſiographia ſua cap. 7. *Fuit*, inquit, *Sileſia Poloniæ Regni à Lecho conditi Provincia annos pene 860. Ante annos vero &c.* Hoc etiam ex Joachimo Cureo aliisque ejus gentis Scriptoribus ſatis fit manifeſtum. Non minus autem & hoc certum eſt, Sileſiam ſæpiùs à Germanicis Imperatoribus jam olim fuiſſe infeſtatam & forſan etiam aliquoties vectigalem factam. Quod Carolus Magnus & Sileſios domuerit, tradit Cureus *in Annal. Sileſ. pag. 28.* Poterit etiam hæc Cureï ſententia probari ex Eginhardi loco ſupra allegato (ſupra cap. II. num. IX.) ubi dixerat, Carolum M. gentes inter Rhenum & Viſtulam perdomuiſſe; ubi ſine dubio eos tantum populos intelligit, qui ſunt inter Rhenum & ea loca, in quibus Viſtula oritur. Poſt Caroli M. tempora clariora adhuc habemus de ſubactis Sileſiis Hiſtoricorum teſtimonia. Nam de Ludovico Pio Imperatore Caroli M. filio ſic loquitur Adamus Bremenſis: *Ipſe Boemanos, Sorabos,*

Sileſia ab Imperatoribus Germanicis ſubigitur.

Ludovicus Pius facit Sileſiam tributariam.

bos, Suſos, & cæteros Slavorum populos ita perdomuit, ut tributarios efficeret. Hæc Adamus *lib. I. Hiſt. Eccl. cap. 34. pag. 29.* Hoc An. 830. contigiſſe notat Cureus. Ex quibus ſatis evidenter patet, Carolum M. tentaſſe immò domuiſſe Sileſiam, quæ tamen poſtea ſtatim ſe in libertatem aſſeruit. Idcirco Carolo M. ſatis fuit (ſi Blondo & Bonfinio ſupra allegatis credimus) Albi præſidia impoſuiſſe. Ludovicus autem Pius Sileſios, ſaltem occidentales & Transoderanos denuo Germanico Imperio ſubjecit, teſte Adamo Bremenſi, ut jam audivimus. Verum neque tunc Sileſii Imperio Germanorum fidem ſervarunt. *Poſt mortem enim Ludovici Regis,* ait Helmoldus, *Bohemi, Sorabi, SVSI & Slavi, quos ipſe tributis ſubjecerat, tunc ſervitutis jugum excuſſerunt.* lib. 1. Chron. Slav. *cap. 7. num. 3. pag. 23.* Poſtea quoque nempe an. 869. Sorabi & Sliuſi ſub Ludovico II. junctis ſibi Bohemis & cæteris circumcirca vicinis antiquos terminos Thuringorum transgredientes, plurima loca devaſtarunt, ut notant Annales Fuldenſes *ad dict. annum.* Verùm An. 874. Luitpertus Archiepiſcopus & Ratolphus Rhaculphi ſucceſſor eos iterum ſub jugum

Sileſii ab Imperio deficiunt.

Sileſii in Germaniam excurrunt.

Sileſii iterū ſubiguntur.

gum miſerunt. Sic enim iterum dicti Fuldenſium Annales ad an.874. *Sorabi & Sliuſi eorumq; vicini Thaculpho defuncto defecerunt, quorum audaciam Luitpertus Archiepiſcopus & Ratolphus Thaculphi ſucceſſor ultra Salam fluvium profecti prædis & incendiis ſine bello compreſſerunt & eos ſub priſtinum ſervitium redegerunt.* Et alibi: *Slavi qui vocantur Linones & Sliuſi eorumq; vicini defectionem molientes ſolitum dare cenſum renuunt. Quos Ludovicus Rex miſſis quibusdam fidelibus ſuis ſine bello compreſſit, acceptisq; obſidibus nonnullis & muneribus non paucis eos ſub priſtinum redegit ſervitium.* Hæc Annales Fuldenſes *ad an.877.*

II. Hæc ex Germanicis Scriptoribus adduximus, apud Polonos verò hodiernos de iis nec vola nec veſtigium. Conſtans enim eorum eſt ſententia, Sileſiam totam, ut hodie ſuis finibus continetur, olim à principio Polonici Principatus fuiſſe ſub ditione Polonorum. Nihilominus tamen Germanorum ſententiam approbare videtur Vincentius Kadlubko antiquiſſimus Hiſtoriæ Polonicæ conditor, qui Boleslaum I. Chrobri ſibi Seleuciam

Polonorum ſententia de Sileſia.

Boleslaus I. Rex Polon. ſubjicit ſibi Sileſiam.

Digitized by Google

(id eſt Sileſiam aſſim,) Pomeraniam, Pruſſiam Ruſſiam, Moraviam, Bohemiam, ſuæ ſubjeciſſe ditioni ſuisque poſteris vectigales reliquiſſe refert. *lib. II. Chron. Polon. Epiſt. 13. pag. 138.* Itaque ſi Boleslaus Sileſiam ſuo adjecit Regno, ergo illa non ſemper tota Regno Poloniæ antea adhæſit. Poſt Boleslai Chrobri tempora ſub Miecislao I. de Sileſia nihil, quod ad noſtrum faciat inſtitutum, occurrit notandum. Caſimiro I. rerum in Polonia potiente circa an. 1042. Henricus III. Imperator Bretislao Duci Bohemiæ Sileſiam conceſſit, quam tamen poſtea Bretislaus Polonis reddidit eâ lege, ut Poloni ex Sileſia quotannis Bohemiæ Principibus penderent tributum, uti referunt Scriptores Bohemici, Coſmas Pragenſis *lib. II. Chron. Bohem. ad an. 1054.* Borek *in Chronico Bohem. Part. I. an. 1040. pag. 83.* Cureus *in Annal. Sileſ. p. 39.* Sub ea tempora Caſimirus I. Rex Poloniæ Epiſcopatum, quem antehac Mieſzko I. Smogoroviæ fundaverat, quique poſtea Bicinam translatus fuerat, tandem Wratislaviam tranſtulit, ex quo jus ipſius in Sileſiam cognoſcimus. Deinde Henricus IV. Imperator in Comitiis Moguntinis An. 1086. Wratislao Bohemiæ Regi dicitur feciſſe poteſtatem, ut Sileſiam, Luſatiam & Poloniam totam ad ſe

Henricus IV. Imp. VVratislao facit poteſtatem ſubjiciendi ſibi Poloniam.

ſe traduceret, teſte Coſma Pragenſi, qui ipſe cum Duce ſuo Comitiis illis interfuit *Lib. II. Hiſt. Bohem. ann. 1086. pag. 42.* Addunt etiam alii Bohemici Scriptores, Wratislaum poſtea magnam ſibi Poloniæ & Sileſiæ partem ſubjeciſſe, atq; urbem Wratislavienſem in Sileſia inſtauratam à ſuo nomine Wratislaviam appellaſſe, ideoque adhuc hodie dictam urbem in honorem conditoris ſui Wratislai Regis Bohemiæ in inſignibus ſuis literam W. habere. Teſtem hujus rei citant Joannem Dlugoſſum Scriptorem Polonicum. *Vid.* Bohuslaus Balbinus *lib. III. Epitomes rerum Bohem. cap. 8. pag. 209.* Agnoſcit illud, quod de donatione Poloniæ & Sileſiæ ab Henrico IV. Imperatore Regi Bohemiæ Wratislao facta dicitur, etiam ipſe Cromerus *lib. V. ad an. 1087. pag. 465.* qui tamen ibidem addit, utrumque, (Imperatorem nempe Henricum IV. & Bohemiæ Regem Wratislaum) ne tantillum ibidem habuiſſe, quantum pedis veſtigio calcare poſſet. Quid de hac controverſia nos ſentiamus, paucis aperiemus. Primùm fruſtra Bohemi & Sileſii Joannem Dlugoſſum in ſuas partes tradere contendunt, cum ille contrarium potius aſſeveret. Dicit enim jam An. 1058. Epiſcopatum Bicinenſem Wratislaviam à Caſimiro Rege Poloniæ

VVratislavienſis urbs nomen à VVratislao habet.

Sententia auctoris de hac controverſia.

Digitized by Google

translatum eſſe, quod recentiores omnes ex Dlugoſſo hauſerunt. Quomodo igitur Dlugoſſus aſſerere poteſt, poſt ea demum tempora urbem illam inſtauratam Wratislaviæ nomen adeptam eſſe? Sed ſi etiam Dlugoſſum ipſum inſpiciemus, nihil tale ex eo deprehendere licebit. Deinde Henricum IV. Imperatorem Wratislao Regi Bohemiæ permiſiſſe, ut ſibi Poloniam ſubjiceret, negari non poteſt. Nam iis temporibus Poloniam fuiſſe Imperatoribus Germanicis tributariam, jam ſuperiore capite ſatis ſuperque probatum eſt. Cum igitur Poloni jugum illud ferre nollent, Imperator autem Henricus IV. aliis turbis eſſet implicitus, ut Polonis ipſe bellum inferre non poſſet; ideo jus ſuum transtulit in Bohemiæ Regem ſibi fidum. Nihil autem tunc temporis Bohemiæ Regem contra Polonos obtinuiſſe, docent tot bella adverſus Bohemos & Germanos geſta, de quibus vid. Borek *Part. I. pag. 107. in pr. & pag. 122.* Joachimus Cureus *loc. cit.* Melch. Goldaſtus *lib. II. de Regno Bohem. cap. 12. & lib. III. cap. 10. num. 8.*

Status Sileſiæ Sec. XII.

III. Prævaluiſſe etiam in bellis illis Bohemicis Polonos, illud argumento eſt, quod Sileſia ſub Imperio Polonico non ſolum Wladislao Hermanno (cujus tempore

pore donatio illa Bohemiæ Regi ab Imperatore facta eſt) ſed etiam Boleslao III. Criwouſto regnante manſit. Immo ipſe Imperator Henricus IV. tandem cum Polonis in gratiam rediiſſe & bella Bohemica inhibuiſſe videtur, ut ex loco Lamberti Schafnabrugenſis ſupra *cap. II. num. X.* adducto elucet. Poſtea cum Boleslai Criwouſti filius Wladislaus II. fratribus ſuis impotenti dominatione gravis eſſet, expulſus tandem ab illis, confugit ad Conradum III. Imp. & deinde ad Fridericum I. Imperatorem, qui poſterior Boleslaum IV. cognomine Criſpum, Ducem Poloniæ & Fratrem Wladislai II. exulis variis bellis geſtis eò adegit, ut Sileſiam universam Wladislao & poſteris ejus traderet, cujus poſſeſſionem filii demum Wladislai, patre vitâ functo, adierunt. Fuere autem tres filii, nempe Boleslaus, Miecislaus & Conradus, qui ita inter ſe videntur Sileſiam partiti, ut tamen Monarcharum Poloniæ fiduciarios ſe profiterentur. Quapropter ut ejusdem ſanguinis Principes, quotiescunque de ſalute communis Patriæ conſilium erat capiendum, ſimul in unum convenientes Comitia cum Polonis obibant. Vt cum An. 1180. Caſimirus Comitia Lencitiæ indixiſſet, aderant inter alios Boleslaus

Sileſia proprios accipit Principes.

Sileſiæ Duces cum Polonis eadem habuere Comitia.

Procerus Wratiſlavienſis Dux, & Ziroslaus Wratislavienſis Epiſcopus. Similiter an. 1222. Maſoviæ Duci contra Pruſſos bellum gerenti adfuere, fundationemque Epiſcopatus Pruſſici ratam habuere Dux & Epiſcopus, item Dersko Palatinus & Sobeslaus Caſtellanus Wratislavienſes. Item an. 1226. Comitiis Ganſavienſibus interfuit Henricus Barbatus Wratislavienſis Dux, & alius ejusdem urbis Epiſcopus. Vid. de his Stanisl. Lubienski *in Reſponſ. ad LXX. rationes p. 166. Operum.*

Semina discordiæ inter Poloniæ & Sileſiæ Duces.

IV. Attamen poſtquam Sileſia Wladislai II. poſteris attributa eſt, ſtatim à ſe invicem abalienari cœperunt Polonorum & Sileſiorum animi, idque partim ob memoriam Wladislai filiorumque ejus, quibus Poloni hanc provinciam inviti tradiderant; partim etiam quod ægre ferebant conjunctionem Principum Sileſiæ cum Germanis, qui eò ſe conferentes paſſim Sileſiam complebant. Quo etiam fiebat, ut Principes paulatim moribus Germanicis asſueſcerent. Quin etiam eandem ob cauſam Poloni Principes Sileſiæ ſæpius ad conſilia non accerſebant. Præteribant inſuper eosdem, quando ipſis ſucceſſio in Regno Poloniæ deberi videbatur. Exaſperatis igitur jam per ſe utrinque animis, ſupervenit adhuc Joannes

Sileſii aſſueſcunt moribus Germanorum.

Bohe-

Digitized by Google

Bohemiæ Rex Henrici VII. Imperatoris filius, qui odia inter has gentes, Polonicam & Sileſiacam, auxit, donec tandem Sileſiam ſibi ſubjeciſſet. Inprimis autem inter Lignicenſem & Brigenſem Duces odia ſerebat, adeò ut illi ſeſe, veluti Cadmæi fratres, invicem attererent, ex quo etiam eò inopiæ redacti ſunt, ut Boleslaus Lignicenſium Dux filios ſuos Wratislavienſibus mercatoribus oppignoraret. Facile igitur fuit Joanni Sileſiæ Duces tum prece, tum precio, ad ſe pertrahere, quod etiam Sec. XIV. ſub Wladislao Lo-ctico Rege Poloniæ factum eſt. Jam autem & antea Wenceslaus Bohemiæ Rex iisdem artibus nonnullas Sileſiæ partes interverterat ſubque ſuam redegerat poteſtatem. *Vid.* Cromerus *lib. XI. p. 586. ſeqq.* Stanislaus Lubienski *in Reſponſ. ad LXX. rationes pag. 168.* præſertim vero Joach. Cureus *in Annal. Sileſ. pag. 95.*

Sileſia penitus à Polonia divellitur.

V. Sub eadem tempora cum Duces Sileſiæ tot bellis eſſent implicati, etiam CROSNENSIS Ducatus à reliquo corpore Sileſiæ avelli cœpit. Nam Anno 1272. urbs Croſna Magdeburgenſi Archiepiſcopo eſt oppignorata, quam tamen biennio poſt Henricus probus Dux Wratislavienſis redemit. Cureus *in Annal. Sileſ. pag. 306.* Andr. Angelus *lib. II. Annal.*

Croſnenſis Ducatûs fata.

Mar-

Marchic. pag. 108. Deinde Anno Chriſti 1276. Wratislavienſes Croſnam iterum oppignorarunt Marchioni Brandeburgigico Joanni pro 4000. aureis ſive florenis, ut Henricum principem ſuum captum liberarent, ea conditione adjecta, ne Marchio Boleslao Lignicenſi ſuppetias ferret. Miechov. *lib. III Chron. Polon. cap. LVII.* Angelus *lib. II. Annal. March. pag. 110.* Cum verò poſtea Croſna ad Sileſiæ Ducatum rediiſſet, accepit illum Ducatum Joannes Magnus, Marchio Brandeburgenſis, cognomento Cicero Germanicus, hypothecæ loco prò quinquaginta millibus aureis, qui ei dotis nomine debebantur, ut eſt apud Angelum in Annal. March. *lib. III. pag. 247. fin.* Deinde Anno 1491. Ducatum Croſnenſem Joanni III. Electori Brandeburgico Joannes Dux Saganenſis ceſſit conſentiente Wladislao Rege Hungariæ & Bohemiæ Angelus *lib. III. pag. 256.* Ad extremum Joachimus II. ejusque frater Joannes Marchio Brandeburg. acceperunt Anno. 1528. Croſnam à Ferdinando I. Rege Romanorum & Bohemiæ, primique ſe ſcribere cœperunt Croſnæ in Sileſia Duces. *Vid.* Angelus *lib. III. pag. 329.*

Croſna cedit Marchionibus Brandeburgenſibus.

VI. Caſimirus tandem Magnus Rex Poloniæ Sec. XIV. cum Joanne Rege Bohemiæ

Caſimirus M. Rex cedit omni jure quod habuit in Sileſiam.

hemiæ tranſegit & jure omni, quod habebat in Sileſiam, ſe abdicavit, ut tradit nonnemo apud Lubienſcium *in lib. ſupra aliquoties citato pag. 169.* Tradunt hoc ipſum alii quoque Scriptores Bohemici, adduntque tradita ſic Regibus Bohemiæ Sileſia, Reges Bohemiæ viciſſim ſe omni jure, quod prætendebant in Poloniam, abdicaſſe. Bohuslaus Balbinus *lib III. rer. Bohem. cap. 16. pag. 301. ſeq.* Neque Lubienſcius id, quod de dimiſſione juris in Sileſiam à Caſimiro Magno facta dictum eſt, negare audet, reſpondet tamen, Caſimirum id ſine conſenſu Procerum Poloniæ facere minime potuiſſe. Immò contendit inſuper Lubienſcius, non omnem tunc Sileſiam in ditionem Bohemorum conceſſiſſe, cùm & poſtea variæ partes Sileſiæ aliis Palatinatibus Polonicis acceſſerint. Namque & poſt pacta illa Caſimiri Magni Bernhardus Suidnicenſium Dux in fide, qua Regno Poloniæ obſtrictus erat, manſit, teſte Lubienſcio *loc. cit.* Idem etiam ille Caſimirus Magnus poſtea WSCHOVIENSE ſive FRAVSTATENSE TERRITORIVM cum civitate ejusdem nominis An. 1343. armis recuperavit, idque contra Pacta, ut tradit Cureus *in Annal. Sileſ. ad dict. an. pag. 103.* Et hoc territorium adhuc eſt in ditione Polono-

Svidnicenſium Dux manet in obſequio Polonorum.

VVſchovienſe territorium.

Ducatus qui dam Sileſiaci Poloniæ accedunt.

lonorum. Similiter etiam poſt ea tempora Palatinatui Cracovienſi tres Ducatus Sileſiaci acceſſere, nempe Ducatus Severienſis Ducatus Oſwiecimenſis & denique Ducatus Zatorienſis, de quibus ſingulis pauca nobis adjicienda erunt.

Severienſem Ducatum emit Sbigneus, Epiſc. Cracov.

VII. SEVERIENSEM Ducatum emit Sbigneus Oleſnicius Epiſcopus Cracovienſis & Cardinalis circa An. 1443. à Wenceslao Ceſſinenſium Duce, eâ lege, ut Cracovienſis Epiſcopus eſſet Dux Severiæ, teſte Cromero *lib. 21. de ort. & reb. geſt. Polon. pag. 714.* Cum verò ſe huic emtioni oppoſuiſſet Ratiborienſium Dux, ortis ſubinde variis motibus, Epiſcopus Cracovienſis in poſſeſſionem hujus ducatus venire ſtatim non potuit, donec tandem poſt triennium circiter, nempe an. 1446. Ducatus ille à Ratiborienſium & Teſſinenſium Ducibus ipſi pleno jure poſſidendus traditus eſt. Cromer. *lib. XXII. pag. 720.* Circa eadem tempora, nimirum Caſimiro IV. Jagellonide Polonis imperante, Joannes Dux Oſwiecimenſium Poloniam infeſtare auſus eſt, quam injuriam Poloni ulturi in ditionem ejus irrumpentes, arcem Oſwiecimenſem obſidione cinxerunt: quibus malis perculſus Joannes Dux pacem petiit, quæ ipſi conceſſa eſt ea con-

Oswiecienſis Ducatus.

ea conditione, ut accepto certo precio (nempe quinquaginta millibus marcarum latorum groſſorum Pragenſium numeri Polonicalis, quadraginta octo groſſos in qualibet marca computando, (ut habet Jacobus Przyluſius *in Statuto pag. 793. & 796.*) omni prorſus provincia Oſwiecimenſi Regi Polonisque cederet. Et ſic tandem OSWIECIMENSIS Ducatus, poſtquam cum reliqua Sileſia in ditionem Bohemorum venerat, poſtliminio in ditionem Polonorum An. 1454. rediit. Neque poſtea vindicatus eſt hic Ducatus à Bohemis, ob bella Huſſitica ſub Georgio Rege Bohemiæ geſta. *Vid.* Cromer. *lib. XXII. pag. 728. & 731.* Neugebauer. *lib. VI. Hiſt. Polon. pag. 334.* Ad extremum Ducatum ZATORIENSEM emit Joannes Albertus Rex Poloniæ à Duce Januſſio an. 1494. quinquaginta millibus florenorum Vngaricalium auri puri. Adjecit quoque dictus Joannes Albertus Rex Januſſio illi & conſorti ejus pro dicto Ducatu quotannis ducentas marcas pecuniæ communis & numeri. Polonicalis & ſedecim bancos ſalis donativi ad dies vitæ Janusſii & conſortis ejus, ut habetur in ipſo emtionis inſtrumento apud Przyluſium *lib. V. Statuti cap. V. pag. 791.* Factus igitur hac ratione eſt Januſſius

Zatorienſis Ducatus.

ſius Regni Polonici Vaſallus. Jusjurandum, quo ſe obſtrinxit Regi Poloniæ, habetur apud Janum Januſſovium *lib. VII. Conſtitut. Regni Polon. Part. VII. tit. 1. pag. 1013.* Sed cum Januſſius ille An. 1513. ſine prole deceſſiſſet, Ducatus ejus Regno Poloniæ ex pacto adjunctus eſt. Neugebauer. *lib. VII. Hiſt. Polon. pag. 466.* Verùm & in reliquis Ducatibus, quos poſt Joannem Regem Bohemiæ cæteri ejus ſucceſſores tenuerunt, Reges Polonicos aliquod jus habuiſſe, probat Lubienſcius ex eo, quod Wladislaus Jagello Polonorum Rex non aliter fœdus cum Wenceslao Imperatore pepigit, niſi ut Wenceslaus, tanquam Bohemiæ Rex, nomimina Ducum Sileſiæ cum ſexcentis lanceis & totidem baliſtariis ſe contra quemvis hoſtem auxilio futurum polliceretur; cujus rei extare diploma in tabulario Cracovienſi An. 1414. conſcriptum, teſtatur laudatus Lubienski *p. 170.* Ex his etiam pactis Wladislao contra Cruciferos bellum gerenti, quosdam Sileſiæ Principes memorat ibidem Lubienſcius.

Polonorũm jus in Sileſiam.

Prætereo jam quorundam Epiſcoporum & Abbatum Polonicorum territoria ampliſſima, quæ adhuc in Provinciis Sileſiacis, quæ hodie ſubſunt Regibus Bohemiæ, poſſidere dicuntur, de quibus videatur Stanis-

Quidam Epiſcopi & Abbates Polonici Diœceſos habent in Sileſia

Stanislaus Lubienſcius *in Diſcurſu de Rebus Sileſiacis pag. 160. Operum.*

VIII. Docuimus hactenus, quod Sileſia antiquis temporibus fuerit pars Polonici Regni; oſtendimus etiam, quomodo poſtmodum à Corpore Polonicæ Reipubl. per Joannem Bohemiæ Regem Sec. XIV. fuerit avulſa: & denique quomodo tandem quædam Sileſiæ partes inprimis Cracovienſi Palatinatui fuerint poſtliminio adjunctæ. Jam igitur, quoniam poſtea de Vngaria nulla ſe offeret dicendi occaſio, oſtendemus, qua ratione COMITATVS SCEPVSIENSIS à reliqua Hungaria fere avulſus palatinatui Cracovienſi pene totus acceſſerit. Nimirum Wladislaus Jagello dederat An. 1412. Sigiſmundo Hungariæ Regi octoginta millia ſexagenarum Pragenſium mutuò, pro qua ſumma viciſſim Sigismundus Vladislao hypothecæ loco dedit dictum Scepuſienſem Comitatum; adjectis ejusmodi conditionibus, quæ redemtionem jam reddunt difficillimam, immò impoſſibilem. Sunt autem in hoc Comitatu primùm tredecim civitates, deinde eſt arx Lublovienſis cum aliis quibusdam urbibus, quæ adhuc à Polonis tenentur: quædam tamen ex hoc Comitatu ut Leutſchovia, Keſmarkum & alia

Hungariæ pars Polonis oppignoratur.

Comitatus Scepuſienſis tredecim civitates accipiunt Poloni.

I adhuc

adhuc pertinent ad Hungariæ Regem. Vid. de his Cromerus *lib. XVII, de Ort. & Reb. geſt. Polon. in calce.* Neugebauer *lib. 5. Hiſt. Polon. pag. 263.* Jac. Przyluſ. *lib. 6. cap. 6. p. 797.* Petrus de Rewa *in Hiſt. Hung. Centur. 5. pag. 32.*

CAP. IV.

De

LVSATIA.

I.

Luſatia antiquiſſimis temporibus non paruit Polonis.

IN primo Slavorum in Germanicas oras ingreſſu Luſatiam Polonis non fuiſſe ſubjectam, illud argumento eſt, quod Adamus Bremenſis *lib. II. cap. 10.* & Helmoldus Boſovienſ. Presbyter *lib. 1. Chron. Slav. cap. 2.* enumerantes populos Slavicos extra Poloniam, numerant & Slavos Lutitios, inter quos etiam ſunt Luſati, præſertim inferiores. Sorbos enim Luſatiam Superiorem tenuiſſe, probat Petrus Albinus *in Chron. Miſn. Tit. VII. pag. 75. fin.* Jam verò ſupra *cap. II. num. IV.* probavimus, Slavos illos in Germania gentes fuiſſe liberrimas nulliusque alterius imperio ſubjectas, id quod præcipuè de Lutitiis aſſerentem audivimus Dithmarum Mersburgenſem. *lib. VI. Chron. pag. 136.* II. Lu-

II, Luſatorum potentiam primus fregiſſe dicitur Carolus Magnus, ut ex Eginhardi loco ſupra *cap. II. num. VIII.* citato apparet. Hujus filius Ludovicus I. in teſtamento ſuo Lothario filio inter alias provincias & Luſatiam tradidit, ut ex Abrahamo Hoſmanno habet Goldaſtus *lib. II. de Regno Bohem. cap. 13. num. 3.* In reliquorum Seculi IX. Imperatorum diviſionibus Imperii non reperitur expreſſe, an Luſatia alicui filiorum fuerit attributa, uti ex teſtimoniis Scriptorum à Goldaſto adductis videre eſt. Hoc igitur inde ut etiam ex integra illorum temporum Hiſtoria colligere licet, fuiſſe quidem tunc non raro Slavos, & in his etiam Lutitios, ab Imperatoribus Germanicis ſubactos, ſemper tamen eosdem jugum ſibi impoſitum iterum excuſſiſſe. Non minus tamen & hoc certum eſt, Luſatiam tunc imperio Polonico non fuiſſe ſubjectam.

Luſatiam infeſtant Carolingi.

III. Seculo X. cum Slavi variis ex partibus Germanicas Provincias infeſtarent, Henricus I. Imperator Slavos aggreſſus domuit. Vt verò contra eos facilius ſe tueri poſſet, inſtituit Anno 929. Miſnenſem Marchionatum, & poſtea quoque Budiſſinenſem Marchionatum in Luſatia, eundemque tradidit Geroni Comiti de Aldenburg, qui poſtea factus eſt Mar-

Status Luſatiæ Sec. X.

Digitized by Google

chio Brandeburgicus. Petrus Albinus *tit. VIII. pag 96. ſeqq.* Igitur ne tunc quidem, nimirum initio Sec. X. Poloni Luſatiam habuere. Paulo poſt quidem Miſico primus in Polonia Princeps Chriſtianus tempore Ottonis II. Imperatoris dicitur imperaſſe Slavis Licikavicis: ſed hi Licikavici Slavi non fuere Luſici ſive Luſati, ſecus atque contendit Cromerus (idque propterea, ne Miecislaum Poloniæ Ducem Ottoni I. Magno fuiſſe ſubjectum, concedere cogatur.) Nam Wittichindus Corbejenſis Licicavicos Slavos ut diverſos numerat à Slavis Lutitiis, quando ait: *Otto M. Miſcam Regem, cujus poteſtatis erant Slavi, qui dicuntur Licicavici, duabus vicibus ſuperavit. Eo quoq; tempore Gero Præſes Slavos, qui dicuntur Luſiki potentiſſimè vicit & ad ultimam redegit ſervitutem.* Hæc ille *lib. III. Geſt. Sax.* Conf. Cromer. *lib. III. in Miecislao pag. 436.* Slavi igitur Licikavici hic ipſi Poloni aut Sileſii eſſe videntur.

Slavi Licikavici & Lutici non ſunt iidem.

IV. Primus igitur Polonorum Regum, qui Luſatos ſub jugum miſiſſe dicitur, eſt Boleslaus I. Chrobri; quod etiam firmis probari poteſt argumentis. Nam hoc ipſum non tantum Vincentius Kadlubko *lib. II. Chron. Epiſt. 13. pag. 138.* teſtatur, ubi

Boleslaus I. Rex primus ſubigit Luſatos.

Boles-

Boleslaum hunc usque ad Salam progreſſum eſſe, ibique columnam victoriarum ſuarum monumentum ſtatuiſſe refert. Sed habet hoc etiam Dithmarus Mersburgenſis, qui de Boleslao illo verba faciens: *Interim,* inq. *Boleslaus Miſeconis filius de morte lætatur Comitis Ekkebardi, moxq́; electo exercitu omnem Geronis Comitis Marcham citra Albim jacentem, deniq; præmiſſis obſidibus Budiſſinam civitatem, cum omnibus adpertinentiis, comprehendens, ſtatim Strelam urbem invaſit. Miſnenſes etiam ſe Boleslao dedunt. Inde Boleslaus omnes regionis illius terminos usq; ad Elſtram fluvium præoccupavit, præſidiisq; munivit.* Hæc Dithmar. *lib.V.Chron.pag.108.ſeq.* Conf. & Cureus *pag.35.*

Luſatiam occupant iterum Marchiones.

V. Verum enimverò non diu ſub Polonorum poteſtate manſiſſe Luſatia videtur, niſi forte loca Sileſiæ proxima excipias. Nam Marchiones Miſniæ & Luſatiæ eam regionem, quam ab Imperio jure feudi & antea habuerant, poſtea à Polonis receperunt, ſicut hoc ex Conſtitutionibus Cæſareis probat Melchior Goldaſtus *lib.III. de Regn.Bohem. cap.16. num.34.*

Luſatia traditur Regibus Bohemiæ.

Penes Marchiones etiam Luſatia manſit usque ad An. 1086. quo Henricus IV. Im-

perator eam Wratislao I. Regi Bohemiæ ſimul cum Sileſia tradidit, teſte Coſma Pragenſi *lib. II. Hiſt. Bohem. an.1086. pag.42. Edit. Hanov. an.1607.* Speciatim autem etiam Luſatiam tunc temporis Wratislao fuiſſe traditam ab Imperatore, ſcribunt Æneas Sylvius *in Hiſt. Bohem. cap. XXII.* Paulus Langius *in Chron. Cizienſi ad an.1086.* Albertus Cranzius *lib.III. Wandal.cap.2. & lib.VI.cap.6.* Cureus *pag.43.* Bonfinius *Dec. II. lib.III.pag.212. & lib.V. pag.247.* & alii.

Luſatia Marchionibus Brandeburgenſibus & poſtea Bohemis traditur.

VI. In Regum ergò Bohemiæ poteſtate erat Luſatia ex eo tempore, usq; ad an. 1254. quo ipſo anno Ottocarus II. Rex Bohemiæ Luſatiam Marchioni & Electori Brandeburgenſi tradidiſſe dicitur; idq; eo fine, ut ſibi ſuffragium ipſius emeret in electione Regis Romanorum, ut auctor eſt Petrus Albinus *Tit. XX. pag. 253.* Goldaſtus tamen ea de re nihil habet, ſed probat Rudolphum I. Imperatorem Luſatiam Ottocaro contuliſſe Viennæ, eandemque collationem Wenceslao Ottocari filio Erfordiæ confirmaſſe, licet non alleget veteres Auctores, qui hoc affirment: ſed citat ſolum pro ſua ſententia Thomam Lanſium & Reuſnerum.

Pars Luſatiæ Polonis paret.

VII. Hoc tamen diſſimulandum non eſt, quod ſupra quoque innuimus, partem Luſatiæ ſuperioris ſubjectam tunc fuiſ-

Digitized by Google

fuiſſe Ducibus Sileſiæ. Nam circa an. 1344. urbs Lauben in ipſorum fide & officio manſit contra Pſeudo-Waldemarum qui Marchionem ſe Brandeburgenſem ferebat. Vid. Albinus *Tit. XX. pag. 254.* Tandem vero cum Sileſiam Joannes Rex Bohemiæ ſibi ſubjeciſſet, ceſſit & illa pars Luſatiæ Bohemis ſimul cum Sileſia. Vid. Joach. Cureus *in Annalib. Sileſ. pag. 55.* Dubravius *lib. XXI. Hiſt. Bohem. pag. 205. ſeq.* Conf. & Cromerus *lib. VII. in Leſco Albo pag. 526.* Sam. Schurzfleiſchius *in Diſſertat. de Luſatia ut & de Marchia Miſnenſi.*

Luſatia prorſus à Polonia abſtrahitur.

CAP. V.

De *Marchia Brandeburgica.*

I.

MArchiam alii dictam volunt à MARCOMIRO Duce Francorum, qui circa an. Chr. 140. Marchiam hanc occupaſſe fertur. Alii à MARCOMANNIS populis, quos in Moravia hodierna quondam habitaſſe comperimus, hanc vocem deducunt. Alii Marchiam dictam putant, quaſi Νεομαρχίαν, id eſt, Provinciam recens occupatam.

Marchia unde nomen habeat.

patam. Sed melius ſentiunt, qui fabuloſis hisce miſſis Marchiam derivant à Germanica voce Marck/ quæ *limitem* notat, quoniam ab Imperatore Henrico I. Aucupe contra Slavicas gentes limitanea provincia conſtituta erat. In primo autem Slavorum in Germaniam ingreſſu, varii eam provinciam occupavere populi, quos omnes Polonis paruiſſe Polonici ſcriptores aſſerunt. Nos autem pleroſque horum populorum inter liberas gentes nulliusque alterius gentis imperio ſubjectas numeramus, ut ex iis, quæ ſupra *cap. II. num. IV.* adducta ſunt, manifeſtum eſſe poteſt.

Marck eſt limes.

Marchiam variæ gentes Slavicæ tenuere.

II. Cum autem Slavi ex his oris interiora Germaniæ crebris excurſionibus infeſtarent, primus eos aggreſſus eſt Carolus Magnus Imperator Romanus. Hic enim omnes gentes inter Oceanum & Danubium domuiſſe fertur, ut ſupra teſtabatur Eginhartus & Auctor Chronici Magni Belgici. Idem ille Carolus Magnus Harlungos ex Alſatia in hodiernam Marchiam Brandeburgenſem à ſe devictam induxiſſe dicitur, ut eſt apud Andr. Angelum *lib. I. Annal. Marchic. pag. 25.* Poſthæc circa an. 898. Bilungus Vendorum Rex Viſislai filius Marchiâ Brandeburgicâ occupatâ Harlungos à Carolo M. in-

Carolus M. Slavos olim in hodierna Marchia Brandebur. geſi habitantes ſubigit.

Harlongi ex Alſatia huc inducuntur.

Digitized by Google

M. inductos expulit, ut idem Angelus refert *lib.1.pag.36.* Hunc Bilungum longè lateque regnaſſe, nempe à Veſera ad Viſtulam & à Pomerania ad Holſatiam, reſediſſeque in Mekelburg, tradit Helmoldus *lib. I. cap. XII.* & in eum Bangertus *pag.39. b.* Conf. Angelus *lib.1.pag.36.ſeq.* Harlungi à Bilungo expelluntur.

III. Circa An. 926. Slavi muniverunt Brandeburgum urbem, cum ſibi imminentem è Saxonia tempeſtatem metuerent. A quo dicta urbs ſit primum condita & unde nomen habeat, non convenit inter Auctores. Sunt enim, qui à Brenno Duce Gallorum Semnonum eam conditam & ita denominatam exiſtimant. Alii, cum videant Brennum nunquam ad hæc loca perveniſſe, recentiorem faciunt urbem illam, dictamq; volunt à Germanico vocabulo antiquo Brenn/ quod galeam notat, unde nomen Heltbrand ſive Hildbrand deducitur, idemque eſt quod heros galeatus. Sed quid obſtat, quo minus cum Polonicis Scriptoribus & Andrea Angelo *lib.1.pag.38.* dicere poſſemus, urbem hanc à Slavis eſſe conditam? Vetuſtiorem certe illam eſſe Slavicis temporibus, vix unquam probari poterit, reclamant etiam aliarum in Germania urbium hodiernarum initia. Si quæras, unde Slavi potuerint urbi à ſe conditæ nomen dare

Brandeburgenſis urbs.

Brennus Gallorum Semnonum Dux.

Brandeburgum unde dicatur.

dare, Germanicum, reſpondebunt quidam, eſſe hoc nomen Slavicum, ſed poſtea à Germanis in hodiernum nomen detortum. Nimirum nonnulli, qui ad Slavos urbis dictæ originem referunt, eam primùm dictam volunt *Brannus Bor*, id eſt, *cuſtodia Sylvæ*. Nam vel hodie Polonis *Bronic* & Bohemis *Branyti*, eſt idem, quod latinè loquentibus *defendere*. *Bor* autem notiſſima Slavonis ſignificatione eſt *ſylva*. Hanc derivationem habet Pulkava Bohemicus Scriptor antiquior apud Bohuslaum Balbinum *in Epitome rerum Bohemic. lib. 1. cap. 6.* Alii autem dicunt, urbem hanc, de qua nobis ſermo eſt, primò dictam eſſe à Slavis *zgorzelec* (non *zgorzelek*, quia literam c Poloni nunquam pronunciant ut k, quod propter Germanos noto) deinde autem dictam eſſe Germanico vocabulo Brandenburg / cum Germanis Brandenburg idem ſit ac Polonis aliisque Venedicis Populis Zgorzelec. Nam *Zgorzéc* eſt deflagrare, & *zgorzelec* locus qui deflagravit. Hanc poſteriorem nominis Brandenburg derivationem tuetur cum Polonicis ſcriptoribus Andr. Angelus *lib. 1. p. 38.* Etiamſi autem urbs hæc (Brandeburgum) fuerit à Slavis initio Seculi X. contra Germanorum potentiam munita, nihilominus eam Henricus

ricus I. Auceps occupavit, ibidemq; circa an. 930. Marchionatum Brandeburgenſem inſtituit. *Vid.* Sigebertus Gemblacenſis *ad an.925.pag.578.* Alb.Cranzius *lib. III. Wandal. cap.XV.XVI.*

Marchionatus Brandeburgicus inſtitutus.

X. Quamvis autem ex dictis ſatis ſuperque eluceat, Marchiam Brandeburgicam à Sec. VII. ad X. non paruiſſe Polonorum Ducibus Regibusque, negari tamen hoc non poteſt, de quibusdam Marchiæ hodiernæ partibus, quæ poſtmodum à Regno Poloniæ avulſæ, Marchiæ accreverunt, hodieque Marchiam Novam conſtituunt. Nam Seculo X. cum Mieſzko ſive Miecislaus Dux Poloniæ Chriſtianam Religionem in Poloniam introduxiſſet, inter alios Epiſcopatus etiam Lubuſſenſem, qui locus eſt in hodierna Marchia nova, inſtituit, ut habet vetuſtus Kadlubkorius Comentator *in lib. II. Epiſt. XI. pag. 130. 131.* quem ſequuntur Joannes Dlugoſſus *Tom. I. Hiſt. Polon. lib. II. pag. 92.* Andr. Angelus *lib. 2. Annal. Marchic. pag. 54.* Cromerus & Neugebauerus & alii.

Marchia nova olim Polonis fuit ſubjecta.

Lubuſſenſis Epiſcopatus à Polonis inſtitutus.

XI. Qua autem occaſione & quibus modis regio illa, quæ hodie Nova Marchia vocatur, in poteſtatem Brandeburgenſium Marchionum venerit, jam inveſtigare paulo curatiùs lubet. Vt reliqui Slavi à Germanicis Imperatoribus infeſtaban-

Nova Marchia quomodo ad Marchiones Brandeburgenſes pervenerit.

bantur, ita etiam Leubuſium urbem territoriumque ejus Henricus II. Cæſar infeſtis armis petiit occupavitque: Sed Boleslaus I. Rex Poloniæ nihil cunctatus eandem urbem recepit, ut teſtis Dithmarus Mersburgenſis *lib. VI. Hiſt. pag. 156. & 168.* Manſit igitur urbs illa in ditione Polonorum usque ad Ann. 1109. quo oppidum Lubus ab Henrico V. Imperatore captum & Adelgoto Archiepiſcopo Magdeburgenſi donatum eſt. Teſte Andrea Angelo *lib. II. Annal. March. pag. 76.* Sed & poſt ea tempora Poloni Leubuſiam ſuam recuperaſſe videntur, ut ſequentia acta oſtendunt. Præter Polonos autem etiam Pomeraniæ Duces Wratislaus I. & Ratiborus, Novam Marchiam tunc temporis tenuiſſe dicuntur, ut habet Angelus *lib. II. Annal. Marchic. pag. 78. circa fin.* Hoc tamen ego non de tota Marchia Nova, ſed parte ſolùm ejus ſeptentrionali, qua Pomeraniam attingit, intelligendum eſſe cenſeo.

Nova Marchia quomodo Pomeranis fuerit ſubjecta.

VI. Cum Sileſia poſteris Wladislai II. ut ſupra dictum eſt, traderetur, territorium quoque Lubuſſienſe Ducibus Sileſiæ ceſſit. Poſtea ſub Boleslao Pudico Boleslaus Henrici Ducis Wratislavienſis filius Lubuſſienſem Ducatum cum ejus territorio Marchionibus Brandeburgenſibus

Lubuſſienſis tractus venditur Brandeburgenſibus Marchionibus.

bus in perpetuum vendidit, ex quo tempore ut ait Dlugoſſus, Ducatus ille & Epiſcopatus ejus Lubuſſienſis à Poloniæ Regno abſtractus, non ſine regni Poloniæ notabili mutilatione usque in noſtra tempora durat. Vid, Dlugoſſ. *ad an. 1198. pag. 517. Tom. I. lib. VI.* Sed Cromerus *lib. VIII. pag. 547.* & Neugebauer. *lib. III. pag. 148.* dicunt territorium hoc Lubuſſienſe à Boleslao Calvo contra Henricum Lignicenſem fratrem, bellum gerente oppignoratum tantum fuiſſe Marchionibus Brandeburgenſibus tempore Boleslai Pudici; ex eo tamen tempore in poteſtatem eorum redactum eſſe. Cui ſententiæ, noſtra ſenrentiâ veriori, ſubſcribit etiam Joachimus Cureus *in Annalib. Sileſ. pag. 80.*

VII. Poſſidebant jam Marchiones Brandeburgenſes Lubuſſienſe territorium, cum Otto Longus Marchio Brandeburgenſis de Nova Marchia Varias habuit cum Polonis controverſias. Tandem etiam an. 1295 interfecto per inſidias Præmislao Rege Poloniæ occupavit Præpoſituram Sancenſem, peramplum Sacerdotium, cujus ordinaria jurisdictio intra Odram, Juam, Drawam, Wartam & Noteſſum amnes erat, illudque novæ Marchiæ adjectum Soldinenſi Eccleſiæ adſcri-

Sancenſis Præpoſitura abſtrahitur à Polonia.

ſcripſit, cum antea ejus conferendæ poteſtas penes Epiſcopum Poſnanienſem fuiſſet. Contradixerunt quidem huic rei duo Epiſcopi Poſnanienſes Romæque illa controverſia diu agitata, ſed à tertio tandem Joanne cognomento Lozia neglecta eſt. Albertus Cranzius etiam alia complura oppida tunc Polonis à Marchionibus Brandeburgenſibus ademta eſſe, & inde tandem NOVAM MARCHIAM eſſe conſtitutam tradit, ut teſtatur Martinus Cromerus *lib. XI. de Ort. & Reb. geſt. Polon. cap. 576.* Alii tamen exiſtimant, jam ſub Joanne I. & Ottone III. cognomento pio & Benefico, Marchionibus Brandeburgenſibus MARCHIAM NOVAM eſſe conſtitutam, cum pars quædam Pomeraniæ, de qua nos ſupra num. V. mentionem injecimus, circa An. Chr. 1244. Barnimo II. & Vratislao III. Pomeraniæ Ducibus bello ademta & Marchiæ Brandeburgenſi adjuncta eſſet, præſertim cum paulo poſt Joannes I. Marchio Brandeb. Elector. Barnimi filiam nomine Hedvigem uxorem duxiſſet & occupata loca nomine dotis à Ducibus Pomeraniæ accepiſſet, de quo vid. Joannes Micrælius *lib. III. Chron. Pomer. Part. I. num. 13. pag. 314. ſeqq.* Quamvis vero poſtea Wladislaus Jagello Rex Poloniæ

Quando Nova Marchia conſtituta.

Novam

Digitized by Google

Novam Marchiam in ſua verba adegerit, teſte Cromero *lib. XX. pag. 695.* filius tamen ipſius eandem poſtea Marchionibus reſtituit, de quo Schützius *lib. III. Chron. Pruſſ. fol. 127. b.* Cætera petas ex Cromeri *lib. XXII. pag. 733. & lib. XXVII. pag. 782.*

VIII. Ad extremum noſtrâ memoriâ cum Sereniſſ. Elector Brandeburgicus Fridericus Wilhelmus poſt bellum Suedicum An. 1657. cum Sereniſſimo Rege Poloniæ Joanne Caſimiro in gratiam rediiſſet, promiſit Rex Electori in certo termino CXX. millia thalerorum ſe numeraturum, aut arcem & oppidum Drahimum in finibus Marchiæ Novæ ſitum hypothecæ loco traditurum cum omnibus illius Capitaneatibus, Vaſallis, Subditis, Fructibus, Libertatibus, pertinentiis &c: Hæc pacta Bydgoſtiæ inita, confirmata ſunt poſtea in Comitiis Regni Poloniæ An. 1658. d. 11. Januarii. Vid. Diarium Europæum *Continuat. II. ad dictum annum pag. 167. ſeqq.* Conf. & Conſtitutiones Regni *dicti anni, juſſu omnium ordinum denuo recuſæ, pag. 3.* Multa ad res Marchicas pertinentia habet Dn. D. Caſpar Sagittarius Hiſtoriarum Profeſſor in Jenenſi Academia celeberrimus *in Diſputatione De Marchionibus Brandeburgicis.*

Drahimenſis Diſtrictus.

CAP.

CAP. VI.

De

Pomerania.

I.

Pomerania nomen eſt Slavonicum.

POmeraniæ nomen Slavonicum eſſe, non dubitamus aſſerere, quidquid etiam dicat Cl. Joannes Micrælius *in Præfat. in Part. II. Chron. Pomeran.* Nam *Pomorska*, ſubintellige, *Ziemia* eſt idem quod litoralis ſive maritima terra. Dicitur etiam ſimpliciter Polonicè *Pomorska*, & Latinè *Pomerania.* Hinc etiam Vintius Kadlubko antiquiſſimus Hiſtoriæ Polonicæ Scriptor ſemper ferè Pomeraniam appellat MARITIMAM, frequenterque apud ipſum occurrunt illa: *Maritimæ Præſes: Maritimæ Dux: ingreſſus eſt maritimam* & aliæ id genus formulæ. Qui Cl. Micrælium de ſignificatione particularum Polonicarum, *u, po, przy*, edocuerunt, parum ipſi Linguæ Polonicæ gnari fuerunt. Nec mirum eſt, Slavonicum Regioni nomen eſſe inditum, cum & oppida Pomeraniæ multa Slavonicas habeant denominationes, ut *Belgard* ſive *Bialy grod*, eſt alba civitas, ſive album caſtrum *Stargard* ſive *Starigrod* eſt vetus caſtrum, ut non raro Vincentius Kad-

Maritima eſt Pomerania.

Slavonicæ urbium denominationes.

Kadlubko ea vocabula explicat. Quædam reperiri etiam urbium vocabula Germanica, non erit nobis præfactè negandum, cum non ſolùm ante ingreſſum Slavorum, ſed & poſt ea tempora Germani Pomeraniam habitarint, & urbes in ea varias condiderint.

Germanicæ urbium quarundam denominationes.

II. An verò ſtatim ab ingreſſu Slavorum in Germaniam Pomerania fuerit Polonis ſubjecta, nec ne, dubitari à multis videmus. Affirmant hoc Poloni, negant Pomerani. Cui ſententiæ calculum noſtrum addere debeamus, in defectu veterum monumentorum vix apparet. Pro Pomeranorum autem ſententia militat illud, quod Adamus Bremenſis *lib. de Situ Daniæ & reliquarum Septentrionalium regionum pag. 145.* Pomeranos à Polonis diſtinguit ſequentibus in verbis: *Vnde incipiunt fines Hammaburgenſis Parochiæ, qui per maritimos Slavorum populos longo tractu porriguntur usq; ad Panim fluvium, ibi limes eſt noſtræ Diœceſis. Inde Wilzi & Leuticii ſedes habent usque ad Odderam fluvium: trans Odderam autem comperimus degere POMERANOS. Deinde latisſima POLONORVM terra cujus terminum dicunt in Ruzziæ regnum conne-*

An Pomerania antiquiſſimis temporibus Polonis fuerit ſubjecta.

K cti,

cti. Hæc eſt ultima & maxima Winulorum Provincia, quæ & finem facit illius ſinus. Magis adhuc pro re noſtra facit, quod Helmoldus Boſovienſis Presbyter Pomeraniam numerat inter liberas illas Slavorum Provincias extra Poloniam exiſtentes, de quibus jam antea egimus. *Vbi ergo,* inquit Helmoldus, *Polonia finem facit, pervenitur ad ampliſſimam Slavorum Provinciam, eorumque qui autiquitus Wandali, nunc autem Winithi ſive Winuli appellantur. Horum primi ſunt Pomerani, quorum ſedes protenduntur usque ad Odderam.* Et poſt alia: *Oddera vergens in Boream tranſit per medios Winulorum populos, dividens Pomeranos à Wilzis.* Hæc Helmoldus *lib. I. Chron. Slav. cap. 2.* Ex quibus evidenter cognoſcimus, non tantum Pomeraniam tunc fuiſſe eam regionem, quæ ad ripam orientalem amnis Odderæ ſita eſt: ſed etiam Pomeraniam tum temporis extra Poloniam fuiſſe. Immò etiam ex ultimis Adami verbis illud elici poſſe videtur, Poloniam quoque ipſius tempore in hodierna Pomerellia & Caſſubia mare Balticum attigiſſe, adeoque finem

illus

illius ſinus feciſſe. An autem à primo ingreſſu Slavorum in has oras ita ſe res habuerit, difficile dictu eſt. Nos ea quæ apud Scriptores antiquos reperiri potերunt, hic in medium proferemus.

III. Quæ de Leſci III. Ducis Poloniæ regnorum diviſione inter viginti filios naturales vulgo apud Hiſtoricos Polonorum referuntur, ea fabuloſa eſſe jam ſupra probavimus. Conferatur in hanc rem etiam Joannes Micrælius *lib. II. Chron. Pomeran. num. 29. pag. 68. ſeqq.* qui eadem docet. Sequentibus autem temporibus Pomeraniam à Polonis fuiſſe tentatam, dubitari non poteſt. Nam Ziemovitus Piaſti filius Pomeranis & Caſſubiis bellum intuliſſe memoratur; ſed illis nondum domitis rebus humanis exemptus eſſe dicitur, teſte Cromero *lib. II. de Ort. & reb. geſt. Polon. pag. 430.* Bellum hoc Pomeranicum Ziemoviti ſucceſſor Leſcus IV. non eſt perſecutus, & ita Pomerania immunis ab imperio Polonico manſit, ipſo Cromero teſte in Leſco IV. *loc. cit.* Alii tamen, ut Wenceslaus Hagecus *in Hiſt. Bohem.* dicunt, Leſcum IV. Pomeraniam occupaſſe.

Fabuloſa Poloniæ inter filios Leſci III. diviſio.

Bella Polonorum cum Pomeranis.

IV. Seculo X. quidam dicunt Ottonem. III. Imperatorem Boleslao I. Chrobri Regi Poloniæ jus conceſſiſſe, ut Pomera-

Otto III. nihil habuit juris in Pomeraniam.

Digitized by Google

meranos, Wendos, Pruſſos & Ruſſos ſibi ſubjiceret. Sed vana ſunt hæc omnia. Quomodo enim Otto III. Polonis potuit jus in Pomeranos, Ruſſos & Pruſſos concedere, quod ipſe non habuit? Certum quidem eſt, ea tempeſtate Boleslaum Ottoni III. fœdere fuiſſe junctum, ex eo tamen evinci nondum poteſt, ab Ottone Boleslaum jus ſubjiciendæ ſibi Pruſſiæ, Ruſſiæ & Pomeraniæ accepiſſe. Hoc ipſum etiam tantum teſtatur Helmoldus, quando ita ſcribit: *Eodem tempore Boleslaus Polonorum Chriſtianisſimus Rex confœderatus cum Ottone III. omnem Slaviam quæ eſt ultra Odderam tributis ſubjecit.* lib. I. *Chron. Slav. cap. 15.* Per Slaviam trans Odderam hic intelligit Pomeraniam, ut manifeſtum eſt regionem, ubi Helmoldus ſcripſit, conſideranti. Conſentiunt hic cum Helmoldo Polonici Scriptores, qui Boleslaum inter alias gentes etiam Pomeraniam ſibi ſubjeciſſe tradunt, ut Kadlubko *lib. II. Epiſt. XIII. p. 138.* & Cromer. *lib. III. pag. 438.* Concedit hoc ipſum etiam Joannes Micrælius, ſed ita, ut expreſſe adjiciat, primum hoc eſſe jus, quod Poloni in Pomeraniam acceperunt. *lib. II. Chron. Pomeran. num. 46. pag. 191,* Præter hæc Otto III. cum Boleslaum

Boleslaus ſibi ſubjicit Pomeraniam

I. Re-

I. Regem Poloniæ Gneſnæ inviſeret, ſubjeciſſe fertur Archiepiſcopo Gneſnenſi Reinbertum Sanctæ Cholbergenſis Eccleſiæ Epiſcopum, ut habet Dithmarus Mersburgenſis *lib. IV. pag. 83.* Quod autum tunc temporis Cholbergenſis Epiſcopus fuerit Regi Poloniæ ſubjectus, illud inter alia argumento eſt, quod dictum Epiſcopum Rex in alia Regna ſolitus ſit ablegare. Etenim idem Dithmarus refert, Boleslaum I. miſiſſe Reinbertum Præſulem ſalſæ Cholbergenſis, cum filia ſua in Ruſſiam, quam Wlodimiri Regis filius duxit uxorem. *lib. VII. pag. 228.* De hoc Epiſcopatu Cholbergenſi videatur etiam Micrælius *lib. VI. Chron. Pomeran. pag. 574.*

Colbergenſis Epiſcopus in ditione Polonorum.

V. Poſt Boleslai I. Regis obitum Pomerani iterum jugum Polonicum excuſſiſſe videntur, adeò ut Sec. XI. Miecislaus II. Rex Poloniæ Boleslai I. filius coactus ſit Caſſubiis & Pomeranis orientalibus arma inferre. Et favit etiam conatibus eventus, dum Rex populos illos ſibi ſubjecit, omnibus arcibus occupatis inter amnes Perſante, Bra & Viſtulam, quas deinde Belæ Hungariæ Regis fratri tradidit. Bonfinius *lib. II. Dec. 2. pag. 222.* Joannes Nadanyi in Floro Hungar. *lib. II. cap. 6.* Quin etiam Belam hunc beneficio Regis Poloniæ & Pomeraniam occiden-

Poſt Boleslaum Pomerani ſe in libertatem aſſerunt.

Bela Hungarus à Polonis accipit quædam loca in Pomerania.

Digitized by Google

cidentalem, quæ nobis eſt trans Odderam, inde quidam colligunt, quod ibidem reperta ſunt veſtigia Hunnorum, nempe corpora inuſitatæ magnitudinis, qualia & in orientali Pomerania reperiebantur, teſte Micrælio *lib. II. Chron. Pomeran. num. 52. p. 200.* Bela deinde in Hungariam recedente, Pomerani rurſus jugum Polonicum abjecere, quod ipſis iterum imponere Wladislaus Hermannus Dux Poloniæ conatus eſt. *Vid.* Micræl. *lib. II. num. 61. p. 218.*

Pomerani jugum excutiunt.

Svvantiborus Dux Pomeraniæ.

VI. Circa ea tempora, quibus Henricus IV. Imperator in Germania rerum potiebatur, in Polonia vero Wladislaus Hermannus & Boleslaus III. Criwouſtus ſuis præerant Polonis, habuerunt Pomerani Ducem, nomine SVANTIBORVM, à quo continua ſerie ſequentes eum Pomeraniæ Duces deſcendunt. Vnde autem ille Suantiborus fuerit oriundus, diſſentiunt Auctores. Poloni Scriptores ipſum à ſpuriis Leſci III. filiis, deducunt; etſi quidam etiam Polonicorum Scriptorum eum à Gryphonibus (nobili familia Polonica à gryphe nomen habente) oriundum exiſtimant. Pomeranici vero juniores Scriptores illum à Polonis aut ex aliqua ſtirpe Slavonica deſcendere negant, ut facit Micrælius *lib. II. num 27. pag.*

Digitized by Google

pag. 207. ſeqq. Quisquis autem ille Suantiborus fuerit, (Slavum certe eum origine fuiſſe veriſimilius eſt) cum eſſet a ſuis captus, Ducatum Pomeraniæ Boleslao III. Crivouſto ea lege ſubjecit, ut ſe in libertatem aſſereret, quod etiam Crivouſtus lubens præſtitit. Agnoſcit hoc ipſum D. Daniel Cramerus *lib. 1. Chron. Eccleſ. Pomeran. cap. 9.* ſed perperam addit, ante hæc tempora Duces Pomeraniæ neminem unquam agnoviſſe ſuperiorem.

Svvantiborus Pomeraniam Duci Poloniæ ſubjicit.

VII. Mortuo, Sec. XII. Suantiboro Duce, prima diviſio Pomeraniæ inter filios ejus quatuor, facta eſt. Nimirum *Vratislaus* & *Ratiborus* occidentalem Pomeraniam à Cuſtrino & Chollenbergæ radicibus ad Marchiam usque Brandeburgenſem & Meckelburgum excurrentem occupavere: *Boguslaus* verò & *Sventipolcus* orientalem, quæ usque ad Viſtulam protenditur, ſortiti ſunt. Hæc ipſa diviſio occaſionem præbuit commodam Polonis, ut orientalem Pomeraniam, quam Svantiborus & proximi ejus ſucceſſores jure feudi à Polonis obtinebant, ſibi ſuccedente tempore prorſus ſubjicerent. Nam occidentalis Pomeraniæ Duces linguâ ſenſim & moribus Saxonum aſſumptis, pedetentim Imperii Germanici Legibus adſueverunt: ita ut tandem Wratislai duo

Pomerania dividitur in plures filios Svvantibori.

Pomerani occidentales asſveſcunt moribus Germanorum.

 filii,

nempe *Boguslaus & Baſimirus* Anno 1182. à Friderico I. Imperatore Germanico in Senatum Imperii Germanici adſciti & ita à Polonia prorſus avulſi ſint. Contra vero Bogislaus & Svantipolcus, in occidentali Pomerania tamdiu vexati ſunt à Polonis, donec tandem jugum Polonicum plane ſuſciperent. Hic tamen diſſentiunt quidam Poloni Scriptores, Svantipolcum hunc non Svantibori filium ſed Polonum ex gente Gryffonum fuiſſe aſſerentes, ut notat Micrælius *lib. II. Chron. Pomeran. num. 67. p. 227.* Quisquis autem ille tandem fuerit, certum eſt, fuiſſe ipſum Polonorum imperio obnoxium. Propterea quoque ipſi à Polonis traditum fuit Naclum cum ſex aliis urbibus, certis conditionibus gubernandum. Ex hac ratione quoque Radevicus Friſingenſis Canonicus imperium Polonicum tempore Friderici I. Barbaroſſæ Imperatoris usque ad mare Scythicum, quod nunc Balticum vocamus, fuiſſe extenſum, tradit *lib. 1. de Reb. Frid. Imp. cap. 1. p. 477.*

Pomerani orientales jugum Polonicum ſubeunt.

Fines Poloniæ Sec. XII.

VIII. Cum verò Svantipolcus ille neſcio quid contra Polonos molitur, à Boleslao III. Criwouſto captus & ad perpetuum carcerem condemnatus eſt. *Vid.* Joh. Dlugoſſus *lib. IV. Hiſt. Pol. ad an. 1120. pag. 373. ſeq.* Ducatus verò ipſius in Pomera-

Boleslaus Crivvouſtus ſibi ſubjicit Pomeraniam

Digitized by Google

merania Orientali per eam occaſionem prorſus Poloniæ acceſſit, teſte Micræl. *lib. II. Chron. Pomeran. p. 227.* Idem ille Boleslaus II. Criwouſtus etiam Pomeraniam occidentalem, aut ſaltem ejus partem aliquam ſibi ſubjecit. Stetino etiam occupato Ratiborſum Ducem ſecum in Poloniam duxit eique poſtea filiam ſuam dedit uxorem. Deinde cum ipſo operam dedit, ut Pomerani ad religionem Chriſtianam converterentur. Dum enim Otto Bambergenſis Epiſcopus in Pomeraniam veniſſet, ſemen verbi divini ibidem ſparſurus, Boleslaus Crivouſtus Stetinenſibus tributum 399. marcarum argenti remiſit, quo faciliores eos ad Chriſtianiſmum ſuſcipiendum redderet. Micrælius *lib. II. Chron, Pomeran. num. 66. pag. 233.* Hoc ipſum rurſus nobis indicio eſt, non ſemper Pomeraniam antea Polonorum imperium agnoviſſe, ſed peculiarem Ducatum aut Rempubl. antehac conſtituiſſe. Nam ſi Pomerania à primis temporibus continua ſerie juris fuiſſet Polonici, allaboraſſent etiam Duces & Reges Poloniæ, ut uno eodemque tempore ethniciſmus & ex Polonia & ex Pomerania fuiſſet proſcriptus, quod tamen, ut jam audivimus, non eſt factum.

Pomerania convertitur.

IX. Sventopelco in carcere extincto,

 & ipſe

Pomerania Orientalis Polonis ſubjicitur.

& ipſe Boguslaus frater Sventopelci Polonorum fiduciarius factus eſſe videtur, acceptâ quadam parte Ducatus, qui Sventopelco fuerat ſubjectus. Boguslai filius fuit Subislaus I. qui Dantiſcum etiam tenuit & non procul inde Monaſterium Olivenſe condidit, quod deinde filii Subislai, Samborius & Meſtvinus largè & munificè ditarunt. Hos Duces omnes Poloniæ Ducibus fuiſſe obnoxios aſſerunt Poloni, quod etiam improbabile non eſt. Nam cum Anno 1186. Duces Pomeraniæ occidentalis, facti jam Principes Imperii Germanici, adeoque ab Imperio Polonico prorſus exempti, Ducatum Sventopelci in carcere mortui ſibi vendicare vellent, reſtiterunt Samborius & Meſtwinus Duces Pomeraniæ orientalis, quibus etiam Duces Poloniæ ut Directi earum regionum Domini ſuppetias tulere. *Vid.* Micræl. *lib. II. Chron. Pomeran. num. 90. ſeqq. pag. 268. ſeqq.* Caſpar Schuz *lib. 1. Chron. Pruſſ. fol. 13.*

Subislaus Monaſterii Olivenſis Conditor.

Sventopelcus II. M.

X. Circa principium Seculi XIII. Leſcus Albus Dux Poloniæ, ut volunt Polonici Scriptores, præfecit orientalibus Pomeranis Swentopelcum (quem Micrælius Sventopelcum II. cognomento Magnum, Meſtvini filium & Subislai nepotem facit) eique in ipſos etiam Palatinos,

quo-

Digitized by Google

quorum tunc duo fuere, Gedanenſis & Svecenſis, ampliſſimam poteſtatem & juriſdictionem dedit, eâ tamen lege, ut Swentopelcus fiſco Regio mille pondo marcas argenti quotannis penderet. Sed Sventopelcus, dum Vladiſlaus Sputator multa in Polonia miſcet, in turbido piſcaturus, poſtulat à Leſco Albo, ut ſe ſupremum in Pomerania Prtncipem renunciet. Cum illud ipſi negatum eſſet, aperte defecit, interfectoq; per inſidias Leſco Albo Principe Poloniæ, Ducem Pomeraniæ ſe geſſit. Hæc acta ſunt An. 1227. *Vid.* Cromer. *lib. VII. pag. 530.* Schuzius *in Chron. Pruſſ. lib. 1. fol. 18.* Micrælium autem, qui Suentopelcum hunc II. non nobilem Polonum, ut Cromerus & alii, ſed Ducem Pomeraniæ ex antiquis Pomeraniæ Ducibus oriundum fuiſſe dicit, aliam hujus rei aſſignat cauſam, cum Suentopelcum Proavi ſui Suentopelci in carcere mortui mortem ulturum hanc cædem perpetraſſe refert *in Syntagm. Hiſt. Polit. pag. 1112.* Sed in Chronico Pomeranico *lib. II. contra fin.* hanc cædis dictæ cauſam reddit: nimirum dicit, Leſcum Album auſum eſſe præter jus à Suentopelco Duce Pomeraniæ orientalis tributum poſtulare & jusjurandum ab eo exigere; nolentem parere Suentopelcum ad Comitia Ganſavienſia

Suentopelcus Leſcum Album interficit.

enſia citaſſe: veniſſe quoq; Suentopelcum ſed armatum, & oblata ſibi commoda occaſione Leſcum ipſum obtruncaſſe. Quocunque autem modo ſe res habeat, in hoc conveniunt Scriptores omnes, cæſo leſco Albo Pomeraniam orientalem ad Suentopelcum defeciſſe. *Vid.* Dlugoſſus *Tom.1.Hiſt.Pol. lib.VI.pag.571.ſeq. ad an. 1227.* Cromerus & alii. Hujus Suentopelci Magni tres fratres, nimirum Wratislaus, Samborius & Ratiborius, ordinem Cruciferorum in Pruſſia ingreſſi, poſſeſſiones ſuas in Pomerania dicto ordini Teutonico legarunt. Et hinc prima Cruciferorum in Pomeraniam prætenſio fluxit.

Pomeraniæ partem accipiunt Cruciferi in Pruſſia.

Prætenſio prima Cruciferorum in Pomeraniam

XI. Suentopelcus ille Magnus quatuor habuit filios, Meſtwinum, Wartislaum, Samborium & Ratiborium. Ex his Samborius & Ratiborius Ordinem Teutonicum ingreſſi, ſuas itidem poſſesſiones hæreditarias Ordini dicto donarunt. Idcirco etiam Fratres Ordinis Teutonici in Pruſſia in precationibus ſuis quotidianis inter bene de Ordine meritos etiam Conradum Maſoviæ & Samborium Pomeraniæ Duces commemorabant, ut precatio illa adhuc in Ord. Teut. libris MSS. paſſim reperitur. Et hæc eſt ſecunda Cruciferorum in Pomeraniam prætenſio.

Prætenſio ſecunda Cruciferorum in Pomeraniam.

Digitized by Google

ſio. Meſtwinus & Wartislaus poſt varia bella inter ſe geſta, tandem Pomeraniam Orientalem ita inter ſe diviſerunt, ut Wartislao Dantiſcum cum territorio adjacente, Meſtwino autem reliqua cederent. Wartislaus deinde injurias à fratre acceptas ulturus, cum vires ſuas attritas cerneret, vocavit in auxilium Marchionem Brandeburgicum, eique urbem cum arce Dantiſcana tradidit. Sed neque hoc auxilium ipſi multum profuit. Cum enim Marchio à Meſtwino urgeretur, cedere tandem coactus eſt. Wartislaus à Marchione deſtitutus, ad Cruciferos denique confugit, obtulitque ipſis poſſeſſiones ſibi debitas. Et hinc nata eſt tertia Cruciferorum in Pomerelliam prætenſio, inque ipſam urbem Dantiſcanam. Interea verò Wartislaus moritur: Meſtwinus autem Dantiſcum occupatum Boleslao Duci Poloniæ hypothecæ loco tradit: ſed poſt mortem Boleslai Ducis Poloniæ iterum Dantiſcum recuperat. Tandem cum liberis deſtitutus eſſet, totam Pomerelliam ad Duces Pomeraniæ occidentales translaturus jam fuerat, niſi ſubditi, Pomeranos occidentales, ut Germanos, averſati, Poloniæ Regi Primislao II. ſubjeciſſent, qui etiam titulum Pomeraniæ & inſignia Gryphe exornata aſſum-

Prætenſio tertia Cruciferorum in Pomeraniā.

Pomerellia traditur Primislao Poloniæ Regi.

ſumpſit. Cromer. *lib. IX. de Ort. & Reb. geſt. Polon. pag. 559. & lib. X. pag. 566.* Schuzius *lib. I. Chron. Pruſſ. fol. 24. & lib. II. fol. 54.* Hoc modo Pomerania orientalis, quam antea Duces, ut feudum à Polonis obtinuerant, ut paſſim referunt Polonici Scriptores, Poloniæ tandem penitus adjuncta eſt. Qua autem ratione Cruciferi urbem Dantiſcanam partemque Pomeraniæ ſibi acquiſiverint, proximo capite dicetur.

Lauenburgum & Butovia traditur Ducibus Pomeraniæ Occidentalis.

XII. Cum Caſimirus IV. Jagellonides Sec. XV. bellis Pruſſicis eſſet implicatus, commiſit urbes & arces Lauenburgum & Butoviam fidei Erici II. Pomeraniæ Ducis An. 1560. qui ipſas poſtea Cruciferis tradidit, nequicquam deprecantibus Lauenburgenſibus & pretium pro redimendis tredecim captivis (quam cauſam traditionis Ericus prætendebat) offerentibus. Poſtea vero cum Choinicia Caſimiro Regi dedita Cruciferi Lauenburgum confugiſſent, poſt octavum diem illud oppidum ut & Butoviam Erico Pomeraniæ Duci reddiderunt, acceptis ab ipſo octo millibus florenorum captivisque redditis, ut ſcribit ex Cromero Neugebauerus *lib. VI. Hiſt. Polon. pag. 381. & ſeqq.* Verum Joannes Micrælius, ut perfidiæ labem à ſuis Ducibus abſtergat, dicit, Bohemos Cru-

Cruciferis militantes armatâ manu arces illas Erico II. Eripuiſſe, easque deinde Ericum II. eodem modo recuperaſſe. *lib. III. Chron. Pomeran. num. 81. pag. 428. ſeq.* Itaque ab illo tempore Duces Pomeraniæ Occidentalis, has duas Provincias, Lauenburgenſem nimirum & Butovienſem, beneficio Regum Poloniæ obtinuerunt. *Conf.* Schuzius *lib. IX. Chron. Pruſſ. fol. 413.*

XIII. Seculo XVI. Cum Duces Pomeraniæ Lauenburgum & Butoviam adhuc dubio jure tenere viderentur, conceſſit eas provincias Georgio Duci Pomeraniæ Sigiſmundus I. Rex Poloniæ (ex cujus ſorore Georgius ille natus erat) & quidem his conditionibus: ut partem pecuniæ, quæ loco dotis matri Ducis à Polonis promiſſa erat, remitteret: ut in coronatione Regis, aut paulo poſt Duces Pomeranorum provincias illas vel per ſe, vel per Legatos peterent literasque ſuper hoc negotio renovarent. De cætero territoria illa poſſiderent *ſine tributo & juramento:* nullas quoque provocationes in Polonia admitterent, ut hæc omnia fuſius habentur in literis Infeudationis, quas in calce hujus capitis dabimus. Poſtea cum ad Sigiſmundum Auguſtum Regem ad Pacta renovanda miſſus eſſet

Pacta de Lauenburgo & Butovia inter Sigismundum I. & Georgium Ducem Pomeraniæ.

Bal-

Balthaſar à Wolde/ omiſſa ſunt illa verba: *ab omni juramento & tributo liberos facimus.* Sub Stephano Bathoreo Rege volebant Poloni Henrico Rameln Legato Pomeranico perſuadere, ut jusjurandum præſtaret, illud Ducibus Pomeraniæ honori futurum aſſerentes: ſed renuente hoc ipſum Legato, veteri more pacta ſunt renovata. Neugebauer *lib. VII. Hiſt. Polon. pag. 511.* Micræl. *in Chron. Pomeran. lib. III. Part. 2. num. 3. pag. 523. & lib. VI. num. 30. pag. 424.* Mortuo demum An. 1637. Boguslao XIV. ultimo Duce Pomeraniæ, cumque illo ſtirpe Ducum prorſus extincta, dictæ Provinciæ ad Regnum Poloniæ redierunt, Palatinatuique Pomeraniæ adjunctæ ſunt. *Vid. Conſtit. an. 1637. tit. Reincorporatio & An. 1641. pag. 15.* Ad extremum Anno 1658. Sereniſſimo Electori Brandeburgico Friderico Wilhelmo Lauenburgenſis & Butovienſis Provinciæ conceſſæ ſunt, ita ut eas eodem jure, quo illas antea tenuerunt Duces Pomeraniæ, & ipſe poſſideret. *Vid. Conſtit. An. 1658. pag. 3. & an. 1659. pag. 31.* Hoc jus etiam Sereniſſ. Elector An. M DC LXX. d. 5. Junii recognovit per Illuſtriſſ. Dn. Joannem Liberum Baronem ab Hoverbeke Conſiliarium ſuum intimum ſine jurisjurandi ſolennitate tali for-

Lauenburgum & Butovia redeunt ad Regnum Poloniæ.

Lauenburgum & Butovia Electori Brandeburgico traduntur.

Digitized by Google

li formula: *Ego Sereniſſimi Electoris Brandeburgici Conſiliarius & Officialis ad recognoſcendum juxta tenorem Pactorum Bydgoſtienſium jus Feudale de duabus Præfecturis Lauenburg & Butau cum omnibus & ſingulis earum pertinentiis, Juribus, reditibus, & eminentiis, delegatus plenipotentiarius, hoc ipſum jus feudale ad Regnum Poloniæ pertinens à ſacra Regia Majeſtate uti & earundem Arcium & oppidorum directo Domino, recognoſco, literasque ejusdem recognitionis & Renovationis feudi prædicti Pactis conformes à Sacra Regia Majeſtate Veſtra mihi extradi peto.* Reperies hanc formulam in Nicolai Chwalkovii Jure Publ. Polon. *lib. IV. cap. VI. pag. 493. ſeq.*

Formula recognitionis juris in dicta territoria.

XIV. Copiam Infeudationis olim Pomeraniæ Ducibus factam, quoniam multa continet Hiſtoriam Pomeranicam illuſtrantia, hic totam, ut apud Jacobum Pryluſium *lib. V. Conſtitut. Regni Polon. cap. IV. pag. 787.* habetur tibi, Benevole Lector, dabimus: *Ad perpetuam rei memoriam. Nos Sigismundus &c: uni-*

Copia infeudationis Pomeraniæ Ducibus facta.

L ver-

Digitized by Google

verſis & ſingulis præſentibus & futuris harum ſeriem inſpecturis, manifeſtum facimus. Quia vigentibus olim bellis inter Sereniſſimum felicis memoriæ Kazimirum Regem Parentem & Prædeceſſorem noſtrum, ac inter Ordinem dictum S. Mariæ Teutonicorum in Pruſſia Illuſtris olim Princeps Dominus Ericus Stetinenſis, Pomeraniæ, Caſſubiæ, Wandaliæ Dux & Princeps Rugiæ multa in ipſis bellis & controverſiis favoris, benevolentiæ & obſequii ſui erga prædictum Sereniſſ. parentem noſtrum officia exhibere & ſuppetias non vulgares illius majeſtati defunctæ adverſus hoſtes ejus præſtare ſolitus erat, ac ob eam cauſam illi Arcem Bytau una cum oppido ibidem conſiſtente, nec non Civitatem Lauenburg cum univerſis fructibus & proventibus ad illam pertinentibus idem Sereniſſimus parens noſter ad arbitrium & beneplacitum ſuum conceſſerat, ut id ex Literis & aliis monumentis abunde conſtat. Deinde vero ad eam benevolentiam & conjunctionem, quæ inter

ter Sereniſſimos Prædeceſſores & prædictum Dominum Ducem Ericum & poſteros ejus interceſſerat, etiam affinitas & neceſſitudo acceſſit, quæ ad hæc usque tempora mutuis officiis & amore coaluit, ita ut prædictas arces & oppida repetita quidem aliquoties tamen non gravatim & nos & Sereniſſimi fratres ac prædeceſſores noſtri poſſideri à nominatis Ducibus Pomeraniæ citra jurium Regni ſui detrimentum ferebant. Cum poſtremo nos ad has terras noſtras Pruſſiæ venientes inviſeret officioſiſſime Illuſtris Princeps Dominus Georgius Stetinenſis, Pomeraniæ, Caſſubiæ, Vandaliæ Dux & Princeps Rugiæ Nepos noſter ex ſorore chariſſimus, & ſuam ac Illuſtris fratris ſui germani Domini Barvini ſingularem erga nos propenſionem animi & obſervantiam declaravit remiſitq; nobis & ſucceſſoribus noſtris de dote Illuſtriſſimæ olim Dominæ Annæ ſorori noſtræ à præfato Sereniſſimo Domino Rege Kaſimiro patre noſtra promiſſa, quatuordecim millia aureorum Hungaricalium: volen-

Digitized by Google

lentes vicisſim erga Illuſtrates eorum uberiorem amorem noſtrum teſtari, & illas earumq́ ſucceſſores nobis ac Regno noſtro arctiori benevolentia & conjunctione devincere, attamen juribus regni noſtri non deeſſe, illis & earum hæredibus maſculis, arces & oppida prædicta Bytow & Lauenburg cum omnibus & ſingulis eorum ſubditis, Vaſallis, fructibus, libertatibus, eminentiis, cenſibus, proventibus, Juribus, & pertinentiis univerſis, ſicuti illa ad arbitrium & beneplacitum, ut dictum eſt, Sereniſſimorum prædeceſſorum noſtrorum & noſtrum hactenus uſu & fructu tenuerunt, de conſilio & conſenſu Dominorum Conſiliariorum tam ſpiritualium quam ſecularium Regni noſtri tenenda, habenda, fruenda, utenda & poſſidenda in perpetuum jure feudi pro nobis & ſucceſſoribus noſtris Regibus Poloniæ dedimus & conceſſimus, ac illos de eis ipſis arcibus & oppidis Bytow & Lauenberg inveſtivimus, & tenore præſentium damus & concedimus, illosq́ & eorum hæredes de amplieri gratia & be-

nevo

Digitized by Google

nevolentia noſtra ab omni juramento, nec non tributis & exactionibus quibuscunq; nobis & poſteris noſtris ratione dictarum Arcium & oppidorum præſtandis dimittimus & liberos facimus. Pollicemur præterea dictos Principes in prædictis Arcibus & eorum pertinentiis quantum in nobis eſt defendere & tueri, tenebuntur tamen & obligati eſſe debent præfati Domini Duces & eorum Succeſſores ad ſingulas ſucceſſorum noſtrorum Regum Poloniæ coronationes vel venire ipſi vel Conſiliarios aut Officiales ſuos mittere, qui hoc ipſum jus feudale de præfatis arcibus & oppidis ad regnum noſtrum pertinens, ita ut jam dictum eſt, recognoſcent & literas ejus recognitionis & renovationis ipſius feudi, quæ gratis illis debent dari, à nobis Regibus accipient. Quod ſi aliqua legitima cauſa impediti hoc officium & debitum in Coronationibus ſucceſſorum noſtrorum non fecerint, nihil ea negligentia illis detrimenti afferre debebit, dummodo alio brevi tempore poſt coronationem id præſtare curave-

rint. Ubi vero ipſi Principes Domini Georgius & Berninus Duces Pomeraniæ ſine legitimis maſculis feudi heredibus vel eorum legitimi maſculi feudi hæredes non relicta prole virili decederent, ſtirpsq; & progenies eorum maſcula & legitima deficeret, & tunc prædictæ arces & oppida Bytow & Lauenburgk cum omnibus ſuis bonis, ſubditis, Vaſallis, fructibus, libertatibus, Juribus, eminentiis & pertinentiis univerſis ac cum pleno jure & poſſeſſione circa omnem difficultatem ad nos & poſteros noſtros Reges Poloniæ redire debebunt: ſalva tamen jurisdictione interim perpetuo, proventibus, decimis ſeu Epiſcopalibus cum villis, bonis & piſcaturis ac libertatibus ad Reverendum Joannem Epiſcopum & Eccleſiam Wladislavienſem ex antiquo pertinentibus. In cujus rei teſtimonium Sigillum noſtrum eſt præſentibus appenſum. Actum & datum in Civitate noſtra Gedanenſi die inventionis S. Crucis, anno Domini 1526, Regni noſtri anno XX.

CAP.

Digitized by Google

Cap. VII.

De
PRVSSIA.

I.

BOruſſi & contracte *Pruſſi*, olim etiam variante dialecto *Pruzzi* dicti, item *Pruteni*, ex quorundam ſententia dicuntur à Pruſia Bithyniæ Rege: *Pruteni* vero à *Bruteno* ſive *Pruteno* Rege Pruſſiæ, Waidewuti fratre. Nam circa Secul. V. vel VI. Waidewutum gente Alanum ſive Lithuanum cum fratre Pruteno & poſt hos duodecim Waidewuti filios in Pruſſia & Lithuania rerum potitos eſſe, tradunt quidam Pruſſici Scriptores. Sed omnia hæc, quæ de Waidewuto, Bruteno ejus fratre, atque duodecim illis Principibus vulgò circumferuntur fabuloſa eſſe alibi docuimus. Rectius igitur dixerimus, *Pruſſos* nomen accepiſſe aut à *Boruſcis*, gente Sarmatica: aut à *Ruſſis* populis olim Pruſſiæ conterminis: aut à *Ruſſo* amne vel lacu, quem accolebant. *Pruteni* autem vel à *Ruthenis*: vel à *Pruto* fluvio Walachiæ.

Pruſſi unde nomen habeant.

VVaidevvutus & ejus filii.

II. Antiquis temporibus Pruſſi liberrimè vivebant, nullius imperio obnoxii. Sic

Pruſſorum veterum Respubl.

Sic enim Helmoldus de illis ſcribit: *Pruſſi nullum inter ſe Dominum pati volunt. lib. I. Chron. Slavorum cap. 1. num. 5.* Vtrum autem à primis usque temporibus, quibus hæc regio habitari cœpit, ea libertas durarit, jam non determino, cum de eo alibi copioſius actum ſit. Primus Polonorum Principum, qui Pruſſos, tributo ipſis impoſito, ſub jugum egit, dicitur fuiſſe Boleslaus I. Chrobri Rex Poloniæ, idque ſub initium Seculi XI. id quod teſtantur non tantùm Poloni Scriptores, ut Vincencius Kadlubko *lib. II. epiſt. 13. pag. 138.* Dlugoſſ. Cromer. Neugebauer & alii: ſed etiam exteri, ut Helmoldus *lib. I. Chron. Slav. cap. 15.* Occaſionem belli in Pruſſos ſuſcipiendi, præbuit facinus Pruſſorum adverſus Swoitechum, ſive Adalbertum commiſſum. Hic enim cum primò Epiſcopus Pragenſis in Bohemia, deinde, ut vulgo ferunt, Gneſnenſis in Polonia Archiepiſcopus fuiſſet, tandem aut ſponte ſua, aut oraculo Dei monitus in Pruſſiam conceſſit, eam ad fidem Chriſtianam converſurus. Sed Pruſſi Diis ſuis nimium addicti ipſum prope oppidum Fiſchhauſen in Samlandia trucidarunt. Boleslaus igitur Chrobri facinus iſtud vindicaturus primò quidem bellis Moravicis Ruſſicisque diſtrictus ultionem

Boleslaus I. Pruſſos ſubjugat.

S. Adalbertus in Pruſſia Martyr.

Digitized by Google

nem diſtulit. Pace verò cum cæteris gentibus factâ, tota vi belli Pruſſis incubuit, victisque tandem tributum circa an. 1015. impoſuit. *Vid.* Dlugoſſ. *Tom. I. Hiſt. Polon. lib. II. pag. 152. ſeq.* Cromer. *lib. III. pag. 442. ſeq.* Schuz. *in Chron. Pruſſ. lib. I. fol. 8. b.*

III. Sub Miecislao II. Rege Polonorum Pruſſi iterum imperata facere detrectarunt. Schuz. *lib. 1. fol. 8.* neque ad officium ante revocati ſunt, quam Boleslaus II. Audax ad imperium Polonicum eſſet admotus. Immo Boleslaus II. jam in Polonia rerum potiente Pruſſi Pomeraniam & Caſſubiam ferro & igni devaſtatas metu majorum periculorum ſibi ſubjecere. Proinde Boleslaus Audax contra ipſos bellum movit, & licet in prima expeditione obſidionem caſtri Grodeci ſolvere coactus fuerit, poſtea tamen revertens Pruſſos Pomeraniâ excedere coëgit, ſolitaque ipſis tributa denuo imperavit. Dlugoſſ. *lib. III. ad an. 1064. pag. 234. ſeq.* Schuz. *in Chron. lib. 1. fol. 9. b.* Sed neque tum Pruſſi quievere. Ideò Boleslai ſucceſſor Wladislaus Hermannus contra Pruſſos varia bella geſſit, donec eos ſibi denuo ſubjiceret. Vid. Dlugoſſ. *lib. IV. ad an. 1092. p. 291. ſeqq. & ad an. 1093. p. 294.* Neugeb. *lib. III. Hiſt. Pol. p. 71. ſeqq.*

Boleslaus I. Pruſſos denuo ſubigit.

Digitized by Google

Boleslaus III. Pruſſos tertium ſubigit

IV. Cum Seculo XII. Pruſſi Maſoviam infeſtare cœpiſſent, Boleslaus III. Crivouſtus eis denuo gravi bello victis jugum impoſuit, imperatâ ſimul ipſis Chriſtiana religione. Sed Boleslao poſtea è vivis ſublato, ſimul cum imperio Polonico etiam religionem Chriſtianam Pruſſi, abjecerunt. Dlugoſſ. *lib. IV. paſſim.* Non major tamen unquam religionis Chriſtianæ in Pruſſiam introducendæ ſpes apparuit, quam tempore Boleslai IV. Criſpi Boleslai III. filii. Tum enim illi jam fana Deorum profanare & deſtruere, Chriſto certatim nomina dare, liberos ſuos Chriſtianis ritibus initiandos curare cœperunt. Sed metu, malo illo diuturnitatis magiſtro, ſublato, ad ingenium rediere, immò exercitum Polonicum in loca uliginoſa aſtu doloque pertractum, plane delevere, in qua ſtrage etiam Henricus Boleslai IV. Criſpi frater & Boleslai III. Crivouſti filius fortiter pugnans occubuit. Kadlubko *lib. III. epiſt. XXXI. pag. 374. ſeqq.* Neugeb. *lib. III. pag. 107. ſeq.*

Pruſſorum converſio non ſuccedit.

Pruſſi rebellant.

Pruſſi infeſtant Poloniam.

V. Cum fortuna crevit etiam animus Pruſſorum, præſertim Sec. XIII. ubi Polonia in varias ſciſſa partes, bellis civilibus conflictabatur, eoque injuriis Pruſſorum magis magisque patebat. Maxime autem

tem Pruſſi Maſſoviam infeſtabant, quam An. 1220. in Comitiis Sedomirienſibus ſimul cum Cujavia & Dobrinia Leſcus Albus Conrado fratri ſuo tradiderat. Cum autem Conradus Dux Maſoviæ, Cujaviæ & Dobriniæ de Polonorum auxiliis contra Pruſſos deſperaſſet, neceſſitate adactus, Ordinem Teutonicum in Pruſſiam accerſivit, cujus tunc Magiſter erat Hermannus de Salza. Ordini huic Teutonico, ſive Cruciferorum, Conradus Culmenſem tractum tradidit, & quicquid terræ eſt inter Viſtulam, Mocram & Drevantiam flumina, his legibus, *ut contra Pruſſos ſedulo bellum gererent, ubi verò eos domuiſſent, ut Culmenſem ditionem redderent; cœtera verò, quæ de barbaris cepiſſent, arbitrio bonorum virorum ex æquo ſecum ſive cum poſteris ſuis partirentur; contra Polonos nihil hoſtile tentarent, & hæc omnia pacta ſunt ſub pœna amisſionis bonorū.* Hæc ex antiquo ſcripto Germanico à Stanislao Hoſio ſibi ſuppeditato recenſet Cromerus *lib. VII. circa fin. pag. 530.* Caſpar Schuzius tamen illa, quæ de reſtitutione Culmenſis tractus & de Pruſſiæ devincendæ diviſione dicuntur, merito in dubium vocat, incredibile eſſe exiſtimans,

Conradus Maſoviæ Dux Cruciferos evocat in Pruſſiam.

Pacta Conradi cum Cruciferis.

Cruci-

Cruciferos ſine debita & juſta laborum ſuorum remuneratione tanta fuiſſe pericula ſubituros. *lib. 1. Chron. Pruſſ. fol. 17.* Ad hæc provocabant etiam olim Cruciferi ad Diploma Friderici II. Imperatoris, in quo ille Cruciferis poſſeſſionem terræ Culmenſis, a Polonis videlicet promiſſam, confirmavit, & quidquid ii de Pruſſis poſtea ceperint, itemque terram, quam eis Conradus Dux Maſoviæ deinceps adhuc inter Pruſſiam & Novam Marchiam (per Marchiam novam hic intelligenda eſt Marchia Gedanenſis, ut tunc temporis vocabatur) teſte Cromero *lib. VII. in fin.*

Friderici II. Imp. Diploma Cruciferis datum.

VI. Cum Cruciferi Pruſſiam diuturno quinquaginta trium annorum bello ſub jugum miſiſſent, excisis ferè veteribus incolis, novas ſubinde è Germania illuc deduxere colonias. Sed etiam hic Cruciferi rebus ſibi & voto ſuccedentibus elati, inſolentius ſe gerere, ſociorumq; terras appetere cœperunt. Et quidem initio Seculi XIV. Petrus Swenze Cancellarius Pomeraniæ (Micrælius eum vocat Cancellarium hæreditarium Poloniæ & Gubernatorem Pomerelliæ *lib. II. Chron. Pomeran. num. 106. p. 290.*) plura ſemper habendi cupiditate flagrans occaſionem Cruciferis Polonicas Provincias invadendi præbuit. Cum enim à Wladislao Rege Poloniæ.

Cruciferi Pruſſiam ſibi ſubjiciunt.

Cruciferi inſolentius agunt.

Petrus Svvenze novas res in Pomerania molitur.

niæ quadam in re paſſus eſſet repulſam, conſilium cepit, Gedanum & totam Pomerelliam Marchionibus Brandeburgicis prodendi: ſed proditis conſiliis ipſe à Wladislao Loctico Rege captus eſt, antequam rem in effectum deduxiſſet. Sed poſtea fratribus captivi intercedentibus ſeque ipſos loco obſidum offerentibus dimiſſus eſt. Obſides etiam illi poſtea, cum negligentius haberentur, è cuſtodia evaſerunt. Ab his acciti Joannes & Valdemarus Marchiones (quorum Deceſſores jam antea Dantiſcum obtinuerant) Pomeraniam cum exercitu ingreſſi, omnia, præter arcem Gdanenſem, quam Boguſſus Judex Pomeraniæ pro Rege Poloniæ tenebat, ſibi ſubjecerunt. Boguſſus in tantas anguſtias redactus, opem Regis Wladislai imploravit. Sed cum inde auxilia tardiora viderentur, auctor fuit Wladislao, ut Cruciferorum uteretur opera in arce defendenda & Marchionibus depellendis: ſed ſatis imprudenter illud factum eſt, cum Boguſſus ſciret, jam Cruciferis his oris ob prætenſiones ſuas, de quibus *cap. VI, num. X. & XI.* egimus, inhiare. Acciti igitur ſunt Cruciferi (quorum tunc Magiſter erat Sigfridus von Feuchtwangen) iis conditionibus, ut dimidiam arcem ipſi tenerent & annum unum ſuis ſum-

Petrus Svvenze capitur ſed mox dimittitur.

Marchiones Brandeburgici in Pomeraniam accerſuntur.

Boguſſa accerſit Cruciferos contra Marchiones.

ſumptibus defenderent : deinde vero qvæcunq; impendia facerent, ut ea Ladislao expenſaferrent. His ita conſtitutis Cruciferi arcem defendunt; immò ipſam urbem Gedanenſem expulſis Marchionibus recipiunt. Sed ad extremum cum jam nullum periculum reſtaret, totam arcem dimiſſo cum Pomeranis Boguſſa ſibi vendicant, ut teſtatur Cromerus *lib. XI pag. 581.* Sed Schuzius noſter hac conditione Cruciferos fuiſſe accitos tradit, ut non propriis ſed regiis ſumptibus arcem defenderent, quod etiam veriſimilius eſt. Cum vero Cruciferi expenſos ſumptus (fuerunt autem centum millia marcarum groſſorum Bohemicorum) repoſcerent, nec Boguſſæ pecunia illa ſuppeteret, Cruciferi arce tota occupata Boguſſam in vincula conjiciunt, poſtea vero certis conditionibus dimittunt. Cum hæc ad Wladislaum Lo͡cticum eſſent delata, cœpit ille cum Cruciferis expoſtulare, in gratam ipſis mentem erga Reges Poloniæ obje͡ctans; quibus illi offenſi cum Marchionibus ita tranſigunt, ut acceptâ certa pecuniæ ſummâ, nempe centum millium marcarum latorum groſſorum, omnia loca Pomerelliæ, quæ ipſi poſſidebant, Cruciferis traderent. Pa͡cta hæc inita ſunt an. 1311, quæ vidiſſe ſe teſtatur

Cruciferi arcem urbemque Gedanenſem occupant.

VVladislaus Lo͡cticus expoſtulat cum Cruciferis.

Cruciferi à Marchionibus Brandeb. emunt Pomerelliã.

tur Schuzius. Quin etiam ea loca, quæ tum temporis adhuc à præſidiario milite Regio in Pomerellia tenebantur, ut Dirſchaviam, & Schwezam, Cruciferos à Marchionibus emiſſe teſtatur idem Schuzius *lib. II. Chron. Pruſſ. fol. 55. ſeqq.* Hanc etiam emtionem Magiſter Cruciferorum Ordini ſuo ab Henrico Cæſare confirmandam curavit. Cromer. *loc. cit.*

VII. Sed & MICHALOVIENSEM Provinciam Culmenſi tractui adjacentem à Polonia Cruciferi ſequenti modo abſtraxerunt. Acceperant eam hypothecæ loco à Leſco Cujaviæ Duce, datis eo mutuo trecentis marcis Thorunenſibus, quibus ille ſe in Ungarico bello à Wenceslao Bohemiæ Rege captum redemit. Convenerat autem Cruciferis cum Leſco ita, ut, ſi is intra triennium pecuniam dictam non redderet, jure ſempiterno Cruciferis illa regio cederet. Offerebat deinde Leſcus cum fratribus intra conſtitutum tempus pecuniam mutuo datam Cruciferis; quam tamen hi non acceptarunt, jam hoc jam illud cauſati, donec aliquantò poſt Leſcus neceſſitate compulſus, acceptis inſuper à Cruciferis ducentis ſexaginta duabus marcis, Provinciâ illâ & jure ſuo omni ſeſe abdicavit. Cromer. *loc. cit.* Neugebauer. *lib. III. Hiſt. Polon. pag. 177.*

Cruciferi Michalovienſem tractum occupant.

VIII.

Digitized by Google

Cruciferi infeſtant Lithuaniam.

VIII. Sed neque hic quievere Cruciferi. Pruſſia enim tota ſubactâ, ſub illo prætextu, quod ad Ethnicos populos oppugnandos eſſent invitati, Lithuaniam quoque & Samogitiam infeſtis agminibus ſæpe pervagati ferro & igne omnia populabantur. Has etiam excurſiones, licet Jagello Magnus Dux Lithuaniæ Chriſtiana religione recepta & in Lithuaniam introducta Rex Poloniæ eſſet factus, nihilominus continuabant, concitante eos præſertim Suidrigellonem Regis fratre. His malis adactus Rex Wladislaus Jagello Suidrigellonem conceſſis ipſi aliquot in Ruſſia locis ex Pruſſia revocavit. Immo cum ipſis etiam Cruciferis An. 1404. egit conventum apud Razianzum Epiſcopi Wladislavienſis oppidum, ubi ſic de pace inter eos convenit: ut Rex quinquaginta millia florenorum Cruciferis exſolveret, Dobrinumq; & Zlotoriam arcem ad confluentes Wiſtulæ & Drevantiæ ſitam reciperet. Deinde ut Novogrodum magnum (quod Livonienſes Cruciferi cum Suidrigellone interceperant) Regi Poloniæ, Samogitia verò Cruciferis cederet, eâ lege, ut omni jure, quod in Lithuaniam prætendebant, ſeſe abdicarent. Cromer. *lib. XVI. pag. 649.* Kajolawicz *Part. II. Hiſt. Lithu. lib. II. pag. 70. ſeq.*

Pacta inter Jagellonem Regem & Cruciferos.

Samogitia traditur Cruciferis.

Sub

Sub hæc Samogitæ impotentem Cruciferorum dominationem peroſi, cœſis ipſorum præſidiis in libertatem ſe aſſeruere. Cruciferi contra ſuſpicantes id, quod res erat, juſſu Alexandri Witoudi, ſive ut alias vulgo vocatur Witoldi, hoc à Samogitis factum eſſe, Lithuaniam excurſionibus infeſtare cœperunt. Quod autem hoc revera Witoldi juſſu factum ſit, diffiteri non audet Kojalowicz *loc. cit. pag. 79.* Conf. Schuz. *lib. III. Chron. Pruſſ. fol. 99. ſeqq.* Intervenientibus deinde aliis cauſis, in apertum res erupit bellum, quod cruento iſto ex utraque parte prælio An. 1410. ad Dannebergam in Pruſſia commiſſo nobile eſt, ubi 50. millia Cruciferorum cum ipſo Magiſtro Ordinis Teutonici Vlrico von Jungingen cæſa & quatuordecim millia capta ſunt, ut tradit Cromerus *lib. XVI. circa fin.* Neugebauer *lib. V. Hiſt. Polon. pag. 152.* Conf. Alex. Guaguin. *ad an. 1410.* De numero cæſorum in exercitu Teutonici ordinis dubitat Schüzius, quem vide *lib. III. Chron. fol. 102.* Continuatum eſt illud bellum usque ad an. 1436. quo inter Regem Wladislaum Jagellonidem & Magiſtrum Cruciferorum Paulum de Rusdorff pax coiit. Pacta ipſa vide *inter Privilegia Ducalis Pruſſiæ fol. 6. ſeqq. &*

Samogitæ à Cruciferis deficiunt.

Tannebergenſis pugna cruentiſſima.

Pacta inter VVladislaum Jagellonidē & Cruciferos

Digitized by Google

inter Jura Municipalia Pruſſiæ. Item apud Janum Januszovium *lib. VII. Conſtitut. Regni Polon. Part. III. tit. 1. pag. 842.* Conf. Schüzius *lib. III. Chron. Pruſſ. fol. 127. b.* Sic igitur Wladislaus Jagello attritis Cruciferorum viribus prima jecit Pruſſiæ ſubigendæ fundamenta. *Vid.* Matth. Stry-kowski Oſſoſtevicius *lib. XIII. Hiſt. Lithuan. cap. IV. & VIII.*

Prima Pruſſiæ ſubigendæ fundamenta jacit VVladislaus Iagello.

IX. Caſimiro IV. Jagellonide Polonis imperante cum Cruciferis deeſſent hoſtes, quos vincerent, Pruſſis ipſis impotenti dominatione intolerabiles eſſe cœpere. Haud facile dictu eſt, quibus oneribus illi ſibi ſubjectos populos preſſerint, quibus etiam injuriis urbes Pruſſiæ præcipuas vexarint. Pruſſi igitur libertatis avitæ nondum obliti conſpiratione inter ſe facta ad Regem Poloniæ Caſimirum tranſierunt, eique ſe ut legitimo, juſto & vero Domino & heredi Terrarum Pruſſiæ futuro ſubjecerunt, ut habetur *in Privilegio Incorporationis An. 1454. feria quarta Cinerum à Caſimiro Jagellonide dato inter Jura Municipalia Terrarum Pruſſiæ.* Quoniam autem è contrario Cruciferi in memoriam Regī revocabant pacem perpetuam An. 1436. ſub Wladislao Jagellonide initam; igitur

Cruciferi Pruſſis ſunt intolerabiles

Pruſſi ſe Regi Poloniæ dedunt.

Digitized by Google

tur Pruſſorum Legati oſtenderunt, multis modis pacem illam à Cruciferis eſſe violatam, verbi gratia, dum in concilio Baſileenſi contra eandem varia moliti ſunt, loca in pactis denominata non reſtituerunt, & quæ ſunt id genus alia, quæ videantur apud Schüzium *lib. V. Chron. Pruſſ. fol. 166. b.* Geſtum inde bellum eſt tredecim annos, nimirum ab an. 1454. usque ad an. 1466. ingentibus utrinque ſumptibus. Ad extremum Cruciferi ſenſerunt, ſemper in paucitate jacturam eſſe majorem, cladibus igitur multis attriti ac propemodum ad incitas redacti, pacem his demum conditionibus impetrarunt: ut Polonis Culmenſem & Michalovienſem terras & Pomeraniam omnem, adhæc Mariæburgum Stumam & Chriſtburgum arces & oppida: Elbingam & Tolkemitam oppida cum ſuis territoriis & munere ſylvatico, quod Wald-Ampt Teutonicè vocatur, & ſex pagis, qui ad arcem Hollandiam pertinebant, jure ſempiterno concederent: reliquam Pruſſiam ſibi retinerent, ea lege & conditione, ut ſemper eſſent in fide & clientela Polonorum. Cromer. *lib. XXVI. pag. 773. ſeq.* Schüz. *lib. 7. Chron. Pruſſ.* Pacta ipſa inter Regem Caſimirum Jagellonidem Regem Poloniæ & Ludovicum ab Er-

Pacta à Cruciferis violata.

Cruciferi pacem impetrant certis conditionibus.

lichshauſem Magiſtrum Pruſſiæ vide apud Janum Januſzovium *lib. VII. Conſtitut. Part. III. tit. 1. pag. 863. ſeqq.* & inter Privilegia Pruſſiæ Ducalis *fol. 20. ſeqq.* Sic igitur Caſimiro IV. dimidia Pruſſiæ pars ceſſit, quæ hodie dicitur Pruſſia Regia; Reliqua vero lege clientelari Cruciferis à Rege Poloniæ conceſſa eſt.

Crucifnri jugum Polonicum laborant

X. Verum enimverò Cruciferis libertati aſſuetis grave Polonorum viſum eſt jugum, idcirco ut illud excuterent, potentiores ſibi Magiſtros Ordinis creare cœperunt. Eo fine etiam poſt unum atque alterum Magiſtrum elegerunt Fridericum Ducem Saxoniæ, qui nunquam Polonis jurejurando ſe obſtringere voluit: deinde vero An. 1511. Albertum Marchionem Brandeburgicum, qui ſervitutis illius impatiens, magno animo bellum Polonis intulit: ſed ſperatis è Germania fruſtratus auxiliis, his conditionibus An. 1525. cum Rege Poloniæ Sigiſmundo I. pacem fecit: *ut Ordo Cruciferorum in Pruſſia penitus extingueretur: Albertus Pruſiæ portionem, quam nunc Ducalem vulgo vocant, titulo Ducis obtineret: ſed regio imperio ſimul cum Provincia ſubeſſet: eosdem cum Polonia hoſtes amicosque deinceps habe-*

Pax perpetua inter Sigismundum I. & Albertum primum Pruſſiæ Ducem.

Digitized by Google

haberet: ipſe Dux primum locum in Senatu Regio teneret &c: Albert. Wijuk Kajalowicz *Part. II. Hiſt. Lithuan. lib. VII. pag. 382.* Neugebauer *lib. VII. Hiſt. Polon. pag. 507. ſeqq.* Schuz. *lib. X. Chron. Pruſſ. fol. 494. ſeq.* Pacta ipſa videantur apud Janum Januszovium *lib. VII. Conſtitut. Regn. Pol. Part. III. tit. 1. pag. 913. & ſeqq.* & inter Privilegia Pruſſiæ Ducalis *fol. 32. & ſeqq.* Vt igitur Caſimirus IV. Jagellonides Pruſſiam ſibi acquiſivit, ita etiam Sigiſmundus ejus filius Pruſſiam defendit, jusque in illam ſibi ſuisque ſucceſſoribus confirmavit.

XI. Hoc igitur modo Albertus primus Dux Pruſſiæ creatus, feliciter eidem usque ad annum 1568. præfuit, cumque annis & rerum geſtarum gloria feſſus d. 20. Martii, anno ætatis 78. fatis conceſſiſſet, ſucceſſit ipſi filius Albertus Fridericus. Cum autem ille non longe poſt in ægritudinem animi incidiſſet, datus eſt ei à Rege Stephano Battareo Curator, Georgius Fridericus Marchio Brandeburgenſis in Onoldsbach. Hoc poſtea initio præſentis Seculi è vivis ſublato, & nemine amplius è Marchionibus Brandeburgenſibus lineæ Onoldsbacenſis (quæ olim cum Alberto Seniore ad ſimultaneam inveſtituram admiſſa fuit) exiſten-

Albertus March. Brand. Dux Pruſſiæ.

Albertus Fridericus Dux Pruſſiæ.

Georgius Fridericus Curator ægri Principis.

Electores Brandeburgici Pruſſia potiuntur.

existente, id egerunt Electores Brandeburgici, ut, deficiente hac Marchionum domo, ipſi in Ducatu Pruſſiæ ſuccederent, præſertim cum jam antea ipſis ſimultanea inveſtitura non tantum promiſſa, ſed etiam Anno 1603. in ſcriptis conceſſa eſſet. Factus igitur eſt Joachimus Fridericus Elector Brandeburgicus An. 1605. curator ægri Principis, concedente id Sigiſmundo III. Poloniæ Rege. Intra paucos vero annos Joachimo Friderico Electore defuncto, filius ipſius Joannes Sigiſmundus Elector Brandeburgicus An. 1608. in curatela ægri Principis ſucceſſit: ſed poſtea anno videlicet 1611. cum tribus fratribus In Pruſſia à Sigiſmundo III. Rege inveſtitus, & proximo anno 1612. in realem Pruſſiæ poſſeſſionem à Commiſſariis ad hoc negotium è Polonia miſſis immiſſus eſt, ut hoc ex privilegiis Statuum Pruſſiæ Ducalis An. 1616. Brunsbergæ typis impreſſis patet. Albertus Fridericus autem æger & animo & corpore Princeps anno demum 1618. d. 28. Auguſti, ætatis vero anno 65. poſtquam Ducatum hunc per ſe & Illuſtriſſimos Curatores per 49. annos adminiſtraſſet, obiit. Proximo anno 1619. d. 23. Decembris mortuus Joannes Sigiſmundus Pruſſiam ſucceſſori Geor-

Joannes Sigiſmundus, Elector.

Albertus Fridericus æger Princeps moritur.

Joannes Sigiſmundus Elect. moritur.

Digitized by Google

Georgio Wilhelmo Electori Brandeburgico reliquit.

XII. Hic Georgius Wilhelmus Elector jam ſuo tempore allaboraſſe dicitur, ut ſupremus fieret in Pruſſia Dominus. Referam memorabile quidpiam, quod mihi Procerum Pruſſiæ nonnemo, qui adhuc juvenis hæc quæ referam ipſe oculis ſuis ſpectavit, ante tria circiter luſtra narrare ſæpius eſt ſolitus. Cum aliquando Conventus Pruſſiæ Ordinum Regiomonti ageretur, contulit ſe Georgius Wilhelmus Elector in arcem Neuhuſienſem uno milliari Regiomonto diſtantem, animi remittendi & à curis comitialibus relaxandi gratia. Cumque ibidem aliquando minus gratum è conventu Regiomontano nuncium accepiſſet, adeò ira efferbuit, ut pomo è menſa ſublato in hæc verba erumperet: Quam verè ego hoc pomum per has feneſtras foràs ejiciam, tam verè quoque ſupremus aliquando Pruſſorum Dominus futurus ſum. Sed pomum, licet omnes feneſtræ, ut media æſtate fieri ſolet, fuerint apertæ, ligno impulſum in medium conclave relapſum, præſentes aulicos cum Principe ipſo mirum quantum obſtupefecit.

Georgius VVilhelmus Dux Pruſſiæ.

Mirabilis caſus.

Digitized by Google

Fridericus VVilhelmus fit ſupremus Pruſſiæ Dominus.

XII. Quod autem Georgius Wilhelmus obtinere non potuit, hoc Fridericus Wilhelmus filius, qui An. 1640. parenti ſuo in regimine ſucceſſit tandem obtinuit. Nam cum initio PruſſiamDucalem habuiſſet jure feudatorio, tandem per Pacta Welavienſia & Bydgoſtienſia An. 1657. inita eidem Joannes Caſimirus Rex Poloniæ ſupremum in Pruſſia dominium conceſſit, ea tamen lege, ut deficientibus maſculis jure Caducitatis, ut vocant, Pruſſia iterum ad Regnum Poloniæ redeat & Ducibus Onolsbacenſibus & Culmbacenſibus jure feudi conferatur. Promiſſa etiam eſt Sereniſſimo Electori urbs Elbinga, ſimulac à Suedis eam tunc tenentibus reciperetur, & quidem hypothecæ loco, pro quadringentis millibus thalerorum. Confirmata quoque ſunt hæc Pacta An. 1658. in Comitiis Regni ab omnibus Ordinibus. *Vid.* Conſtitutiones ejus anni, quæ Conſenſu omnium ordinum denuò ſunt impreſſæ *pag. 3.* Poſtea verò pace cum Suecis compoſita Anno 1660. cum ab utraque parte Commiſſarii eſſent miſſi ad hoc negotium Elbingenſe componendum Wladislaus Rey à Naglovice Theſaurarius Regni & primarius ex parte Polonorum Commiſſarius, varia à Legatis

Elbinga Electori promittitur.

Brande-

Brandeburgicis prætendebat, tandem, etiam re infectâ penitus diſceſſit, omnem in Commiſſarios Brandeburgicos rejiciens culpam, ac ſi in amotione poſtarum è Civitate Gedanenſi; in reſtitutione Brunsbergæ; in defalcatione eorum, quæ civitas illa in præſidium erogavit; in confirmatione denique jurium Civitatis Elbingenſis, ſatisfacere Polonis noluerint. *Vid.* Epiſtola Joannis Caſimiri Regis An. 1660. d. 18. Octobris exarata *in appendice Continuationis VII. Diarii Europæi claſſ. ult. pag. 232.* Supremi in Pruſſiam juris traditio rejecta fuit usque in an. 1663. quo ipſo anno Stephanus Widzga Epiſcopus Warmienſis poſtea Archiepiſcopus Gneſnenſis, ut & Joannes Comes de Leſzno Leſzczynski tunc Pro-Cancellarius Regni à Rege & Republ. Polona miſſi Regiomontum venerunt, actumque illum An. 1663. die 18. Octobris in area arcis Regiomontanæ theatro exſtructo ſolenniter & magno cum ſpectatorum omnium plauſu celebravere. Numi aurei & argentei tunc cuſi ex altera parte habent ſceptrum & gladium decuſſatim poſita ſertoque implexa, cum ſubſcriptione: PRO DEO ET POPVLO. Deſuper autem manus coronam radiis ſolaribus illuſtratam defert, cum

Electori ſupremum in Pruſſia Dominium traditur.

M 5 lemma-

Digitized by Google

lemmate: A DEO DATA. Ex adverſa parte numi hæc inſcriptio: SVPREMO PRVSSIÆ DOMINO FRIDERICO WILHELMO PRINCIPI ELECT. BRANDEB. HOMAGIVM PRÆST. DIE XVIII. OCTOBR. ANNO 1663.

CAP. VIII.

De *Livonia.*

I.

Livoniæ provinciæ ſive partes.

LIVONIA duas olim continebat Provincias, *Eſtiam* & *Lettiam*, deinde Ordo Enſiferorum in Livonia rerum potitus adjunxit *Curoniam*, ad quam pertinet *Semgallia*. Circa An. 1158. hæc regio frequentari cœpit à mercatoribus præſertim Lubecenſibus, qui etiam gentem illam ad Religionem Chriſtianam converterunt. Primus Livonum ſive Livonorum Epiſcopus conſtitutus eſt Menardus Monachus vel Canonicus Segebergenſis ab Archiepiſcopo Bremenſi inauguratus. Sedes ejus erat Vxekelæ. Eum exceperunt Bertholdus Epiſcopus Rigæ conditor, & Albertus, qui Rigam munivit & Ordinem Enſiferorum ab

Livonia convertitur.

Primus Epiſcopus in Livonia.

Riga conditur.

Ordo Enſiferorum inſtituitur.

ab Innocentio III. An. 1204. confirmatum in ſocietatem contra barbaras illas gentes adſcivit. Primus Enſiferorum Magiſter fuit Vinno. Poſthæc cum Ordo Enſiferorum inſultibus barbararum gentium impar aſſumtis Teutonici Ordinis habitu & regulâ ſeſe Magiſtro Pruſſiæ ſubjeciſſet, Livonia quoque Ordinis Teutonici Magiſtro generali, qui tunc in Germania & paulò poſt in Pruſſia ſedem ſuam habuit, ſimul fuit ſubjecta, ita ut à Magiſtris Livoniæ conſtituerentur legesque acciperent. Contra vero (non eodem tempore, ut quidam volunt: ſed ſucceſſu temporis) Epiſcopi Pruſſici, nempe Culmenſis, Pomeſanienſis & Sambienſis, ut ſuffraganei Archiepiſcopo Rigenſi in Livonia ſubjecti ſunt. Warmienſis Epiſcopus, quia nunquam ordinis Teutonici imperium ita agnovit, ut ejus regulam & habitum reciperet, in Archiepiſcopi quoque Rigenſis Diœceſi nunquam cenſeri voluit. Manſit igitur Livonia ſub imperio Magiſtri Ordinis Teutonici generalis, adminiſtrabaturque per Magiſtros tantum Provinciales usque ad Wilhelmum Plettenbergium XLI. Livoniæ Magiſtrum Provincialem, qui An. 1513. exſolutâ Alberto Brandeburgico Marchioni & Ordinis Teutonici

Vinno Magiſter Ordinis Enſiferorum.

Livonia Ordinem Cruciferorum recipit.

Epiſcopi Pruſſici Archiepiſcopo Livoniæ ſubjiciuntur.

VVilhelmus Plettenbergius ſeſe ab Ordinis Teutonici redimit imperio.

ci

Digitized by Google

ci Magiſtro generali certa pecuniæ ſumma, ſe ſuosque imperio Magiſtri generalis exemit, Imperii Princeps factus. Sed videamus, quomodo ſuperiore Seculo Livonia ad Poloniam acceſſerit, rurſumque à Polonia fere tota avulſa ſit.

Sigiſmundus Auguſtus Livoniam Poloniæ adjungit.

II. Quod Sigiſmundus Auguſtus Livoniam Regno Poloniæ adjunxerit, apud omnes in confeſſo eſt; Occaſionem vero hujus conjunctionis, variè recenſent Scriptores. Albertus Wijuk Kojalowicz Hiſtoriæ Lithuanicæ conditor, ita rem exſequitur.

Occaſio hujus rei.

Guilhelmus Fürſtenbergius Livonienſium Equitum Magiſter Lutheranam religionem ſuſcepit, mox etiam templa hæreticis tradere conatus eſt. Cum ſe ei hac in re opponeret Guilhelmus Archiepiſcopus Rigenſis, Fürſtenbergius ipſum indictis Wendam Comitiis, reum agit, initæ cum Sigiſmundo Auguſto Rege conſobrino ſuo & Alberto Duce Pruſſiæ conſpirationis accuſat, falſisque indiciis probat, Curlandiam Alberto, Livoniam Auguſto promiſſas eſſe ac penè proditas. Comitiis finitis Furſtenbergius Magiſter aperto bello Archiepiſcopi bona aggreditur, Archiepiſcopum ipſum in arce Kokenhuſana captum in carcerem conjicit. Sigiſmundus accepto ejus rei nuncio Anno 1557. bellum ſtatim

Digitized by Google

ſtatim Livoniæ intulit, ſibique eam ſubjecit. Kojalowicz *lib. VIII. Hiſt. Lithuan. pag. 433.* Nos verò licet non negaverinus, ob mutatam religionem magnas inter Archiepiſcopum Rigenſem & Magiſtrum Ordinis extitiſſe ſimultates, non ſolam tamen hanc cauſam belli hujus fuiſſe exiſtimamus, cum quidam etiam Livoniæ Epiſcopi contra Archiepiſcopum inſurrexerint, referente Anonymo quodam *inter Deſcriptiones Poloniæ pag. 397. ſeqq.* Altius igitur cauſa hujus rei eſt accerſenda. Videlicet an. 1546. conſtitutum eſt ab ordinibus Livoniæ omnium conſenſu, ne ſine ordinum indultu ſive ab Archiepiſcopo, ſive à Magiſtro, ſive etiam ab aliis Epiſcopis extraneus aliquis homo in Coadjutorem aſſumeretur. His tamen poſtea neglectis Archiepiſcopus Rigenſis contra promiſſa ſua inſcio Canonicorum Collegio, ſive ut vocant Capitulo, Chriſtophorum Mechleburgicum Ducem Coadjutorem ſibi adſcivit. Proinde ſe ei Henricus à Galen Magiſter ordinis & Guilhelmus Furſtenbergius aliique Epiſcopi, (de quibus etiam Vid. Guaginus *de Situ Sarmatiæ Europ. Tom. 1. in Corp. Hiſt. Polon. pag. 71.*) oppoſuerunt. Archiepiſcopus ſe auctoritate Regis Sigiſmundi Auguſti ut Patroni Archi-

Vera cauſa belli Livonici.

chiepiſcopatus illius tuebatur. Ordines contra ſubditos ab Archiepiſcopi obedientia abſtrahunt, prout Pacta An. 1546. inita poſtulabant. Interea in Electione Coadjutoris Magiſtri, Caſparo Moneſterienſi Marſchalco Ordinis prælatus eſt Guilhelmus Furſtenbergius, id quod Caſparus ægre ferens ad Regem Poloniæ confugit. Immo etiam Caſpari patrocinium ſuſcepit Archiepiſcopus. Hinc bellum contra Archiepiſcopum ortum eſt. Furſtenbergius Coadjutor Magiſtri Archiepiſcopum in arce Kokenhuſana cepit, ſicque Regem Poloniæ contra Livoniam excivit. Cum vero interea Jvanus Moſcoviæ Dux longè lateque victricia per Livoniam circumferret arma, Auguſtus Gothardo Kettlero, novo poſt Furſtenbergium Livoniæ Magiſtro opem tulit eundemque Gothardum Kettlerum, conceſſa ipſi Curlandia & Semgallia in feudum, primum Ducem Curlandiæ creavit. Reliquam vero Livoniam Regno Poloniæ An. 1561. adjunxit. *Vid.* Kojalowicz *ib. VIII. Hiſt. Lithu. pag. 447. ſeqq.* Salom. Neugebauer *lib. VIII. Hiſt. Polon. pag. 594. & ſeqq.*

Sigiſmundus Auguſtus ſibi Livoniam ſubjicit.

Gothardus primus Dux Curlandiæ.

III. Vix autem Sigiſmundus Auguſtus Livoniam in fidem ſuam receperat, & jam nova ejus perdendæ ſemina ſpargeban-

Digitized by Google

gebantur. Infeſtabat videlicet continuis bellis Livoniam Magnus Moſcoviæ Dux. Revalienſes igitur cum ſe adverſus ejus potentiam tutari haud poſſent, Erici Regis Suediæ patrocinio ſeſe commiſere. Paulo poſt Gothardus Kettlerus ex altera parte Regis Poloniæ tutelæ adverſus Ruſſos ſive Moſcos ſe commiſit; quo factum eſt, ut Livonia in duas ſtatim partes ſcinderetur. Neque minus ſibi juris in Livoniam putabat eſſe Ericus Rex Suediæ, quam Sigiſmundus Auguſtus Rex Poloniæ, præſertim cum ille ab Imperatore Ferdinando ſibi commiſſam eſſe Livoniæ tutelam affirmaret. Proinde Ericus Habſalam Lehalam, Parnaviam & alia loca Polonis ejectis occupavit. Acceſſit & aliud quidpiam, quod partes Regis Suediæ in Livonia auxit. Joannes enim Dux Finlandiæ circa eadem tempora Catharinam Sigiſmundi Auguſti Regis Poloniæ Sororem matrimonio ſibi jungens mutuo dedit Sigiſmundo LXXX. millia thalerorum (alii CXXIV. millia ponunt) pro qua pecuniæ ſumma hypothecæ loco viciſſim Joanni traditæ ſunt in Livonia ſequentes arces: Wittenſteinum, Karchiſa, Frichatum, Helmultum, Ermiſium Ruja & Bortvicum. Peſſimè hoc accepit Ericus Rex ideoque rever-

Moſcoviæ Dux Livoniam infeſtat.

Revalienſes ſe Regi Suediæ dedunt.

Simultates inter Ericum Regem

Suediæ & Ioannem Principem Suediæ.

revertentem in Suediam Joannem initi contra ſe cum Rege Poloniæ fœderis accuſavit, & accepta à Sigiſmundo Auguſto caſtella ſub ſpecie defenſionis conrra vim Moſcorum ſibi tradere compulit; quamvis poſtea Poloni Pernaviam denuo receperint. Interea defunctis jam Erico Suediæ & Sigiſmundo Auguſto Poloniæ regibus, Moſcoviæ Dux MAGNVM Holſatiæ Ducem Livoniæ Regem creavit, eundemque magna quidem vi, mala tamen fide, Livoniæ imponere voluit. Tantis periculis imminentibus Joannes III. Suediæ & Stephanus Bathoreus Poloniæ Reges ſocietatem inter ſe iniverunt, ut communibus viribus Livoniam contra Moſcoviæ Ducem aſſererent. Vtrique etiam parti circa An. 1580. fortuna magnopere aſpirabat, præſertim autem Suedis, qui ea tempeſtate complura loca à Moſcis in Livonia recuperarunt, ut Lodam, Lehalam, Habſalam & Narvam: item Provinciam Vicchiam, Wittenſteinum, Carelogorodam & alia caſtella. Stephanus igitur Poloniæ Rex veritus id quod res erat, ne Suedi hoc modo ſibi totam Livoniam ſubjicerent, pacem cum Moſcis excluſis Suedis fecit his conditionibus: *ut Moſcus omnia reſtitueret loca, quæ in Lithuania occupaverat: ut*

Magnus Dux Holſatiæ Rex Livoniæ creatur.

Bellum Poloniæ & Suediæ Reges contra Moſcum ſuſcipiunt.

Stephanus Rex pacem facit cum Moſcis.

Conditiones pacis.

totam

Digitized by Google

totam Polonis Livoniam traderet: Stephanus verò Wielikolukam & aliàs nonnullas arces, quas hoc bello occupaverat, Moſco redderet. Poſtea cum Sigiſmundus III. Joannis III. Suediæ Regis filius defuncto Stephano Bathoreo Rex Poloniæ eſſet electus, Poloni hanc inter alias conditionem ei præſcripſerunt: *ut eam Livoniæ partem, quam occupaverant Suedi, Regno Poloniæ Sigismundus adjungeret.* Sed Sigiſmundus III. nulla ratione adduci potuit, ut ipſorum poſtulatis ſubſcriberet & tantum eis provinciam concederet, quam 40. ferme milliarium longitudine à Narvæ fluminis oſtio per Tolsburgum, Weſenburgum, Revaliam, Padiſam, Wittenſteinum & Habſalam ad vicinas Parnaviæ oras ſe porrigentem poſſidebat. Vide hæc fuſe enarrata apud Joannem Loccenium *lib. VII. Hiſt. Suecan. per tot.* Neugeb. *lib. IX. Hiſt. Polon.* David Chytræus *lib. XX. Saxon. pag. 528.* Poſt hæc cum Sigiſmundus III. Regno Suediæ excidiſſet, multa bella geſta ſunt inter eum & Carolum IX. qui in Sigiſmundi locum à Suedis ſubſtitutus erat. Continuavit deinde bella iſta Guſtavus Adolphus, qui totam fere Livoniam in ſuam redegit poteſtatem, donec

Poloni à Sigiſmundo III. reſtitutionem Eſtoniæ poſtulant.

Sed fruſtra.

Bella Livonica inter Polonos & Suedos.

Induciæ 6. annorum.

tandem An. 1629. induciæ ſex annorum factæ ſunt, ea conditione: ut interea Rex Sueciæ omnia Livoniæ loca, quæ poſſidebat, retineret. Finitis deinde An. 1635. induciis, aliæ induciæ 26. annorum, mediatoribus Galliæ & Angliæ Regum & Ordinum Belgi Legatis ſecutæ ſunt. *Vid.* Theatrum Europ. *ad dict. an.* Eberhardus Waſſenberg *Part. II. geſtorum Wladislai lib. II. pag. 171. ſeqq. & 191. ſeqq.* Piaſecius & alii.

Induciæ 26. annorum.

Carolus Guſtavus Polonis bellum infert.

IV. Cum Joanne Caſimiro Polonis imperante, An. 1654. Moſci Lithuaniam longe lateque popularentur, Carolus Guſtavus Suediæ Rex nondum finitis 26. annorum induciis bellum Polonis intulit, cum ob alias cauſas, tum maximè quod Regis Poloniæ Delegatus contra ſucceſſionem Caroli Guſtavi Regis Stokholmiæ proteſtatus eſſet, induciasque hac ratione violaſſet. Et initio quidem Suedi in Polonia felices habuere progreſſus: ſed ad ultimum fortuna ipſis tergum obvertit. Danis enim provincias Suedicas depopulantibus, Poloniam deſerere coacti ſunt. Tandem An. 1660. Carolo Guſtavo Rege Sueciæ jam extincto, diu deſiderata pax in monaſterio Olivenſi propè Dantiſcum ſancita eſt, ubi inter aliàs hæ fuerunt conditiones: Vt Joannes

Pax Olivenſis.

nes Caſimirus Rex Poloniæ renunciaret in perpetuum omnibus prætenſionibus in regnum Sueciæ & in Principatum Finlandiæ; Rex tantum Joannes Caſimirus titulo Regis Sueciæ uteretur ad dies vitæ, quem tamen non uſurparet ad Regem Sueciæ ſcribens, tribus tantum etcætera-tionibus adjectis. Omnes Provincias Livonicas trans Dunanas Sueco concederet, prætenſionesque omnes in Eſtoniam & Oſiliam dimitteret: traderet etiam ea loca Livoniæ cis Dunana, quæ Suecus tenuit tempore induciarum: Livoniam Auſtralem Rex Poloniæ retineret, in qua Duneburgum, Roſiten, Luzen, Marienhuſen &c: *Vid.* Pacta illa Olivienſia *in Continuat. III. Diar. Europ. ad An. 1660.* Inſerta etiam ſunt illa Pacta ipſis Regni Poloniæ Conſtitutionibus *Ann. 1661. pag. 4. & ſeqq.* Adjecit eadem Pacta Hiſtoriæ Suecanæ non ita pridem in Germania editæ Joannes Loccenius, qui conſuli poteſt.

CAP. IX.

De *Ruſſia, Moſcovia & Lithuania.*

I.

Ruſſia à Ruſſo dicta.

RVſſia (à Ruſſo Lechi fratre, ut quidam volunt, ita dicta) olim complectebatur magnam hodiernæ Lithuaniæ partem, Podlachiam, Ruſſiam, Rubram,

Ruſſiæ amplitudo.

Podoliam citeriorem & Vlteriorem, Severienſem & Czernichovienſem Ducatus, & ea ferè omnia, quæ inter Viliam & Pripetium amnes continentur. Item Smolenſcenſem, Polocenſem, Vilepſcenſem, Novogrodienſem, Twerienſem Ducatus. Moſcoviam inſuper, quæ antiquitus obſcura fuit regio, ut paulo poſt audiemus. Hæc Ruſſia ſæpius fuit in multas partes diſtracta; ita tamen, ut is cum ſuprema poteſtate cæteris præeſſet, qui Kioviæ rerum potiebatur.

Lithuania à Littalano dicta.

LITHANIA verò à *Littalano* ſive *Lituo* ſecundo Rege gentis illius, ùt ferunt, ita appellata, olim fuit ſatis obſcura & arctis finibus circumſcripta Complectebatur videlicet in ſe hodiernam Samogitiam, Curlandiam & hodier-

Lithuaniæ veteris fines.

diernæ Lithuaniæ partem, conterminam Samogitiæ inter Dunam & Wiliam aliosque amnes Viliæ ſe immiſcentes, ut Dubiſſam, Niewiaſam, Swientam aliosque, in quibus locis hodie adhuc Lithuanicæ linguæ uſus eſt.

II. Ruſſiæ Ducum antiquitus magna fuit porentia, quippe qui etiam Lithvanos ſubjugum actos, ſibi tributarios fecerint. Antiquis enim temporibus Lithvani, gens obſcura & agreſtis, ſubera, veſtis & faſces frondeos, quibus ſudorem gens ea ſibi in balneis provocare ſolet, tributi nomine Ruſſis pendere cogebantur, usque ad Seculum XIII. ut habet Joannes Dlugoſſus *Tom. I. Hiſt. Polon. lib. VI. pag. 536.* Neugeb. *lib. III. pag. 127.* Deinde verò mira fortunæ viciſſitudine Lithvani eluctati, totam Ruſſiam ſibi ſubiecerunt, niſi ea excipere velimus, quæ Polonorum Reges armata manu Ruſſis in partibus Auſtralibus ſive in Ruſſia Rubra extorſerunt. Quomodo autem Ruſſia partim Polonicum, partim Lithvanicum ſubierit jugum paucis jam ediſſeremus. Videlicet, ut primo generatim rem hanc delinceamus, ex Polonis Boleslai I. mus II. dus III. & IV. Ruſſiam meridionalem domuerunt, ut & Caſimirus Magnus Rex

Ruſſi Lithuaniam faciunt tributariam.

Lithuani Ruſſiam ſibi ſubjiciunt.

Ruſſia quomodo à Polonis & Lithuanis occupata.

Poloniæ. Lithvani autem à Secule XIII. orientalem Ruſſiam aliasque ejusdem oras verſus meridiem aggreſſi imperio ſuo ſubiecerunt. Sed ſpecialius paulo nobis illa nunc dilucidanda erunt.

VVolodimirus Dux Ruſſiæ.

III. Seculo X. & quidem circa an. 971. Wolodimirus Dux Ruſſiæ, Bulgaros, Croatos, Dulopios, Jazyges domuit. Corſonum etiam Conſtantinopolitano Imperatori ademit. Poſtea verò poſtquam Annam Baſilii & Conſtantini Imperatorum ſororem duxerat uxorem: Chriſtianamque inſuper ſuſceperat religionem, ea omnia reddidit. Imò etiam Præmisliam Czervenumque deinde Miecislao Poloniæ Duci eripuit. Poſtea vivus adhuc Regnum inter duodecim filios partitus eſt. Fuerunt autem populi & urbes, quæ in diviſionem ceſſerant, Kiovia, Nowogrodum, Poloſcum, Turovia, Roſtovia, Maromum, Derevi, Wladimiria, Torocanum, Smolenſcum & tota Volhynia. Cæterum inter fratres poſtea orto bello, Svento pelcus, unus Volodimiri filiorum, Kioviam, Glebo & Boriſſo fratribus cæſis, occupat. Mox & ipſe à Jaroslao fratre ſuperatus & principatu ejectus ad Boleslaum I. Chrobri Regem Poloniæ confugit. Is Jaroslao victo Anno 1008. Sventopelcum reduxit. Non quievit tamen &

Ruſſia convertitur ad Chriſtum.

VVolodimirus imperiũ Ruſſicum inter decem filios partitur.

Bella inter filios VVolodimiri.

Jaroslaus Dux Ruſſorũ confugit ad Boleslaum I. Regem.

Digitized by Google

& Jaroslaus, ſed ejecto rurſus Swentopelco Kioviâque occupata bellum Boleslao Chrobro Regi Poloniæ intulit; ingenti vero prælio ſuperatus tributum Boleslao Anno 1018. promiſit. *Vid.* Cromer. *lib. III. pag.* 440. Stanislaus Lubienski *tract. de jure Regni Polon. in Ruſſias Moſcoviticasque Provincias pag.* 178. *operum.*

IV. Poſt mortem Boleslai Chrobri in libertatem ſe Ruſſi aſſeruere. Suſcepit quidem Miecislaus II. Rex Poloniæ contra Jaroslaum Ruſſiæ Ducem expeditionem, ſed eum in ordinem cogere non potuit. Quinimò Jaroslaus ille tunc temporis titulum Monarchæ Ruſſiæ (*Jedinowladec*) ſibi primus ſumpſit. Præterea Caſimirus I. Rex Poloniæ ductâ Jaroslai ſorore in conjugem, omne jus, quod Pater & Avus in Ruſſiam habebant remiſit, teſte Cromero *lib. IV. pag.* 451. Cæterum Boleslao II. Audace Polonis imperante, quinque filii Jaroslai inter ſe de imperio contendebant. Iſaslaus natu maximus, Kioviæ Dux, pulſus à cæteris fratribus Anno 1069. ad Boleslaum II. Poloniæ Regem ſe contulit, opem contra fratres imploraturus. Non defuit quoque tanto ſupplici Boleslaus, magnoque cum exercitu Ruſſiam ingreſſus, Præmisliam hactenus à reliquo Poloniæ corpo-

Miecislaus II. infeliciter rem agit contra Ruſſos.

Monarcha Ruſſiæ primus.

Caſimirus Rex jure in Rusſiam ſe abdicat.

Boleslaus II. Audax Ruſſiam ſibi vectigalem facit.

re avulſam recuperavit: Luſco inſuper, Wladimiriâ, Chelmâ, Kioviâ occupatis Ruſſiam ſibi vectigalem fecit: Iſaslaum tamen Ducem toti Ruſſiæ propoſuit. Sed non diu Ruſſia in fide Polonorum perſtitit: Boleslaus enim ipſe fugienti ſimilis Cracoviam regreſſus, nihil poſtea, utpote totus libidini immerſus, præclari geſſit. Dlagoſſ. *lib. III. ad Anno 1076. pag. 256.* Cromer Neugebauer & alii.

Ruſſia rebellat contra Boleslaum Audacem.

Boleslaus Ruſſus in ſua verba adigit.

V. Tempore Boleslai III. Criwouſti Sec. XII. invaſerat Kiovienſem Principatũ Uladimirus Jareslai Wladimirienſis Ducis & Zbitislaviæ Reginæ Poloniæ, (quam Boleslaus III. uxorem duxerat) patruus, cujus inſidias veritus Jaroslaus fugit An. 1118. ad Boleslaum III. Poloniæ Ducem. Is quanquam arma An. 1123. in gratiam Jaroslai contra Wladimirum ſumpſerat; Jaroslao tamen, cujus res agebatur, mox in prælio cæſo, donis exoratus in Poloniam revertit. Deinde iterum Anno 1134. Ruſſi, auctore Jaropelco Wladimiri filio Kioyienſi Duce, rebellarunt, ſed cum eſſet ad arma ventum, Boleslaus III. Criwouſtus Jeropelcum aſtu Petri Wloslovicii cepit, & cum ſe jurejurando præſtito in fide & clientela Regum Poloniæ fore promiſiſſiet, dimiſit. Sed neque tunc Ruſſi fidem ſervarunt. Multa inde bella ſub

Ruſſi rebellat.

Digitized by Google

ſub Boleslao IV. Criſpo & Caſimiro II. Juſto geſta ſunt, quæ hic brevitatis cauſa omittimus.

VI. Per eodem tempora Haliciensium Ruſſorum potentia, ingens cepit incrementum. Horum Dux Miecislaus quaſi nothus à Wſzewoldo Belzenſi & Wlodimiro Halicenſi Ducibus pulſus, ad Caſimirum Juſtum Ducem Poloniæ conſugit promptamque reperit opem: Attamen Caſimirus Ruſſis ad Haliciam ſuperatis, Miecislaum in ſua verba adegit, ſicque Halicienſibus Anno 1182. Ducem præfecit. Miecislao non multò poſt veneno ſublato, Wolodimirus ope Polonorum ejectis Hungaris, qui Haliciam interceperat, Principatum Halicienſem adeptus, itidem in Polonorum fide ſe futurum jurejurando promiſit. Illi poſtmodum fatis functo ſufficitur à Polonis Romanus Wlodimirienſium Dux Anno 1197. Sed cum poſtea rebellaſſet ad Zawichoſtum cæſus eſt. Sub hæc Leſcus Albus Colomanno Andreæ Regis Ungariæ filio cum Salomea Sorore Halicienſe Regnum in dotem tradidit. Sed Ruſſi exteri regiminis impatientes, Colomannum illum Regno movent: reſtitutum verò à Polonis, veneno è medio tollunt. His ita peractis Daniel Romani filius Regnum Halicienſe

Halicienſes Ruſſi.

Caſimirus Iuſtus Ruſſiam domat.

Halicenſe regnum Colomanno traditur.

Daniel Rex Ruſſorum.

licienſe occupat, & ab Opiſone Legato ſedis Apoſtolicæ ficta Religionis Romanæ ſuſceptione, Regis titulum adipiſcitur Sed Daniel ille mox ad fidem Ruſſorum relapſus eſt. Danieli ſucceſſit filius nomine Leo Rex Halicienſis, poſt Patrem factus. Eo deinde ſine prole defuncto, Halicienſe Regnum & Troidemi Maſoviæ Ducis filios Mariâ Sorore Leonis genitos delatum eſt, quorum major natu Boleslaus cum fraude Ruſſorum dato veneno extinctus eſſet, Frater ipſius ſimilem caſum veritus, in Caſimirum Magnum Regem Poloniæ jus ſuum transfudit, accepta à Rege Belzenſi terra. Caſimirus autem Rex Anno 1340. Ruſſiam illam meridionalem in Provinciæ formam redigit. Et hæc ſunt, quæ de Regno Halicienſi ſcire, operæ pretium eſt. Qui copioſius hanc materiam pertractatam deſiderat, ille adeat Stanisl. Lubienski *loc. cit. pag. 180. ſeq.* Cromer. *lib. VII. pag. 523. & 525.* Nadanyi *lib. II. Hiſt. Hung. cap. 16.* Addatur etiam Vincentius Kadlubko *lib. IV. Chron. Polon, cap. 14. ſeqq.* & ejus Commentator *ibid. pag. 485. ſeqq.*

Caſimirus Magnus Rex Rusſiam in Provinciæ formam redigit.

VII. Dum Seculo XIII. Poloni Ruſſiam meridionalem ad ſe trahunt, non ſegnius Lithvanij Ruſſiam orientalem & ſeptentrionalem infeſtant. Dum enim circa

Lithvanorum bella cum Rusſis.

circa Anno 1200. Romanus Haliciæ & Wladimiriæ Dux deviɛtis & in exilium aɛtis reliquis Ruſſiæ Regulis, ſolus per univerſam Ruſſiam rerum potitus, etiam Jatvingiam, quæ hodie Podlachia dicitur & Lithvaniam ſubigere tentaſſet, partem etiam Lithvaniæ jam ſibi ſubieciſſet, ex illo tempore longa ſeries bellorũ Lithuanicorum & Ruſſicorum cœpit, his nimirum ſibi Lithvaniam aſſerentibus, illis verò pro libertate ſtrenuè pugnantibus. *Vid.* Albertus Wijuk Kojalowiz *Part. I. Hiſt. Lithvan. lib. III. pag. 49 ſeqq.* Accidit deinde, ut Anno 1211. Scythæ ſive Tartari Ruſſiam ingentibus copiis pervagati, tributariam illam ſibi efficerent. Hîc Lithvani alienis malis in ſuarum rerum incrementa uſi, ſenſim fines Lithvaniæ per Ruſſiam proferre laborarunt. Et in his erat maxime Erdiwilus Dux Lithvaniæ, qui Anno 1217. contra Ruſſos variis bellis geſtis, Grodnam, Bresliam, Drohicinum, & alia oppida occupavit. Ruſſi Tartaricis bellis jam attriti fraɛtique haud difficulter ad imperium Lithvanorum ſuſcipiendum adduɛti ſunt. ERDIVILUS igitur ille primus è Lithvanis faɛtus eſt Dux Nowogrodeci, illa omnia imperio ſuo complexus, quæ inter Viliam & Pripetium amnes in-

Tartari Ruſſiam vaſtant.

Erdivilus Dux Lithvaniæ.

terjacent. JATVINGIAM quoque, quæ & *Subſylvania* & *Podlachia* vocatur imperio ſuo adjunxit. *Vid.* Kojalovviz *Part. I. lib. III. Hiſt. Lithv. à pag. 58. ad pag. 61.*

Mingailo Dux. Polocenſis Reſpubl. occupatur à Lithvanis.

VIII. Poſt Erdiwili tempora nimirum An. 1219. adjecit MINGAILO Dux Lithuaniæ imperio ſuo POLOCENSEM Provinciam ſequenti occaſione. Polocenſes Ruſſi extinctis in bello Ducibus legitimis Reipubl. adminiſtrationem ad triginta ſenes tranſtulerunt. Hoc ipſo etiam non contenti finitimosque infeſtare auſi à Mingailone domiti ſunt, ut habet Kojalowicz *lib. III. p. 67.* Et licet poſtea Polociam Lithuani amiſerint, recu-

Narimundus Dux Lithv.

peravit tamen eandem NARIMVNDVS Dux Lithuaniæ Kojal. *Part I. lib. V. pag. 161.* Interea autem SIGISMVNDVS Dux Lithuaniæ Mingailonis filius Tartaris

Skirmundus Dux Lithv.

Ruſſisque profligatis *Mozyrum, Starodubum, Czernichoviam, Karaczoviam* totamque omnino SEVERIAM hoſtili ditioni detraxit. Kojalow. *Part. I. lib. III. pag. 73.*

Ringeldus primus Magnus Dux.

Circa an. 1235. RINGELDVS Gimbuto Palæmonis nepote genitus cum tantis præeſſet provinciis, nimirum Lithuaniæ, Samogitiæ, Curoniæ, Subſylvaniæ, Novogardiæ, Mozyriæ, Pinsko, Severiæ, Czernichoviæ, primus ſe appellavit MAGNVM DVCEM Lithuaniæ. Koja-

Kojalow. *loc. cit. lib. IV. pag. 83.* Poſt hunc MENDOGVS Magnus Dux Lithuaniæ urgentibus Livonicis Crucigeris factus eſt Chriſtianus, donationemque Jatvingiæ ſive Subſylvaniæ, Samogitiæ, Caroniæ & Weizenſium agrorum à Nepotibus ſuis Ordini Teutonico factam confirmavit. His igitur Provinciis Crucigeri Livonienſes aucti, hoc apud Innocentium IV. Papam Romanum procurarunt, ut Mendogus Lithuaniæ Rex coronaretur; q; tamen poſtea ad Ethniciſmum relapſus Curoniam aliaque Cruciferis antea donata armata manu recepit. Kojalowicz *Part. I. lib. IV. pag. 97. & ſeqq.* Preuſiſche Ordens-Chronick *MS. fol. 63. ſeqq. & 78.* Sub idem tempus Boleslaus Pudicus Dux Poloniæ Jetwingos ſive Jatwiezyros, vel ut alii ſcribunt, Jazyges Lithuanis tunc ſubjectos fere penitus excidit, Provinciamque regno Polonico adjunxit. Kojalowicz *l. c. lib. IV. pag. 120.* Neugebauerus tamen Jazyges illos à Boleslao Pudico victos non ponit in hodierna Podlachia, ut facit Kojalowicius, ſed in Volynia, ubi Luceorinenſis eſt Epiſcopatus: *Vid.* Neugeb. *lib. III. Hiſt. Polon. p. 155.* Cromerus autem in Poleſia & Podlachia eos collocat *lib. VIII. pag. 542.*

Mendogus Magnus Dux Lithv. fit Chriſtianus.

Mendogus deficit ad Ethniciſmum.

Ietvvingos ſubjugat Boleslaus Pudicus.

Iatvingi ſive Iazyges ubi habitarint.

IX. Seculo XIV. circa An. 1319. GE-

DIMINUS

Gediminus Vilnam condit, & multas gentes Ruſſicas ſibi ſubiicit.

DIMINVS Magnus Dux Lithuaniæ, Vilnæ urbis conditor, contra Ruſſos reverentiam ſummi Principis exuentes & Novogrodenſes agros infeſtantes, arma corripuit; Wladimiriam urbem expugnavit, Volhyniam totam jurejurando ſibi adſtrictam Lithuanis magiſtratibus gubernandam tradidit. Ad hæc Luceorienſem urbem, ut & Drohicinum & Breſtiam ſibi ſubjecit. Kojalow. *lib. VII. pag. 251. ſeq.* Anno proximo, videlicet 1320. Kioviam, Owruczam, Zitomiriam, Bialogrodecum, Slepowrotum, Kanioviam, Czerkaſſiam, Pereslaviam, Branskum, adeoque totam Wolhyniam cum magna Severiæ parte Lithuanico ſubjunxit imperio. Quanta jam tum ſub Gedimino Lithuanici Imperii fuerit magnitudo, intelligi poteſt ex diviſione ejus inter Gedimini filios. Hic enim cum numeroſam haberet prolem, ut diſcordiarum ipſi materiam ſubtraheret, ita imperium partitus eſt. *Montwido* tradidit Kiernoviam & Slonimum: *Narimundo* Pinskum, Mozyrum, partemque Wolodimirienſis Provinciæ: *Olgierdo* Crewum & quicquid inde ad Bereſinam usque porrigitur: *Kieyſtuto* Samogitiam, Trocenſes, Lidenſes & Vpitenſes agros ac ſubſylvaniam: *Coriatz* Novvogrodecum & Wolkovviskum

Magnitudo Imperii Lithvanici tempore Gedimini.

Diviſio Lithvaniæ inter filios Gedimini.

Digitized by Google

kum: *Lubarto* Wolodimiriam & Volhyniam: *Javnuto* Vilnam, gentis caput, Oſmianam & Braslaviam. Hunc etiam, quem ultimo loco numeravimus, nempe Javnutum ſummum Principem deſignavit, etſi non eſſet natu inter fratres maximus. *Vid.* Kojalovvicz *Part. I. lib. VII. pag. 281.*

Iavnutus Magnus Dux conſtituitur.

X. Cum Tartari Podoliam tunc tenentes de Volhynienſibus & Kijovienſibus agris An. 1331. prædas agerent, OLGERDVS, qui Javnuto depulſo factus erat Magnus Dux Lithuaniæ, bellum illis intulit, PODOLIAMQVE totam Tartaris ejectis ſibi ſubjecit. Tunc temporis *Camenecia* Podoliæ condita eſt ab Olgerdi fratris filiis Coriatho, Alexandro, Conſtantino, Theodoro & Georgio, quos Olgerdus Podoliæ præfecerat. Kojalovvicz *Part. I. Hiſtor. Lithuan. lib. VIII. pag. 287. ſeqq.* Deinde ex his Conſtantino mortuo cum Theodorus Coriatovicius Podoliam teneret, Magni Ducis imperium aſpernatus validisque Valachorum præſidiis impoſitis ipſe ad Hungariæ Regem auxilia petiturus abiit. Sed Olgerdus interea totam Podoliam occupatam inque Provinciæ formam redactam Gaſtaldo Palatino gubernandum tradidit. Kojalov. *Part. I. lib. VIII. pag. 303. ſeq.*

Olgerdus Magnus Dux Podoliam occupat.

Camenecia conditur.

Olgerdus Podolianus redigit in formam Provinciæ.

XI. Per

Demetrius Moſcorum Dux à Lithvanis vincitur.

XI. per eadem tempora, videlicet circa an. 1332. Demetrius Moſcoviæ Dux excuſſo Tartarico jugo, omne illud, quod Ruſſis antea parebat, ſibi vindicare conſtituit. Igitur Legato ad Lithuanos miſſo, tributum ab illa gente ſibi pendi poſtulavit. Lithvani vero Legato retento Ducem nec opinantem in ipſa urbe Moſcua ferè oppreſſum ad fœdus adegerunt, eâ conditione pactum, ut fines Lithvaniæ uſque ad Moſaiskum & ad Ugram fluvium proferrentur, Kojalovviz *Part. I. lib. VIII. pag. 296.*

Caſimiri bella adverſus Lithvanos.

XII. Diximus jam ſupra num. VI. CASIMIRUM Magnum Regem Poloniæ Halicenſe regnum poſt Duces Maſoviæ regnò Poloniæ adjunxiſſe, quod hoc loco repetendum eſt. Cum verò illo tempore Lithvani Duces, ut Lubartus Leopoli, Kièyſtutus & Georgius Nari muntovicius magnis in Ruſſia alba præeſſent Provinciis, varia illi cum Caſimiro M. cujus potentia ibidem invaleſcebat, geſſere bella. Eventu hic fuit, ut Caſimirus M. Lubarto & Kieyſtuto Provincias jure hæreditatis prætenſo extorqueret. Adempta igitur eſt Lithvanis Volhynia, Podolia, cum Breslianenſi & Belſenſi Palatinatibus. Lithvanis tamen hos oras ſubinde repetentibus, ne eos Caſimirus prorſus adver-

Digitized by Google

adverſus ſe concitaret, quasdam ipſis Provincias reliquit, ut Belzenſem tractum & Volhyniam, eâ tamen lege, ut Poloniæ regem ſupremum ibidem Dominum agnoſcerent. *Vid.* Kojalov. *Part. I. lib. VIII. p. 314.* ſeq. LUDOVICUS deinde Rex Poloniæ & Hungariæ ſucceſſor Caſimiri Magni circa an. 1377, Chelmenſem, Belzenſemque tractus occupavit. Kojalovviz. *Part. I. Lib. VIII. pag. 347. ſeq.*

Ludovici Regis res geſtæ in Ruſſia.

XIII. OLGERDUS Magnus Dux Lithvaniæ Anno 1381. mortuus ſex reliquit filios ex Vliana Vitepſcenſium Duce ſuſceptos, nimirum Joannem Zedzievitum Podoliæ Ducem: Simonem Lingvieneum ſive Languinum Mſcislavienſium Ducem: Andream Vigundum à quo *Trubecenſes* Duces genus ducunt: Conſtantinum Ducem Czernichoviæ, è quo deinde *Czartorienſium* Duces prodiere: Theodorum Lubartum *Sanguſzkorum* parentem, à quo *Kovelſcy* & *Koſzyrſcy* Duces deſcendunt. Habuit præterea Olgerdus quinque alios filios, nempe Skirgellonem: deinde Koributum, à quo genus ducunt *Zbaraſcy* & *Wiſnievviecy* Duces: Item Demetrium, *Coreciorum* Ducum parentem: Svidrigelonem: & denique Vigundum Severiæ & Kiernoviæ Ducem, qui ſuſcep-

Ab Olgerdi filiis multi deſcendunt in Lithv. Duces.

tis ritu Rutheno Chriſtianis ſacris, Baſilii nomen accepit, & Paulo poſt cum ad Romanam tranſiiſſet Eccleſiam, Alexander vocatus eſt. Præter hos autem filios Olgerdi, maximè memorandus eſt JAGELLO, quem Olgerdus è Maria Tvverenſis Ducis filia, ſuſcepit. Kieyſtutus autem Olgerdi frater ſex filios habuit, nempe VITOLDUM, Patricum, Totivilum ſive Theophilum, Sigiſdum ſive Sigismundum, Andream Voydatum, aliàs Harbatum, & denique Douguthum. Kojalovviz. *Part. I. lib. VIII. Lithv. pag. 353. ſeq.*

Iagello Olgerdi filius.

Kieyſtuti filii.

XIV. Ex his, quos jam enumeravimus, Olgerdi filiis JAGELLO factus eſt Magnus Dux Lithvaniæ. Eodem tempore cum Hungari à morte Ludovici Regis de poſſeſſionibus per Pocuciam in Halicenſi tractu cæteramque Ruſſiam ſibi attributis non levem metuerent concertationem, accepta ingenti pecunia, Oleſcum, Kremenecum, Hrodlum, Lopatinum, Sniatinum Lubarto Jagellonis Patruo, qui tunc pro Lithvaniæ Duce Luceoriæ, Wolodimiriæ atque per univerſam Volhyniam imperabat, vendiderunt. Kojalovviz *loc. cit. pag. 381. ſeq.* Cum igitur JAGELLO factus eſſet Rex Poloniæ, poſſidebat, præter Lithvaniam & Samo-

Iagello fit Magnus Dux Lithvan.

Iagello quarum provinciarum fuerit Dominus.

Samogitiam etiam Poleſiam, Podlachiam Vitepſciam, Polociam, Smolenſciam, Mſcislaviam, Severiam univerſam, Kioviam, Volhyniam partemque Podoliæ. Kojalovviz. *Part. I. Hiſt. Lithv. lib. IX. in calce.*

XV. Cum autem Jagello An. 1386. ad ſceptrum Polonicum eſſet admotus, inter alias conditiones, quæ huc non faciunt, promiſit, Lithuaniam ſe ſuam, omnesque ei adhærentes Provincias perpetuo nexu Regno Poloniæ adjunctuturum: Jurarunt quoque Ruſſi & Lithuani Duces atque Proceres in verba Regis & Reginæ, conſignatisque diplomatis in fide & clientela ipſorum & Regni Polonici ſe cum bonis & poſſeſſionibus ſuis deinceps ſemper fore promiſerunt. Diploma illud, in quo hæc omnia continebantur, vidiſſe ſe in tabulario Regio, teſtatur Cromerus. Renovatum eſt illud fœdus An. 1401. ubi ipſi Lithuaniæ Proceres Lithuaniam ſuam Regno Poloniæ, ut ipſi loquuntur, incorporarunt. *Vid.* Albertus Wijuk Kajalovvicz *Part. II. Hiſt. Lithv. lib. II. pag. 66.* Janus Januszovius *lib. VII. Conſtit. Regni Polon. tit. 3. pag. 750.* Poſthæc anno 1414. fœdus illud rurſus eſt renovatum, ubi etiam Nobilitas Lithuanica, depoſito graviſſimo ſervitutis jugo, ad æqua-

Jagello Rex Poloniæ eligitur.

Conjunctio Poloniæ cū Lithuania.

Nobilitas Lithuanica ad æquales Prærogativas admittitur cum Nobilitate Polonica.

Digitized by Google

æquales cum Nobilitate Polonica admiſſa eſt prærogativas. Aſſumpſerunt etiam Proceres Lithuani inſignia Polonorum, ut ita familiæ commiſcerentur & ſic firmiùs hæ duæ Nationes coaleſcerent. *Vid.* Kojalowicz *Part. II. Hiſt. Lithv. lib. II. pag. 91.* Attamen ſocietas hæc Poloniæ cum Lithuaniæ non fuit adeò diuturna. Cum enim Poloni Volhyniam, Podoliam aliasque Ruſſiæ partes Regno Poloniæ vellent adjungi, ita ut inter Palatinatus Poloniæ cenſerentur: Lithuani contra tam amplas Provincias à Lithuania abſtrahi nollent; continuæ hinc ſecutæ ſunt inter Polonos Lithuanosque concertationes. Quo etiam fiebat, ut aliquando inſciis & invitis Polonis hi ſibi Magnum Ducem (qui in Statutis, ſæpius Polonicè vocatur *Wielki Xiadz Lithewski*, id eſt Magnus Sacerdos Lithuaniæ: vox enim *Xiadz* hodie idem eſt quod Sacerdos) crearent; immò etiam ut Comitia Polonorum rarò frequentarent, idq; non niſi per aliquot Delegatos. Prætendebant autem Poloni jus in has Provincias tribus potiſſimum ex cauſis. Primùm quoniam Volhynia & aliæ partes Ruſſiæ à Boleslais Regibus & Ducibus Poloniæ imperio Polonico ſubjectæ ſunt. Deinde quoniam ſequentes etiam Reges, & in his

Societas Polonorum & Lithuanorũ diſſolvitur.

Polonorum Prætenſiones in Ruſſicas Provincias.

his maximè Caſimirus Magnus alias partes Ruſſiæ jure belli obtinuerunt. Denique quoniam Wladislaus Jagello (ut refert Kojalovicius *Part. I. Lib. IX. in fine*) Volhyniam luſtrans Creslao Curoſvanſcio Polono Præfecturam Luceoriæ conſignavit. Lithuani contra jus belli & emptionem, de qua num. XIV. egimus, prætendebant. Hæ prætenſiones & concertationes protractæ ſunt usque ad an. 1566. Tunc enim ſuſpecta Regis Sigismundi Auguſti valetudo domusque Jagellonica nullo jam hærede firma, majore Lithuanos cura perurgebat, nimirum ne tot bellis implicati a Polonis deſtituerentur, ideoque tandem An. 1566. Legatos Lublinum ad Comitia Polonica miſerunt, fœdus dictum cum regno Polonico flagitantes, quod jam à Wladislao Jagellone fuerat initum, poſtea etiam, aliquoties tum ab ipſo Jagellone, tum à ſucceſſoribus ejus, præcipuè Alexandro Rege fuit inſtauratum, ſemper verò ob continuas Lithuanorum prætenſiones fuerat reſciſſum. Difficillimum hoc fuisſe opus, ut & alterum de executione Legum, inde apparet, quod multi Senatores prudentiſſimi, rerumque peritisſimi ſæpius dictabant: *cum conjunctio Poloniæ Lithuaniæque & executio Legum*

Lithuavorũ prætenſiones in Rusſicas Provincias.

Conjunctio Lithuaniæ cum Polonia ſeriò quæritur.

 fiet,

ſiet, permiſſuros ſe, ut ſibi laqueus collo injiciatur, referente Stanislao Sarnitio *lib. VIII. Annal. Polon. ad an. 1552. pag. 394.* Confirmatum tamen eſt An. 1566. fœdus illud præter multorum opinionem his conditionibus: *Lithuani nunquam ſoli Magnum Ducem ſibi legerent, ſed ad locum ab Interrege Archiepiſcopo Gneſnenſi deſignatum venirent: iſthic pari cum Polonis prærogativa ſinguli equites jus ſuffragii haberent: qui verò Rex crearetur, idem Magnus Dux Lithuaniæ eſſet: Peragendæ novi Regis Electioni locus circa confinia utriusque gentis deſtinaretur: Comitia alternis vicibus in Polonia & Lithuania peragerentur.* Sed neque tunc fœdus tanto tempore deſideratum plene perfici potuit, aliquot adhuc difficultatibus illud impedientibus, quibus An. 1569. in Comitiis Lublinenſibus feliciter ſublatis conjunctio utriusque gentis ex voto facta eſt, præſentibus plurimornm Principum Legatis. Et ſic tandem ſocietas harum gentium, duorum ſeculorum labor, conſummata eſt, ut loquitur, quamvis non ſatis accurate calculum poſuerit, Albertus

Conjunctio Poloniæ & Lithuaniæ perfecta & conſummata

tus Wijuk Kojalowicz *Part. II. lib. VIII. Hiſt. Lithv. pag. 48.* Conf. Neugebauer *lib. VIII. Hiſt. Pol. pag. 625.* Inſtrumentum fœderis hujus vide apud Janum Januzovium *Lib. VII. Conſtitut. Part. 1.* Theodorum Zawacki *Part. VI. Conſtitut.* & in Volumine Conſtitutionum Regni Poloniæ Andreæ Petricovii *ad an. 1569.* Iisdem temporibus Lithuani ceſſerunt jure, quod in Podlachiam, Volhyniam & Kiovienſem Palatinatum prætendebant. *Vid. Conſtitut. Regni Polon. pag. 149. & ſeqq.* Podlachia, Volynia & Kiovia Poloniæ accedunt

XVI. Verùm ut audita Poloniæ Lithuaniæque conjunctione paululum regrediamur ad tempora Wladislai Jagellonis, notandum eſſe ducimus, Lithuaniam nunquam magis floruiſſe latiusve fuiſſe extenſam, quàm temporibus ALEXANDRI WITOVDI, Wladislai Jagellonis patruelis, qui Skirgeloni in Magno Ducatu Lithuaniæ ſuffectus, eam ad ſummum faſtigium evexit. Hic enim Witoldus ODRVSCENSES, SMOLENSCENSES, ZITOMIRIAM, KIOVIAM, PLESCOVIAM & NOVOGARDIAM MAGNAM partim tunc primùm Lithuaniæ adjecit, partim interceptas ab hoſtibus & à Lithuania avulſas recepit. PODOLIAM quoque totam Floret Lithuaniæ ſtatus. Vitoldi res geſtæ.

Lithuaniæ ſuæ adjunxit, idque concedente Wladislao Jagellone, inconſulto tamen Senatu. Cromer. *lib. XVII. pag. 666.* In ſumma hic Witoudus ſive Vitoldus imperium ſuum à mari Baltico ad Pontum usque Euxinum propagavit. *Vid.* Kojalowicz *Part. II. lib. II. pag. 97. 107. 139. & alibi paſſim.* Cromer. *lib. XV. ſeqq.* Cacybejus enim portus ad Pontum Euxinum tunc in ditionem Polonorum & Lithuanorum redactus erat. Cromer. *lib. XVIII. pag. 671.* Porrò Theodorus Wladimirienſium Dux DVCATVM SEVERIENSEM ultra Boriſtenem ſitum tunc à Rege Wladislao Jagellone accepit, conſignatis literis in poteſtate & fide Regis ſe futurum promittens. Cromer. *lib. XV. pag. 641.*

Latitudo imperii Lithuanici.

Severienſis Ducatus Jagelloni ſubjectus.

Lithuania decreſcit.

XVII. Cæterum ſub Caſimiro IV. Jagellonide jam cœpit Lithuania decreſcere. Nam Joannes Baſilides Dux Moſcoviæ an. 1478. NOVOGARDIAM Magnam occupatam Lithuanis eripuit, quæ nunquam armis repetita eſt: *Hic primùs gradus fuit defluentis Lithuaniæ ab alto, quo eam Vitoldus evexerat, amiſſa tam opulenta provinciâ. Deinceps enim prope ſingulorum bellorum pax, aut provinciæ integræ,* aut

Novvogardia avellitur à Corpore Lithuaniæ.

Digitized by Google

aut agrorum amiſſione conſiſtit. Raro aliquid ab hoſte receptum, ait Albertus Kojalovyicz *Part. II. Hiſt. Lithv. lib. IV. ad Anno 1478. pag. 247 ſeq.* Poſtea An. 1490. fortunis & genere clariſſimi Duces Bielſcii, Boratinſcii, ac Vorotinſcii cum Ampliſſimis poſſeſſionibus ad Moſcum deficientes Lithuaniam infeſtabant, quod tamen Rex Poloniæ non eſt ultus *Vid.* Kojalovvicz *loc. cit. pag. 255.* Præterea anno 1491. SEVERIÆ Principes in finibus Moſcoviæ habitantes, ob contumeliam ſibi à Janitore nolente ipſos ad Regem intromittere illatam ad Moſcum prorſus defecere. Nihil tamen hac in re actum, niſi quod per Albertum Kloczko de injuriis expoſtulatum eſt. *Idem l. c. p. 255. ſeqq.* Totam autem SEVERIAM, ampliſſimum Ducatum ultra Boriſtenem ſitum, An. 1499. Moſcovitæ occuparunt. Kojalov. *lib. VI. pag. 281.*

Duces quidã deficiunt à Lithuanis.

Severiæ Duces deficiunt.

XIIX. Anno 1501. Alexandro adhuc tantùm titulo Magni Ducis Lithuaniam gubernante, Jvanus Baſilides Moſcoviæ Dux titulum Domini univerſæ Ruſſiæ ſurpare cœpit. Cum vero Alexander Helenam Moſcoviæ Ducis filiam conjugem ſibi ſumpſiſſet, pax an. 1492. his conditionibus fuit ſancita: *Alexander jus omne in Nowogardiam, Tweriam* (cujus

Alexandri tempore Dux Moſcoviæ Dominum totius Ruſſiæ ſe vocat.

imperium antea an. 1486. Magnus Dux Tvveriæ à Moſco oppreſſus Caſimiro Jagellonidi Regi Poloniæ offerebat, teſte Kojalovicio *Part.II.Hiſt.Lithv. lib.V.p.251.*) *& Vlazmam abdicaret: Jvanus verò Moſcoviæ Dux, quicquid Ducum Vorotinski poſſeſſione antea comprehendebatur, Lithuaniæ reſtitueret.* Kojalovvicz *Part. 2. lib. VI. pag. 265.*

Glinſcius tempore Sigiſmundi I. deficit ad Moſcos.

XIX. Sublato è vivis Alexandro Rege Poloniæ, cum Sigiſmundus I. in Regno ipſi eſſet ſuffectus, MICHAEL DVX GLINSCIVS opibus elatus ad Principatum Magni Ducatus Lithuaniæ aſpirare voluit: detectâ verò proditione, An. 1509. defecit ad Moſcos. Hoc ipſo anno etiam Moſci PLESCOVIAM occuparunt & anno 1514. proditione Glinſcii SMOLENSCVM. *Vid.* Neugebauer. *lib. VII. Hiſt. Polon. pag. 456. ſeqq.* Kojalovvicz *Part. II. Hiſt. Lithv. lib. VI. pag. 352.* Stephanus deinde Bathoreus Rex Poloniæ, initâ, ut ſupra dictum eſt, cum Johanne Svediæ Rege ſocietate bellum Moſcoviæ Duci intulit, quod tandem compoſitum eſt his conditionibus: ut Moſcus omnia redderet loca, quæ in Lithvania occupaverat: item tota Livonica Polono cederet; Stephanus vero Rex Vielikolukam & alias

Stephani Regis bella cum Moſcis.

Digitized by Google

& alias nonnullas arces ; quas illo bello occupaverat, Moſco redderet. Joannes Loccenius *lib. VII. Hiſt. Svecanæ.* Neugebauer *lib. IX. Polon.*

XX. Tempore Sigiſmundi III. cum Moſcovia civilibus bellis laboraret, miſit illuc Rex Poloniæ Stanislaum Zolkievium qui eo rem deduxit, ut Moſcovitæ, dejecto Magno Duce ſuo Baſilio Sviſcio, vel etiam Sviſcio illo ſponte ſua ſe imperio abdicante, Wladislaum Regis filium natu maximum An. 1610. Magnum ſibi Ducem eligerent. Cum vero hinc cunctaretur & Rex expugnato Smolenſco ad Comitia profectus eſſet, mutarunt Moſcovitæ ſententiam, ſibique Anno 1613. magnum Ducem elegerunt MICHAELEM FEDEROVICUM. Poſtea Anno 1617. Wladislaus Princeps Poloniæ ſuſcepit in Moſcoviam expeditionem, & uſque ad Moſcuam urbem progreſſus, expetente Duce, inducias ad 14. An. cum eo pepigit, ita ut inter alia Ducatus Smolenſcenſis & Seveviæ penes Polonos induciarum tempore manerent, uti hæc fusè perſequitur Stanislaus à Kobierzycko Kobierzycki *lib. II. Hiſt. VVladislai Principis & ſeqq.* Conf. Paulus Piaſecius Epiſcopus Præmislienſis *in Chron. ad dict. an. pag. 309.* Werhard. Evaſſenberg. *Part. I. Ge-*

Vladislaus Princeps Poloniæ fit Magnus Dux Moſcoviæ.

Moſci alium ſibi eligunt Ducem.

I. Geſtorum VVladislai IV. lib. I. cap. 2. Verum An. 1633. jam Sigiſmundo III. defuncto Michael Federovicius Dux Moſcoviæ induciis violatis, ut habetur in Conſtitut. *Anni 1633. pag. 11.* Smolenſcum obſedit, à Wladislao tamen Rege recens electo repulſus eſt. Imò Wladislaus hoſtem ab obſidione excuſſiſſe non contentus, etiam in Moſcoviam movit tantoque terrore Ducem implevit, ut ſupplex pacem peteret, quam his demum obtinuit conditionibus: *ut occupatas arces SMOLENSKUM, NOVOGRODUM, SEVERIAM, DROHOBUS, PIELAM, ROSTOVIAM, KNIASNIAM, MUXANSKOVLOSSE, POSSOVVAGORA, cum eo pertinentibus territoriis ac ditionibus Ducatuum SMOLENSCI & CZERMICHOVIÆ, qui per 200. milliaria fere in longitudinem & 60. in latitudinem protenduntur, Regi Vladislao & ſucceſſoribus ejus traderet, nulla ſibi prætenſione reſervatâ, nec etiam titulum Ducis Smolenſci & Czernichoviæ amplius uſurparet: ut etiam omni jure quod habere videbatur in LIVONIAM, CURLANDIAM & ESTHONIAM* (quodnam

VVladislai Regis res geſtæ contra Moſcoviæ Ducem.

nam autem jus illud ſit videatur adudKojalovicium Part. II. Hiſt. Lithv. lib. VIII. pag. 451.) *ſeſe abdicaret : Vladislaus vero Rex è contrario omni jure, quod in Moſcoviam habebat, cederet, titulumque Ducis Moſcoviæ abdicaret.* Vid. Everhard. Waſſenbergius *Part. II. lib. II. Geſtorum Wladislai IV. pag. 131. ſeqq.* Fructus igitur bellorum Moſcoviticorum, quæ tempore Sigiſmundi III. & Wladislai Principis & poſtea Regis Poloniæ geſta ſunt, eſt præter Smolenſenſem Ducatum, etiam Severienſis & Czernichovienſis isque ampliſſimus tractus. Nam in Induciis 14. annorum an. 1618. pactis permiſſum fuit, ut Poloni omnia loca in Moſcovia occupata, ut Smolenſcenſem, Severienſem & Czernichovienſem Ducatus induciarum tempore retinerent. Poſtea verò An. 1634. coactus eſt Magnus Dux Moſcoviæ dictos Ducatus Wladislao Regi perpetuo jure poſſidendos tradere. Vid. Piaſec. *ad an. 1618. p. 309. & ad an. 1634. pag. 475.* Eberhard. Waſſenberg. *de reb. Wladislai Part. 1. lib. 1. pag. 45. & Part. 2. lib. 2. cap. 1. pag. 131. & ſeqq.*

Smolenſcenſis. Severienſis & Czernichovienſis Ducatus accedunt ad Poloniam.

XXI. Hanc pacem perpetuam an. 1634. pactam ALEXIVS FEDEROVICIVS Magnus Dux Moſcoviæ Michaelis filius rupit,

Bellum Moſcoviticum ultimum.

rupit, & cum Joannes Caſimirus Rex Poloniæ maximis Coſacorum aliorumque bellis implicitus eſſet (de quibus Videatur Paſtorius in Hiſtoria pleniore SMOLENSKVM an. 1654. expugnavit; Caunenſes in ſua verba adegit: Vilnam quoque ipſam Magni Ducis Lithuaniæ ſedem An. 1655. expugnatam incendioque deformatam ſuo ſubjecit imperio. Sic etiam interea Severienſem & Czernichovienſem Ducatus occupavit. Kioviam denique ſub ſuum ſubjunxit imperium. Et ſatis feliciter res Moſcis cedebant, dum Rex Suediæ Carolus Guſtavus etiam Poloniam vexabat: Sed pace cum Suedis in monaſterio Olivenſi An. 1660. facta, æquiori jam Marte cum Moſcis bellum eſt geſtum. Præter alia namque in Lithuania ante hac per hoſtem occupata, Poloni anno 166 arcem Vilnenſem recuperarunt, quam Moſcoviticum præſidium diu jam urbem obtinentibus Polonis, pertinaciter defendebant. *Vid.* Diarium Europæum *Continuat. VI. pag. 554.* Tandem anno 1667. menſe Januario Dux Moſcoviæ cum Polonis in 13. annos pactus eſt his conditionibus: *Ut Poloni reciperent POLOCKUM, VITEPSCIAM, DUNEBURGUM ut & CITERIOREM LIVONIAM, cum omnibus,*

Polonis fortuna tandem favere cœpit.

Induciarum cum Moſcis conditiones.

bus, quæ eo pertinent; ita tamen ut NEVELA, VIELLISSIA, & SEBISCH à Palatinatibus Polocenſi & Vitepſcenſi abſtraherentur: Moſci verò SMOLENSCUM, SEVERIAM & totam VKRAINAM trans Boristhenem retinerent, reddita Polonis VKRAINA cis Boriſtenem. KIOVIAM quoque elapſis duobus annis Moſci Polonis redderent: INSULÆ ZAPOROHENSES ut ab utroque Principe poſſeſſæ contra communes hoſtes defenderentur. Ratio autem cur Moſci inducias has quam lubentiſſime celerrimeque arripuerint, fuit illa, quod Turca bellum contra Moſcos apparare dicebatur, de quo Moſcoviæ Dux per Legatum ſuum in Turcia commorantem certior factus erat. *Vid. Continuatio XVI. Diar. Europ. pag. 26. ſeqq.* Sed Moſci KIOVIAM licet poſtea hac de re frequenter ſolicitati non reddiderunt. Quanquam etiam Anno 1672. die 9. Aprilis Pacta illa Andruſzovienſia confirmata ſunt, tractatio tamen de Kijovia reddenda rejecta eſt uſque ad An. 1674. Sed neque tunc quidquam Poloni hac in re obtinuerunt. Non ita pridem, anno videlicet 1678. denuò eſt Conventus inter Polo-

Varii tractatus cum Moſcis.

Polonos & Moſcos habitus menſe Auguſto, ubi iterum Induciæ ab An. 1680. menſe Junio (ad quod tempus vigore Pactorum Andruſzovienſium durare debebant) uſque ad An. 1693. menſem Junium prorogatæ ſunt, ut intra hoc tempus tredecim annorum de pace perpetua tractari poſſit. In his autem Induciarum Pactis Dux Moſcoviæ Regi Poloniæ tradit NEVELENSEM, SZEBIESENSEM & VIELISCENSEM Capitaneatus cum terris ad eosdem pertinentibus excepto Kraſnogrod & Viazdni. Item promiſit Magnus Dux Moſcoviæ certam pecuniæ ſummam efficientem millionem florenorum Polonicorum bonæ monetæ Reipubl. Polonicæ ſe exſoluturum.

CAP. X.

De

Maſovia, Valachia,

Moldavia & Podolia.

I.

Maſovia avellitur à Polonia.

DVcatus MASOVIÆ Sec. XI. ſub Miecislao II. Rege, à reliquo Corpore Polonici Regni avelli cœpit. Cum enim univerſum Regnum in impoten-

ten-

tentem Rixæ Reginæ dominationem concitatum eſſe t MASLAUS quoque ſive, ut ab aliis vocatur, MASOS, pincerna Regis imperium inter ſuos in tractu Plocenſi exercuit, eamque terram de ſuo nomine Maſoviam apellavit, ut tradunt Joannes Dlugoſſus *Tom. I. lib. III. Hiſt. Polon. p. 189. ſeq. ad an. 1040.* Cromerus, Neugebauerus & alii. Sed Stanislaus Sarnitius MASOVIOS ab antiquis MASSAGETIS nomen habere ſtatuit, nec probat illam à Maslao tyranno nomenclationem. Sic enim ea de re loquitur: *Scio, quæ noſtri Chronologi de Maſoviorum origine à Maslao tyranno, cujus caſtra ſecuti erant contra Regem Polonorum, ſcripſerunt Sed mihi incredibile videtur gentem tam præclaram & animo excelſo præditam, ab hoc vili homine & quidem tyranno, nuncupationem ſuorum natalium petiviſſe.* Hæc Sarnitius *lib. I. Annal. Polon. pag. 34.* Maslaum autem illum Caſimirus I. Rex Poloniæ in prælio victum in crucem egiſſe, Maſoviamque, cujus ſe Ducem Maslaus gerebat, recepiſſe ſcribitur. *Vid.* Cromer. *lib. IV. pag. 451. ſeq.*

Maslaus ſive Maſos nomē dedit Maſovitis.

Maſovii ſecundum alios dicuntur à Maſſagetis.

Caſimirus I. vincit Maslaum, Maſoviamque recuperat.

II. Manſit igitur Maſovia ſub poteſtate Regum & Ducum Poloniæ usque

ad Leſcum Album, qui an. 1220. in Comitiis Sendomirienſibus Maſoviam fratri ſuo Conrado cum Cujavia & Dobrinia conceſſit, à quo tempore Maſovia ſuos habuit Duces. Hermannus Conringius, Vir Clariſſ. inſtitutionem hujus Ducatus adſcribit Imperatori Romano, nullum tamen in ſententiam ſuam citat Auctorem, id quod nobis rem meritò ſuſpectam reddit. *Vid.* Conring. *lib. II. de Finib. Imp. Germ. cap. 18. pag. 249. edit. in 8.* A Conrado illo deſcendunt alii Maſoviæ Duces, qui ſucceſſu temporis Regnum ſibi Haliciense acquiſiverunt, ut dictum eſt ſupra cap. IX. num. VI. Nihilominus tamen Duces illi Maſoviæ Regibus Poloniæ fuerunt obnoxii ut lib. II. probabimus, de Senatu Regni Poloniæ bono cum Deo acturi.

Leſcus Albus concedit Conrado Maſoviam.

Maſoviæ Ducatum non conſtituit Imperator.

A Conrado ſunt Maſoviæ Duces & Reges Halicienses.

Maſoviæ Duces Ducibus Poloniæ obnoxii.

III. Anno 1495. Cum Joannes Albertus Rex rei Polonicæ præeſſet, declinare & deficere cœpit ſtirps Maſoviæ Ducum. Nam eo anno mortuus eſt Joannes ſive Januſſius Maſoviorum Plocenſium Dux cœlebs, qua propter tractum PLOCENSEM Rex jure feudi ad ſe devolutum Regno adjunxit. Reliqua Maſovia penes fratrem Januſſii Conradum certis legibus adhuc manſit. *Vid.* Cromer *lib. XXX. pag. 815. ſeq.* Et cum An. 1503. Conradus ille

Plocenſis tractus Poloniæ adjungitur.

Digitized by Google

ille Maſoviorum Rex deceſſiſſet, conceſſum eſt liberis ejus, ut, quibus finibus Pater ipſorum Maſoviam tenuiſſet, ipſi quoque eandem retinerent: ubi autem maſculi defeciſſent, tum demum Rex Polonorum totam Maſoviam reciperet. Cromer. *lib. XXX. pag. 827.* Ad extremum ſub Sigiſmundo I. Rege extincta maſcula Ducum prole, Maſovia tota ad Regnum Poloniæ rediit. *Vid.* Neugebauer *lib. VII. Hiſt. Polon. pag. 511.* Conf. Cromerus *in Orat. Funebr. Sigismundo I. habita in Corp. Hiſt. Polon. Tom. III. pag. 23.* Maſovia tota redit ad Regnum.

Palatinatus autem Podlachiæ, qui olim ad Maſoviam pertinebat, poſtea autem à Lithuanis abſtractus & à Caſimiro Jagellonide prorſus Lithuaniæ adjunctus erat, ad Regnum Poloniæ Anno 1567. rediit. *Vid. Conſtitut. dicti Anni pag. 147. & ſeqq.* Podlachia redit ad Regnum.

IV. WALACHIAM & MOLDAVIAM Caſimirus Magnus ſec. XIV, armis jam infeſtare cœperat, ut nos docet Matthias à Michovia *lib. IV. Chron. Polon. cap. 20.* Sed Wladislaus Jagello demùm Provincias illas Regno Poloniæ adjunxit. Ei namque An. 1403. Alexander Palatinus & mox Romanus Petri filius, cum è vinculis Svidrigellonis Ducis Lithuaniæ per regem liberatus eſſet, juravit cum Walachia & Moldavia.

Conſiliariis ſuis, ſe in poteſtate Regis Poloniæ & Regni eſſe foreque *Vid.* Cromer. *lib. XVI. pag. 649.* Wladislaus quoque Jagello ipſe teſtatur, ſibi Valachos eſſe ſubjectos antiquitus, ut eſt apud Martinum Cromerum *lib. XIX. pag. 682.*

Turcæ infeſtant VValaciam & Moldaviam.

V. Cum Caſimirus Jagellonides circa an. 1455. in Pruſſia à Cruciferis defendenda occupatus eſſet, Turcarum Sultanus vehementer vexabat Walachiam & Moldaviam: & cum Poloni ſociis ſuis nulla poſſent auxilia mittere, miſit Petrus Walachiæ Palatinus oratorem ad Mahometum Principem Turcarum, ut pacem ab

Petrus VValachiæ Princeps ſit Turcæ tributarius.

eo duûm millium aureorum tributo redimet. Cromer. *lib. XXIII. pag. 740.* Ex eo tempore Walachiæ Palatini mox Polonis, mox Turcis fidem jurarunt, nemini tamen ſatis fidi.

VValachi & Moldavi & Turcas & Polonos reverentur.

Poſthæc Sigiſmundus I. Rex eos ſub jugum mittere vel etiam ob rupta crebro fœdera, exterminare cum poſſet, noluit; ne vel illi deſperatione adducti Turcis ſe dederent, vel redacta in Provinciæ formam Walachia & amoto quaſi obice, ipſe difficillimum cum potentiſſimis Turcarum tyrannis bellum de finibus gerere cogeretur. Cromer. *in Orat. Funebr. Sigiſm. I. pag. 25.* Quare Walachi & Moldavi Turcis quidem ſubjecti manſerunt; ita

tamen,

tamen, ut & Polonia Regem, velut potentem vicinum, revererentur. Semper enim Reges Poloniæ in Pactis ſuis cum Turca initis præcavere ſatagebant, *ut in iſta Prvincia ſocia Regni Poloniæ non niſi legitimi Ducalis ſanguinis, nativique Moldavi Polonis addicti præeſſent, ſtatumque tantum, illudque moderatum tributum ad ærarium Ottomannicum penderent: ne nimirum iſtis excluſis Turcæ præficerent ibi alienigenas, fideliores ſibi & iniquiores Polonis, vel inſtituerent Præſides Baſſas ſui generis, ſeu permitterent eo conduci colonias Tartarorum.* Paulus Piaſec. *ad an. 1612. pag. 335.* Tandem tamen An. 1618. ſub Sigiſmundo III. Rege *Stanislaus Zolkievius ſupremus Exercitus Polonici Præfectus in Pactis cum Skinder Baſſa ad Buſſam initis, hanc cautelam de tuenda conſervandaque armis Polonicis ſucceſſione nativorum Ducum Moldaviæ gravi jactura Regni, ordinibus inſciis nulla necesſitate adactus, convulſit.* Tunc Tartari in Moldavia, ut jam Turcæ propria, agere *cœperunt*, ait iterum Piaſecius *ad dict. an. pag.*

Ius Polonicum in VValachiam & Moldaviam labefactatur.

Tartari in Moldavia habitant.

pag. 367. Neque hic error Zolkievii poſtea corrigi potuit, cum An. 1621. die 9. Octobr. pax inter Polonos & Turcas concluderetur, teſte eodem Piaſecio *ad dict. ann. pag. 412.* Sicque jus Polonicum in Walachiam & Moldaviam labefactatum eſt.

Turca Cameneciam Podoliæ expugnat.

VI. Verùm Moldavia Walachiaque non contentus Turcarum Imperator, Michaële Rege habenas Regni Polonici moderante, minutiſſimum totius Poloniæ propugnaculum Cameneciam in Podolia An. 1672. cepit. Et jam ipſa Regni Polonici viſcera ſcrutaturus videbatur, niſi Michael Rex inconſultis tamen Ordinibus Regni pacem ab eo impetraſſet his conditionibus: *Vt Poloni Podoliam totam Turcico Imperatori traderent: Coſacos ſui juris eſſe permitterent: quotannis 22. millium ducatorum tributum penderent &c.* Tam indignas conditiones cum Poloni tolerare haud poſſent, bello ſua recuperare decreverunt, cujus initium An. 1673. auſpicatiſſimum fuit. Sub auſpiciis enim Sereniſſimi ac potentiſſimi Regis noſtri Joannis III. tunc adhuc ſupremi exercituum Polonicorum Ducis, d. 11. Novembris, viginti amplius millia Turcarum ad Choti-

Michael Rex pacem cum Turcis init.

Digitized by Google

Chotimum cæſa ſunt. Qvamvis autem proxime ſeqventibus annis incredibili cum animi magnitudine bellum illud à Polonis continuatum ſit, tandem tamen minus faventibus fatis An. 1676. menſe Novembri pax inter Polonos & Turcas his inter alias conditionibus facta eſt: *Tartari Lipcæ nuncupati (Lipcovia vocant Poloni) facultatem habebunt migrandi cum uxoribus & facultatibus in Podoliam ſub imperium Turcarum. Bar & Miedzibor præſidiis evacuabuntur: Vkraina cum Coſacis ſub imperio Turcico permanebunt: Niemirow & kalnik præſidiis Polonorum occupabuntur, neq; Baſſa Camenecenſis in ea qvidqvam prætendet, usq; dum Legatus Polonicus ad portam acceſſerit. Pawoloz & Bialacerkien Polonis integra manebunt: de Podolia fortaſſe aliqvid Legatus obtinere poterit. Captivi cum obſidibus Leopolienſibus & abductis ultra Danubium Camenecenſibus dimittentur: Liberum Chriſtianis fidei & religionis exercitium concedetur. Tributum Buczacz promiſſum remittitur, omniaq; pacta antiqviora confirmantur* &c:

Ioannes III. Rex pacem cum Turcis facit.

Hæc Pacta in Comitiis Anni 1677. d. 22. Febr. lecta non exiguum Ordinibus mœrorem incuſſerunt.

Legatus in Turciam mittitur, ſed parum obtinet.

VII. Miſſus eſt igitur à Rege & Republ. Legatus Illuſtriſſimus Dn. Johannes Gninſtci Palatinus tunc Culmenſis, poſtea Pro-cancellarius Regni, ad Ottomannicam Portam; ſed nihil æqvi obtinere potuit. Podoliam enim omnem ſibi Turcicus Imperator vindicabat, & in ipſa etiam limitum conſtitutione multa per vim geri permittebat. Cum vero Poloniæ Rex de his aliisq; à Tartaris ſibi illatis injuriis conqvereretur, non aliud reſponſum retulit, qvam illud: Eſſe hoc in arbitrio Polonorum, ut pacem jure jurando nondum firmatam ſervent, aut bello ſua proſequantur. Cum igitur Sereniſſimus Imperator Leopoldus per legatum ſuum extraordinarium Carolum Comitem de Wallenſtein Rempubl. Polonam ad ſocietatem belli contra Turcas ſuſcipiendi in Comitiis Anni 1683. ſolicitaret. haud difficilem eam in ſua vota reperit: pactum enim eſt fœdus inter utramque gentem eousque valiturum, donec honeſtam pacem utraq; pars habere queat. Factum igitur eſt anno 1683. belli illius initium, ubi Sereniſſimus Rex noſter unicus, in una Vrbe Viennenſi ruentis Imperii

Bellum Turcicum recrudeſcit.

rii

rii Germanici Atlas cœlo miſſus, impetum barbarorum repreſſit, hoſtem potentiſſimum ab obſidione Viennæ excuſſit, ingentes hoſtium copias in Hungaria fudit, eoque ipſo Germanicis exercitibus ad futuras victorias pronum ſtravit iter. Deus, cujus dextra tunc fecit virtutem, hoc unicum felicitati Sereniſſimi Regis noſtri addat, ut Cameneciam, firmiſſimum Poloniæ propugnaculum, è manibus immaniſſimi hujus hoſtis eripiat, totque populos ſub jugo Turcico gementes priſtinæ reſtituat libertati.

CAP. XI.

De Variis Poloniæ diviſionibus.

I.

AD finem libri prioris properantes aliquot Regni Polonici diviſiones cùm Geographicas, tum Politicas trademus, non tantum ut pateſcat, quæ jam Imperio Polonico poſt tot tantasque mutationes, de quibus hactenus actum eſt, adhuc hodie ſubiectæ ſint partes: Sed etiam quo facilius ea, quæ in po- *Diviſio Poloniæ poteſt eſſe vel Geographica vel Politica.*

 ſteriore

ſteriore libro tradentur, intelligi queant.

Diviſio Geographica.

Geographica diviſio eſt illa, quæ Poloniam diſpeſcit in certas provincias parteſque. Reperiuntur autem ibidem Provinciæ ſequentes. I. POLONIA MAJOR, Pruſſiæ, Pomeraniæ, Marchæ & Sileſiæ adjacens, ad quam pertinent Poſnanienſis, Caliſſienſis, Lancicienſis, Breſtenſis, Inovladislavienſis, Siradicenſis, Ravenſis Palatinatus, ut & Wielunenſis & Dobrinenſis terræ, quarum illa Palatinatui Siradienſi adjungitur: hæc autem Breſtenſi Palatinatui ſubjungitur, Culmenſique Palatinatui eſt contermina.

Polonia major.

II. MINOR POLONIA ad quam Cracovienſis, Sendomirienſis & Lublinenſis Palatinatus pertinent. Cracovieſi autem Palatinatui adjunguntur Oſwiecimenſis Zatorienſis & Severienſis Ducatus, nec non comitatus Scepuſienſis.

Polonia minor.

III. LITHVANIA, in qua, ut vult Starovolſcius, tres numerantur Palatinatus, nempe Vilnenſis, Trocenſis, & Breſtianenſis. Mihi duo tantũ Palatinatus ad Lithvaniam proprie ſic dictam pertinerere videntur, nempe Vilnenſis & Trocenſis; Breſtianenſem autem ad Ruſſiam reducendum eſſe putaverim.

Lithvania.

IV. MASOVIA, quo referuntur Maſoviæ, Plocenſis & Podlachiæ Palatinatus.

Maſovia.

V. PRVSSIA REGIA in

Pruſſia.

in tres diviſa Palatinatus, nimirum Culmenſem, Mariæburgenſem & Pomeraniæ. Ad Pruſſiam quoque pertinet Epiſcopatus Warmienſis, qui in nullo cenſetur Palatinatu. VI. SAMOGITIA, Samogitia. quæ nullos habet Palatinatus, ſed ſubeſt Gubernatori, ſive ut vulgò vocatur Capitaneo. VII. RVSSIA ALBA, quæ Ruſſia alba. magno Moſcoviæ Ducatui adjacet, habetque Novogrodcenſem, Mſcislavienſem, Vitepſcenſem, Polocenſem, Smolenſcenſem, Czernichovienſem, Kiovienſem Palatinatus, ex quorum Palatinatuum quibusdam multa adhuc Magnus Dux Moſcoviæ durantibus induciis, quæ ut ſupra audivimus, uſque ad An. 1693. prorogatæ ſunt, poſſidet. Ego Breſcianenſem etiam Palatinatum eò retulerim, VIII. RVSSIA RVBRA, quo pertinent Ruſſia rubra. Ruſſiæ, Podoliæ, Volhyniæ, Belſenſis & Braclavienſis Palatinatus. Ex his Braclavienſem, Kiovenſem & Czernichovienſem Palatinatus vulgò vocant VKRAINAM. Vkraina. Ad ultimum IX. pertinet quoque ad Imperium Polonicum LIVONIÆ Livonia. Pars auſtralis, ut ſupra cap. VIII. dictum eſt. Conſuli hic poteſt Martinus Cromerus *lib. 1. Deſcript. Polon. pag. 41. ſeqq.* Simon Starovolſcius *in Polonia* & alii Geographi.

II. De-

Polonia dividitur in Regnum & Magnum Ducatum Lithvaniæ

II. Deinde ſolet etiam Imperium Polonicum dividi generaliſſimè in POLONIAM & MAGNVM DVCATUM LITHVANIÆ. Ita etiam populi ipſi dividuntur in duas gentes, Polonicam videlicet & Lithvanicam. Item Senatores aliique Magiſtratus majores dicuntur eſſe duarum gentium, nimirum Polonici & Lithvanici (Polonis vocantur *Senatorowie y Urzendnicy Koronnij Lithevvſci*) Et hac ratione ad Poloniam pertinent præter Majorem minoremq; Poloniam Pruſſiam & Maſoviã de quibus ſuperiore numero actum eſt, etiam Ruſſiæ, Belzenſis, Podoliæ, Braclavienſis, Volhyniæ, Kiovienſis & Czernichovienſi Palatinatus. *Vid.* Volumen Conſtitutionum Andreæ Petricovii *pag. 149. ſeqq. & Conſtitut. anni 1635. tit. Ordinacya Woiewodztwa Czerniechowskiego.* Ad LITHVANIAM pertinent Lithvania proprie ita dicta, id eſt, Palatinatus Vlnenſis, Trocenſis & Breſcianenſis, item Sogitia, ut & Novogrodecenſis, Mſcislavienſis, Minſcenſes, Polocenſis, Vitepſcenſis & Smolenſcenſis Palatinatus. Sed LIVONIA utrique genti, & Polonicæ & Lithuanicæ communis fuit per conſtitutiones *Anno 1569. pag. 182. anni 1589.. pag. 507. ſeqq. anni 1598. pag. 780. ſeqq.* Vid. & Paulus Szerbic

Ad Regnum qui Palatinatus pertineant.

Ad magnum Ducatum Lithvaniæ qui Palatinatus pertineant.

Livonia eſt Poloniæ & Lithvanis communis.

in

Digitized by Google

in Promptuario Statutorum omnium & Conſtitutionum Regni Poloniæ Part. VI. cap. 10. pag. 352. & ſeqq. Ex ea ratione quoque Livonia in multis Conſtitutionibus & inter Palatinatus Polonicos & inter Palatinatus Lithuanicos ſimul ponebatur, ut ex Declarationibus Palatinatuum, quæ ſingulis fere Regni Conſtitutionibus ſubjunguntur, liquet. Recentioribus autem temporibus Palatinatibus tantum Lithuanicis Livonia annexa legitur. Cum etiam maxima Livoniæ pars per pacta Olivenſia anni 1660. Suedis ceſſiſſet, prioresque Conſtitutiones ea ratione fere inutiles redditæ eſſent, promiſſa eſt An. 1661. nova Livoniæ ordinatio in proxime futuris Comitiis concinnanda *Vid. Conſtitut. an. 1661. pag. 23. inter Crnſtitutiones Lithuanicas.* Sed ob alia negotia hæc res eſt dilata, donec tandem Anno 1677. res Livoniæ in Comitiis Regni compoſitæ ſunt. Sed & ſecundum hanc Conſtitutionem Livonia neque ad Regnum neque ad Magnum Ducatum Lithuaniæ refertur: ſed manet utrique genti communis, retinetque peculiaria jura & Privilegia, de quibus infra libro II. ſuis locis à nobis agetur. *Vid. Conſtitut. Anno 1677. pag. 32. ſeq. tit. Ordinatia, &c.*

Nova Livoniæ ordinatio.

III.Por-

Diviſio Poloniæ in tres gentes.

III. Porrò dividitur etiam Polonicum Imperium alio reſpectu in tres gentes, nimirum in MINOREM POLONIAM MAJOREM POLONIAM & MAGNVM DVCATVM LITHVANIÆ. Vſus hujus divivіſionis conſpicitur maximè in Comitiis, quando eligendus eſt Marſchalcus Nunciorum ſive Delegatorum Provincialium Director. Ille enim primùm ex minori, deinde in ſequentibus Comitiis ex majori Polonia, & tertiis demum in Comitiis ex Lithvania eligitur. Eſt etiam diviſionis hujus uſus in variis Commiſſionibus, quando quidam deſignandi ſunt ad negotia, quæ ad totam Rempubl. pertinent expedienda, ubi ſæpiſſimè quidam ex majore, quidam ex minore, & denique quidam ex magno Ducatu Lithvaniæ deſignantur. Eadem ratione dividitur imperium Polonicum ratione ſummorum Tribunalium; quamvis his ſpecialioria quædam occurrant, ut infra de judiciis Polonicis acturi indicabimus. Hoc reſpectu *ad majorem Poloniam* pertinent Poſnanienſis, Caliſſienſis, Breſtenſis, Inovladislavienſis, Lancicienſis, Siradienſis, Ravenſis, Plocenſis & Maſoviæ Palatinatus, ut & Pruſſia Regia ut tribus Palatinatibus conſtat. Item Vielunenſis & Dobrinenſis terræ. Reliqui

Qui Palatinatus ad majorem Poloniam pertineant.

Palatinatus ad minorem Poloniam pertinentes.

qui Palatinatus Poloniæ, quatenus illa Lithuaniæ contradiſtinguitur, ut Palatinatus Cracovienſis, Sendomirienſis, Kiovienſis Ruſſiæ, Volhyniæ, Podoliæ, Belzenſis, Lublinenſis, Podlachiæ, Braclavienſis & Czernichovienſis cum ſibi adjunctis terris pertinent *ad minorem Poloniam.* Denique ad Lithuaniam iidem Palatinatus pertinent, quos paulo ante num. II. enumeravimus, nimirum, Palatinatus Vilnenſis, Trocenſis, Novogrodenſis, Breſionenſis, Mſcislavienſis, Polocenſis, Vitepſcenſis & Smolenſcenſis, ut & Samogitia.

Palatinatus ad Lithuaniam pertinentes.

IV. Verum eſt etiam alia adhuc acceptio vocis hujus MAJOR POLONIA, quando ſtrictè ſumitur pro duobus tantum Palatinatibus, nempe Poſnanienſi & Caliſſienſi. Sic Generalis Majoris Poloniæ Capitaneus, ſive ſimpliciter, *Majoris Poloniæ Generalis*, dicitur, qui tantum duorum eſt modo dictorum Palatinatuum, nempe Poſnanienſis & Kaliſſienſis. Similiter etiam Comitia majoris Poloniæ Srodæ celebrari dicuntur, ad quæ tamen non niſi duo illi pertinent Palatinatus. *Vid.* Martinus Cromerus *lib.* 1. *deſcript. Polon. pag.* 41. *ſeqq.*

Polonia major ſtricta ſic dicta tantum pro duobus Palatinatib. ſumitur.

V. Præterea ſolet etiam Imperium Polonicum diſpeſci in Palatinatus, terras & Diſtri-

Diviſio Poloniæ in Palatinatus Terras & Diſtrictus ra-

tione Conventuum particulariū.

Diſtrictus. Et hoc iterum bifariam fieri conſuevit. Nam primum ratione CONVENTVVM particularium Comitia Regni univerſalia antecedentium ſic dividuntur Palatinatus. I. Quidam Palatinatus ſunt per ſe ſoli nullæque ipſis adjunguntur terræ & diſtrictus, ut Palatinatus Lanciciensis, Plocenſis, Sendomirienſis, Lublinenſis, Belzenſis, Podoliæ, Kioviæ Volhyniæ, Braclavienſis, Czernichovienſi Polocenſis, Mſcislavienſis, Livoniæ ut & Ducatus Samogitiæ. In ſingulis enim his Palatinatibus unus tantum habetur Conventus Particularis, licet in quibusdam horum palatinatuum ex diverſis diſtrictibus diverſi eligantur nuncii, ut hoc infra ſpecialius nobis declarandum erit. II. Quidam palatinatus ſunt conjuncti, ut in majore *P*olonia *P*alatinatus *P*oſnanienſis & Caliſſienſis. Item *P*alatinatus Breſtenſis & Inowladislavienſis. III. Quibusdam *P*alatinatibus adjunguntur Terræ, ita ut Conventus particulares celebrentur, non ſolum in *P*alatinatibus ipſis, ſed etiam ſeparatim in terris, quæ ipſis ſunt adjunctæ. Sic *P*alatinatui Siradicenſi adjuncta eſt Terra Vielunenſis: *P*alatinatui Breſtenſi terra Dobrinenſis, licet hæc terra ſæpius etiam ſolæ, quaſi nulli *P*alatinatui adjuncta

junĉta eſſet, numeretur. Similiter Palatinatui Cracovienſi adjunguntur Oſwiecimenſis & Zatorienſis Ducatus. IV. Quibusdam Palatinatibus adjunguntur Diſtrictus, in quibus itidem Conventus particulares ante Comitia generalia celebrantur, ut in Magno Ducatu Lithuaniæ Palatinatui Vilnenſi adjuncti ſunt Oſmianenſis, Lidenſis, Wilkomirienſis & Braslavienſis Diſtrictus: Palatinatui Trocenſi Diſtrictus Grodnenſis, Caunenſis, Vpitenſis: Palatinatui Smolenſcenſi Diſtrictus Starodubenſis: Palatinatui Nowogrodenſi Slonimenſis, Wolkoviſcienſis: Palatinatui Vitepſcenſi Diſtrictus Orſzanenſis: Palatinatui Breſcianenſi Diſtrictus Pinſcenſis: Palatinatui Minſcenſi Diſtrictus Mozirenſis & Reczycenſis. Notandum tamen hic eſt, quod ſæpius etiam Palatinatus, quibus diſtrictus certos adjunctos eſſe diximus, & ipſi Diſtrictuum nomine inſigniri ſoleant, ut quando Diſtrictuum Magiſtratus eſſe dicuntur Succamerarii, Vexilliferi, judices terreſtres & alii, de quibus infra dabitur agendi locus. Hi enim magiſtratus, etſi vocantur diſtrictuum Magiſtratus, non tantùm reperiuntur in Diſtrictibus Palatinatui adjunctis, ſed etiam in ipſis Palatinatibus. Quidam Palati-

in Lithuania Diſtrictus Palatinatib9 adjuncti.

Q natus

Digitized by Google

natus ipſe conſtant ex Terris, in quibus ſingulisConventus particulares celebrantur, qualis eſt Palatinatus Maſoviæ,Podlachiæ, Ruſſiæ. VI.Quidam Palatinatus conſtant ex Diſtrictibus, ut eſt Palatinatus Ravenſis, qui habet tres diſtrictus. Hæc ita obſervantur in Conſtitutionibus Regni & præſertim inter Declarationes Palatinatuum de Contributionibus ſingulis ferè Comitiorum Conſtitutionibus ſubnexis: alias autem Terra (Polonis *Ziema*) Diſtrictus (Polonis *Powiat*) & Palatinatus(Polonis *Woiewodztwo*) non ſemper diſtinguuntur, ſed ſæpius hæc omnia Diſtrictuum nomine appellantur. In Pruſſia peculiaris adhuc eſt Conventuum ratio, de qua infra ſuo loco acturi ſumus.

Diviſio Diſtrictuum ratione judiciorum.

Deinde ratione JVDICIORVM alio adhuc modo Palatinatus dividuntur in Diſtrictus, quos hic enumerare longum eſſet. Sufficit hoc notaſſe,quosdam Palatinatus,qui uno tantum in loco agunt Conventus ſuos ante Comitiales aliosq;, habere multos diſtrictus, in quibus Judicia celebrant. Imo contingit, ut una terra, aut unus diſtrictus,habeat alios ſub ſe diſtrictus, in quibus ſingulis judia exercentur. Sed de his ex profeſſo actum eſt infra *lib. II. cap. VII.*

LIBRI

Digitized by Google

LIBRI II.

CAP. I.

De

Rege & Regina Poloniæ, ubi etiam de Interregno Electione & coronatione.

I.

POſteaquam de variis Regni Polonici mutationibus, incrementis, decrementis, aliiſque rebus memorabilioribus egimus, placet jam ulterius progredi, & ipſam Rempubl. Polonicam conſiderare, ut manifeſtum fiat, à quibus, & quomodo illa gubernetur. Tres autem ſunt *Status* ſive *Ordines* inclytæ hujus Reipubl. ut ſæpius in Comitiis nominantur, nimirum REX, SENATVS, & NOBILITAS. Quamvis negandum non ſit, propriè tantùm duos eſſe Ordines, nempe

Tres Ordines in ***Polonia.***

Duo Ordines propriè ſic dicti.

Digitized by Google

nempe Senatum & Nobilitatem, cum Rex potiùs ſit caput Ordinum, quam unus ex Ordinibus. Propterea etiam frequens eſt illa formula initio Conſtitutionum poni ſolita: *Nos Dei gratia Joannes III, conſenſu omnium ordinum ſtatuimus &c.* Quod autem nuper non nemo ſcripſit, etiam Magiſtratus Regni, & Magni Ducatus Lithvaniæ, etiamſi ſint extra Senatum, inter Ordines poni debere, eo quod in veteribus Privilegiis aliiſque Actis frequenter ponuntur *Prælati, Senatores, Barones & Nobiles*, illud admitti minimè poteſt. Præterquam enim quod olim alia fuit Reipubl. Polonicæ facies, cum Nobilitatis Nuncii non ſint ad Comitia ordinarie, ut nunc fieri ſolet, admiſſi; etiam multa alia ſunt, quæ ſententiam hanc convellunt. Etenim Magna eſt in antiquis Privilegiis & Actis harum formularum varietas, adeò ut diſerte ſciri nequeat, quid ſpeciatim per Comites, quid per Barones, quid per alios etiam intelligatur. Sic ſæpius nominari invenias *Prælatos, Principes, Barones, Nobiles* & alios *indigenas*. Frequenter etiam nominantur: *Prælati, Comites, Barones, Milites, Proceres, Nobiles, Burgenſes.* Aliquando enumerantur *Senatores,*

Magiſtratus extra Senatum exiſtentes non conſtituunt peculiarem Ordinem.

Con-

Conſiliarii, Prælati, Barones, Milites, Nobiles, qui etiam Comitia obiiſſe dicuntur *Vid.* Priluſſ. *lib.1. Legum & Statutorum Regni Polon. cap.1. pag.8 & ſeqq. & inprimis pag. 13.* Sic igitur manifeſtum eſt, ex ejuſmodi titulis nihil poſſe concludi, de antiquis Regni Poloniæ Ordinibus, multo minus autem inde cognoſci poſſe, quinam ſint hodie Regni Poloniæ Ordines. Sed etiam hodierna praxis illud evidenter evincit, Magiſtratus illos Regni & M. Comitiorum Duc. Lithuaniæ, qui extra ordinem Senatorium ſunt, non conſtituere peculiarem in Republ. Polonica Ordinem. Nam nemo horum Magiſtratuum Comitia frequentat, ut Magiſtratum certum gerit, ſed ut à Nobilitate in Conventibus particularibus Nuncius eligitur. Sunt præter Ordines illos etiam in Polonia *Cives* ſpeciatim ita dicti, qui in urbibus Cives ſpeciatim ita dicti. habitant, & *Kmetones* (ſic in antiquis Privilegiis & Statutis Agricolæ vocantur) qui Kmetones. per pagos ſparſi ſunt. Sed quoniam cives, ut cives, & Kmetones ad Imperium non admittuntur, inter Ordines & Status Regni etiam non numerantur. Nos in ſequentibus de ſingulis Ordinibus acturi, ab ipſo capite, id eſt, à REGE, initium De Rege. faciemus, quomodo ille eligatur & coronetur viſuri.

Digitized by Google

Principes Poloniæ ſibi olim jure hæreditario ſuccedebant.

II. Antiquitùs Poloniæ Duces & Reges ſibi jure hæreditario ſucceſſiſſe, probavimus ſatis copioſe ex ipſis Polonorum monumentis *lib. I. cap. II. num. X.* Poſt extinctum demum Piaſteam in Polonia ſtirpem Reges eligi cœperunt. Reliquias tamen juris Succeſſionis & in familia Jagellonica in eo cernimus, quod aliquando viventi Regi Succeſſor ſit deſignatus. Sic enim, ut alia antiquiora exempla Caſimiri & Ludovici prætercam, Wladislaus Jagello & Sigiſmundus I. ſibi ſucceſſores filios ſuos delegerunt. Totius tamen Regni conſenſu id factum eſſe comperimus, & quidem eâ conditione, ne per hæcce exempla deinceps liberæ Electioni quidquam derogaretur. Inprimis verò lege latâ id cavit Sigiſmundus I. apud Janum Januszovium *lib. 1. Conſtit. Regn. Polon. tit. II. pag. 10.* Deinde poſt obitum Sigiſmundi Auguſti Ordines Regni in interregno hanc legem renovarunt: *Reges Polonorum non debent nominare, eligere, aut electionem indicere, vel quemquam alium modum tentare, inſtruendi, aut deſignandi Regis ſive, ſucceſſoris vitæ ſuæ tempore, idque ob eam cauſam, ut poſt eorum deceſſum libera & illæſa Electio Regis, Stati-*

Electio invaluit poſt extinctum ſtirpem Piaſteã.

Electio Regis vivo alio Rege legibus prohibetur.

Statibus & Ordinibus Regni ſemper maneat, ut hæc habentur apud Andream Maximilianum Fredronem Caſtellanum Leopolienſem & poſtea Palatinum Podoliæ *in Hiſtoria Henrici I. Regis Polon. pag. 65*. Inſerta deinceps eſt illa lex ſingulorum Regum Pactis Conventis, ſive, ut Germanorum utar verbo, Capitulationibus, nempe Stephani Bathorei, Sigismundi III. Wladislai, Joannis Caſimiri, Michaelis & Joannis III. quod nullo modo liberæ electioni vim inferre, neque titulo heredis in poſterum uti debeant. Cum igitur An. 1616. in Comitiis quispiam mentionem injeciſſet, ut Regi Sigiſmundo III. adhuc vivo & ſuperſtiti ſucceſſor deſtinaretur, *infremuerunt omnes Ordines & ad pœnas legum depoſcebant ejus Conſilii auctores, niſi difficiloris temporis rationes ſilentio potius tunc illam indignationem premere coegiſſent*, teſte Paulo Paſecio Epiſcopo Præmislienſi *in Chron. ad dict. an. 459*. Poſt hæc An. 1667. cum etiam Joannes Caſimirus Rex omnibus viribus laboraret, ut ſibi vivo adhuc & ſpiranti ſucceſſor ſubſtitueretur, quamvis multi huic Regis poſtulato aſſenſi ſint; reclamarunt tamen plurimi, ut patet ex Diarii Europæi *Continuat. VI. pag.*

 351. &

Digitized by Google

351. & Continuat. VII. p. 69. 68. & ſeq. Neque quieverunt contradicentes, donec tandem eodem anno 1667. menſe Aprili per novam Conſtitutionem Electio vivo Rege prohibita eſt, ut habetur *in Conſtitutione ejus anni pag. 3. Conf. Diar. Europ. Continuat. VI. pag. 149.* Ipſi tamen Ordines Polonici aliquid contra hanc Conſvetudinem legesque has jam antea urgente neceſſitate tentarunt. Cum enim An. 1654. multorum armis peterentur non potuerunt à Cæſare auxilium alio modo contra hoſtes impetrare, niſi tradito Cæſari per Comitem à Leſzno certo ſcripto, de ſucceſſione Caroli Joſephi Archiducis Auſtriæ poſt fata Joannis Caſimiri Regis. Sed pace poſtea compoſita ſummis etiam viribus allaborarunt, ut ſibi electio Regum eſſet libera. Proinde etiam de illo ſcripto repetendo actum ſerio eſt in Interregno anni 1674. die 27. Januar. & die 3. Febr. ut ex *Diario illius Interregni* patet. Cauſam vero Legis, de non nominando Regni ſucceſſore vivo adhuc alio Rege, optime exponit Fredro, quando *in Hiſt. Henrici I. pag. 65.* ita ſcribit: *Præſente Rege novum eligi non electio eſt, ſed ſucceſſio & hæreditas: mancipantur Eligentium liberæ voces, ut non*

Succeſſio Archiduci Auſtriæ promiſſa.

Cauſa legis de non eligendo Rege vivo alio.

non qui optimus, ſed qui proximus ſanguine Sceptris deſtinetur: Cum alii præſentiâ ſenis regnantis, alii officio, cæteri cupidine placendi ad Principum deſtinata non Rempublicam trahuntur. Verum poſt funera eligere ſola eligendi libertas eſt non reſpectus. Ex his jam elucet, errare perſonatum Franciſcum Marinium, qui *non temere in Polonorum Hiſtoria reperiri poſſe* dicit, *Regem aliquem obtinuiſſe, ut ſibi vivo adhuc Succeſſor deſignaretur, niſi excipias Vladislaum Jagellonem, cui hac in parte indultum eſt quidpiam præter mores Regni* in libro *de ſcopo Reipubl Polonicæ cap. IV. pag. 64.* Quem ex ipſo errorem hauſit etiam Chriſtophorus Funccius *in Breviario Orbis hodie imperantis pag. 736.* Nam licet recentiſſimis temporibus, tot jam videlicet legibus ejusmodi Subſtitutionem Succeſſoris prohibentibus, nihil potuerint obtinere Reges; vetuſtioribus tamen temporibus aliquoties id eſſe factum adducta à nobis exempla teſtantur. Neceſſarium igitur hodie eſt, ut, antequam novus Rex eligatur, fiat Interregnum.

Franc. Marinius refutatur.

Interregni tres cauſæ.

III. *INTERREGNORUM* autem cauſæ tantum tres fuiſſe deprehenduntur. Nimirum *mors* Regis: deinde *ſubmotio* ſeu *exauguratio*: denique *Abdicatio* & ſpontanea *Reſignatio* Regis.

Prima Interregni cauſa, Mors Regia.

De *Morte* Regis notandum eſt, quod ſimulatque Rex è vivis excedit, quidam ex Senatoribus ſpiritualibus & ſeculiaribus item ex Officialibus majoribus, ut ſunt Marſchalci, Cancellarii & Theſaurarii, deſignentur, quò corporis Regii curam gerant.

[illegible]

Decrevit etiam Anno 1674. Reſpublica, ut ex Bonis Oeconomicis ſumptus neceſſarii ad curandas defuncti Regis Michaëlis exuvias uſque ad diem ſepulturæ ex theſauro erogarentur, ut habetur *in illius anni Confœderatione omnium Ordinum.*

Reges ſepeliuntur, poſt electionem novi Regis.

Sepultura vero Regii corporis euſque differtur, donec alius Rex fuerit electus. *Mos eſt*, ait Piaſecius, *iſti genti, non humare defunctum Regem, niſi alio electo proximo poſt funus die coronando.* in Chron. *ad an. 1632. pag. 525.* Idem habet etiam Joannes Demetrius Sulikovius Arhiepiſcopus Leopolienſis *in Commentario rerum ab exceſſu Sigiſmundi Auguſti geſtarum pag. 21.*

Olim Reges eligebantur poſt ſepultos Reges veteres.

Quamvis autem hoc verum ſit de hodiernis temporibus, ne quis tamen exiſtimet etiam illud antiquitus fuiſſe in uſu, exempla quædam in medium afferemus. Nimirum Caſimirus

mirus Magnus juſtis funebribus jam Wladislao Loctico Regi peractis, creatus eſt Rex, teſte Cromer *lib. XII. de ortu & Reb. geſt. Polon. in princ.* Deinde ipſe ille Caſimirus Magnus elatus eſt demum poſt coronationem Ludovici Regis. Neugebauer *lib. IV. Hiſt. Polon. pag. 213.* Item Johannes Albertus Rex demum electus eſt, ſepulto jam Caſimiro Jagellonide, ut habet Cromerus *lib. XXX in princ.* Denique Alexander electus eſt Rex, Joanni Alberto Regi juſtis funebribus jam perſolutis. Cromer *lib. XXX. pag. 824.* Mos igitur ille, Reges defunctos pridie coronationis, ut vult Piaſecius, aut etiam tertio die ante coronationem, ut exempla teſtantur, ſepeliandi, poſt exceſſum demum Auguſti invaluiſſe videtur.

aut etiam ſepeliebantur poſt coronationem novi Regis.

IV. SVBMOTIO, ſeu EXAVGVRATIO Principis olim in Polonia frequentior fuit, nunc verò rarior eſt. Memorabile illud exemplum eſt Henrici Valeſii, quod ſuperiore ſeculo contigit. Is enim Rex, cum per aliquot tantum menſes Poloniæ Rex fuiſſet, accepto de fratris ſui Caroli IX. Regis Galliæ morte nuncio, clam noctu è Polonia ad capeſſendum Regnum Gallicum diſceſſit. Cum verò diu fruſtrà illius reditus exſpectaretur, tandem An. 1574. die 7. Novembr. in

Secunda Interregni cauſa, Exauguratio Regis.

in ComitiisRegni generalibus imperium, ipſi ſolenniter abrogatum Interregnumque publicatum. *Vid.* Fredro *in Hiſt. Henrici I. pag. 216.* Quod autem & aliis Regibus imperium poſſit abrogari, ſi plane corrigi nequeant (licet nulla exempla recentiora extent, & utinam etiam in poſterum nunqvam audiantur!) probatur ex ipſo Regum Poloniæ jurejurando, quod poſtea Benevolo Lectori daturi ſumus.

Tertia Interregni cauſa, abdicatio ſpontanea.

V. RESIGNATIONIS ſive *ABDICATIONIS Spontaneæ* licet aliquot ex vetuſtiori ævo reperiantur exempla, ut Leſci Albi & Wladislai Laſconogi, huc tamen ea non trahimus, qvia contigerunt, cum adhuc Duces Poloniæ jure ſucceſſionis Imperium Polonicum obtinuere. Illud vero propius ad propoſitum noſtrum accedit, magisq; in rem noſtram facit, qvod de Wladislao jagellone Hiſtoriæ referunt. Is poſt fata Hedvigis conjugis ſuæ in animo habuit abdicare ſe regno, inq; Lithvaniam ſuam reverti; qvia non ignorabat, ſe exterum uxoris nomine apud liberam gentem eousq; regnaſſe, jamq; ſenatus erga ſe affectum forſan mutatum eſſe. Sed confirmatus à Senatu, ducta Anna Wilhelmi Ciliæ Comitis filia, à propoſito ſuo deſtitit. *Vid.* Salomon Neugebauer *lib. V. Hiſt. Polon. pag. 241.*

Illu-

Digitized by Google

Illuſtriſſimum autem & ad omnem poſteritatem maximè memorabile exemplum ſpontaneæ abdicationis habuimus non ita pridem in Joanne Caſimiro Rege cujus proceſſum Nicolai Chwalcovii, teſtis oculati, verbis, licet pluſculis recenſere placet: Exponebat, *inquit Chwalcovius*, primo Sereniſſimus Rex Dominis Senatoribus eam ob cauſam Varſaviam (d.12. Junii) congregatis, mentem ſuam de reddenda Republ. Illi magnitudine & novitate rei ac reverentia Legum deterriti, nil niſi preces de mutanda ſententia interponebant: ſed cum perſeverantiam propoſiti in Principe animadverterent, rem integram ad univerſam Rempubl. referebant. Divulgata itaque notitia eſt per provincias à Reverendiſſimo Dn. Prazmowski Archiepiſcopo Gneſnenſi Primate Regni, de hocce triſti & inſperato orbandæ Patriæ propoſito. Interim non deerant vota Principum Orbis Chriſtiani. In Comitiorum ergò (quibus dies 27. Auguſti dictus fuit) exordio, poſt conſueta manus Regiæ oſcula Nuncii Terreſtres per Marſchalcum ſuum Illuſtrem Dn. Stephanum Sarnowski ſuccamerarium Generalem Palatinatus Lanciciensis Regiæ majeſtati turbatos ob dictam in-

Ioannes Caſimirus Regno ſe abdicat.

„ne-

Digitized by Google

„ noteſcentiam explicabant animos, hu-
„ millime rogando, ut ſacra Regia Maje-
„ ſtas declarationem ſuam impertiri di-
„ gnaretur. Reſpondebat de throno Re-
„ verendisſ. Dn. Andreas Olſzowski Vi-
„ ce-Cancellarius Regni Epiſcopus Cul-
„ menſis & Pomeſaniæ, nunc Archiepi-
„ ſcopus Gneſnenſis (d.29, Aug.) in hunc
fere ſenſum: *Edocta eſt ſacra Regia Majeſtas longa rerum experientia, quod res, quæ totius Reipublicæ concernunt intereſſe, non niſi apud eandem pertractandæ ſint. Ideoq; ſacra Regia Majeſtas licet ſuam Dn. Dn. Senatoribus aperuerit mentem, rem tamen integram ad moderna reſervavit Comitia, atque de eadem, cum maximi ſit momenti Regia Majeſtas deliberatura eſt.* Circumſte-
„ terat interim palatium publica exſpe-
„ ctatio magni ſecreti impatiens. Alte-
„ ro poſt die idem Vice-Cancellarius gra-
„ viſſimo ut ſolebat habito ſermone indo-
„ lendo fatis perſonæ ſuæ, quod ex offi-
„ cio jam teneatur eſſe duræ Miniſter
„ ſortis & Interpres, formulam de abdi-
„ cando Regno conceptam & à ſæpe me-
„ morata Majeſtate ſibi concreditam præ-
„ legebat. Fundebat ergo (die 3. Sept.)
„ ad

„ ad Regem preces Ordo Equeſtris: jun-
„ gebat gravem ſuam Illuſtriſſimus Sena-
„ tus auctoritatem. Pia iſthæc vota opti-
„ mum Principem ad conteſtationem pe-
„ rennaturi erga Patriam amoris impel-
„ lebant, quo occupatus victusq; in cra-
„ ſtinum differebat declarationem. Hac
per alte memoratum Vice-Cancellarium
„ Regni (d. 4. ejusdem) diſertiſſimè im-
„ pertitâ, quod ſcilicet Sereniſſimus in
„ Conſilii ſemel ſuſcepti conſtantia non
„ ex faſtidio regnandi, ſed cura æternita-
„ tis & feſſæ valetudinis ratione firma-
„ tum exponi curet animum, Ordines Re-
„ gni huic intentioni ſeſe ſubmittentes ac-
„ cuſare fata non mutare poterant. Cum
„ igitur per aliquot dies ratione Proviſio-
„ nis, ne Regem ſuum tot meritis gravem
„ à ſe dimitterent egenum, conſultatum
„ & conventum eſſet, confectis aſſecu-
„ randæ proviſionis & Diplomatum ab
„ utrinq; Reverſalium inſtrumentis, tan-
„ dem d. 16. Septembr. *Venit ſumma dies*
„ *& ineluctabile tempus.* Cum enim Sere-
„ niſſimus ex Palatio ſuburbano frequen-
„ ti Procerum Comitatu ad arcem dedu-
„ ctus eſſet & ſacrum in Baſilica S. Joanni
„ dicata audiviſſet, recipiebat ſeſe ad atri-
„ um Senatorium, quod multitudo ho-
„ minum viſendi cupidine aut officio in
„ Prin-

„Principem compleverat. Ipſe poſt-
„quam ſub throno aſſederat, Illuſtriſſimo
„Domino Pro-Cancellario Regni ad ſe
„vocato; paucis intentionem ſuam ex-
„ponebat, qui nomine ejusdem Majeſta-
„tis denunciabat, adveniſſe jam horam,
„in qua publice & ſolenniter abdicatio
„peragеretur, atque ex mente Sereniſſi-
„mi Diploma Abdicationis legeretur.
„Officio itaq; lectionis fungebatur Reve-
„rendiſſimus Dn. Malachowski Referen-
„darius Regni, quem excipiebat ſupra-
„dictus Marſchalcus Equeſtris præle-
„ctione aſſecurationis, quoad proviſio-
„nem, ſcilicet centum & quinquaginta
„millium florenorum annuatim & Di-
„plomatis reverſalis Statuum ac Ordi-
„num. Poſthæc diploma Abdicationis
„à Regia Majeſtate, Reverſale à Republ.
„Proviſionis ab omnibus & ſingulis per-
„ſonis tanquam privatis ſubſcribebatur.
„Quippe nuncii terreſtres cum à Rege
„ſuper prædicta materia in Conventibus
„Antecomitialibus nihil propoſitum fue-
„rit, nullo de Proviſione articulo inſtru-
„cti erant, ratihabitionem itaque ad
„Palatinatus ſuos referebant, quæ dein-
„de Pactis Conventis ſuccedanei Regis
„D. Michaelis inſerta eſt. His actis Se-
„reniſſimus Diploma Electionis & Coro-
„natio,

„ nationis rubro involuta ſerico, Reipu-
„ blicæ, à qua ante viginti fere annos ac-
„ ceperat, redhibebat atque ſic valedictu-
„ rus mœſtum ordiebatur ſermonem, ad-
„ eò ut crebris cum lacrymis brevius di-
„ xerit. Magna enim mœroris eloquen-
„ tia eſt, facundum eſſe ſolis gemitibus.
„ *Stupuere omnes conamina tanta Conatuſque*
„ *novos.* Sermo autem ille gemente tota
„ Republ. prolatus, hujus erat tenoris:

Quando jamjam elabitur hora, ut amoris paterni debitum à ducentis octuaginta annis Pupillæ Domus meæ huic inclytæ Reipubl. exſolvam, Comitiis & Caſtris defeſſus, calamitatibus per annos viginti fractus Rex & Pater, quod mundo pretioſiſſimum eſt, coronam in manus Dominationum veſtrarum deponam. Pro throno thorum eligo, dum huic ſeculo funeris mei ſuperſtes emorior, pro Regali globo glebam terræ eamq; in ſinu chariſſimæ matris communis veſtræ meæque Patriæ intra cineres majorum meorum mihi reſervo: ut quemadmodum me primum in caſtris ac ultimum ex præliis & clade vidiſtis, ita in Annalibus primum ob amorem Patriæ

Oratio Regis Ioannis Caſimiri.

R augen-

augendæque ejuſdem fortunæ, humana poſtponentem, Majeſtatemque Regiam diſpoſitioni veſtræ reddentem memineritis. Amor veſter liberis vocibus huic me ſolio impoſuit, amor viciſſim meus erga vos ſupremum me utriusque lineæ heredem liberè dimittit. Monarchæ cæteri Filiis Fratribus aut Conſanguineis abdicando coronam tradiderunt: ego eandem Patriæ cariſſimæ Reiq; publicæ ut Pater & Filius reddo ejusque amore ex Duce gregarius, ex Imperante parens, ex Rege concivis fio, ut juniori & Reipubl. magis proficuo locum concedam, cujus in electione, ut Deus Dominationes Veſtras proſperet, in ſolitudine mea negotiorum vacuus Majeſtatem ejus ſanctam implorabo. Gratias jam igitur Vobis pro omnibus charitatibus, officiis, ſuſceptis periculis, pro conſiliis, præſidio & reditibus ago. Si cui ex rationibus Status vel fatorum quid ingratum accidit, condonet, quæſo, ipſe viciſſim omnibus do veniam. Sic tandem ultimum vale ſingulis dico & cordi meo vos apprimo, in quo dulcem veſtrâ

memo-

Digitized by Google

memoriam, quoad vixero circumferam. Benedictionem inſuper paternam omnibus & ſingulis impertio & quamquam diſtantia loci disjunctus fuero, animo certe à communi matre nunquam divellar, in qua corpus hoc in cineres olim reſolutum deponi deſidero. Et cum labilis memoria ac luctus in lacrymas effuſus plura effari non permittat, uberiora amoris & candoris mei argumenta ex charta hac, quam ad prælegendum trado, intelligetis. Sequentia igitur nomine Regis prælegit Pro-Cancellarius: *Jamdudum eſt hoc meum non interruptum boni publici, & tam valetudinis quam conſcientiæ meæ rationibus innixum propoſitum, coronam hanc à Dominationibus veſtris capiti meo impoſitam & à tot annis per anteceſſores meos poſſeſſam in manus & ad liberam diſpoſitionem Dominationum veſtrarum ſolenni reddere abdicatione. A prima mea, quam mihi amor dictavit in Comitiis anni 1661. declaratione, ſemper in me repoſita manſit opinio, quod debuerim Reipubl. conſulere, ut*

me vivente averterentur pericula illa, quibus inopinatum Interregnum ex fundamento eandem movere & turbare poſſet. Præſtolatus ſum tantum ejusmodi, uti nunc ſunt tempora, quando Respubl. à confœderatione militari turbis internis bello Moſcovitico pacata commodè & ſine diſtractione ſibi conſulere & liberæ vacare Electioni poteſt. Adducit me ad hanc Abdicationem cura ſalutis æternæ, quam uti quilibet contemptu terrenorum ſibi conſiliare tenetur, ita difficilius mihi foret in throno eandem parare ſi abrogatione dignitatis memet humilians & ex altisſima fortuna & Regiis incommoditatibus exuens, mihi ipſi atque animæ meæ reliquos dies non impenderem: Sed non minus ad iſtud me impellit amor erga hanc Patriam & Dominationes veſtras, quem tam difficili & inſolito modo teſtari volo. Sentio me ætate & valetudine infirmum, preſſumque laboribus continuis & conſultationibus atque caſtris fractum, ut vires meæ curis regnandi non valeant ſufficere, malo

ita-

Digitized by Go

itaque me ipſum exinanire, quo ad publicæ commoda Dominationum veſtrarum juniori & capaciori ſucceſſori fores aperiam, quando Dominationes Veſtræ adjutorem mihi adſciſcere & adoptare noluerunt. Quippe video, quod ſinceræ intentiones meæ ſiniſtrè explicatæ & ſuſpicionibus quaſi minus liberæ Electionis oneratæ, aliter non poſſint juſtificari & Reſpublica hâc opinione turbata aliter pacificata eſſe nequeat, niſi per hoc documentum amoris mei, quando quilibet animadvertit, quod libera manebit electio, quod ego deponens Diadema ſolvo metu timentes gratis, ac ſi illud peregrino capiti imponere cogitaverim. Magis ergo in hoc operatur apud me ratio publicæ quietis & amoris erga Dominationes Veſtras, quam commoditatis quietis propriæ & privati boni conſideratio, pro quibus, quam moderatè me habeam, ſatis oſtendit actus hodiernus, dum iisdem quidquid mundo eſt cariſſimum caritati Reipubl. poſthabeo. Proteſtor coram Deo, quod per hanc Abdicationem nullum præju-

 dicium

dicium libertatis Dominationum veſtrarum, nec facio, nec video, ſedpotius ita exiſtimo, me per apertum Interregnum viam ad augmentum ei parare. Quod ergo fauſtum felixq; ſit huic Reip. & mihi apud Deum meritorium, atque apud univerſum Orbem glorioſum jam matura præmiſſa deliberatione ſanus mente & corpore, libere, non coactus, Diadema, ſceptrum, Regimen & Regnum, uti mihi eſt in Electione delatum & in Coronatione confirmatum, cum omnibus quæcunque Majeſtati & juribus Regum Polonorum & Magnorum Ducum Lithuaniæ ab antiquo competunt, nihil ſibi, nec alicui cuidam reſervans, in manus Senatus, Nobilitatis & omnium Ordinum utriusque Gentis abdico, reſtituo, reddo & omni meliori modo formaque reſigno, omnes Ordines & quemlibet in ſpecie fidelitatis juramento; aut quovis alio præſtito, ſolvo & ab omni ſubjectione & obligatione ſubditos ſive Vaſallos mitto & abſolvo. Duces etiam Brandeburgicum & Curlandiæ ab homagio & reliquis obligationibus

Digitized by Google

nibus pro meo intereſſe tutos & liberos pronuncio. Quod non tantum hac mea viva voce, ſed & diplomate ſolenni, in manus Reipubl. tradito confirmo, & ratifico, atque Diploma Electionis meæ an. 1648. authenticum & Originale reſtituo reddoq́ʒ, caſſo & annihilo. Impertior actu liberrimam facultatem Domino Archiepiſcopo declarandi Interregni toti Reipublicæ, procedendi ad liberrimam Electionem Regis novi, eundemque eligendi & coronandi. Simul declaro & promitto, quod non tantum nullo modo impediam futuram Electionem Regnaturi, ſed deniq́ʒ ad confutationem, qui venditabant, ac ſi cum aliquo de Regno tranſegiſſem, nullum Candidatum Dominationibus Veſtris proponam vel recommendabo, atque abhinc in perſona ab Actibus Convocationis & Electionis me recipiam abſens ero. Teneor inſuper ex conſcientia præcavere atque rogare Dominationes veſtras, ne quenquam hujus Conſilii velint invidiâ onerare. Omnes poteſtates externæ me rogarunt, & ad hoc uſq́ʒ momentum me

 flagran-

flagrantiſſime rogant, ut hoc conſilium mutem, Civibus autem me oportet cum grata recordatione amoris erga me præbere teſtimonium, quod nemo illorum inventus fuerit, qui laudaret, multo minus ſvaderet, Abdicationem, quæ quod ſit opus manus Domini & Vocationis meæ neceſſitas, inde apparet, dum totius mundi improbatio mihi eandem ex corde avellere non valuit. Et ſicut in hoc toto negotio nemo de charitate mea erga hanc Rempublicam dubitare poteſt, ita & ego viciſſim fidenter de Dominationum Veſtrarum amore mihi polliceor, fore, ut pro ſubſtantia mea, Statui meo, atque honori Reipubl. condigna reſervatos per me à ſupra dicta Abdicatione, ejusque pronunciatione exceptos reditus, hoc eſt, Oeconomiam integram Mariæburgenſem, centum millia redituum ex ſalis fodinis Vielicienſibus, & denuo centum millia redituum ex Vectigalibus Regni & Ruſsiæ ad menſam Regiam ſpectantia, in Lithuania Grodno, Sokol, & vectigalia, uti poſſidebantur, ut mihi à futuro Principe præſtentur, per Pacta

cta Conventa caveatis. Per quod nihil de pane bene meritorum decedet. Reditus ex Oeconomiis omnibus ſceptro vacante, ut ad me quoque ordinario modo perveniant per totum Interregnum, mihi plenarie reſervo. Erit hoc gratitudinis Dominationum Veſtrarum erga me (ut rogo) documentum, quando futuro Regnanti in Capitulatione exſolutionem meorum meæque domus debitorum commendabunt. Vtrumque hoc à Dominationibus Veſtris impetrabit domus Jagellonica tam beneficum à ducentis annis regimen, ſub cujus propenſione erga hanc Rempublicam libertates illius notabiliter creverunt. Valedico itaque paterno corde Dominationibus Veſtris ex throno decedens, orans ut Dominationes Veſtræ hanc paternam & omnes caritates ſuperantem intentionem meam gratè excipere & ſincerè interpretari velint. Gratias ago Dominationibus veſtris pro conſervatione fidelitatis & ſubjectionis, quam difficillimis temporibus conſtanter expertus ſum. Puto quod nemo de Regimine meo

conqueri poſſit; Si quid tamen alicui in adminiſtratione noſtra minus placuerit, rogo ut hoc fragilitati, à qua diadema non liberat homines & rationibus Status, quæ cum privatis utilitatibus non ſemper conveniunt, condonet. Tandem uti amorem erga hanc Rempubl. cum Regali paludamento non exuo, ita Dominum Deum oro, & ardentius ſolutus curis orabo, ut Dominationibus Veſtris ejusmodi ſuppeditet conſilia, quibus per brevem terminum Interregni & evectionem digni in thronum regnantis, exteras & malevolas prævertere factiones, fines defenſos tutosq; habere, internam tranquillitatem & ſolidam unanimitatem inducere poſſint. Recitanti verò „eandem mente divina & affectu pater„no conceptam Orationem Reverendiſſi„mo Domino Vice Cancellario multæ la„crymæ multas interjiciebant moras. Po„ſtea Reverendiſſimus Dominus Praz„mowski Archiepiſcopus Gneſnenſis „nomine univerſi Senatus præ dolore ſe„des ſuas deſerentis & toto habitæ Ora„tionis tempore ſtantis, gratiarum actio„ne fungebatur, dextramque Regis ad „ejus

ejus genua advolutus flens oſculabatur. „
Cujus ſequendo exemplum Ordo Sena- „
torius *It lacrymans, magnoq; humectat flu-* „
mine vultum. Porro etiam Marſchalcus „
Nunciorum Ordinis Equeſtris devotio- „
nem magna condolentia profitebatur, „
rogando, ne ſacra Regia Majeſtas dedi- „
gnetur innatum erga communem Pa- „
triam mutare affectum, juxtimque „
promittendo gratam populi erga Prin- „
cipem obſervantiam, atque ſic cum „
regnare deſinente finis ſermonum erat „
gratiarum actio. Tandem huic abdi- „
cationi coronidem impoſuit ſæpedictus „
Excellentiſſimus Dominus Pro-Cancel- „
larius vices Regiæ Majeſtatis gravi ora- „
tione ſuſcipiens atque in teſſeram per- „
petui & immutabilis affectus gratioſam „
manum Regiam offerens, quam Nun- „
cii Terreſtres ſupremis venerabantur „
oſculis. His ita peractis, Sereniſſimus „
thronum tantæ faſtigium fortunæ re- „
linquebat. Eheu! exclamare licet: „
Ponitur hic imos ante, corona, pedes. Abeun- „
tem Regem Domini Senatores atque „
Officiales de more comitari volebant, „
ſed Sereniſſimus veluti jam privatus re- „
nuebat hunc ſibi honorem exhiberi, „
quem nihilominus omni cum obſervan- „
tia præſtabant. Rex itaque magna „
pro-

„proſequentium multitudine ad Palati-
„um ſuburbanum deducebatur. Magna-
„nimus iſte Rex poſtquam in Comitatu
„ſuo Ziviecenſi intellexerat, quem ſibi
„ſucceſſorem vox Dei Liberique populi
„deſignaſſet, Regni fines, ut antea faſces,
„reliquit atque in Galliam diſceſſit. Vbi
„intra quadriennium Niverniæ ſcilicet
„XVI. Decembr. Ann. M DC LXXII.
„Charitati Patriæ immortuus eſt. Cum
„ergo Sereniſſimus Rex Michael certior
„redderetur, Patrem & Fratrem ſuum (ita
„literas ad eum ſcribere ſolebat) obiiſſe,
„juſſit honori ac memoriæ Anteceſſoris
„ſui d. XVIII. Febr. An. M DC LXXIII.
„exequias celebrari, quibus Magnus Ols-
„zovius pium impendit ſermonem. Ad-
„duxit verò corpus ipſius è Gallia Illu-
„ſtris Dn. Opacki Succamerarius Varſa-
„vienſis, quod An. 1676. menſe Februario
„ante coronationem moderni Regis tu-
„mulatum eſt. Hæc ex Nicolai Chwal-
covii *Jure Publico Polonico* depromere vo-
luimus, quoniam Actus illius ipſe fuit
Spectator, eundemque graphicè deſcri-
pſit. Potuiſſemus quidem ipſas Regis
Caſimiri Orationes, quas Chwalkovius
Narrationi ſui inſeruit, petere ex Actis
hujus Abdicationis ab Elia Conſtantino
à Trewen Schrödero An. 1668. publice
editis,

Digitized by Google

editis, in quibus orationes illæ ex Polonica lingua (in qua ab ipſo Rege & à Pro-Cancellario, in Comitiis prolatæ ſunt) terſius & comptius converſæ habentur. At quia jam in priore editione hujus Reipublicæ noſtræ & oratio prior ex Chwalcovio poſita eſt, neque in narratione hiſtorica Chwalcovii labor alterius ſubſtitui commode potuit, maluimus hæc ita retinere, ne quis laboris ſui fructu fraudatum ſe conqueratur. Polonicas autem Orationes illas reperies Parte II. Oratoris Polonici (*Mowca Polski*) Caliſſiæ An. 1676. typis exſcripti *pag. 11. & ſeqq.* Cum verò novitas ejusmodi in Republ. ſine periculo & ſine metu magnarum revolutionum eſſe non poſſit, inſeruerunt Ordines Regni Pactis Conventis ſive Capitulationi Michalis Regis novum caput, in quo Rex pro ſe & ſucceſſoribus ſuis cavet de non abdicando regno, hocq; pro perpetua lege haberi vult. Sed cum Sereniſſimus Joannes III. eſſet ad Regale ſolium evectus, rogavit Ordines, ut illud caput omitteretur, quod etiam haud difficulter obtinuit, quemadmodum Diarium Electionis Anni 1674. ad diem 27. Maji teſtatur. Et hactenus de occaſionibus Interregnorum.

Respublica lege cavit, ne quis Rex Regno ſe abdicaret.

VI. Ad ipſa INTERREGNA quod

atti-

Interregna majora & minora.

attinet, illa lib. 1. diviſimus in *majora* & *minora,* quod eò trahendum non eſt, ac ſi realis inter ea diſtinctio detur, cum potius eadem in utroq; Interregnorum genere obſerventur. Verùm quoniam in his, nimirum minoribus Interregnis, rari, immo præter filios Regis defuncti aut etiam præter fratres ejusdem, nulli ſint Candidati, cum minori etiam periculo illa ſint conjuncta, neque etiam ab Hiſtoricis Polonicis numerentur; idcircò illa vocare placuit minora. Quæcunq; autem ſint interregna, ſive majora, ſive minora, non datur eorum ut neque ipſius Electionis certus modus Legibus & Conſtitutionibus Regni plene & ſecundum omnes Circumſtantias definitus, cujus rei teſtem ex antiquioribus habemus Jacobum Priluſium, qui ſic ea de re loquitur: *Sed & forma quoque eligendi Regis à majoribus noſtris prætermiſſa eſt, modo ut ſit Nobilitati æque ac Proceribus libera cautum eſt. Sed neque præſcriptum eſt, quis Senatorum ſub Interregno haberet auctoritatem indicendorum Polonis ac Lithuanis aliisq; Regni Ducatibus, Comitiorum ea cauſa cogi ſolitorum.* Hæc Priluſius *lib.* 1. *Conſtitut. Regni Polon. cap.* 30. *art.* 3. Neque poſt Priluſii

Modus electionis non eſt plene legibus definitus.

Juſſi tempora certi quidquam hac in re conſtitutum eſt. Conſultabatur quidem An. 1588. in Comitiis Varſavienſibus hac ſuper re, ut certa forma Electionis præſcriberetur: ſed cum multi familiam Auſtriacam prorſus vellent à Regno Polonico excludi, conſultatio hæc tandem intermiſſa eſt, teſte Paulo Piaſecio *ad an. 1588. pag. 87.* & Joanne Demetrio Solikovio *pag. 210. ſeq.* Similiter etiam Anno 1631. vivo adhuc Sigismundo III. Rege: *Ordines de ſecuritate modoque eligendorum Regum, quæ fuit non poſtrema Comitiorum diſceptatio, certi aliquid ſtatuere mordicus refragabantur. Sive is erat metus, ne Rex morti propior de futuro Succeſſore exploraret vota deſideriaque, perque id priſtinæ libertati eligentium detraheret, ſive aliquorum pertinacia id effecit, qui in turbido Interregni ſtatu plura ſe perpetraturos ſperabant, ſi nullis adſtricti legibus modisq; tenerentur*, ut ait Stanislaus Kobierzycki à Kobierzycko Caſtellanus Gedanenſis (poſtea Pomeraniæ Palatinus) *in lib. ult. de geſtis Wladislai Principis in calce, pag. 941. ſeq.* Nos igitur, cum non de omnibus ad Interregnum & Electionem pertinentibus rebus Leges

Conſultationes de forma electionis inſtitutæ.

Leges & Conſtitutiones inveniantur, ea omnia partim ex Interregnorum Edictis, partim ex Hiſtoria & ipſa Polonorum praxi, de qua complura agunt Diaria, ſupplere conabimur.

Interrex eſt Archiepiſcopus Gneſnenſis.

VII. INTERREX, ſive ſummus Reipublicæ, durante Interregno, Præſes, eſt *Archiepiſcopus Gneſnenſis, Legatus Natus, Regni Primas primusq́; Princeps.* Ratio ejus rei eſt, quoniam in Archiepiſcopum, ut Sacerdotem, non cadit affectati Regni ſuſpicio, ut vult Stanislaus Karnkowski *in Tractatu de Primatu Senatorio Regni Poloniæ,* ubi etiam refutat illos, qui dignitatem Interregis ſuo tempore tribui volebant *Marſchalco ſupremo*, vel *Cancellario*, vel *Caſtellano Cracovienſi.* Hanc autem dignitatem Archiepiſcopus non electione quadam Senatus aut Nobilitatis vacante demum Regno conſequitur; ſed à recepto Archiepiſcopatu perpetuus eſt Interrex, idque *ne ſi primum poſt Regum funera in eum crearetur, vel creantium mora noceret Reipubl. vel ipſe tunc primum factus, officio uti ignoraret*, ut quidem Marſchalcus Nobilitatis ad Senatum verba faciens olim dixit apud Andr. Maximilian. Fredr. *in Hiſt. Henrici I. pag. 28.* Fungitur autem Archiepiſcopus eo munere non tantum Rege rebus humanis exempto: ſed etiam Rege in aliud Regnum

Archiepiſcopus perpetuus eſt Interrex.

Archiepiſcopus Interregis officio fungitur etiam Rege vivente.

Regnum proficiſcente. Ita cum Henricus Rex Poloniæ in Galliam ſeceſſiſſet, Interrex interea fungi debuit officio, qui tamen multis in partibus ei defuit, ut teſtatur Fredro. Similiter cum Sigismundus III. in Sueciam eſſet profectus, Archiepiſcopus Gneſnenſis interea Regnum nomine Regio adminiſtravit, de quo videatur Stanislaus Lubienski, *initio Operum pag.12.* Sed & tunc Archiepiſcopus Gneſnenſis munere Interregis fungitur, quando Rex à recto jurium tramite deviat, de quo caſu legatur Fredro *in Hiſtoria Henrici pag. 111.* Paulus Piaſecius *in Chron. ad an. 1590. pag. 95.* An autem Interregis munia poſſit obire nominatus à defuncto Rege Archiepiſcopus & nondum à Pontifice approbatus? dubitari jam fere amplius non poteſt, cum in noviſſimo Interregno poſt Sereniſſimi Regis Michaelis obitum, Caſimirus Florianus Dux in Czartoryisk nominatus Archiepiſcopus Gneſnenſis Interregis officio fungi cœperit, ſubque eo titulo Univerſales (ſic vocant literas publicas) mortem Regis denunciantes futuræque Convocationi tempus præſtituentes ediderit. Et ſine dubio etiam per totum Interregnum hoc munus obiiſſet, niſi in Interregno ipſo fuiſſet morte præreptus. Quondam autem hoc

Nominatus Archiepiſcopus etiam Interregis munere fungitur.

Olim nominati Epiſcopi & Archiepiſcopi non admittebantur ad Conſilia & alias functiones.

nominatis Archiepiſcopis non fuiſſe conceſſum, teſtantur primum illa Cromeri verba: *Cœperunt autem ſic editi ſive nominati indulgentia vel conniventia quadam admitti ad conſilia, publica priusquam approbarentur à Pontifice.* Hæc Cromer *in lib. II. deſcript. Polon. ubi de electione Magiſtratuum agit, pag. 171.* Deinde docet hoc ipſum, & quidem clarius adhuc, exemplum, quod Sigismundi III. Regis tempore contigit. Videlicet cum Rex modo nominatus Conſtantiam Auſtriacam conjugem ſecundam duxiſſet, coronata illa eſt à Petro Tilitio, Epiſcopo Cujavienſi, non autem à Bernhardo Maciejovio, Cardinali & Epiſcopo Cracovienſi, qui jam erat Regia denominatione deſtinatus Archiepiſcopus Gneſnenſis, teſte Stanislao Lubienski *lib. 1. de motu Civili pag. 39. Operum.*

Abſente Archiepiſcopo Interrex eſt quidam Epiſcopus majoris Poloniæ.

Nullo autem Archiepiſcopo Gneſnenſi exiſtente, dignitas hæc Interregis debetur Epiſcopis majoris Poloniæ, licet aliàs minor Polonia majorem præcedat, teſtibus Andrea Maximil. Fredr. *in Hiſt. Henr. p. 16.* & Epiſcopo Poſnanienſi apud Illuſtriſſ. Caſimirum Zawacki Capitaneum tunc Pucenſem, nunc Caſtellanum Culmenſem & Capitaneum Lipinenſem *in Diario Electionis Michaelis Koributhi Regis cui tit: Gloria orbi Sarmatico conſenſu monſtra-*

ſtrata pag.30. Inter Epiſcopos autem Majoris Poloniæ primus eſt Epiſcopus *Cujavienſis* (qui & *Wladislavienſis & Pomeraniæ* Epiſcopus vocatur) cui etiam dignitas hæc Interregia competit abſente vel prorſus non exiſtente Archiepiſcopo Gneſnenſi. Suſpicari igitur quispiam poſſet, ex hac etiam cauſa factum eſſe, quod Caſimirus Florianus Dux in Czartoryisk nominatus Archiepiſcopus Gneſnenſis in noviſſimo Interregno functus ſit munere Interregio, quia fuerat antea Epiſcopus Wladislavienſis ſive Cujavienſis. Cujavienſem in Majore Polonia Epiſcopum ſequitur *Poſnanienſis Epiſcopus*, cui etiam jus hoc in abſentia priorum competere perhibent. In ultimo quidem interregno contigit aliquid, ex quo illud, quod aſſeruimus, in dubium vocari poſſet. Nam cum die 19. Maji nominandus & proclamandus eſſet Rex electus, detractavit hoc munus in abſentia ſuperiorum Epiſcopus Poſnanienſis, nominationem ſine Epiſcopo Cracovienſi & Cujavienſi fieri non poſſe cauſatus. Sine dubio tamen hoc Poſnanienſis propterea tantum dixit, quoniam Cracovienſis & Cujavienſis Epiſcopi Varſaviæ tunc erant præſentes, ob certam verò cauſam in Rota Equeſtri adeſſe non poterant, *Vid. Dia-*

rium Electionis ad dict. diem. Quamvis verò, ut jam probatum eſt, dignitas Interregni Majori Poloniæ ſit adjuncta, poteſt tamen, non exiſtente Archiepiſcopo Gneſnenſi ordinario Interrege, Epiſcopus Cujavienſis id muneris, ſaltem ex parte ad quosdam actus, concedere alicui ſuperiorum Epiſcoporum Minoris Poloniæ, ut Archiepiſcopo Leopolienſi, vel Epiſcopo Cracovienſi, ut ex noviſſimo Interregno diſcimus, ubi morbo lethali laborante Archiepiſcopo Gneſnenſi nominato, & deinde etiam è vivis tempore Interregni ſublato, conſentientibus Epiſcopis majoris Poloniæ, Interregis officio functus eſt Epiſcopus Cracovienſis per totum illum Actum. Hæc ita obſervari ſolent, cum ordinariè & ſecundum conſuetudines antiquas Interregni negotia expediuntur. At vero diſſentientibus & in diverſa euntibus electoribus, munia Interregis alii etiam Epiſcopi de facto obeunt. Ita poſt obitum Stephani Bathorei Regis renunciarunt ſibi quidam Senatores Regem Maximilianum Archiducem Auſtriæ per Jacobum Voronecium nominatum Epiſcopum Kijovienſem, teſte Solikovio *pag. 195.* Ad extremum hoc etiam notandum eſt, Interregem Reipubl. negotia principio tractare ex con

Quando Epiſcopi minoris Poloniæ Interregis munere fungi queant.

Interrex omnia agit ex conſilio Senatorum.

conſilio Senatorum ſponte ſua ad Regium corpus cum ipſo Archiepiſcopo Primate & Interrege confluentium; deinde vero ipſi in ſocietatem muneris partemque curarum quosdam Senatores & Equites è minori majorique Polonia ut & Lithuania adjungi, ut factum eſt in Interregno poſt exceſſum Sigiſmundi Auguſti, quemadmodum ſcribit Fredro *in Hiſt. Henrici pag. 86.* Pöſtea verò additæ ſunt etiam quædam hac de re Conſtitutiones, ut in Confœderatione Generali Anni 1668. *pag. 13. ſeq.* & in noviſſima quoque Anni 1674. *pag. 14. ſeq.* in quibus hic ordo conſtituitur, ut Interrex negotia Reipubl. cum adjunctis ſibi Deputatis, ut vocant, ex minori majorique Polonia, & ex Magno Ducatu Lithuaniæ tractet; graviora autem & ad ſtatum Reipublicæ animamque interregni pertinentia cum omnibus Ordinibus in Comitiis Electionis demùm diſcutiat & pertractet. Solet autem ſatis copioſus Deputatorum numerus Archiepiſcopo adjungi. Fuerunt enim noviſſimo in Interregno circiter ſex Epiſcopi, ſeptendecim Palatini & Caſtellani, omnes ferme Magiſtratus, ſive, ut vocant, Officiales Ordinis Senatorii, & præter hos etiam ex ſingulis illis tribus gentibus duodeni Equites. Ex quibus

Deputati ex tribus gentibus Interregi adjuncti.

jam manifeſtum eſt, quam limitata & circumſcripta ſit Interregis poteſtas.

VIII. Simulatque igitur Interregnum vel per mortem Regiam, vel alio aliquo, ex ſupra dictis, modo, incidit, Interregis officium illud exigit, ut ſe continuò Varſaviam (ut plerumque fit) conferat, quo etiam alii Senatores ex proximo confluunt. Simul ac eò venit, continuò ex conſilio præſentium Senatorum Ordinibus Regni & Magni Ducatus Lithuaniæ Interregnum per Univerſales typis exſcriptas ſubque nominis ſui titulo emiſſas denunciat. Prodeunt verò Univerſales illæ non ex Cancellaria Regni, quæ ſub tempus Interregni plane ceſſat; ſed ex Cancellaria Interregis propria, quod etiam de aliis literis omnibus, quæ ad exteros Reges & Principes ſcribuntur, intelligendum eſt. In ipſis Univerſalibus primum ſignificatur Interregni cauſa, ſive illa ſit mors Regia, ſive abdicatio ſpontanea, ſive etiam alia. Deinde Interregnum publicari jubetur per miniſteriales (ſic vocantur miniſtri publici) in omnibus Palatinatibus, Diſtrictibus & caſtris. Poſtea in iisdem Univerſalibus literis tempus indicitur Conventuum particularium, ſive ut vocari conſueverunt Comitiolorum particularium & in quibusdam terris aut

Interregni denunciatio.

Cancellaria Regni tempore Interregni ceſſat.

Contenta Vniverſalium literarum.

aut Ducatibus, ut in Maſovia & Pruſſia, non ſolum particularium, ſed etiam generalium Comitiolorum. Videantur, quæ infra cap. VI. num. IX. ea de re tradimus. Præterea illa omnia, quæ ad ſecuritatem publicam faciunt conſervandam, immò ſæpius etiam alia ſpecialia in particularibus illis Comitiis proponi jubentur. Super hæc in dictis Univerſalibus dies certus indicitur, quo Varſaviæ CONVOCATIO ORDINVM OMNIVM REGNI ET MAGNI DVCATVS LITHVANIÆ GENERALIS haberi debeat, moneturq; Nobilitas, ut Nuncios ſuos ex ſingulis Diſtrictibus ad Convocationem illam mittant. Ad extremum etiam adduntur nomina Senatorum, ex quorum conſilio Interregnum hoc denunciare ſe ſcribit Interrex. Hæc fere ſunt Literarum ejusmodi Univerſalium ſumma capita, quæ tamen pro ratione temporis aliis adhuc punctis ſolent augeri; aliquando etiam quædam ex iis, quæ enumerata à nobis ſunt, ſi id ferant tempora, ſolent omitti. Ita igitur Univerſales illæ conceptæ typisq; poſtea exſcriptæ & inſuper ſigillo Interregis munitæ ad Capitaneos mittuntur, ut per hos ſolito more, de quo infra ſpecialiora quædam trademus, publicentur.

Univerſales typis mandatæ ad Capitaneos mittuntur.

Univerſaliũ publicatio. Iuſtitium poſt publicationem demum Interregni indicitur.

IX. Miſſum ita ad Capitaneos edictum, ubique, præſertim vero in urbibus & quidem in quatuor fori partibus, publicatur, JVSTITIVMq; per omnes Regni Polonici Provincias indicitur. Non enim ad ſolum rumorem obitûs Regii judicia Nobilitatis ordinaria in Regno & Magno Ducatu Lithuaniæ ceſſant; ſed neceſſaria eſt ad hoc Interregis denunciatio, de qua jam nobis ſermo eſt. Eapropter Anno 1632. mortuo Sigismundo III. Rege, Tribunal ſive ſupremum Regni judicium, quod Lublini exercebatur, & viginti quatuor milliaribus Varſaviâ diſtans, altero die de morte Regis certam notitiam habuerat, adeo non ceſſavit à functionibus ſuis, ut etiam in carceres detrudi juſſerit annunciatores privatos; ſicque judicia continuavit ad octavum poſt diem, donec ſignificatorias Archiepiſcopi Gneſnenſis accepit, ut refert Piaſecius *in Chron. ad dict. an. pag. 526.* Publicato dictum ad modum Interregno, Conventus particulares ſive Comitiola (quæ Polonis *Seymiki* vocantur) in ſingulis Palatinatibus & terris aguntur, ibique de ſecuritate publica & de illis, quæ in futura CONVOCATIONE generali proponenda ſunt, conſilia habentur. Tunc Gubernatores Diſtrictuum (qui & *Præfecti* &

Conventus particulares in Palatinatibus & Diſtrictibus habentur.

cti & *Capitanei*, Polonice autem *Staroſtowie* vocantur) ut & alii Bonorum Regiorum *tenutarii* ſive *Capitanei ſine jurisdictione*, monentur à Conventibus illis particularibus, ut vias publicas reddant ſecuras, graſſatoresque omnes è medio tollant. Tunc etiam Exploratores ultra Regni limites mittuntur, ne vicinorum conſilia Reipubl. lateant. Sed & ad Regni fines præſidia valida diſponuntur, ne hoſtibus in ipſa Regni viſcera pateat aditus. Equos è regno alicui educere, tum hominibus novarum rerum ſtudioſis egredi, aut ab extra adventare non licet: Literæ exterorum ad Senatum deferri mandantur, quo dematur occaſio partium capitibus per tabellarios cum extraneis colloquendi, ut ita libera Nobilitati relinquatur electio. Viæ ab hoſtili ora, detruncatis & aggeſtis arboribus intercluduntur, adjectis ad cuſtodiam præſidiis: extranei in militem ſcribi prohibentur. Nemini ex Optimatibus licitum eſt exercitum ſcribere, antequam ſuper eo Primatis auctoritatem & aliorum Senatorum proferat ſcripta: Singuli Nobiles, ut omnia bello parata domi habeant, ſignumque capiendorum armorum & auctoritatem ſummi conſilii exſpectent, imperatur: In urbibus & oppidis tumultus & ſcloporum

Securitas publica procuratur.

uſus interdicitur: popinæ occluduntur: muſici concentus (ſi Rex eſt mortuus) vetantur, lugubria omnia lugente Republica. Præcipua cura eſt circa Cracoviam, regni caput, ubi ſedes Regia, ubi Diplomata, corona, theſauri, aſſervantur. Hæc & alia ſimilia, prout illa neceſſitas & Reipubl. ſecuritas exigere videtur, in ſingulis Palatinatibus, præſertim ubi hæc maxime neceſſaria ſunt, adhuc ante Convocationem generalem ordinantur, in quibusdam etiam Palatinatibus nonnulla ex enumeratis rebus, ſi ſint minus neceſſaria omittuntur. Videatur de illis omnibus Andreas Fredro *in Hiſt. Henrici I. ad an. 1572. pag. 6. & ſeqq.* Semper vero ſingulari Conventuum Particularium Edicto initur *ſocietas* contra turbatores pacis & factioſos Cives, quod Edictum à Polonis latino nomine vocatur *Confœderatio*, linguâ verò vernaculâ *kaptur*, id eſt, velum capitis. Ratio autem appellationis hujus non una ab Auctoribus traditur. Sunt enim, qui Confœderationem ejusmodi à lugubri capitis velo dictam eſſe volunt, ut ſignificetur per hoc vocabulum, Rempubl. in luctu eſſe. Piaſecius *ad an. 1632. pag. 528.* Alii Confœderationem ejusmodi *kaptur* dictam volunt, quoniam eâ, veluti tegumento, vel galeâ quadam Reſpubl.

Confœderatio Polonicè kaptur.

publ. periculoſo Interregni tempore protegitur. Exempla confœderationum id genus reperiuntur apud Jacobum Priluſium *lib.1.Statutorum cap.1. art.2.* Fredr. *in Hiſt.Henr.1.p.152.* Diar.Europ. *Continuat. XVIII. pag. 431. ſeqq.* Vigore hujus Confœderationis inſtituitur in ſingulis Palatinatibus *Judicium ſummarium* (quod etiam *kaptur*, ſive *Sad Kapturowy*, item *judicium Interregni* vocatur) tantùm ſub tempus Interregni validum, quoniam eo tempore omnia Nobilium (in urbibus enim judicia ordinaria, ut ante ſub Rege, exercentur) Judicia ordinaria tam caſtrenſia quam Terreſtria ceſſant. Judicantur autem in his Judiciis extraordinariis Interregni cauſæ tantum criminales, contra quosvis Pacis publicæ violatores, quocunque etiam nomine venientes, Prædones, homicidas, Expulſores, ſpoliatores, omnisque generis violentiæ patratores. Aſſeſſores in Judiciis Kapturalibus leguntur ex validiori Nobilitate, qui cum ſuo Præſide (quem Marſchalcum aut *judicem Capturalem* vocant) jus habent vitæ & necis. *Vid.* Piaſec *in Chron. ad an. 1587. pag.64.* Severiores etiam pœnæ in graſſatores tunc ſtatuuntur, quam aliàs ordinariè infligi ſolent, teſte Piaſecio *loc. cit.* Duplicari pœnas omnes in Interregnis, retu-

Iudicia capturalia, inſtituuntur.

Criminales tantùm cauſæ pertinent ad judicia Capturalia.

retulit olim Joannes Zamoſcius Joanni Bodino, ut ipſe Bodinus refert *lib. VI. de Republ. cap. 5.* Sed quoniam & poſtea de his dabitur agendi locus, nihil amplius jam addimus, dummodo illud monuerimus, quod in Pruſſia Capturalia id genus Judicia non conſtituantur in particularibus ſingulorum Palatinatuum conventibus, ſed in Conventu generali Grudentino aut Mariæburgenſi, ubi unanimi Statuum & Ordinum Terrarum Pruſſiæ conſenſu publicoque laudo ex ſingulis Palatinatibus aliquot eliguntur Nobiles, qui in ſuis Palatinatibus ſimul cum Palatino ſive ſub Præſidio Palatini cauſas ejusmodi judicent. Conſtitutis ita judiciis Interregni extraordinariis, tandem in Conventibus dictis Nuncii Provinciales, ſive ut vulgo vocantur Nuncii Terreſtres *(Posłowie Ziemſcy)* ſoliro more eliguntur ad Convocationem Regni generalem Varſaviam mittendi. Ante autem quam Senatores & Nobilitas ex Conventibus particularibus diſcedant, ſolent prius lauda ſua & Confœderationes referenda curare ad Acta Caſtrenſia illius Diſtrictus in quo Conventus habetur. Quomodo autem & à quo hi conventus Convocentur, à quo dirigantur, quis ibidem obſervetur ordo & alia ſimilia, tum Deo volen-

Judicia Capturalia Pruſſica.

volente ſpecialius exponemus, quando nobis de Comitiis Polonorum ordinariis erit ſermo.

Convocatio generalis.

X. Poſt Conventus particulares, & in quibusdam etiam Provinciis Conventus generales habitos, de quibus ſuperiore numero dictum eſt, confluunt Varſaviam ad præfinitum CONVOCATIONI diem Senatores & Equeſtris Ordinis Delegati, ſive ut vocantur Nuncii Terreſtres, ex omnibus Minoris majorisque Poloniæ ut & Magni Ducatus Lithuaniæ Palatinatibus & Diſtrictibus aliisque annexis Provinciis. Ubi Varſaviam confluxere, conferunt ſe ſtatuto die in templum S. Joannis, à ſacris ſua negotia auſpicaturi. Re ſacra peracta Senatus cum Nunciis Terreſtribus in arcem progreditur, ubi Senatus ordinarium conclave Senatorium, ſuum quoque Delegati Provinciarum ingrediuntur. Tum Delegati ſive Nuncii Terreſtres Marſchalcum ſibi eligunt, ſive Ordinis ſui Directorem, qui à ſingulis poſtea in Conſultationibus ſententias petat, notet, coæquet, Nunciorum etiam nomine ad Senatum verba faciat, & quæ ſunt alia ejus munia, de quibus in ſequentibus erimus ſoliciti. Circa electionem Marſchalci Ordinis Equeſtris illud obſervandum eſt, quod non ex una ſemper gente

Convocationis initium à ſacris.

Nuncii eligunt ſibi Marſchalcum.

Marſchalcus non ex una ſemper gente eligitur.

gente eligatur; ſed hic ordo ſemper obſervetur, ut ſemel ex Minori, deinde ex Majori Polonia quo pertinet & Pruſſia, & tertio demum ex Magno Ducatu Lithuaniæ Marſchalcus eligatur, ob quam etiam cauſam Polonia dividitur in tres gentes, ut jam ſupra *lib. I. cap. ult.* monuimus. Poſtulavit quidem & Pruſſia per Nuncios ſuos in Convocatione Anni 1674. die 15. Januarii, ut & ipſa quarta gens conſtitueretur, & ut è Pruſſis quoque ordine recurrente ſemper Marſchalcus conſtitueretur: ſed nihil his poſtulatis ſuis profecit, præſertim cum Pruſſiæ quoque ratio habeatur ordine ad Majorem Poloniam, cui adjungitur Pruſſia, recurrente; ideoque etiam ex Pruſſia Marſchalcum aliquoties electum fuiſſe Conſtitutiones Regni teſtantur. Sed neque hoc omittendum eſt, quod in Marſchalco Nunciorum eligendo pluralitas ſuffragiorum obtineat, quemadmodum præter alios auctor eſt Illuſtriſſ. Caſimirus Zawacki *in lib. cui tit. Gloria Orbi Sarmatico &c. ſtatim in princ.*

Marſchalcus Nunciorum eligitur pluralitate ſententiarum.

Dum in conclavi Nunciorum Marſchalcus eligitur, Senatus quoque in ſuo Conſeſſu non eſt Otioſus. Inter alia in prima ſtatim ſeſſione jubet proclamari *Judicia Marſchalcalia,* quæ tunc temporis ſilentibus aliis judiciis omnibus in cauſis cri-

Judicia Marſchalcalia generalia.

criminalibus à Marſchalcis Ordinis Senatorii aliisque, qui ipſis adjunguntur, exerceri ſolent. Conqueſti quidem ſunt An. 1674. in Convocatione Nuncii Terreſtres, quod hæc proclamatio ſit facta ſine Ordines Equeſtris conſenſu, & quod hoc factum ſit in præjudicium Capturalium judiciorum Varſavienſis terræ; attamen nihil his querelis effectum eſt. Immo etiam hoc ipſo non obſtante Marſchalcis ſolita jurisdictio circa corpus Regium usque ad Electionem conceſſa eſt. *Vid. Confœderatio Anni 1674. pag. 21.* Cum Ordo Equeſtris in ſuo conclavi in Directorem conſenſit, mittuntur quidam ex ſingulis tribus gentibus (de quibus paulo ante diximus) in Senatorium, qui Marſchalci electionem jam eſſe peractam Senatui denuncient. His Interrex de novo Marſchalco gratulatur, rogatque ut quantocyùs Nuncii Terreſtres cum Senatu conſilia ſua conferant, adeoque conclavia ipſa conjungant. Invitatione hunc in modum peracta, Marſchalcus illo ipſo aut etiam ſequente die, prout commodum eſt, cum Nunciis Terreſtribus Senatorium ingreditur, introducente ipſum Marſchalco Regni ſupremo, vel etiam in ejus abſentia alio Marſchalco Senatorii ordinis, vel alio officialium Majorum,

Marſchalci electio Senatui denunciatur.

Nuncii introducuntur in Senatorium.

jorum, ut Cancellario, Procancellario, Theſaurario baculum Marſchalcalem tenente & in abſentia Marſchalcorum ſuffragia diſpenſante. Introductus ita Marſchalcus Nunciorum, conſidet in ſella inter Marſchalcum Regni & Marſchalcum Magni Ducatus Lithvaniæ, vel etiam in horum abſentia inter alios Officiales Senatorii ordinis præſentes; tum ad Senatum nomine Nunciorum verba facit, doloremque Ordinis Equeſtris ſuper orbitate Reipublicæ conteſtatur; tandemque hortatur Senatum, ut ad Patriæ ſecuritatem conſervandam conſilia in commune conferat. Reſpondet ipſi nomine Senatus Interrex, in qua reſponſione plerumque gratias agit Ordini equeſtri eumque collaudat, inprimis ſi præter opinionem intra breve tempus Marſchalcum ſine magnis animorum motibus elegit. Deinde proponit capita futurarum Conſultationum. Illa vero ſunt, *ſecuritas, locus & tempus Electionis futuræ*, quas ob cauſas tantùm hæc Convocatio Ordinum generalis indicitur, teſte Solikovio *in Commentar. rerum ab exceſſu Sigiſm. Aug. geſtarum pag. 181.* Abſente vel morbo aliquo laborante Interrege ordinario, nempe Archiepiſcopo Gneſnenſi, aut alius Epiſcopus Interregis officio functus deliberanda pro-

Marſchalcus Nunciorum ſalutat Senatum.

Interrex reſpondet Marſchalco.

Propoſitio Convocationis aut fit ab Interrege, aut prælegitur de ſcripto in ejus abſentia.

Digitized by Google

da proponit: aut etiam Primatis lecto affixi nomine Propoſitio de ſcripto publice prælegitur, ut factum eſt in Convocatione poſt obitum Stephani Bathorei Regis. Vid. Joannes Demetrius Solikovius *in Comment. pag. 174.* In ipſis Conſultationibus poſt Interregis Propoſitionem ſuſceptis, à ſecuritate publica fit initium, ad quam multa negotia, pro ratione temporum, referuntur. Ante omnia verò conclavibus dicto modo conjunctis Propoſitioneque facta Confœderationes Conventuum particularium pro Reipubl. ſecuritate factæ approbantur. Præter eas etiam, communi Ordinum conſenſu alia Confœderatio, quæ etiam *Confœderatio generalis omnium Ordinum* audit, conficitur & promulgatur contra eos, qui tumultum cient, vel alio modo quietem & ſecuritatem publicam turbant. Simul etiam alia quædam circa Confœderationes Conventuum particularium determinantur, v. g. quousque Judicia Capturalia in ſingulis Palatinatibus durare debeant, & quæ ſunt id genus alia, de quibus potiſſimùm conſuli poteſt Confœderatio Anni 1674. Et in hac Confœderatione Ordinum generali, quæ poſtea typis imprimitur, ſeveriſſimæ in delinquentes pœnæ conſtituuntur,

Conſultatio de ſecuritate publica.

Confœderatio generalis inſtituitur.

T uuntur,

untur, ut ex Actis ſingularum Convocationum & Electionum probari poteſt. Quoniam etiam ad ſecuritatem publicam pertinent Legationes, igitur hoc non poſtremum eſt Conſultationum harum caput. Legati igitur ad vicinos Principes fœderum renovandorum gratia mittuntur. Legati contra exterorum Principum audiuntur. Literæ autem exterorum Principum in pleno Senatus conſeſſu apertæ, quæ ad Senatum ſcriptæ ſunt, præleguntur publicè à Secretario majore vel etiam à Referendario Regni: ad ordinem autem Equeſtrem exaratæ, leguntur publicè à Marſchalco Ordinis Equeſtris. *Vid. Diaria Electionis Michaelis & Joannis III. Regum.* Legatis dein ipſis imperatur, ut qui ante obitum Regis reſponſa accepiſſent, intra octavum diem abſcedant; cæteri, qui ad Electionem futuri Regis ſtudia Principum conferunt, intra Poloniam ut maneant monentur, diſcretim tamen & remotiùs ab Electionis loco, ne factioſos quosque convenire, vel ab aliis conveniri poſſint. Singulis etiam aliquando adjunguntur è Nobilitate Polonica cuſtodes, & locus etiam manendi in diverſis urbibus aſſignatur. *Vid.* Fredro *loc. cit.* Sæpius quoque magno animorum motu materia de Reſidentibus extraneorum Principum è Polonia

Literæ exterorum Principum.

Legati exteri.

Reſidentes exterorum Principum.

lonia removendis tractatur, ut ex Diariis ſingularũm Electionum videre licet. In medium præterea frequenter venit materia de militum ſtipendiis, de Commiſſionibus variis, de Exorbitantiis, aliisque rebus compluribus, quas facile temporum ratio ſuppeditat. Primati quoque ex tribus gentibus quidam adjunguntur in Convocatione, ex quorum ille Conſilio negotia Reipubl. inpoſterum per totum Interregnum tractet, de quo jam ſupra num. VIII. dictum. Deſtinantur etiam ad Exercituum Duces ab Interrege ex Senatorio, & à Marſchalco Nunciorum ex Equeſtri ordine, qui cum ipſis Conſilia bellica mature tractent & peragant. Deſignantur item nonnulli ad Reviſionem bonorum Menſæ Regiæ, qui de ſtatu redituum ſub tempus Electionis Rempubl. informent. Deniq; ad octo illos Senatores, ſub quorum ſigillis & clavibus ex lege theſaurus aſſervatur (hi ſunt Caſtellanus Cracovienſis, ut & Cracovienſis, Poſnanienſis, Wilnenſis, Sendomirienſis, Caliſſienſis, Trocenſis Palatini cum Theſaurario Regni) alii complures ex utroq; Ordine, Senatorio nimirum & Equeſtri, ad revidendum theſaurum, tam ubi inſignia, quam ubi Archiva Regni depoſita ſunt denominantur, ut ſecundum inventarium conſcribant Regiſtrum in Co-

Conſilia bellica.

Reviſio Bonorum menſæ Regiæ.

Reviſio theſauri.

mitiis Coronationis producendum, ut hæc omnia diſcimus ex Confœderationibus Anni 1669. & An. 1674. Quoniam verò theſaurus, niſi præſentibus omnibus illis octo Senatoribus recludi non poteſt, ideo ſontica de cauſa abſens clavem ſuam aliis mittere legibus adigitur, quas vide apud Janum Januſzovium *in lib. Privileg. & Interregnorum Polon. pag. 112.* Expeditis illis omnibus, quæ ad ſecuritatem publicam faciunt procurandam, quibus tamen non raro multæ privatorum lites admiſcentur, conſtituitur certum tempus Comitiorum Electionis futuræ. His negotiis expediendis raro ſufficit tempus Convocationi in Univerſalibus Interregiis deſtinatum, quod ordinarie tantum eſt *duarum hebdomadarum*, ideo frequenter Convocationis hujus tempus in ipſo hoc Ordinum Conventu ſolet prorogari. In Interregno poſt ſpontaneam Joannis Caſimiri Regis abdicationem, antequam Ordines è convocatione generali diſceſiſſent, præſtiterunt omnes jusjurandum, quo ſanctiſſime promittebant, ſeſe in futura Electione privatum commodum non quæſituros. Primo loco jusjurandum illud præſtiterunt Epiſcopi ſtantes, præeunte verba Interrege ipſo. Hos ſecuti ſunt Senatores ſeculares qui

Tempus Electionis conſtituitur.

Convocatio per leges non niſi duabus hebdomadis durare debet.

Jusjurandum Ordinum in Convocatione.

& qui

& quini, deinde Officiales Regni & Magni Ducatus Lithuaniæ, & tandem Nuncii Terreſtres ſecundum Palatinatuum Ordinem in genua procumbentes. *Vid. Diar. Europ Continuat. XIX. pag. 157.* Ante autem quam ex hac Convocatione pedem moveamus, neque illud prætereundum eſſe videtur, quod in nupero Interregno obſervatum eſſe legimus. Quamprimum enim fieri potuit, adeoque ſub ipſa Convocationis initia, Interrex cum Senatoribus & Marſchalcus Ord. Eqv. cum Nunciis Terreſtribus, iverunt ad Reginam viduam, eidem dolorem ſuum ſuper obitu mariti ejus & Regis ſui conteſtaturi. Regina tunc conſederat in ſolio ſub uraniſco: ſed accedentibus illis aſſurrexit, orationesque ipſorum audivit. Primus nomine Senatus verba fecit Primas Regni & Interrex, quem Marſchalcus Ordinis Equeſtris ſubſecutus eſt. Utrique nomine Reginæ reſpondit Reginæ Cancellarius. *Vid. Diarium Convocationis illius Anni 1674. die 22. Januarii.*

Reginam viduam inviſunt Ordines.

XI. Poſt Convocationem dicto modo celebratam habentur iterum in ſingulis Palatinatibus & Diſtrictibus ſolitis in locis Conventus particulares, in quibus Nuncii Terreſtres Nobilitati referunt, quæ in Convocatione Ordinum Regni & Magni

Conventus particulares Comitia Electionis præcedentes.

Magni Ducatus Lithuaniæ ſint acta: indicant etiam diem futuræ Electioni deſtinatum præfixumque. Poſthæc Nobilitas ſolito more conſultat de illis, quæ in futuris Comitiis Electionis proponi debent. Poſtremo Nuncii Terreſtres ad eadem Comitia Electionis mittendi eliguntur. In Pruſſia hoc in caſu Epiſcopus Varmienſis terrarum Pruſſiæ Præſes literis ſub ſuo nomine dimiſſis Ordines Pruſſiæ, ut Epiſcopum, Palatinos, Caſtellanos, Succamerarios, Civitates Majores, Ordinem equeſtrem, minoreſque Civitates ad Conventus particulares & generales Pruſſiæ habendos invitat, certumque tempus determinat.

In Pruſſia munia Epiſcopi Varmienſis in Interregno.

XII. Jam accedimus ad COMITIA ELECTIONIS, quibus habendis, ut aliis Comitiis Ordinariis *ſex hebdomadæ* deſtinatæ ſunt. *Locus* ubi jus mosque eligendi Reges, olim fuit Petricovia, teſte Matthia a Michovia *in Chron. lib. IV. cap. LXXX.* Sed poſt conjunctionem Regni Poloniæ cum Magno Ducatu Lithuaniæ factam Comitia Electionis Regiæ, ut & ipſa electio, celebrantur prope Varſaviam & pagum Wola in patente campo, in loco à Marſchalcis utriusque gentis (nempe Polonicæ & Lithuanicæ) foſſâ deſignato *Vid. Confœderatio generalis Interre-*

Comitia Electionis ſex hebdomadarum.

Locus Electionis fuit olim Petricovia.

Hodie eſt locus prope VVarſaviam.

terre-

Digitized by Google

terregni poſt obitum Sigiſmundi III. Hoc in loco duo ſunt communes & univerſales conſeſſus. Alter Senatorum, qui in Interregno poſt exceſſum Sigiſmundi Auguſti fuit ſub tentorio ampliſſimo & ſpectatiſſimo, ut auctor eſt Joan. de metr. Solikovius *pag. 7.* Nunc excitari ſolet pro ſenatu ſubitarium & in tempus tantum duraturum ædificium, quod patriâ voce *Szopa* nominatur. Alter conſeſſus eſt ſub dio Delegatorum à Palatinatibus & terris Regni & Magni Ducatus Lithuaniæ, ſive, ut vulgo eos nominant, Nunciorum Terreſtrium. Itaque ubi Senatores ut & Nuncii Terreſtres ad Comitia Electionis Varſaviam confluxere, à ſacris fit initium. Deinde Senatores in campo ſuam *Szopam*, Nuncii ſuam Rotam Equeſtrem petunt. Prima Nunciorum cura eſt circa electionem novi Marſchalci ſive Directoris rotæ Equeſtris, qui ex una trium gentium, quam ordo tangit, eligitur, interea Conventum moderante Marſchalco proximè præteritæ Convocationis. Electus Marſchalcus fidem ſuam in duobus proximis Interregnis coactus eſt obſtringere Nobilitati jurejurando præſtito, quod officium ſibi demandatum fideliter adminiſtraturus; nulla munera à quoquam eſſet accepturus; cum

Dûo conſeſſus in Campo.

Szopa Senatorum.

Comitiorum initium à ſacris.

Nuncii eligunt Marſchalcum.

Marſchalci Nunciorum jusjurandum.

nemine competitorum Regni conventus privatos habiturus; Authenticum etiam Electionis liberæ ſine ſcitu & conſenſu totiusReipubl.non eſſet ſubſcripturus. *Vid. Diarium Elect. an. 1674. d. 20. April.* Poſthæc eodem modo, ut ſupra dictum eſt, Marſchalcus Nobilitatis recens electus ex trium gentium Nunciis ſingulos nominat, qui *Senatoribus*, vel, ut loqui amant, *Senioribus Fratribus*; Electionem Marſchalci jam eſſe factam denuncient. Deinde Marſchalcus pro more cum Nunciis Terreſtribus *Szopam* ingreditur, Senatoresque, dicto jam ſupra modo ſalutat. Proximis in ſeſſionibus *de judiciis generalibus Interregni*, quæ *Judicia Capturalia* vulgo vocantur, agi ſolet, ad quæ cauſæ graviores, ut cauſæ proditionis Patriæ, apparatus Bellici &c. pertinent. Aſſeſſores generalis hujus Judicii Capturalis ſunt I. Marſchalci Regni & Magni Ducatus Lithuaniæ, nempe Marſchalcus Regni ſupremus; Marſchalcus M. Duc. Lithv. ſupremus; Marſchalcus curiæ Regni; Marſchalcus curiæ Magni Duc. Lithvan. II. Tres Senatores ab Interrege deſignati, ex ſingulis trium gentium unus. III. Duodecim equeſtris Ordinis viri, à Marſchalco Nunciorum in Rota Equeſtri ex Nunciis ipſis electi, ita

Denunciatio Marſchalci fit Senatoribus.

Conclavia conjunguntur.

De Judiciis Capturalibus agitur.

Aſſeſſores judicii hujus.

Digitized by Google

ita ut ex ſingulis trium illarum gentium ſint quatuor. In Interregnis tamen poſtremis duobus, nempe anni 1669. & 1674. agitata eſt controverſia in Rota Equeſtri de illa quæſtione, utrum Marſchalco Nunciorum ſoli ſit concedenda poteſtas nominandi & eligendi ex Nobilitate Aſſeſſores illos duodecim ad judicia Capturalia generalia: an vero toti Nunciorum Collegio jus illud ſit vindicandum? Multi omnium calculis illos eſſe eligendos exiſtimabant, & quidem quia lex certa jubet, ut Deputati ad judicia hæc nemine contradicente eligantur. Cum vero Marſchalcus Nunciorum dixiſſet, licere poſt denominationem à ſe factam cuique Nunciorum contra denominatum legitimam exceptionem inferre, & hoc tantum velle citatam legem, acquievit Ordo equeſtris, jusque illud Marſchalco ſuo reliquit, ut ſolus more antiquo judices dictos eligeret; hac nihilominus addita cautela, ne ex uno Palatinatu plures quam ex alio, neve abſentes nominaret. *Vid.* Caſimirus Zawacki *in lib. Gloria orbi Sarm. &c. pag. 3. & Diarium Electionis Anni 1674. d. 21. Aprilis.* His peractis eodem vel ſequenti die conferunt ſe Nuncii Terreſtres in *Szopam* ad Seniores Fratres, ubi Judices Capturales omnes Senatorii &

Controverſia de Deputatis ad judicia Capturalia ex Equeſtri Ordine.

Iusjurandum Aſſeſſorum judicii Capturalis.

Equeſtris Ordinis jusjurandum genibus flexis de juſte judicando præſtant. Senatoribus rotam jurisjurandi prælegit unus ex Officialibus majoribus, & inter eos maxime Cancellarius: Nunciis autem illis duodecim Marſchalcus Ordinis Equeſtris. Non minus etiam Marſchalci utriusque Gentis fidem ſuam jurejurando, quod juſte velint judicare, in facie omnium Ordinum obligant. *Vid. Diar. Electtion. anni 1674. d. 23. April.* Hoc autem jusjurandum de juſtè judicando Marſchalci Senatorii Ordinis in Electione demum Wladislai IV. Regis præſtare cœperunt, ut ex Diario illius Electionis MS. liquet. Ne quem autem hæcce judicii generalis Capturalis ratio turbet, eò quod jam antea judicia ejusmodi Capturalia in ſingulis Palatinatibus inſtitui ſolere diximus: ideò notandæ ſunt differentiæ judiciorum illorum Interregni particularium & hujus Judicii Capturalis generalis. Nimirum ad judicia illa particularia deferuntur cauſæ tantum ex ſingulis Palatinatibus: ad judicium autem hoc generale cauſæ omnium ad Electionem confluentium. Deinde judicia particularia Interregni habent tantum judices ex ſingulis Palatinatibus: Generalia autem ex omnibus tribus gentibus. Tertio

Marſchalci utriusque gentis jurant.

Differentia judiciorum Capturalium particulariũ & generalium.

Digitized by Google

tio judicia particularia incipiunt ab ipſo primo conventu poſt denunciationem mortis Regiæ ab Interrege factam & habentur usq; ad diem coronationis Regiæ. *Vid. Confœd. Anni 1668. pag. 6. & Confœd. An. 1674. pag. 6.* At verò judicium Interregni Generale tantum ſub tempus Electionis durat, niſi quod Marſchalci jurisdictionem ſuam etiam ab ipſo convocationis die habeant in aula circa corpus Regium, uti hæc fere omnia maxime ex Confœderatione Anni 1674. diſcimus. Præſtito ita in facie Reipubl. à judicibus Capturalibus jurejurando, regreſſi Nuncii Terreſtres in Rotam ſuam cum Ordinis ſui Directore de variis rebus diſceptant. Inprimis autem materia *Exorbitantiarum* in omnium ore eſt. Exorbitantias vero appellant vulnera Reipubl. inflicta partim à Regibus ipſis, partim ab aliis Ordinibus. v. g. In Interregno Anni 1669. inter Exorbitantias numeratur Decretum à Joanne Caſimiro Rege in Georgium Lubomirſcium Marſchalcum Regni latum; item illa omnia, quæ in jurejurando Regio expreſſa, non tamen ſunt à Rege obſervata; Abdicatio quoq; ipſa Regis Joannis Caſimiri inter Exorbitantias cenſetur. Item ſi quid Regi injuſte permiſſum eſſe videtur, illud exorbitantiæ nomine deſi-

Conſultationes Nunciorum in Rota equeſtri.

Exorbitantiæ.

jorum, ut Cancellario, Procancellario, Theſaurario baculum Marſchalcalem tenente & in abſentia Marſchalcorum ſuffragia diſpenſante. Introductus ita Marſchalcus Nunciorum, conſidet in ſella inter Marſchalcum Regni & Marſchalcum Magni Ducatus Lithvaniæ, vel etiam in horum abſentia inter alios Officiales Senatorii ordinis præſentes; tum ad Senatum nomine Nunciorum verba facit, doloremque Ordinis Equeſtris ſuper orbitate Reipublicæ conteſtatur; tandemque hortatur Senatum, ut ad Patriæ ſecuritatem conſervandam conſilia in commune conferat. Reſpondet ipſi nomine Senatus Interrex, in qua reſponſione plerumque gratias agit Ordini equeſtri eumque collaudat, inprimis ſi præter opinionem intra breve tempus Marſchalcum ſine magnis animorum motibus elegit. Deinde proponit capita futurarum Conſultationum. Illa vero ſunt, *ſecuritas, locus & tempus Electionis futuræ*, quas ob cauſas tantùm hæc Convocatio Ordinum generalis indicitur, teſte Solikovio *in Commentar. rerum ab exceſſu Sigiſm. Aug. geſtarum pag. 181.* Abſente vel morbo aliquo laborante Interrege ordinario, nempe Archiepiſcopo Gneſnenſi, aut alius Epiſcopus Interregis officio functus deliberanda pro-

Marſchalcus Nunciorum ſalutat Senatum.

Interrex reſpondet Marſchalco.

Propoſitio Convocationis aut fit ab Interrege, aut prælegitur de ſcripto in ejus abſentia.

da proponit: aut etiam Primatis lecto affixi nomine Propoſitio de ſcripto publice prælegitur, ut factum eſt in Convocatione poſt obitum Stephani Bathorei Regis. Vid. Joannes Demetrius Solikovius *in Comment. pag. 174.* In ipſis Conſultationibus poſt Interregis Propoſitionem ſuſceptis, à ſecuritate publica fit initium, ad quam multa negotia, pro ratione temporum, referuntur. Ante omnia verò conclavibus dicto modo conjunctis Propoſitioneque facta Confœderationes Conventuum particularium pro Reipubl. ſecuritate factæ approbantur. Præter eas etiam, communi Ordinum conſenſu alia Confœderatio, quæ etiam *Confœderatio generalis omnium Ordinum* audit, conficitur & promulgatur contra eos, qui tumultum cient, vel alio modo quietem & ſecuritatem publicam turbant. Simul etiam alia quædam circa Confœderationes Conventuum particularium determinantur, v. g. quousque Judicia Capturalia in ſingulis Palatinatibus durare debeant, & quæ ſunt id genus alia, de quibus potiſſimùm conſuli poteſt Confœderatio Anni 1674. Et in hac Confœderatione Ordinum generali, quæ poſtea typis imprimitur, ſeveriſſimæ in delinquentes pœnæ conſtituuntur,

Conſultatio de ſecuritate publica.

Confœderatio generalis inſtituitur.

T

untur, ut ex Actis ſingularum Convocationum & Electionum probari poteſt. Quoniam etiam ad ſecuritatem publicam pertinent Legationes, igitur hoc non poſtremum eſt Conſultationum harum caput. Legati igitur ad vicinos Principes fœderum renovandorum gratia mittuntur. Legati contra exterorum Principum audiuntur. Literæ autem exterorum Principum in pleno Senatus conſeſſu apertæ, quæ ad Senatum ſcriptæ ſunt, prælegunter publicè à Secretario majore vel etiam à Referendario Regni: ad ordinem autem Equeſtrem exaratæ, leguntur publicè à Marſchalco Ordinis Equeſtris. *Vid. Diaria Electionis Michaelis & Joannis III. Regum.* Legatis dein ipſis imperatur, ut qui ante obitum Regis reſponſa accepiſſent, intra octavum diem abſcedant; cæteri, qui ad Electionem futuri Regis ſtudia Principum conferunt, intra Poloniam ut maneant monentur, diſcretim tamen & remotiùs ab Electionis loco, ne factioſos quosque convenire, vel ab aliis conveniri poſſint. Singulis etiam aliquando adjunguntur è Nobilitate Polonica cuſtodes, & locus etiam manendi in diverſis urbibus aſſignatur. *Vid.* Fredro *loc. cit.* Sæpius quoque magno animorum motu materia de Reſidentibus extraneorum Principum è Polonia

Literæ exterorum Principum.

Legati exteri.

Reſidentes exterorum Principum.

lonia removendis tractatur, ut ex Diariis ſingularũm Electionum videre licet. In medium præterea frequenter venit materia de militum ſtipendiis, de Commiſſionibus variis, de Exorbitantiis, aliisque rebus compluribus, quas facile temporum ratio ſuppeditat. Primati quoque ex tribus gentibus quidam adjunguntur in Convocatione, ex quorum ille Conſilio negotia Reipubl. inpoſterum per totum Interregnum tractet, de quo jam ſupra num. VIII. dictum. Deſtinantur etiam ad Exercituum Duces ab Interrege ex Senatorio, & à Marſchalco Nunciorum ex Equeſtri ordine, qui cum ipſis Conſilia bellica mature tractent & peragant. Deſignantur item nonnulli ad Reviſionem bonorum Menſæ Regiæ, qui de ſtatu redituum ſub tempus Electionis Rempubl. informent. Deniq; ad octo illos Senatores, ſub quorum ſigillis & clavibus ex lege theſaurus aſſervatur (hi ſunt Caſtellanus Cracovienſis, ut & Cracovienſis, Poſnanienſis, Wilnenſis, Sendomirienſis, Caliſſienſis, Trocenſis Palatini cum Theſaurario Regni) alii complures ex utroq; Ordine, Senatorio nimirum & Equeſtri, ad revidendum theſaurum, tam ubi inſignia, quam ubi Archiva Regni depoſita ſunt denominantur, ut ſecundum inventarium conſcribant Regiſtrum in Co-

Conſilia bellica.

Reviſio Bonorum menſæ Regiæ.

Reviſio theſauri.

T 2 mitiis

Digitized by Google

mitiis Coronationis producendum, ut hæc omnia diſcimus ex Confœderationibus Anni 1669. & An. 1674. Quoniam verò theſaurus, niſi præſentibus omnibus illis octo Senatoribus recludi non poteſt, ideo ſontica de cauſa abſens clavem ſuam aliis mittere legibus adigitur, quas vide apud Janum Januſzovium *in lib. Privileg. & Interregnorum Polon. pag. 112.* Expeditis illis omnibus, quæ ad ſecuritatem publicam faciunt procurandam, quibus tamen non raro multæ privatorum lites admiſcentur, conſtituitur certum tempus Comitiorum Electionis futuræ.

Tempus Electionis conſtituitur.

His negotiis expediendis rarò ſufficit tempus Convocationi in Univerſalibus Interregiis deſtinatum, quod ordinariè tantum eſt *duarum hebdomadarum*, ideo frequenter Convocationis hujus tempus in ipſo hoc Ordinum Conventu ſolet prorogari. In Interregno poſt ſpontaneam Joannis Caſimiri Regis abdicationem antequam Ordines è convocatione generali diſceſſiſſent, præſtiterunt omnes jusjurandum, quo ſanctiſſime promittebant, ſeſe in futura Electione privatum commodum non quæſituros. Primo loco jusjurandum illud præſtiterunt Epiſcopi ſtantes, præeunte verba Interrege ipſo. Hos ſecuti ſunt Senatores ſeculares quin

Convocatio per leges non niſi duabus hebdomadis durare debet.

Jusjurandum Ordinum in Convocatione.

& qui

& quini, deinde Officiales Regni & Magni Ducatus Lithuaniæ, & tandem Nuncii Terreſtres ſecundum Palatinatuum Ordinem in genua procumbentes. *Vid. Diar. Europ Continuat. XIX. pag. 157.* Ante autem quam ex hac Convocatione pedem moveamus, neque illud prætereundum eſſe videtur, quod in nupero Interregno obſervatum eſſe legimus. Quamprimum enim fieri potuit, adeoque ſub ipſa Convocationis initia, Interrex cum Senatoribus & Marſchalcus Ord. Eqv. cum Nunciis Terreſtribus, iverunt ad Reginam viduam, eidem dolorem ſuum ſuper obitu mariti ejus & Regis ſui conteſtaturi. Regina tunc conſederat in ſolio ſub uraniſco: ſed accedentibus illis aſſurrexit, orationesque ipſorum audivit. Primus nomine Senatus verba fecit Primas Regni & Interrex, quem Marſchalcus Ordinis Equeſtris ſubſecutus eſt. Utrique nomine Reginæ reſpondit Reginæ Cancellarius. *Vid. Diarium Convocationis illius Anni 1674. die 22. Januarii.*

Reginam viduam inviſunt Ordines.

XI. Poſt Convocationem dicto modo celebratam habentur iterum in ſingulis Palatinatibus & Diſtrictibus ſolitis in locis Conventus particulares, in quibus Nuncii Terreſtres Nobilitati referunt, quæ in Convocatione Ordinum Regni & Magni

Conventus particulares Comitia Electionis præcedentes.

Digitized by Google

Magni Ducatus Lithuaniæ ſint acta: indicant etiam diem futuræ Electioni deſtinatum præfixumque. Poſthæc Nobilitas ſolito more conſultat de illis, quæ in futuris Comitiis Electionis proponi debent. Poſtremo Nuncii Terreſtres ad eadem Comitia Electionis mittendi eliguntur. In Pruſſia hoc in caſu Epiſcopus Varmienſis terrarum Pruſſiæ Præſes literis ſub ſuo nomine dimiſſis Ordines Pruſſiæ, ut Epiſcopum, Palatinos, Caſtellanos, Succamerarios, Civitates Majores, Ordinem equeſtrem, minoresque Civitates ad Conventus particulares & generales Pruſſiæ habendos invitat, certumque tempus determinat.

In Pruſſia munia Epiſcopi Varmienſis in Interregno.

XII. Jam accedimus ad COMITIA ELECTIONIS, quibus habendis, ut aliis Comitiis Ordinariis *ſex hebdomadæ* deſtinatæ ſunt. *Locus* ubi jus mosque eligendi Reges, olim fuit Petricovia, teſte Matthia a Michovia *in Chron. lib. IV. cap. LXXX.* Sed poſt conjunctionem Regni Poloniæ cum Magno Ducatu Lithuaniæ factam Comitia Electionis Regiæ, ut & ipſa electio, celebrantur prope Varſaviam & pagum Wola in patente campo, in loco à Marſchalcis utriusque gentis (nempe Polonicæ & Lithuanicæ) foſſà deſignato *Vid. Confœderatio generalis Interre-*

Comitia Electionis ſex hebdomadarum.

Locus Electionis fuit olim Petricovia.

Hodie eſt locus prope VVarſaviam.

terre-

terregni poſt obitum Sigiſmundi III. Hoc in loco duo ſunt communes & univerſales conſeſſus. Alter Senatorum, qui in Interregno poſt exceſſum Sigiſmundi Auguſti fuit ſub tentorio ampliſſimo & ſpectatiſſimo, ut auctor eſt Joan. de metr. Solikovius *pag. 7.* Nunc excitari ſolet pro ſenatu ſubitarium & in tempus tantum duraturum ædificium, quod patriâ voce *Szopa* nominatur. Alter conſeſſus eſt ſub dio Delegatorum & Palatinatibus & terris Regni & Magni Ducatus Lithuaniæ, ſive, ut vulgo eos nominant, Nunciorum Terreſtrium. Itaque ubi Senatores ut & Nuncii Terreſtres ad Comitia Electionis Varſaviam confluxere, à ſacris fit initium. Deinde Senatores in campo ſuam *Szopam*, Nuncii ſuam Rotam Equeſtrem petunt. Prima Nunciorum cura eſt circa electionem novi Marſchalci ſive Directoris rotæ Equeſtris, qui ex una trium gentium, quam ordo tangit, eligitur, interea Conventum moderante Marſchalco proximè præteritæ Convocationis. Electus Marſchalcus fidem ſuam in duobus proximis Interregnis coactus eſt obſtringere Nobilitati jurejurando præſtito, quod officium ſibi demandatum fideliter adminiſtraturus; nulla munera à quoquam eſſet accepturus; cum nemi-

Dûo conſeſſus in Campo.

Szopa Senatorum.

Comitiorum initium à ſacris.

Nuncii eligunt Marſchalcum.

Marſchalci Nunciorum jusjurandum.

nemine competitorum Regni conventus privatos habiturus; Authenticum etiam Electionis liberæ ſine ſcitu & conſenſu totiusReipubl.non eſſet ſubſcripturus. *Vid. Diarium Elect. an. 1674. d. 20. April.* Poſthæc eodem modo, ut ſupra dictum eſt, Marſchalcus Nobilitatis recens electus ex trium gentium Nunciis ſingulos nominat, qui *Senatoribus*, vel, ut loqui amant, *Senioribus Fratribus*; Electionem Marſchalci jam eſſe factam denuncient. Deinde Marſchalcus pro more cum Nunciis Terreſtribus *Szopam* ingreditur, Senatoresque, dicto jam ſupra modo ſalutat. Proximis in ſeſſionibus *de judiciis generalibus Interregni*, quæ *Judicia Capturalia* vulgo vocantur, agi ſolet, ad quæ cauſæ graviores, ut cauſæ proditionis Patriæ, apparatus Bellici &c. pertinent. Aſſeſſores generalis hujus Judicii Capturalis ſunt I. Marſchalci Regni & Magni Ducatus Lithuaniæ, nempe Marſchalcus Regni ſupremus; Marſchalcus M. Duc. Lithv. ſupremus; Marſchalcus curiæ Regni; Marſchalcus curiæ Magni Duc. Lithvan. II. Tres Senatores ab Interrege deſignati, ex ſingulis trium gentium unus. III. Duodecim equeſtris Ordinis viri, à Marſchalco Nunciorum in Rota Equeſtri ex Nunciis ipſis electi, ita

Denunciatio Marſchalci fit Senatoribus.

Conclavia conjunguntur.

De Iudiciis Capturalibus agitur.

Aſſeſſores judicii hujus.

Digitized by Google

ita ut ex ſingulis trium illarum gentium ſint quatuor. In Interregnis tamen poſtremis duobus, nempe anni 1669. & 1674. agitata eſt controverſia in Rota Equeſtri de illa quæſtione, utrum Marſchalco Nunciorum ſoli ſit concedenda poteſtas nominandi & eligendi ex Nobilitate Aſſeſſores illos duodecim ad judicia Capturalia generalia: an vero toti Nunciorum Collegio jus illud ſit vindicandum? Multi omnium calculis illos eſſe eligendos exiſtimabant, & quidem quia lex certa jubet, ut Deputati ad judicia hæc nemine contradicente eligantur. Cum vero Marſchalcus Nunciorum dixiſſet, licere poſt denominationem à ſe factam cuique Nunciorum contra denominatum legitimam exceptionem inferre, & hoc tantum velle citatam legem, acquievit Ordo equeſtris, jusque illud Marſchalco ſuo reliquit, ut ſolus more antiquo judices dictos eligeret; hac nihilominus addita cautela, ne ex uno Palatinatu plures quam ex alio, neve abſentes nominaret. *Vid.* Caſimirus Zawacki *in lib. Gloria orbi Sarm. &c. pag. 3. & Diarium Electionis Anni 1674. d. 21. Aprilis.* His peractis eodem vel ſequenti die conferunt ſe Nuncii Terreſtres in *Szopam* ad Seniores Fratres, ubi Judices Capturales omnes Senatorii &

Controverſia de Deputatis ad judicia Capturalia ex Equeſtri Ordine.

Iusjurandum Aſſeſſorum judicii Capturalis.

Digitized

tio judicia particularia incipiunt ab ipſo primo conventu poſt denunciationem mortis Regiæ ab Interrege factam & habentur usq; ad diem coronationis Regiæ. *Vid. Confœd. Anni 1668. pag. 6. & Confœd. An. 1674. pag. 6.* At verò judicium Interregni Generale tantum ſub tempus Electionis durat, niſi quod Marſchalci jurisdictionem ſuam etiam ab ipſo convocationis die habeant in aula circa corpus Regium, uti hæc fere omnia maxime ex Confœderatione Anni 1674. diſcimus. Præſtito ita in facie Reipubl. à judicibus Capturalibus jurejurando, regreſſi Nuncii Terreſtres in Rotam ſuam cum Ordinis ſui Directore de variis rebus diſceptant. Inprimis autem materia *Exorbitantiarum* in omnium ore eſt. Exorbitantias vero appellant vulnera Reipubl. inflicta partim à Regibus ipſis, partim ab aliis Ordinibus. v. g. In Interregno Anni 1669. inter Exorbitantias numeratur Decretum à Joanne Caſimiro Rege in Georgium Lubomirſcium Marſchalcum Regni latum; item illa omnia, quæ in jurejurando Regio expreſſa, non tamen ſunt à Rege obſervata; Abdicatio quoq; ipſa Regis Joannis Caſimiri inter Exorbitantias cenſetur. Item ſi quid Regi injuſte permiſſum eſſe videtur, illud exorbitantiæ nomine deſi-

Conſultationes Nunciorum in Rota equeſtri.

Exorbitantiæ.

Digitized by Google

deſignatur. *Vid.* Diarium Electionis *an. 1674. d. 17. Maji* & Caſimir. Zawacki *in Gloria Orbi Sarm. &c. Item ipſa Acta Electionis ejus.* De his Exorbitantiis non tractatur in media Rota Equeſtri ſive in pleno conſeſſu Nunciorum Terreſtrium, neq; in Senatorum conventu in *Szopa:* ſed ſecundum antiquum morem quidam Senatores ex ſingulis tribus gentibus ab Interrege & Nuncii quidam Terreſtres, habita itidem trium illarum gentium ratione à Marſchalco Nunciorum ad hoc negotium eliguntur. Hi Deputati, ut vocantur, mane in arce Varſavienſi convenientes commiſſum ſibi negotium, à meridie verò Conventus omnium Nunciorum Terreſtrium extra urbem in Rota Equeſtri ad alia negotia ordinaria expedienda habetur. Poſtquam inter Deputatos illos ad Exorbitantias ex Senatu & Nunciis deſignatos de certis punctis convenit, offerunt illa Ordinibus trutinanda. Et factum etiam eſt in Interregno poſt ſpontaneam Joannis Caſimiri Regis abdicationem, ut Exorbitantiæ dicto modo conſcriptæ typis imprimerentur. Licet autem poſtea non defuerint, qui Exorbitantias illas ſuppreſſas voluerint; habentur tamen illæ adhuc in multis Conſtitutionum voluminibus. Immò

Materia Exorbitantiarum tractatur per Deputatos in arce.

mò nuperrime quoque Matthias Ladovius easdem in Conſtitutionibus An. 1683. editis variis in locis ut ordinarias Conſtitutiones adduxit, earumque placita inter leges Polonici Regni numeravit. Præter materiam Exorbitantiarum fuit etiam antiquioribus temporibus in uſu, ſtatim in ipſo Comitiorum Electionis initio tractare per Deputatos de Pactis Conventis ſive de Capitulatione futuri Regis; ſed in poſterioribus duobus Interregnis Pacta Conventa poſt Electionem demum conſcripta ſunt, idque propterea, quod aliæ Leges proſcribendæ ſint Regi indigenæ, aliæ Regi externo: ante electionem autem ſciri non poſſit, utrum Indigena an externus Rex ſit regnaturus. Fuerunt tamen, quibus hæc dilatio non placuit, & ſunt adhuc, quibus illa non probatur, de quo videatur Caſimirus Zawacki *loc. cit.* & Diarium Electionis *An. 1674. die 25. April.* Multa deniq; alia, quæ ad ſecuritatem publicam pertinent, in Comitiorum Electionis initio tractari ſolent, quæ, cum jam ex ſupra dictis nota ſint, nunc non repeto. Imò privata etiam ſæpius Conſiliis illis publicis intermiſcentur, ut Diaria hac de re teſtantur.

Conſultationes de Pactis Conventis.

XIII. Propius jam ad Actum Electionis

Legati exterorum Principum Candidatos commendantes audiuntur.

nis accedunt Ordines, quando exterorum Principum Legatos, varios Regni Candidatos Ordinibus commendantes audiunt: quomodo vero id fieri ſoleat, jam videbimus. Legatos exterorum Principum Polonorum leges non Warſaviæ ſive in loco Electionis, ſed alibi in urbibus ſibi aſſignatis degere jubent, idque propterea, ne variis machinationibus & corruptionibus liberæ vim faciant electioni. Vix tamen illud, quod leges jubent, obtineri poteſt à Legatis, ut Acta Comitiorum teſtantur. Quando itaque Legati audiendi ſunt, tunc ipſis hoc ſignificatur, tempusque certum determinatur. Hora adveniente, Archiepiſcopus Interrex rhedam ſuam Legato mittit, quam aliæ quoq; magnatum Poloniæ rhedæ comitantur: adhæc nominantur ab Interrege quidam ex Senatu, ut & à Marſchalco Nunciorum ex Nobilitate trium gentium, qui cum Marſchalco Regni & Marſchalco Nunciorum Legatum introducant in Rotam Equeſtrem, quo etiam Senatus pro more ſeſe confert, quando Legati audiendi ſunt. *Vid.* Illuſtriſſ. Dn. Caſim. Zawacki *loc. cit. ante med.* Habetur autem in audiendis Legatis ratio Principum, quorum ſunt Legati, ita ut uni plus alteri minus honoris exhibea-

Legati extra locum Electionis degere debent.

Modus, quo Legati admittuntur.

Ordo, quo legati audiuntur.

Digitized by Google

beatur, tum in numero ipſum concomitantium & in Rotam Equeſtrem introducentium, tum in ordine admittendi, tum etiam in loco Legatis aſſignari ſolito. Quando Legatus Pontificis Romani in conſeſſum Ordinum Poloniæ admittendus eſt, eliguntur ab Interrege ex Senatu aliquot Epiſcopi, ut & alii ex Senatoribus ſecularibus: à Marſchalco vero Nunciorum ſive Directore Rotæ Equeſtris quidam ex Nunciis Terreſtribus habita ſemper trium gentium ratione, qui ſimul cum Marſchalco Regni ſupremo & Marſchalco Nunciorum, ſive Rotæ Equeſtris Directore Legatum Pontificium accerſant & in Rotam Equeſtrem introducant. Introeunti Legato Interrex è curuli ſuo ſurgens ad duos paſſus obviam progreditur, locumque inter ſe & alium proximum ſibi Epiſcopum concedit. *Vid.* Zawacki *loc. cit.* & Diarium Electionis *anni 1674. d. 5. Maji.* Deinde ſequenti, vel alio etiam die, prout commodum eſt, eadem ratione ab Interrege quidam ex Senatoribus, ſed tantum ſecularibus; & à Marſchalco Nunciorum ex nobilitate aliquot nominantur, ad introducendum cum Marſchalcis Legatum Germanici Imperatoris. Locus vero ei non inter Epiſcopos, ut Pontificio Legato, ſed in ipſo Rotæ

Modus audiendi Legati Pontificium.

Modus audiendi Legatum Imperatoris.

tæ Equeſtris aditu inter Marſchalcum Regni & Marſchalcum Ordinis Equeſtris aſſignatur. Poſt hos admittuntur aliorum Regum & Principum Legati, ſi fieri poteſt, vel uno die. Poſt obitum Sigiſmundi Auguſti certamen ortum eſt inter Oratores Galliæ & Hiſpaniæ Regum, de ingreſſu in Rotam Equeſtrem: ſed Ordines Polonici Legatos Gallicos primo juſſere ingredi. Quo decreto motus Hiſpani Regis Orator, ne poſteriori loco dixiſſe videretur, maluit non auditus in Hiſpaniam reverti. Fredro *in Hiſt. Henr. pag. 49.* Sic etiam in Interregno poſt obitum Stephani Regis, cum Legati Regis Sueciæ ultimo inter Regios Legatos loco admiſſi eſſent, proteſtatione prius de perverſo more in admittendis Legatis interpoſitâ, cauſam ſuam propoſuerunt. Auguſt. Thuan. *lib. XXXVII. pag. 150. col. 2.* Et in Interregno Anni 1669. cum Legatus Suecicus vocaretur ad Ordines, *literas ad Reverendiſſ. Regni Pro-Cancellarium datis ſcripſit, ſeſe nulli in orbe Principum loco in expedienda Legatione ceſſurum fuiſſe; quod vero ad præſens intermitteret, nondum ſe omnia requiſita à ſuo clementiſſimo Rege habere* dixit, ut auctor eſt Caſimirus

Concertationes de Ordine Legatorũ admittendorum.

mirus Zawacki *loc. cit. Lit. C. pag. 1.* Regum Legati, licet & ipſi ſint Epiſcopi, non tamen inter Epiſcopos, ut Pontificis Legatus, locum obtinent: ſed inter Marſchalcos, qui ipſos in Rotam Equeſtrem deduxerunt. Principum fiduciariorum Oratores aut ultimo fere loco; aut ut domeſtici primô audiuntur. Non vero audiebantur antea Vaſallorum Nuncii (ſic in Polonia fiduciariorum Principum Oratores appellantur) in præſentia omnium Ordinum, ſed ſeorſim in Senatu, & deinde coram Ordine Equeſtri in Conſeſſu Nunciorum Terreſtrium deſideria Principum ſuorum exponebant, ut habent Fredro *in Hiſt. Henr. pag. 212. ſeq.* & Piaſec. *ad An. 1632. pag. 541.* Sed hodie hæc non adeò ſtricte obſervantur. In Interregno enim Anni 1669. in Rota Equeſtri Legationem ſuam expedivit Legatus Curlandiæ Ducis, præſente & Senatu & Equeſtri ordine. Poſt ipſum etiam plures alii Legati, ut Tartarici & Lotharingici ibidem auditi ſunt. Hoc tantum diſcriminis inter hanc aliasque Majorum Principum Legationes interceſſit, quod Legato Ducis Curlandiæ locus non ſit conceſſus inter Marſchalcos, ſed à dextro latere, qui erat locus Palatinatuum Pruſſiæ. Item Legatus Curlandi-

Regum Legati, etſi ſunt Epiſcopi non ſedent inter Epiſcopos.

Vaſallorum Nuncii quomodo audiantur.

by Google

landicus non per Marſchalcum Regni ſupremum, ſed tantum per Marſchalcum Ordinis Equeſtris introductus fuit. Vid. Caſim. Zawacki *loc. cit. Lit. C. pag. 1. col. 2.* Chwalkowski *lib. 1. Jur. Publ. Pol. cap. 3. num. 19. edit. recent.* Audivimus hactenus, quomodo Legati introducantur, & quem locum in Rota Equeſtri obtineant, nunc etiam, quibus ritibus Legationes ſuas expediant, paucis indicabimus. Legatus à Marſchalco Regni & Marſchalco Nunciorum aliisque comitibus in Rotam introductus, poſtquam Rempubl. debito modo ſalutavit, conſidet in loco ſibi, ut ſupra diximus, aſſignato. Poſthæc Credentiales, ut vocant, literas per Referendarium Regni tradit Reipublicæ legendas; idque fit, ſi convenientes in iis tituli Reipubl. tribuuntur. Alioquin An. 1669. Legatus Cæſaris monitus eſt ab Archiepiſcopo Gneſnenſi, ne literas Reipubl. traderet, ob defectum tituli convenientis ſine dubio ingratas futuras. Requirunt autem Poloni tunc temporis titulum *Sereniſſimæ Reipublicæ* & *Sereniſſimorum Ordinum*, quoniam vacante ſede Regia jus Majeſtaticum penes Ordinem Senatorium & Equeſtrem permanet. Idcircò in noviſſimo Interregno Anni 1674. Literæ Regis

Modus Legationis pertagendæ.

Titulus Ordinum.

Regis Galliæ ordinibus placebant, utpote quæ hanc præferebant epigraphen: *Illuſtriſſimis, Reverendiſſimis, Magnificis Dominis Caſimiro Floriano, Duci in Klevan Czartoryiſtci &c. Primati & Primo Principi, cæterisque Principibus, Senatoribus Sereniſſimæ Reipubl. Polonæ, Amicis, Fœderatis plurimum honorandis, gratiſſimè nobis dilectis.* In ipſo contextu literarum à Galliæ Rege miſſarum ſemper ſcriptum fuit; *Excellentiis Veſtris, Excellentias Veſtras.* Contra vero Cæſaris literæ multis bilem movebant, in quibus ſcriptum hoc tantum modo erat: *Vos, Vobis,* &c. Eundem titulum cum Rege Galliæ dedit Ordinibus, Regni Poloniæ Dux Lotharingiæ in Credentialibus ſuis, quarum etiam ſubſcriptio fuit: *Excellentiſſimarum, Reverendisſimarum Dominationum Veſtrarum ad obſequia paratisſimus Amicus & Servitor Carolus Dux.* Plerumque autem Legati præter literas ad Senatum, peculiares etiam habent literas ad ordinem Equeſtrem. Illas legit Referendarius Regni vel etiam Secretarius major: has autem Marſchalcus Equeſtris ordinis. Perlectis ita publicè literis credentialibus orationem

ſuam habet Legatus ad Ordines commendatque ipſisCandidatorum aliquem; ad quam orationem ipſi primo nomine Senatus ab Interrege,deinde nomine Nobilitatis à Marſchalco ordinis Equeſtris reſpondetur. His peractis Legatus ſingulos ſalutat, ſicque eodem cum Comitatu, eademq; cum pompa dimittitur & reducitur, His ita peractis Legatus quilibet à Loco Electionis excedere & eventum Electionis in deſignato ſibi extra Varſaviam loco expectare monetur. Extant hac de re Conſtitutiones quamplurimæ, uti allegantur in Comitiis Warſavienſibus Anni 1668. non exiguo numero. Sed licet multi magna animi contentione Conſtitutiones illas urgere ſoleant, ſæpe tamen nihil, multis huic rei reclamantibus, proficiunt. Quo etiam fit, ut plerumque Legati Varſaviæ maneant. Poſthæc eliguntur ab Interrege aliquot Senatores & à Marſchalco ordinis Equeſtris aliquot Nuncii Terreſtres, ad ſingulos Legatos, qui privatim ſpecialiora cum ipſis Legatis tractent, promiſſa ipſorum Candidatorum nomine facta notent, commoda ex ipſis, ſi ad Regiam dignitatem evehantur, in Rempublicam redundatura trutinent. Hi Delegatioſficioſuo, quod ſibi demandatum erat, fun-

Legati ad loca ſibi aſſignata diſcedere jubentur.

Conſultationes cum exteris Legatis per Deputatos.

functi, ad Rotam revertentes, de tractatibus ſuis cum exterorum Principum legatis Fratres ſuos certiores faciunt edocentque. Hic rurſus in præſentia omnium ordinum promiſſa ſingulorum legatorum ſub trutinam veniunt, commoda & incommoda ex ſingulorum electione expenduntur: noſcere enim in ejusmodi caſu oportet, unde major publici boni utilitas alluceat. *Vid.* Zawacki *loc. cit.* & Diarium Electionis anni 1674. *die 12. 17. 19. Maji.* De hac deſignatione ſive Electione Senatorum Nunciorumque, de qua hoc loco egimus, intelligenda ſunt illa Solikovii verba: *Cui Candidatorum ex Senatu Advocati cum Collegis pluribus dari, qui pro ſuis Candidatis uberrime diſſerunt.* in Commentar. *de Reb. geſt. poſt exceſſum Augusti pag. 7.*

XIV. His omnibus excuſſis, quibus ſex hebdomadæ vix ſufficiunt, ipſe tandem Electionis dies appropinquat. Ante autem quam ritus in Electione Regis obſervari ſolitos enumeremus, pauca nobis in anteceſſum dicenda ſive CANDIDATIS Regni, & de ELETORIBVS Regem ſibi conſtituentibus. Quod primo loco ad Candidatos attinet, de his perſonatus Franciſcus Marinius antea aſſeruit, *Piaſtum legibus Regni à Regno excludi*, idq; protulit

Candidati Regni non tantum ſunt exteri, ſed etiam Indigenæ.

tulit ex fide Bodini, hominis Galli, *lib. de ſcopo Reipubl. Polon. cap. 4.* Hauſit eundem errorem ex Marinio etiam Chr. Funccius *in Breviario Orbis hodie imperantis pag. 726. ſeq. & pag. 732.* Sed nullæ unquam leges de excludendo Rege incola in Polonia poſitæ reperiuntur. Teſtantur hoc, ut cætera prætercam, tot in Interregnis majoribus Regni Candidati è Nobilitate Polonica, qui certe eſſe non poſſent, ſi ullæ in contrarium extarent Leges. Poſt obitum Sigismundi Auguſti competitores erant Erneſtus Archidux Auſtriæ, Henricus Dux Andegavenſium, Rex Suediæ, Magnus Dux Moſcoviæ. Ex incolis autem Regni tunc etiam multos fuiſſe Candidatos, teſtatur Fredro, qui dicit, pleroſq; tum voluiſſe Regem ex incolis eligi *in Hiſt. Henr. à pag. 42. ad 72.* Immò Joannes Demetrius Solikovius dicit *innumeram tunc fuiſſe Candidatorum ſegetem.* in Comment. *pag. 5.* Ab exceſſu Henrici I. Valeſii, ex Regno Poloniæ, Candidati Regni fuerunt Maximilianus Imperator Germanicus. Stephanus Bathor de Somlio Tranſylvaniæ Princeps Alphonſus II. Dux Ferrariæ. Ex incolis autem Candidati fuere Joannes Koſtka Palatinus Sendomirienſis & Stanislaus Comes de Gorka Palatinus Poſnanienſis. Fredro *pag.* 128.

Competitores Regni poſt exceſſum Auguſti.

Candidati Regni poſt Henricum.

Candidati poſt Stephanum.

Digitized by Google

128. ſeq. Poſt fata Stephani Regis Competitores fuiſſe memorantur Maximilianus Archidux Auſtriæ: Sigismundus Joannis Regis Sueciæ filius: Alexander Farneſius Dux Parmæ & Placentiæ, teſte Honorio *in Diſſertat. de novo Rege eligendo in Polonia pag. 425.* Ex incolis tunc fuere Candidati: Conſtantinus Dux de Oſtrog Palatinus Kiovienſis & filius ipſius natu major Joannes Dux de Oſtrog Palatinus Volhyniæ. Simon & Alexander Duces in Slucko fratres. Radivilii Duces in Olyka: Albertus Laski Palatinus Siradiæ: Zagurski Palatinus Poſnanienſis; Tencinius Palatinus Cracovienſis: Firley Caſtellanus Biecenſis: & præ cæteris aliis etiam Joannes Zamoſcius Cancellarius Regni & Exercituum Dux generalis, quietia non exiguam initio ſpem potiundi Regni habuit: tandem verò cum plerorumque ſtudia alio inclinare animadverteret, ipſe partes Sigismundi Principes Svediæ mirum quantum auxit. In Interregno poſt voluntariam Joannis Caſimiri abdicationem, quinam fuerint Candidati in recenti omnium memoria eſt, & extat etiam illorum Cenſura tunc temporis ab Andrea Olſzovio Epiſcopo Culmenſi peſtem Archiepiſcopo Gneſnenſi edita. Conferatur & Diarium Europæum *Continuat. XIX.* Candidati poſt Ioannē Caſimirum.

 pag.

pag. 254. Habuit etiam illo tempore pro ſe aliquot ſuffragia illuſtriſſ. ac Celſiſſimus Princeps D. Boguslaus Radzivil Dux Birſarum, Dubinkorum, Sluciæ & Kopiliæ &c.&c. Electus vero tunc eſt Rex incola Sereniſſimus Michael Koributhus, Dux in Wiſniowiec. Illo poſt imperium breve defuncto, ſummis quidem viribus Lithuani allaborarunt, ut lege publica à Regno *Piaſtus*, id eſt, Rex incola excluderetur; nihil tamen obtinere potuerunt. Ratio Lithuanorum fuit, quod acerbum ſit ſibi æqualem ſubito ad tantum faſtigium evectum Dominum ſuum appellare, ex quo turbæ & bella inteſtina oriri ſolent. *Hæc enim inſita mortalibus natura, recentem aliorum felicitatem ægris oculis introſpicere, modumque Fortunæ à nullis magis exigere, quam quos in æquo videre*, ut ait Tacitus *lib. 2. Hiſt. cap. 20.* Ne autem contraria pars objiceret, rem hanc eſſe novam, allegarunt Lithuani locum cujusdam Hiſtorici Polonici, qui de Interregno quodam dicit: *Excluſis Piaſtis dictæ ſunt pro externis ſententiæ.* Rationes autem longe validiores in contrarium Lithuanis opponebantur, ne lex de excludendo Piaſto conderetur, quarum præcipuæ ſunt ſequentes I. Dedecus hoc ſummum

Candidati poſt Michaelem Regm.

Rationes contra Piaſtum.

Rationes pro Piaſto. Rationes

mum eſſet apud exteras gentes, non eſſe inter Polonos idoneum ad ſceptra virum. II. Exteri ſibi jus aliquod in Regnum Poloniæ prætenderent. III. Coarctatio hæc liberæ vocis eſſet in Electione, ſi incolam eligere non licetet. IV. Injuria hac ratione inferretur Sereniſſimo Michaeli Regi, cujus cauſa lex hæc lata eſſe diceretur. V. In Convocatione quidem Regni generali quosdam in excluſionem Piaſti conſenſiſſe, non fuiſſe tamen hunc conſenſum omnium univerſalem. VI. Sacras literas dicere: Non eliges, niſi indigenam. VII. Dicerent exteri, Polonicam gentem ad ſervitutem natam parere ſcire, regere neſcire. *Diarium Electionis Anni 1674. ad diem 23. April.* Rationes quas in Interregno poſt Joannem Caſimirum Andreas Olſzowski, Epiſcopus Culmenſis, poſtea Archiepiſcopus Gneſnenſis pro Rege incola eligendo protulit, ſunt ſequentes I. Deus ipſe Judæis mandavit: *Non poteris alterius gentis hominem facere Regem, qui non ſit frater tuus.* Devt. XVII. 15. II. Bruta quoque à diſpare non reguntur. III. Iudicium eſt nimis abjectorum ingeniorum non admittere è gente ſua, qui Regnare poſſit. IV. In Germania incola elgitur Imperator, neque in aliis Regnis alius eſt mos. V.

Rasiones Olſzovvski pro Piaſto.

Piaſtus morum Polonicorum maxime gnarus eſt. VI. Ejusdem potior erga Patriam fides. VII. Exteri in Polonia à Magiſtratibus & Dignitatibus Regni excluduntur, quidni etiam à Regno. *Vid. Cenſura Candidatorum.* Conf. & Piaſecius *in Chron. pag. 59.* Et hæ etiam rationes tunc obtinuerunt, adeò ut non tantum nulla lex de Piaſto excludendo ſit lata, ſed ut etiam duo ſeſe ſubſeqnentes Reges ex incolis electi ſint. Poſtremo de Candidatis Regni notandum eſt, quod in loco Electionis non poſſint adeſſe. Quamobrem in Electione Henrici I. cum multi vellent Piaſtum, id eſt Regem ex ſuo ordine, Joannes Zamoſcius, æternum illud Poloniæ decus, petiit à Conſeſſu utriusque ordinis, ut Cives, qui regnum ambirent, abſcederent à loco Electionis, ne gratia major, aut offenſa in præſentia pareretur libertate ſententiarum. Cum verò petitorem purpuræ nemo ſe palàm ob verecundiam, aut invidiæ metum, auderet profiteri, omnis de incola Rege deliberatio conquievit, ut habet Fredro *in Hiſt. Henr. pag. 3.* Cum verò poſtea Anno 1632. Wladislaus Princeps Poloniæ Candidatus Regni paulò poſt inchoata Comitia veniſſet Varſaviam, ægre id tulerunt Ordines; proinde lex lata eſt, ne ullus

Candidati non id ſunt in loco Electionis.

Digitized by Google

ullus Principum Candidatorum Regiorum præſens in loco Electionis adeſſet. *Vid.* Conſtitut. An. 1633. *pag.* 11. Conf. Paul. Piaſecius *in Chron. pag.* 533. Similiter etiam An. 1668. cum Joannes Caſimirus Rex ſponte coronam deponere vellet, in Reverſalibus poſt abdicationem datis pollicitus eſt Ordinibus Regni, ſe remotiùs ab Actu & Loco Electionis, durante eadem, manſurum, *Videatur ipſum Diploma Reverſale Ann. 1668. Ordinibus datum, in calce. Conferatur & Oratio Regis hujus Poſterior ſupra à nobis num. V. adducta.* Quod autem lex illa in eligendo *Piaſto* ſive Rege incola ex Polonica Nobilitate locum non habeat, teſtantur exempla Sereniſſimi Regis Michaelis & Sereniſſimi Joannis III. quos, cum alii plurimi fama, ſpe, venerarione deſtinarentur imperio, fortuna inter medios Electores in occultó tenebat futuros Principes.

XV. ELECTORES Regum ſunt primùm *Senatores* Eccleſiaſtici & Seculares (olim tamen quidam ex his excipiebantur, ut paulo poſt apparebit) Deinde tota Nobilitas Polonica. Ordo enim Equeſtris in ipſo Electionis actu non tam per Nuncios ſuos Terreſtres, quam per ſe rem

Electores Regum Poloniæ.

Quilibet Nobilis habet ſuffragium in Electione

rem agit. Ideò quicunque jure Nobilitatis gaudet, ſuffragium in electione Regis ferre poteſt. *Conferre enim ad ſecuritatem Imperantium putant Poloni, & obtemperantium conſtantiam, Regem per omnes eligi. Bonos namque malosve elegerint, non aliis ſed ſibi imputaturi & ſine murmure quemque laturi. Quare illi multitudini nec curia nec conclave ſufficit capiendæ, unde militariter ſub dio eligere mos eſt,* ait Fredro *in Hiſt. Henr. I.* Urſerunt quidem nonnulli in Interregno Anni 1674. ne novis Nobilibus ſuffragium in novi Regis electione concederetur, ſed nihil hac de re decretum eſt, adeoque & novi homines eò pertinent. *Vid. Diarium Electionis Anni 1674. die 23. April.* Admittuntur etiam ad electionem & ſuffragia danda Cracovienſium & Vilnenſium Nuncii ſive Delegati, teſte Aarone Alexandro Olizarovio *in lib. II. de Politica hominum ſocietate cap. 1.* Immò etiam aliarum urbium Polonicarum præſertim urbis Leopolienſis ſuffragia in Actis publicis reperimus. Sic in Interregno Anni 1669. Pactis Conventis ſubſcripſere poſt Senatum & Nobilitatem etiam Nuncii *Cracovienſis, Vilnenſis, Leopolienſis, Poſnanienſis* & *Warſavienſis*

Novi etiam Nobiles habent jus ſuffragii.

Civitates quædam habent jus ſuffragii in Electione.

vienſis urbium. In Interregno Anni 1674. Articulis Pactorum Conventorum ſubſcripſerunt itidem Nuncii *Cracovienſes, Vilnenſes, Leopolienſes* & *Poſnanienſes*. Pruſſicæ quoque Civitates majores, ut *Thorunium, Elbinga,* & *Gedanum*, quod jus hoc antiquitus habeant, patet ex Privilegio Sigiſmundi I. Regis An. 1530. conceſſo, ubi ad Electionem Regis ejusdemque Coronationem advocari & admitti jubet *Status & Ordines Terrarum Pruſſiæ ſecundùm antiquam conſvetudinem & contenta Privilegiorum.* Jam vero inter Status & Ordines Pruſſiæ ſuperiores ſunt etiam dictæ tres Civitates. *Vid. Jura Municipalia Pruſſiæ ad dict. annum.* Proinde etiam illæ Civitates Pruſſicæ majores antiquis Electionibus Regum ſuperiori ſeculo interfuere, & ita quidem, ut non in Ordine Equeſtri ſed in ipſo Senatu ſedem ſuam habuerint. Præſenti Seculo cum An. 1632. Wladislaus Rex eligeretur, ſubſcripſerunt etiam Gedanenſes Internuncii nomine Civitatis ſuæ, ut habet Piaſecius *in Chron. ad dict. an. pag. 541.* Præterea cum cæteræ Civitates Pruſſicæ ſuos non habuerint in Comitiis Electionis Internuncios, ſubſcripſit Epiſcopus Warmienſis ſuo & aliorum Conſiliariorum Pruſſiæ

Pruſſicæ Civitates Majores

Pruſſiæ nomine. Similiter An. 1648. inter ſuffragia Ioanni Caſimiro Regi data ſubſcripſit Wenceslaus à Leſzno Epiſcopus Warmienſis Terrarum Pruſſiæ Præſes ſuo & aliorum Conſiliariorum & Civitatum terrarum Pruſſiæ nomine. Non ſecus etiam in Interregno An. 1674. inter ſuffragia Sereniſſimo Regi Joanni III. data ſubſcripſit Stephanus Widzga etiam nomine abſentium, præſertim Civitatum majorum Terrarum Pruſſiæ. Ex his jam, opinor, jus Civitatum Pruſſiæ majorum manifeſtum fit, ut nulla cuiquam reſtet de eo dubitandi cauſa. Verum præter hos Electores, quibus nemo jus illud facile jam negaverit, ſunt etiam alii, qui ſibi in Comitiis Electionis jus ſuffragii non raro vindicarunt. Primum enim DVCES PRVSSIÆ, cum adhuc eſſent fiduciarii Regni Polonici, frequenter hoc ſibi jus aſſerebant, idque ex ea ratione, quoniam Alberto Marchioni Brandeburgico, cum ex Magiſtro Ordinis Teutonici in Pruſſia factus eſſet An. 1525. Dux Pruſſiæ, primus in Senatu Regni Poloniæ, ut Conſiliario conceſſus eſt locus. In ſingulis igitur Regum Electionibus Duces Pruſſiæ ſibi jus ſuffragii concedi poſtularunt; ſemper tamen illis reſponſum eſt, fieri hoc ob certas rationes non

Duces Pruſſiæ non habuerunt jus ſuffragii in Electione.

poſſe

Digitized by Google

poſſe. Inprimis autem notatu digna ſunt, quæ Sigiſmundus I. ſuper hac re reſcripſit: *Comperit Majeſtas Regia, adeò diligenter cautum & obſervatum eſſe omni tempore, ne quis alius excellentioris Ordinis præter Conſiliarios Regni jus eligendi haberet, ut etiam & Duces Maſoviæ, qui Principes erant Indigenæ Regii & vetuſtiſſimi generis, ut deniq; & filii Regii Domini Naturales hujus Regni poſt obitum Patris, neque locum neque vocem eligendi Regis habere potuerint. Sed & Magiſtri Pruſſiæ, qui omagia Regibus & Regno Poloniæ præſtabant, non ſolum ut Principes, ſed etiam ut Conſiliarii Regni, qui pari modo in ſenatu loca habebant, hoc ipſum jus Electionis obtinere non potuerunt. Proinde cum Illuſtris Dominus Dux Pruſſiæ ut prudens Princeps ſatis intelligat, nihil eſſe pernitioſius in omni Republica, quam aliquid adverſus Leges Inſtituta vetera perpetua ſerie & uſu approbata committere, neque aliunde graviores caſus & perturbationes oriri, boni conſulere digne-*

Digitized by Google

dignetur ejus Illuſtritas, quod Majeſtas Regia & univerſi Conſiliarii Regni, qui, ejus Illuſtritati integerrimo animo afficiuntur, non poſſunt eam rem, ut inſolitam & Inſtitutis Regni adverſam concedere. Habentur hæc apud Janum Januszovium *lib. VII. Conſtitut. Reg. Polon. Part. III. tit. 2. pag. 930.* Hæc ipſa etiam poſt ea tempora in Interregnis ſingulis à Republ. Polonica Ducibus Pruſſiæ jus ſibi in Electionibus Regum vindicantibus, regerebantur. Idem & de DVCIBVS CVRLANDIÆ Regni Poloniæ fiduciariis Principibus Intelligendum eſt, ut teſtari poſſunt Andr. Maximilianus Fredro *in Hiſt. Henr. p. 212.* Paul. Piaſec. *in Chron. pag. 529.* & Theatr. Europ. *ad An. 1632. pag. 580.* Non aliud quoque dicendum eſt de FILIIS REGVM, ſi concedente Republ. Epiſcopatus vel alias dignitates obtineant, ut infra cap. II. num. X. docebimus. Porro MILITES etiam in electione Vladislai IV. è caſtris nuncios ſuos ad danda ſuffragia miſerunt: ſed non eſt hoc ipſis conceſſum, dum ſtipendia Reipubl. mererent. Si autem Electioni vellent adeſſe, juſſi ſunt ſinguli venire ex ſuis Palatinatibus, id tum cæteris Nobilibus impetraturi. Piaſec. *ad*

Duces Curlandiæ non habuere jus ſuffragii in Electione

Filii Regnū non habent jus ſuffragii.

Milites non habent jus ſuffragii.

ad an. 1632. p. 530. Idcirco etiam in Electione Joannis Caſimiri Regis prohibiti ſunt Exercituum Duces, ne militem ad locum Electionis ducerent, ut Acta Electionis illius teſtantur *pag. 11. ſeq. & pag. 16.* Poſthæc in Electione Michaelis Regis cum Nobilitas ſub ſignis militaribus in campo Electorali comparuiſſet vimque liberæ voci feciſſet, coacti ſunt Ordines in Interregno Anni 1674. hoc lege cavere, ne Militibus Electioni ſeſe immiſcere liceret; quæ quidem lex ut antiquaretur, antequam invaleſceret, laborarunt milites, ſed irrito prorſus conatu. *Vid. Diar. Elect. An. 1674. die 24. April.* Non vero mirum eſt, milites ex Nobilitate lectos hoc ſibi jus aſſerere voluiſſe, cum etiam COSACI in Electione Wladislai Regis jus ſuffragii ſibi dari poſtularint: ſed hi plane ſunt repulſi, ut gens ex ultima plebe collecta. Piaſec. *loc. cit.* Itaque jus Electionis in Polonia habent illi tantum, quos ſupra enumeravimus, & quidem ita, ut vel minimo Nobili diſſentiente cæterorum omnium & Senatorum & Nobilium ſuffragia pro Electione hujus vel illius Regis lata (vix credibile dictu) de jure ſint nulla, ut teſtatur Fredro *in Hiſt Henr. pag. 80.* Improbat hunc morem omnes Nobiles ad Electionem Regiam admit-

Coſaci ſibi jus ſuffragii vindicant, ſed fruſtra.

Omnium conſenſus in Electione requiritur.

tendi ob varias turbas Ocieſſius Regni Poloniæ Cancellarius apud Chriſtophorum Warſevicium *lib. 1. de opt. Statu Libertatis pag. 46. ſeqq.* Quòd ſi enim in aliis Regnis inter paucos Electores ſæpe reperiuntur diverſæ ſententiæ, diverſa ſtudia, varii motus, ſæpius etiam non exigui tumultus; quid ſentiendum ſit de tot millibus Electorum in Polonia, facile quilibet animadvertit.

Regis eligendi modus

XVI. Poſtquam dies Electionis illuxit, omnes Senatores Equitesque in loco Electionis in genua procumbunt & Archiepiſcopo Gneſnenſi, vel abſente eo, Epiſcopo Cujavienſi, præcinente, hymnum decantant: VENI CREATOR SPIRITVS &c: Hymno finito tota illa Senatorum, Nobilium, aliorumque electorum multitudo in ſuos Palatinatus dividitur, ſingulis ad proprios locos Palatinatibus deſtinatos ſecedentibus, & tot Rotas peculiares conſtituentibus, quot in Regno & Magno Ducatu Lithuaniæ ſunt Palatinatus. Solus Archiepiſcopus Gneſnenſis non ſe movet loco, eo quod ipſi non niſi in concluſione demum omnium ſuffragiorum ſuam explicare ſententiam & Regem nominare competit. Ordines hoc modo in Palatinatus diviſi, ſuffragia ſua ferunt, primo Senatore

Digitized by Google

tore cujusque Palatinatus illis ſeparatis ſententiarum calculis (quarum avtographa manibus Senatorum & Nobilium cujusque Palatinatus ſubſcripta Marſchalco Ordinis Equeſtris conſignantur) omnes in communem conſeſſus locum ſive in Rotam Equeſtrem redeunt, ut ſingula Palatinatuum ſuffragia in commune conferant. Poſthæc Senatores in ſuo conſeſſu enunciant ſuffragia pro Electione Regis, ut teſtatur Piaſecius *in Chron. pag. 542. ſeq.* & Fredro *pag. 80.* Si plurimæ ſententiæ ſunt pro uno Candidato, tum invigilant ingenio dexterrimi, ut partim ſuaſu, partim precibus, tum omni meliori modo univerſam Nobilitatem, cujus tum calculi conferuntur, ad ſententiæ unitatem pelliciant. Concordantibus tandem omnium ſententiis, renunciatio Regis aut fit ſtatim & è veſtigio, aut etiam in ſequentem aliumve diem differtur. Tum ſimulac iterum Electores ſtato tempore convenerunt, Interrex, pro more, ter adſtantes interrogat: *Num velint, jubeant, N. N. Regem renunciari.* Acclamantibus cunctis: *placet, vivat*, Primas Regni electum gravi Oratione renunciat Regem Polonorum. Videlicet præfatur primum quædam aut de gravitate negotii, ſuaque tenuitate, aut etiam de

Renunciatio Regis electi.

 alia

alia aliqua materia, tandem Regem renunciat, tali ferè formula: *In nomine Domini nomino Regem Poloniæ & Magnum Ducem Lithuaniæ N. N. precorq; cœleſtem Regem, ut hunc, quem à ſeculis Regem genti iſti prævidit, gratiâ ſua in tanto munere ſuſtinendo adjuvet, hancque Electionem iſti Reipubl. fauſtam fortunatamque & cumprimis Religioni Catholicæ ſalutarem eſſe velit.* Ad ultimum converſus ad Marſchalcos, hortatur eoſdem, ut nominationem hanc eſſe factam ex officio publicent. Marſchalci confeſtim aſſurgentes in loco ſeſſionis ſuæ Regem electum proclamant, cujus proclamationis talis fere eſt formula: *Rex N. N. electus concordibus ſententiis & ab interrege renunciatus eſt. Hunc igitur pro Rege vero legitimoque electo ac nominato habeatis omnes.*

Marſchalci Regem electum proclamant.

Publicata per Marſchalcos Nominatione Regis electi, totus populus iterum in genua procumbens in patenti campo, præcinente rurſus Interrege, decantat hymnum TE DEVM LAVDAMVS. Dein clangor tubarum per campos reſonat, machinæ bellicæ ſive tormenta diſploduntur & omnia per campos gratulatio-

Poſt renunciationem Regis gratiæ Deo aguntur.

lationem & lætitiæ publicæ ſigna eduntur. In templo etiam S. Joannis Varſaviæ hymnus, *Te Deum Laudamus*, decantatur: & ſi Rex electus ipſe præſens eſt, ut fieri ſolet, quando Piaſtus eligitur, tunc in templum dictum ad laudes Deo dacantandas ab Interrege ſtatim deducitur. Sub hæc populus rurſus edendis lætitiæ ſignis vacat, tormentorum bombardarumque tonitruis undiquaque reſonantibus. *Vid.* de his Paulus Piaſecius *ad An.* 1652. *pag.* 542. *ſeqq.* Caſimir. Zawacki *in Gloria Orbi Sarmatico conſenſu monſtrata.* & Diarium Electionis *An.* 1674. Hæc ita fieri ſolent, cum concordibus Electorum ſtudiis ſuffragiisque Rex eligitur. Sed non raro, ſtudiis in diverſas partes diſtractis, turbantur hæc omnia. Et ut cætera prætercam, aliquando duo Reges, nequicquam reclamantibus aliis eliguntur. Sic poſt abitum Henrici Regis in Galliam, alii Maximilianum Imperatorem, alii Stephanum Bathoreum Tranſylvaniæ Principem ſibi Regem elegerunt. Stephano Rege poſtmodum è vivis ſublato, alii Maximilianum Archiducem Auſtriæ ad regnum capeſſendum evocarunt, alii purpuram ad Sigiſmundum III. Sigiſmundi Auguſti è Sorore Catharina, quæ Joanni Sueciæ Principi, poſtea

Turbæ in Electione oriri ſolitæ.

Duo Reges electi.

ſtea Regi, nupſerat, filium detulerunt. Quantæ etiam turbæ quantique animorum motus in Electione Regis Michaelis fuerint, teſtari poteſt Illuſtriſſ. Caſimirus Zawacki *loc. cit.*

Conventus Ordinum poſt Electionem.

Decretum Electionis ſcribitur.

XVII. Poſtridie electionis Senatores cum Nunciis Terreſtribus aut in Rota Equeſtri extra vvarſaviam in campo, aut in arce Varſavienſi conveniunt, ubi Decretum Electionis componitur, ſubſcribiturque à Senatu & à Deputatis Palatinatuum, cum longum ſit, tot millium Electorum nomina adnotare. Fredro *in Hiſt. Henr. pag. 82.* Præter hoc Decretum autem omnium Electorum per ſuos Palatinatus diviſorum ſuffragia collecta typis mandantur, ut teſtes ſunt Indices electionis Wladislai IV. (à cujus electione hic mos nomina omnium Electorum typis imprimendi primum cœpit) Ioannis Caſimiri, Michaelis & hodierni Regis Sereniſſimi Ioannis III. Poſthæc Ordinis de *Pactis Conventis* ut legibus Regni fundamentalibus ſunt ſoliciti, ut factum eſt in ultimis duabus Electionibus. Alioqui vetuſto more Pacta Conventa ſolebant ante Electionem Regis conſcribi, quod etiam , ut in dictis illis duobus poſtremis Interregnis fieret, urgebant complures, ſed irrito conatu, Ad Pacta

Suffragia collecta typis imprimuntur

Pacta Conventa ſcribuntur.

Digitized by Google

Pacta vero illa conſcribenda deſignantur non pauci ex ſingulis tribus gentibus, à quibus conſcripta in Senatus univerſi Nunciorumque omnium præſentia à Marſchalco Ordinis Equeſtris leguntur & ab omnibus examinantur. Poſthæc ſi Rex electus abſens eſt, accerſuntur ejus Legati, ut conditiones Electo Regi propoſitas jurejurando confirment, Decretumque Electionis recipiant. Quo facto Marſchalci iterum Regem proclamant, dicentes: Polonos jam juſtum habere Regem. His ita peractis tempore commodo Rex ſolenni Legatione ad Reipubl. gubernacula capeſſenda invitatur. Ante autem quam Rex electus loco ſe moveat, in Principatu vel Regno ſuo ſacramento ſe Polonis obſtringit, quod velit jura & Privilegia Regni conſervare. *Vid.* Fredro *in Hiſt. Henr. pag.* 84. Sic juravit in Gallia Henricus, in Tranſylvania Stephanus. Sigiſmundo autem III. è Suecia venienti obviam miſſi ſunt Gedanum Legati, qui in monaſterio Olivienſi eum jurejurando obligarent, Decretumque Electionis ipſi traderent. Paul. Piaſecius *in Chron. ad an.* 1587. *pag.* 76. Reinhold. Heidenſtein *lib. IX. Rer. Polon. mult. ant. med.* Sin autem Rex jam ipſe præſens eſt, ut fit, quando Regis de-

Legati Regis electi abſentis jurant.

Proclamatio Regis iterata.

Rex electus in ſua regione jurat.

Rex ſi ſit præſens, Electores in campo inviſit.

functi filius vel frater aut etiam Piaſtus eligitur, tunc Nobilitatem in campo Electorali poſt electionem ſuam inviſere, eidemque pro electione gratias agere ſolet. *Vid.* Caſim. Zavvacki *loc. cit. circa fin.* Conf. Acta Electionis Vladislai IV. *pag.* 20. Ordines interea cætera Reipubl. negotia & inter hæc etiam de die coronationis, tractant. Finitis his omnibus, Marſchalcus Ordinis Equeſtris rotam jurisjurandi Electo Regi exhibendam, ſuper quam poſtridie jurare debet, exhibet. Quoniam autem his ita expeditis finis jam adeſt Comitiorum, Marſchalcus Ordinis Equeſtris ſcipione poſito valedicit Ordinibus, gratiasque pro collato ſibi honore agens, ultimum ſuffragium, ne quid Electioni deſit, addit, nominatque N. N. electum Regem Poloniæ, votum addens, ut vivat, regnet, perennet. Huic continuo pro ingentibus curis, & exantlatis pro Republ. laboribus pari officiorum teſtificatione tum Senatus, tum Equeſtris Ordo gratias agit. Poſtridie ejus diei Rex recens electus, ſi præſens eſt, iterum in templum S. Johannis deducitur, ubi Archiepiſcopus Gneſnenſis miſſam celebrat, qua finita Marſchalcus Equeſtris Ordinis oratione habita Decretum electionis Regi

Conſilia de die Coronationis.

Marſchalcus Nunciorum, valedicit.

Rex præſens poſtridie in templum deducitur.

Regi tradit, ſigillis Senatorum Nunciorumque Terreſtrium munitum. Tunc flexo genu Rex, Archiepiſcopo Gneſnenſi Evangelium, ſuper quo Rex jurejurando ſe Regno obſtringit, tenente & rotam juramenti Regii exhibente, de more jurat, eoque modo Pacta Conventa confirmat. Rota ſive Formula jurisjurandi ſequens eſt: *Ego N. N. electus Poloniæ Rex & Magnus Dux Lithvaniæ, Ruſſiæ, Pruſſiæ, Maſoviæ, Samogitiæ, Livoniæ, Smolenſciæ, Kijoviæ, Volyniæ, Podoliæ, Podlachiæ, Czernichoviæque, ſpondeo & ſancte juro Deo omnipotenti ad hæc ſancta Jeſu Chriſti Evangelia, quod Pacta Conventa per Ordines Regni mihi data, in omnibus eorum articulis, punctis, clauſulis, conditionibus, ita ut nec ſpecialitas generalitati, nec generalitas ſpecialitati, deroget, ſervabo, manu tenebo & adimplebo; atque ea omnia iterato etiam in ſolenni coronatione juramento confirmabo, ſic me Deus adjuvet & hæc ſancta Jeſu Chriſti Evangelia.* Præſtito hoc jurejurando Archiepiſcopus Regi gratulatur nomine Senatus; Marſchalcus vero Ordinis

Jusjurandum Regis præſentis.

Jusjurandum Regium.

Gratulationes Regi præſenti.

 dinis

dinis Equeſtris nomine Nobilitatis, quibus nomine Regis aliquis reſpondet, gratias agens pro Diplomate Electionis. Tandem Marſchalci & Regni & Lithvaniæ, ter pro more publicant Electionem Regis rite peractam. Et hic eſt finis totius Actus Electionis. Notandum tamen, hic quædam aliquando pro ratione temporum immutari. Præſertim tempora à nobis aſſignata conſiliis aut etiam cauſis aliis impedientibus, non ſemper exacte poſſunt obſervari. Exempli gratia, quando Rex eligitur ex incolis, eſtque ipſe in loco Electionis, ſtatim poſt electionem in templum ad gratias Deo agendas deducitur: Sin autem filius aut frater Regis ad thronum regalem evehitur, quoniam in loco electionis eſſe non poteſt, ideò prius ex proximo accerſendus eſt, ut exemplum Joannis Caſimiri Regis teſtatur. Obiter hic notetur, in Comitiis Electionis, ſi poſt mortem Regis illa celebrantur, Senatores, Nuncios Nobilitatis alioſque Nobiles pullis veſtibus indutos comparere. Quamobrem & exteri, ſi in loco Electionis tolerari volunt, nigras ſibi veſtes comparare coguntur.

Marſchalci iderum publicant Regem.

Habitus ordinum in luctu poſt obitum Regis.

XVIII. Quamvis vero jam ſit Rex dicto modo electus, nondum tamen pleno

Interregnum durat usq; ad Coronationem.

Digitized by Google

pleno jure Regio utitur, ſed Interregnum durat, usque ad ipſam coronationem. Propterea quoque Rex titulo *Regis electi*, non *Regis* ſimpliciter utitur. Literæ etiam ejusdem ad exteros Principes non niſi ſigillo cameræ, ut vocant, muniuntur. Regi tamen, qui noſtro vivit tempore & feliciter Reipubl. præeſt, Sereniſſimo Joanni III. conceſſum erat ante Coronationem ſigillum magni Ducatus Lithvaniæ, idq; ad ipſam tantum expeditionem Moſcoviticam. *Vid. Denunciatio Electionis Sereniſſimi Joannis III.* Collatio quoque magiſtratuum Regi electo tempore Interregni, hoc eſt, usque ad coronationem, non conceditur; promittere tamen poteſt alicui ſummos etiam Magiſtratus ſummasque dignitates, ſed non niſi coronatione peracta conferendas. In noviſſimo tamen Interregno conceſſum fuit Regi electo, ut nominationem Archiepiſcopi Gneſnenſis, quoniam Reipubl. ut habeat Interregem & Primatem maximè intereſt, ſigillo cameræ ſubſignaret. Conceſſum ipſi præterea fuit, ut generalem expeditionem contra hoſtem Nobilitati indicere poſſet, qvod aliàs non niſi Regi coronato competit. Regalia enim hæc usque ad Coronationem penes Rempubl. ſunt.

Regis electi titulus & ſigillum.

Rex nondum Coronatus non diſtribuit Dignitates.

Digitized by Google

Marſchalci Regi electo baculos erectos non præferunt.

ſunt. Eapropter etiam Marſchalci Regni nondum coronato baculos non ſublevatos & erectos, ſed demiſſos præferunt ex more antiqvo. *Vid.* Piaſecius *ad an. 1632. fin.* Qvamqvam vero Interrex tempore Interregni fermè Regio jure gaudet; Dignitates tamen Regni, ut & officia ſive Magiſtratus, ne cum conſenſu qvidem Senatus, diſtribuere poteſt. Sic poſt obitum Stephani Regis Senatus non contulit Epiſcopatum Luceorienſem Bernhardo Maciejovi, ſed à Rege electo Sigismundo III. ut eidem conferretur petiit, Electionis Patris interceſſione hujusmodi interpoſita. Poſt mortem autem Sigismundi III. cum jam antea Rex filio ſuo Epiſcopatum Cracovienſem vocantem aſſentientibus Ordinibus contuliſſet, & inopinata morte præventus non ſubſcripſiſſet literas ad Cathedrale Collegium Cracovienſe & ad ſummum Pontificem Romanum in ſimilibus negotiis neceſſarias; quæſitum fuit, utrum vacante ſede Regiâ Senatus id ſupplere, talesque literas dare poſſit, ac poſt multas ratiocinationes ſtetit concors ſententia, qvod omnino hoc ſit in Senatus poteſtate, ut teſtatur Paulus Piaſecius *in Chron p.530. ſeq.* Quoniam igitur, Interregnum usque ad ipſam Coro-

Interrex cum Senatu dignitates nullii confect.

Digitized by Google

Coronationem durat, neque judicia ordinaria Nobilium (in urbibus enim ſecus ſe res habet) haberi poſſunt, ideo extraordinaria illa judicia quæ *Capturalia* ſive *judicia Interregni* vocantur, usque ad diem Coronationis, non autem ultra, continuari ſolent, ut habet Confœderatio generalis Anni 1668. *pag.6.* & Confœd. Ann. 1674. *pag.6.* In laudo Pruſſicorum Ordinum Anni 1649. couſtitutum erat, ut judicia hæc Capturalia duabus hebdomadis ante Electionem ceſſarent: duabus hebdomadis poſt eam finitam reſumerentur, & tandem duabus hebdomadis ante diem Coronationis finirentur.

XIX. Ne igitur tempore Interregni navis Reipubl. tanquam in medio oceano ſine navarcho diu fluctuet, accelerant cum electo Rege, Ordines quantum poſſunt, Regis Electi CORONATIONEM quamvis illa aliquando, urgentibus aliis negotiis, ſatis diu ſoleat protrahi, ut exemplo eſſe poteſt noviſſimum Interregnum. Quando igitur Comitia Coronationis habenda ſunt, promulgatur ab Ordinibus peculiare edictum ſub ſigillo terreſtri illius loci, unde mittitur. In ejusmodi Edicto Electio Regis omnibus notificatur: Coronationi dies præfigitur: Conventus Provinciales ſive Comi-

Coronatio Regis

Ordines promulgant edictum.

Comitiola, ut vocant, ad eligendos Nuncios Terreſtres haberi jubentur: omnes etiam Vexilliferi ex ſingulis Palatinatibus & Diſtrictibus Regis defuncti funeri ut adſint monentur. Videantur Acta Electionis Regum *in Denunciationibus Regum electorum*, in quibus hæc omnia, quæ diximus habentur. Adſunt autem Coronationi Regum Nuncii Terreſtres ſive Provinciarum Delegati non tantum ad pompam augendam, ſed etiam ne quis error in Coronatione committatur, ut vult Fredro *in Hiſt. Henr. pag. 106.* Quamvis dici non incommode poſſit, Nuncios Terreſtres etiam propter Comitia ſtatim poſt coronationem Regis habenda Coronationi intereſſe debere. Quoniam autem Rex jam electus eſt, ideo etiam partes ejus in convocandis ad Comitia Coronationis Ordinibus non ſunt nullæ. Ut enim Ordines in edicto ſuo Electionem Regis omnibus denunciant, diemque coronationis præfigunt: ita quoque Rex ipſe electus Electionem ſuam Ordinibus aliisque, quorum intereſt, ſignificat, cujꝰ exemplum habemus in Rege Michaele, qui electionem ſuam per literas etiam Joanni Caſimiro, qui ſe Regno exuerat, ſignificavit, de quo conſuli poteſt Diarium Europæum *Continuat. XIX.*

Cur Nuncii coronationi adſint.

Rex ipſe quoq; ſuam electionem omnibus denunciat

pag.

pag. 560. Poſtea etiam Rex electus mandata ad Comitia Coronationis ſub titulo Regis Electi, ſigillo terreſtri impreſſo, extradit, ut obſervatum eſt poſt electionem Wladislai IV. Joannis Caſimiri & Michaelis. Sed in Denunciatione Ordinum de hodierno Rege Sereniſſimo Joanne III. electo, conceſſum eſt, ut Rex uteretur hac in re ſigillo camerali. Hoc modo convocati ad Actum Coronationis Polonici Regni Ordines, Cracoviam frequentes, habitis prius dicto modo Conventibus Particularibus, ad præſtitum diem confluunt. Hic primo Rex ſolenni cum pompa urbem ingreditur, in quo ingreſſu varias audit ſalutatationes gratulationesque. Hodiernus Rex Sereniſſimus Joannes III. primum ſalutatus eſt à Jeſuitis, deinde ab Academicis, denique à Magiſtratu urbis Cracovienſis. Academia ad pedes Sereniſſimi ſubmiſit inſignia ſua, rogans, ut privilegia à majoribus conceſſa favore ſuo foveret: Magiſtratus autem urbis in prima porta claves urbis eidem obtulit. Inde Sereniſſimus ſub uraniſco, quem Conſules urbis portabant usq; ad arcem progreſſus eſt. In ipſa denique arce à Capitaneo Cracovienſi itidem claves caſtri ſive arcis Regibus electis tradi ſolent, ornata oratione

Cracoviam Ordines ad coronationem confluunt.

Regis ingreſſus.

ne laudibus Regiis in clavium traditione commemoratis celebratisque. Reliquum diei feſtis plauſibus conſumitur. Poſtridie ingreſſus Regii in urbem, mos eſt hodiernis temporibus in Polonia Regum defunctorum exequias celebrare, ut coronandi ſemper ſint mortalitatis ſuæ memores, qua de re jam ſupra à nobis actum eſt. *Vid.* Joan. Demetr. Solikovius *pag. 21.* Piaſec. *loc. cit. pag. 525.* Ritus præcipuos in Actu ſolenni Regiæ ſepulturæ paucis complexus eſt Fredro *in hiſt. Henr. pag. 104. ſeq.* quando ita ſcribit: *Inſulati Epiſcopale munus circa feretrum obeunt. Præcedunt Provinciarum Legati ſive Nuncii Terreſtres, item Equeſtres ſigniferi, vexilla Provinciarum & ſtemmata præferentes, tum portatur corona, ſceptrum, pomum aureum, gladius, Regum decora omnia ad humum verſa. Ad ſepulcrum vero officiales ſua frangunt inſignia, Marſchalci baculos ſuos, Cancellarii ſigilla & armigeri haſtas.* Addit Paulus Piaſecius Reges de Republ. bene meritos è publico efferri, cæterorum funeribus ex proprio cujusque peculio ſumptus provideri. *in Chron. ad an. 1588. pag. 83.*

Exequiæ defuncti Regis.

Ante

Ante Coronationem Sereniſſimi Joannis III. duorum Regum exequiæ celebratæ ſunt, nimirum Joannis Caſimiri (cujus urnam auctoritate Regis qui hodie feliciter Poloniæ præeſt) Reverendiſſimus Dominus Archiepiſcopus Gneſnenſis & Reverendiſſimus Dn. Epiſcopus Cracovienſis per Illuſtrem Dominum Opacki Succamerarium Varſavienſem afferendam è Gallia curarunt) & Michaelis koributi. De quibus inſcriptio quædam ſepulcralis in caſtro doloris expreſſa tale fert judicium in fine prorſus: *Reges æternum lugendi, Niſi meliori locum feciſſent.* Poſtero die ante Coronationem adhuc Rex electus templum S. Stanislai in Rupella (vulgo Polonicè *Skalka* dictum) pedes inviſit cum Senatoribus & equeſtri ordine. *Nam quod Boleslaus Audax Poloniæ Rex eo in templo per ſcelus patrarat, illud novos Reges devota prece expiare mos tenet*, ait Fredro *in Hiſt. Henr. pag.* 107. Inde peracto ſacro itidem pedes ad aliam ædem ejusdem S. Stanislai in arce Regia ſitam ſe confert, ibique ad Sepulcrum illius Sancti ſacram Euchariſtiam ſumit, teſte Piaſecio *ad an. 1633. pag. 547.* Hæc omnia ſequitur ipſa Coronatio, quæ fit die Dominico aut feſto aliquo die,

Exequiæ Ioannis Caſimiri & Michaelis Regum.

Rex inviſit templum S. Stanislai in Skalka.

Rex euchariſtiam ſumit in templo Cathedrali S. Stanislai in arce.

XX. Ante autem quam ritus Coronationis

tionis explicemus, notandum eſſe ducimus, in omnibus ferme Regnis certum eſſe *locum*, ubi Reges coronantur, & *viros*, à quibus Coronatio peragi ſolet; eo fortaſſis fine, ut alibi & alio modo à factioſis ſalutato Principi aliquid deſit eorum, quæ ad legitimi Principis inaugurationem ex inſtituto & lege neceſſario requiruntur. *Vid.* M. Zuer. Boxhornius *lib. II. Inſtit. Polit. cap. III. §. 12. pag. 92.* Ita quoque hæc in Polonia eſſe inſtituta certum eſt. Olim enim Reges Poloniæ non niſi *Gneſnæ* coronabantur, ubi etiam inſignia Regni antehac aſſervabantur, donec tandem in Coronatione Wladislai Loctici Regis An. 1320. *Cracoviam* translata ſunt, teſte Neugebauero *lib. III. Hiſt. Polon. pag. 185.* Mota quidem eſt poſthæc controverſia tempore Ludovici Regis, utrum Coronatio more majorum *Gneſnæ* fieri deberet: ſed Ludovicus proximorum Regum Vladislai Avi & Caſimiri avunculi ſecutus exemplum Cracoviæ coronam accepit. Cromerus *lib. XIII. p.614.* Neugebauer *lib. IV. pag. 213.* Hodiernis igitur temporibus corona Regni Poloniæ aſſervatur Cracoviæ in theſauro Regni per Theſaurarium Regni ſupremum: claves vero habent etiam ſupra nominati ſex Senatores, nempe Caſtellanus Cracovienſis,

Locus Coronationis fuit Gneſna.

Poſtea Cracovia.

ſis, ut & Cracovienſis, Poſnanienſis, Vilnenſis, Sendomirienſis, Caliſſienſis Palatini. *Vid. ſupra num. X.* Quamvis autem ordinarie Coronatio Regum & Reginarum fiat Cracoviæ, aliquando tamen ob varias cauſas coronatio alibi locorum peragitur. Sic Wladislaus IV. cum Cæciliam Renatam connubio ſibi junxiſſet, allatis, præter morem gentis, Varſaviam Regni inſignibus, eam ibidem coronari voluit, non tamen ſine querela Ordinum Regni, quod alibi quam Cracoviæ Regina coronaretur, teſte Piaſecio *in Chron. ad an. 1637. pag. 592.* ſed de his & poſtea dabitur agendi locus. Hæc de Loco Coronationis, nunc de Coronatore diſpiciamus. Coronat autem Reges Poloniæ Archiepiſcopus Gneſnenſis, ut Primas Regni, Legatus Natus & Primus Princeps, qui etiam eſt Interrex. Voluit quidem olim Zbigneus Oleſnicius Epiſcopus Cracovienſis, cum eſſet ſimul Eccl. Rom. Cardinalis à Pontifice creatus, hunc honorem ſibi vindicare, ſed repulſam tulit, ut apparet ex Privilegio Caſimiri IV. Jagellonidis, (cujus hæc tempore geſta ſunt) An. 1451 Archiepiſcopo Gneſnenſi conceſſo & poſtea ab Alexandro Rege confirmato. *Vid.* Herburtus *tit. Cardinalatus. pag. 63.* Archiepiſcopo autem Gneſnenſi

Locus extraordinarie Coronationi deſtinatus.

Coronam Regni imponit Archiepiſcopus Gneſnenſis.

ſnenſi mortuo, aut nolente, aut alio modo legaliter impedito, jus coronandi competit Epiſcopo Cujavienſi, ut jam ex ſupra dictis manifeſtum eſt. Verum Electoribus in diverſa euntibus, & alius Epiſcopus de facto coronationem peragit. Exemplo eſſe poteſt Stephanus Bathoreus Rex, qui nolente Archiepiſcopo Gneſnenſi, ab Epiſcopo Cujavienſi Karnkovio tunc præſente, inauguratus eſt, ut eſt apud Solikovium *in Comment. rer. Polon. pag. 65.* Et ſi Cujavienſis quoque abfuiſſet, ſine dubio à Craſſinio Epiſcopo Cracovienſi fuiſſet inauguratus. Vid. Reinh. Heidenſtein *lib. 2. Rerum Polon. pag. 95.* Aſſiſtentes denique Regis, ſive viri in Coronatione Regi miniſtrantes illumque ad coronationem deducentes, ſunt duo Fpiſcopi, nempe Cracovienſis & Cujavienſis, ut habet Guaguinus loco infra citando. Cujavienſi tamen Epiſcopo hac de re controverſiam ſuperiore ſeculo Poſnanienſis Epiſcopus movit, ut eſt apud Neugebauerum *lib. VII. Hiſt. Polon. in pr.* Hæc autem, quæ jam adduximus intelligenda ſunt de deductione Regis ad Coronationem in templo ipſo, ubi Coronatio peragitur. Ad templum vero ex arce Regem deducere ſolent Pontificis Romani & Imperatoris vel aliorum Regum

Aſſiſtentes in Coronatione.

Legati Regem ad templum deducunt.

Digitized by Google

gum Legati, ut ex ſequentibus etiam elucebit.

XXI. Ipſum coronationis modum, Alexander Gvagvinus aut potius qui ſibi librum à Gvagvino editum vindicat Matthias Strykovvſtci Oſſoſtevicius, Coronationem Henrici I. Regis deſcribens, in Sarmatia Europæa nobis exhibet, qui ita ſe habet: *Ipſo Coronationis die congregantur Archiepiſcopus & Suffraganei, item Abbates infulati, ad minus ex Diœceſi Cracovienſi, omnes amicti ſtolis, mitris, infulis, ſuperciliis &c. Senatores quoque omnes & Equeſtris Ordo congregantur. Inde proceſſione ordinata per Magiſtrum ceremoniarum cum thuribulo & aqua benedicta in palatium eunt, ſchola cum Sacerdotibus & Abbatibus ad ſcalas Palatii remanentibus. Soli Epiſcopi cum Archiepiſcopo palatium aſcendunt ad deducendum Principem in Eccleſiam Cathedralem, qui antea induitur per ſupremum Regni Marſchallum, vel per Magiſtrum ceremoniarum ſandaliis, tunica, chirothecis, alba, dalmatica & pallio, quem ſic ornatum & inter*

Ritus Coronationis ex Strykovio.

Barones primoreſque Regni ſtantem Archiepiſcopus aqua benedicta aſpergit, orationem certam dicens. Hinc in Eccleſiam per Cracovienſem & Cujavienſem Epiſcopos deducitur, præferentibus Caſtellano Cracovienſi coronam, Palatino Cracovienſi ſceptrum, Vilnenſi item Palatino pomum aureum & alio gladium evaginatum. Epiſcopi cum Archiepiſcopo cruce præcedente, Abbates infulati & cæteri Principes ſuo ordine quilibet ſuccedunt, ſimiliter exterorum Principum Legati. Regalia ſupradicta à Senatoribus, qui ea portant, accepta in altare deponuntur. Rex in ſolio ſiſtitur, ante quem Epiſcopus aliquis certam orationem pronunciat. Finita oratione admonet diligenter Regem de fide, de pietate in Deum & de aliis virtutibus Regiis. Dicta oratione interrogat eum Epiſcopus: VIS FIDEM SANCTAM A CATHOLICIS VIRIS TRADITAM TENERE, OPERIBVS IVSTIS SERVIRE. *Reſp.* VOLO. VIS ECCLESIIS ECCLESIARVMQVE MINI-

STRIS

STRIS TVTOR AC DEFENSOR ESSE. Reſp. VOLO. VIS REGNVM A DEO TIBI COMMISSVM SECVNDVM IVSTITIAM PATRVM TENERE, REGERE ET DEFENDERE? Reſp. VOLO. *Finita Interrogatione Rex coram Archiepiſcopo genu flexus, capite adaperto jurat. Sub finem juramenti utramque manum ponit ſupra Evangelia dicens:* SIC ME DEVS ADIUVET, ET HÆC SANCTA EVANGELIA. *Poſt hæc dicit Archiepiſcopus collectam & etiam Orationem. Inde genua flectit Archiepiſcopus & Rex in faciem provolvitur. Ibi multa cantantur choro reſpondente, orationes etiam aliæ dicuntur. Poſtea Archiepiſcopus ſedet: Rex vero in genua ante eum provolatus Dalmatica & piviali exuitur. Archiepiſcopus autem intincto pollice dextro in oleo ſacro ungit illi dextram à palma ad cubitum, & inter ſcapulas, & in brachio dextro dicens:* VNGO TE IN REGEM ET OLEO SANCTIFICATO IN NOMINE PATRIS, ET FILII ET SPI-

RITVS SANCTI AMEN. *Inde precationes quaſdam dicit: His peractis Epiſcopus aliquis cotum manu geſtans inuncta loca detergit certa verba pronuncians, & demum Regem induit piviali & Dalmatica, iterum verba quædam dicens. His abſolutis Archiepiſcopus manus abluit & depoſita infula dicit Confeſſionem: Rex vero deductus in ſolium, orat & poſt Alleluja in miſſa Orationes pro Rege aliquis Epiſcoporum dicit. Poſtea Regi genu flexo Archiepiſcopus gladium porrigit, eique gladium accingit: Diadema imponit: Pomum typum mundi referens in ſiniſtram & ſceptrum in dextram ei dat, ad ſingula certa verba pronuncians. Inter offertorium Rex panem & vinum in altare offert, panemque, ut dicitur, exeſculatur, & ſacroſanctum divinum corpus accipit. Poſt hac gladius ei diſcingitur. Abſoluto ſacro in thronum medio templo ordinatum deducitur, ubi ab Archiepiſcopo inthronizatur & gubernaculis Regni præficitur, Archiepiſcopo dicente:* SEDE ET RETINE

TINE A MODO LOCVM TIBI A DEO DELEGATVM &c. *Tandem Archiepiſcopus exorditur* TE DEVN LAVDAMVS &c. *quo abſoluto ſtans à dextris dicit:* FIRMETVR MANVS TVA ET EXALTETVR DEXTRA TVA. *Reſp. Chorus.* IVSTITIA ET IVDICIVM PRÆPARATIO SALVTIS TVÆ. *Inde precationes quasdam dicit. Tunc Rex accepto in manus ſacro gladio, aliquos tum Nobiles tum Conſulares viros, habita ceremoniæ dignitate, ad equeſtris Ordinis dignitatem præcinctos provebit. His peractis Rex ſolenni pompa in Palatium deducitur.* His ferè verbis deſcribit Alexander Gvagvinus Coronationem Henrici Regis in Sarmatia Europæa, quam ſibi vindicat Matthias Strykowski Oſſoſtevicius. Conf. & *Tom. II, in Corp. Hiſt. Polon. pag. 373.*

XXII. Huic antiquiori deſcriptioni ſubjiciemus aliam Coronationis recentioris delineationem ut Benevolus Lector videat utrum novi ritus cum veteribus conveniant, nec ne. Poſtquam Michaël Koributh Rex Poloniæ electus pro more Cracoviam ad coronationem inter mille Senatus populi- Coronatio Regis Michaelis.

pulique Polonici plauſus ingreſſus erat, & poſtridie hujus adventus peregrinationem in rupellam ſuſceperat, ipſo deinde Feſto die Michaëlis Archangeli ſplendida veſte amictus ad templum Cathedrale a Senatoribus & aliis Magiſtratibus ut & univerſo ordine equeſtri magna pompa deductus eſt. Inſignia tamen Regni, ut corona, ſceptrum, pomum aureum figuram mundi præferens, & gladius nudus non præferebantur, ut alias moris fuit, Regi templum ingredienti per Senatores atque Enſiferum Regni, ſed ante ingreſſum illum jam per Præfectum ſtabuli Regni & Capitaneum Felinenſem in templum dicta inſignia ad altare deportata & ab Archiepiſcopo, qui ea à duobus illis receperat, in altare depoſita ſunt. In ipſo autem ingreſſu Vexillifero Regni vexillum præferente Reges coronandi latera cingebant Legatus Pontificis Romani & Legatus Imperatoris Germanorum. Sed in templo ipſum exceperunt Epiſcopi duo, nempe Cracovienſis & Cujavienſis, eumque ita medium inter ſe ad Archiepiſcopum deduxerunt. Poſtquam Rex Archiepiſcopum ſolito more ſalutavit, initium ſacrarum ceremoniarum factum eſt. Archiepiſcopus Regem coronandum ex Pontificali Romano ad pietatem alias-

que

que virtutes Regias & præſertim, ad Regnum bene adminiſtrandum cohortatus eſt. Mox electus Rex in genera procumbens manumque Archiepiſcopi Geneſnenſis oſculo ex cipiens jusjurandum præeunte verba dicto Archiepiſcopo præſtitit. Inde conſidens Pacta Conventa ſibi prælegi audivit, eaque mox ibidem jurejurando, quod tacto digitis Evangelio præſtitit, confirmavit. Tum humi proſtratus ab Archiepiſcopo aliisque Epiſcopis benedictionem accepit. poſtea Rex pallio & alia veſte exutus ſacro oleo ab Archiepiſcopo in manu dextra ad cubitum usque & in ſcapulis unctus eſt. Poſtquam deinde veſtibus prioribus indutus, in ſacellum, quod à ſiniſtra parte templi eſt, corpusque Jacobi Zadzicii Epiſcopi Cracovienſis defuncti continet, deductus à duobus illis Epiſcopis eſſet, per Marſchalcos Regni & magni Ducatus Lithvaniæ, ſandaliis, tunicâ, chirothecis, auro, argento gemmisque magni pretii fulgentibus indutus atque inde à Senatoribus & officialibus Vexillifero Regni vexillum præferente, ad thronum in medio templi ex adverſo altaris poſitum, comitantibus iterum dictis illis Epiſcopis duobus, deductus eſt. Hic conſidens Miſſam audivit. A throno poſtea

dedu-

deducitur ad altare, ubi ipſi Archiepiſcopus gladium evaginatum tradidit. Sed mox Enſifer Regni gladium receptum in vagina reconditum Archiepiſcopo reddidit, qui ipſum lateri Regio accinxit. Hic aſſurgens Rex gladium iterum eductum bis decuſſatim vibravit & mox recondidit. His peractis primas Regni in genua denuo procumbenti coronam ſolenni more impoſuit, quam reliqui Epiſcopi eousque manibus tenebant, donec Archiepiſcopus preces abſolveret. Corona impoſita Archiepiſcopus ſceptrum dextræ, domum ſiniſtræ Regis inſeruit. Conſurgenti Regi coronato gladius iterum ſolutus atque Enſifero, ut eum Regi ſuo præferret, traditus eſt. Inde Rex inter Archiepiſcopum Gneſenſem & Epiſcopum Cracovienſem medius ad thronum in medio templi erectum regreditur, ibidemque ab Archiepiſcopo collocatur. Conſidente Rege denuo Archiepiſcopus ad altare ſe recipit, hymnumque TE DEUM LAUDAMUS incipit. Hymno finito ad altare conſidet Archiepiſcopus, quo etiam Rex accedens, Archiepiſcopo demiſsè aurum offert manumque oſculatur. Mox confeſſione coram ipſo facta, Sacro-ſanctum Chriſti corpus accipit. Omnibus his ceremoniis ad finem deductis, Archiepiſcopus omni-

omnibus præſentibus benedixit, quam benedictionem excepit Marſchalcus Curiæ Regni læta illa voce: VIVAT REX MICHAEL, quam omnes in templo præſentes magna animi lætitia repetebant. Ad extremum Theſaurarius Regni Poloniæ in ipſo Templo in populum nummos ſpargebat, extra templum tormenta diſplodebantur, utrobique autem magna lætitiæ ſigna edebantur. Et ſic tandem Rex coronatus ab eodem comitatu in aulam reductus eſt. Coronatione dicto modo peracta, reliquum diei ſemper conviviis aliisque plauſibus conſumi ſolet. Inter alia etiam plebi in Regio palatio tres integri boves ferarum & altilium vario genere farti aſſantur & cum aliquot cereviſiæ doliis in prædam cedunt. *Vid.* Nicol. Chwalkowski *lib. I, Jur. Publ. Polon, cap. 3. num. 29.* Diarium Europæum *Continat XX. pag. 75. ſeqq.*

Acclamationes.

Numi miſſiles ſparguntur.

XXIII. Poſtridie coronationis Rex in forum urbis Cracovienſis, Senatoribus inſignia Regni præferentibus, equo vehitur. In ipſo proceſſu Theſaurarius Regni miſſilia ſive nummos aureos & argenteos in populum ſpargit ab ipſa arce usque ad forum urbis. Deductus Rex in Curiam Civitatis Regio induitur habitu. Inde pedes ad editum ſolium magnifice hunc in finem in publico extru-

Rex in forum progreditur.

Nummi miſſiles.

ſtructum contendit. Sedentem Regem Senatus Regni paulo inferior ordine circumſidet. Hic magiſtratus urbis ſubjectionem teſtaturus in argentea patina claves portarum omnium deauratas Regi tradit & oratione ornata ſubmiſſe Regem veneratur. Reſpondet nomine Regis Cancellarius, gratiamque Regiam Magiſtratui pollicetur. Poſthæc idem Cancellarius Magiſtratui urbis formulam juramenti prælegit, quod omnes Conſules in genua procumbentes erectis verſus cœlum digitis præſtant; jurejurando præſtito Magiſtratus urbis munus aliquod Regi offert, ſicque claves ſuas recipit. Tum Rex ſceptro & pomo aureo Dominis Senatoribus Regni tradito, nudum enſem à Gladifero Regni acceptum verſus quatuor mundi partes vibrat, rurſumque conſidens ejus contactu ſive levi ictu inter ſcapulas cujusque Equites aliquot auratos creat. Recedente cum priore comitatu in arcem Rege, Theſaurarius iterum nummos in populum ſpargit. Interea autem tormenta reſonant aliique ignes arte parati accenduntur, & ita varia lætitiæ ſigna ubique cernuntur. Sereniſſimus Rex Michael aliquot poſt coronationem dic-

Homagium Civitatis Cracovienſis.

Equites aurati creantur

Numi miſſiles.

bus

bus elapſis, aureum vellus accepit, quod ſequenti modo factum eſt. Legatus Imperatoris tanquam Diſpenſatoris Hiſpaniarum Regis in conclavi Regio, Regi coram icuncula Crucifixi Servatoris in genua procumbenti Regioque verbo promittenti, ſe Ordinis illius conditiones (præmiſſa de nonnullis in favorem coronatorum capitum Diſpenſatione) ſervaturum, aureum vellus contulit. Actis à Rege pro munere illo gratiis & celebrata ab Epiſcopo Cracovienſi Miſſa, Legatus & collega ipſius lautiſſima cœna excepti ſunt, ut hoc ipſum deſcribit Nicolaus Chvvalkovvski *loc. cit. n. 32. pag. 48.*

Ritius quibus Rex Michael aureum vellus accepit.

XXIV. Poſt ſolennia Coronationis & jusjurandum à Cracovienſi civitate publice in foro præſtitum, ſtatim ſe Rex ad COMITIA CORONATIONIS accingit, Hic demum Primas Regni Vicariatum ſuum in Pleno Senatus Regni conſeſſu deponit, ubi etiam Regi jusjurandum fidelitatis & ſubjectionis præſtatur à Senatu; deinde etiam à Civitatum Polonicarum Delegatis: & tandem ſimulac Nuncii Terreſtres Marſchalcum ſibi elegerunt (interea namque Conſeſſum Nunciorum Terreſtrium moderatur is, qui antea in ſuperioribus Comitiis

Comitia Coronationis inchoantur.

Archiepiſcopus deponit Vicariatum.

Jusjurandum Regi ab ordinibus & Civitatibus præſtatur.

Ele-

Electionis Marſchalci munere fungebatur) idem à Nunciis nomine totius Ordinis Equeſtris in Regno Polonico præſtatur. *Vid.* Diarium Europæum *Continuat. XX. pag. 78. ſeqq.* Et tunc demum Rex pleno Regis titulo uti incipit: Cancellarii nova ſigilla à Rege coronato accipiunt: Marſchalci Regi ſuo baculos (quod fit ſtatim poſt coronationem) erectos præferunt. Tunc etiam Rex univerſis Dignitariis, officialibus & Magiſtratibus in toto Regno & M. Ducatu Lithvaniæ annexisque Provinciis, Coronationem ſuam per literas (Innoteſcentiam vel etiam Denunciationem vulgo vocant) indicat, monetque ut illi Inaugurationem Regiam, confirmationem libertatum ac jurium à Rege factam, præſtitumque viciſſim Regi à Senatu, Nunciis Terreſtribus aliisque jusjurandum publice in Civitatibus, oppidis, parochiis & villis per præcones diebus feſtis, forenſibus, aliisque ſolennioribus publicari & Actis Caſtrenſibus literas illas ingroſſari jubeant. Iisdem in literis Rex permittit, ut judicia omnia Nobilium ordinaria Terreſtria, Caſtrenſia Tribunalitia & alia exerceantur. *Vid.* Jan. Januszov. *in lib. Interregnorum pag. 128.* item Conſtitutiones Regni in

Rex pleno titulo uti incipit. Cancellarii Sigilla accipiunt.

Innoteſcentia de Coronatione.

Judicia ordinaria reſumuntur.

Digitized by Google

in ſingulis Comitiis Coronationis latæ *ſtatim ab initio.* Præter hanc denunciationem Coronationis jam peractæ, dat quoque Rex alias literas, jurisjurandi à ſe præſtiti teſtes. Adhæc edit etiam aliud Diploma, quo omnia Regni Privilegia confirmat. Hæc omnia poſtmodum Conſtitutionibus ipſis inſeruntur, ut teſtari poſſunt Conſtitutiones *Anni 1633. 1649. 1670. 1676.* In his ipſis Conſtitutionibus in Comitiis poſt coronationem actis, Rex etiam omnia Ordinum ſub tempus Interregni Acta confirmare ſolet, ut ex citatis modo Conſtitutionibus manifeſtum fit. Quoniam vero jurisjurandi Regii (quod in Comitiis Electionis à Marſchalco Ordinis Equeſtris conſcribitur & à Rege in ipſo Coronationis Actu præſtatur,) aliquoties facta eſt mentio, placet illud hoc loco adnectere. Ita vero ſe habet: *Ego N. electus Rex Poloniæ, Magnus Dux Lithvaniæ* (totus titulus hic exprimitur) *per omnes Regni Ordines utriusque gentis tam Poloniæ, quam Luthvaniæ cæterarumque Provinciarum Regno Poloniæ Magnoque Ducatu Lithvaniæ annexarum & incorporatarum*

Literæ de jurejurande à Rege præſtito.

Confirmatio jurium & Privilegiorum.

Iusjurandum Regium.

Z commu-

Barones primoresque Regni ſtantem Archiepiſcopus aqua benedicta aſpergit, orationem certam dicens. Hinc in Eccleſiam per Cracovienſem & Cujavienſem Epiſcopos deducitur, præferentibus Caſtellano Cracovienſi coronam, Palatino Cracovienſi ſceptrum, Vilnenſi item Palatino pomum aureum & alio gladium evaginatum. Epiſcopi cum Archiepiſcopo cruce præcedente, Abbates infulati & cæteri Principes ſuo ordine quilibet ſuccedunt, ſimiliter exterorum Principum Legati. Regalia ſupradicta à Senatoribus, qui ea portant, accepta in altare deponuntur. Rex in ſolio ſiſtitur, ante quem Epiſcopus aliquis certam orationem pronunciat. Finita oratione admonet diligenter Regem de fide, de pietate in Deum & de aliis virtutibus Regiis. Dicta oratione interrogat eum Epiſcopus: VIS FIDEM SANCTAM A CATHOLICIS VIRIS TRADITAM TENERE, OPERIBVS IVSTIS SERVIRE. Reſp. VOLO. VIS ECCLESIIS ECCLESIARVMQVE MINISTRIS

STRIS TVTOR AC DEFENSOR ESSE. Reſp. VOLO. VIS REGNVM A DEO TIBI COMMISSVM SECVNDVM IVSTITIAM PATRVM TENERE, REGERE ET DEFENDERE? Reſp. VOLO. *Finita Interrogatione Rex coram Archiepiſcopo genu flexus, capite adaperto jurat. Sub finem juramenti utramque manum ponit ſupra Evangelia dicens:* SIC ME DEVS ADIUVET, ET HÆC SANCTA EVANGELIA. *Poſt hæc dicit Archiepiſcopus collectam & etiam Orationem. Inde genua flectit Archiepiſcopus & Rex in faciem provolvitur. Ibi multa cantantur choro reſpondente, orationes etiam aliæ dicuntur. Poſtea Archiepiſcopus ſedet: Rex vero in genua ante eum provolatus Dalmatica & piviali exuitur. Archiepiſcopus autem intincto pollice dextro in oleo ſacro ungit illi dextram à palma ad cubitum, & inter ſcapulas, & in brachio dextro dicens:* VNGO TE IN REGEM ET OLEO SANCTIFICATO IN NOMINE PATRIS, ET FILII ET SPIRITVS

RITVS SANCTI AMEN. *Inde precationes quaſdam dicit: His peractis Epiſcopus aliquis cotum manu geſtans inuncta loca detergit certa verba pronuncians, & demum Regem induit piviali & Dalmatica, iterum verba quædam dicens. His abſolutis Archiepiſcopus manus abluit & depoſita infula dicit Confeſſionem: Rex vero deductus in ſolium, orat & poſt Alleluja in miſſa Orationes pro Rege aliquis Epiſcoporum dicit. Poſtea Regi genu flexo Archiepiſcopus gladium porrigit, eique gladium accingit: Diadema imponit: Pomum typum mundi referens in ſiniſtram & ſceptrum in dextram ei dat, ad ſingula certa verba pronuncians. Inter offertorium Rex panem & vinum in altare offert, panemque, ut dicitur, exeſculatur, & ſacroſanctum divinum corpus accipit. Poſt hac gladius ei diſcingitur. Abſoluto ſacro in thronum medio templo ordinatum deducitur, ubi ab Archiepiſcopo inthronizatur & gubernaculis Regni præficitur, Archiepiſcopo dicente:* SEDE ET RETINE

TINE A MODO LOCVM TIBI A DEO DELEGATVM &c. *Tandem Archiepiſcopus exorditur* TE DEVN LAVDAMVS &c. *quo abſoluto ſtans à dextris dicit :* FIRMETVR MANVS TVA ET EXALTETVR DEXTRA TVA. *Reſp. Chorus.* IVSTITIA ET IVDICIVM PRÆPARATIO SALVTIS TVÆ *Inde precationes quasdam dicit. Tunc Rex accepto in manus ſacro gladio, aliquos tum Nobiles tum Conſulares viros, habita ceremoniæ dignitate, ad equeſtris Ordinis dignitatem præcinctos provehit. His peractis Rex ſolenni pompa in Palatium deducitur.* His ferè verbis deſcribit Alexander Gvagvinus Coronationem Henrici Regis in Sarmatia Europæa, quam ſibi vindicat Matthias Strykowski Oſſoſtevicius. Conf. & *Tom. II, in Corp. Hiſt. Polon. pag. 373.*

XXII. Huic antiquiori deſcriptioni ſubjiciemus aliam Coronationis recentioris delineationem ut Benevolus Lector videat utrum novi ritus cum veteribus conveniant, nec ne. Poſtquam Michaël Koributh Rex Poloniæ electus pro more Cracoviam ad coronationem inter mille Senatus po- Coronatio Regis Michaelis.

pulique Polonici plauſus ingreſſus erat, & poſtridie hujus adventus peregrinationem in rupellam ſuſceperat, ipſo deinde Feſto die Michaëlis Archangeli ſplendida veſte amictus ad templum Cathedrale a Senatoribus & aliis Magiſtratibus ut & univerſo ordine equeſtri magna pompa deductus eſt. Inſignia tamen Regni, ut corona, ſceptrum, pomum aureum figuram mundi præferens, & gladius nudus non præferebantur, ut alias moris fuit, Regi templum ingredienti per Senatores atque Enſiferum Regni, ſed ante ingreſſum illum jam per Præfectum ſtabuli Regni & Capitaneum Felinenſem in templum dicta inſignia ad altare deportata & ab Archiepiſcopo, qui ea à duobus illis receperat, in altare depoſita ſunt. In ipſo autem, ingreſſu Vexillifero Regni vexillum præferente Reges coronandi latera cingebant Legatus Pontificis Romani & Legatus Imperatoris Germanorum. Sed in templo ipſum exceperunt Epiſcopi duo, nempe Cracovienſis & Cujavienſis, eumque ita medium inter ſe ad Archiepiſcopum deduxerunt. Poſtquam Rex Archiepiſcopum ſolito more ſalutavit, initium ſacrarum ceremoniarum factum eſt. Archiepiſcopus Regem coronandum ex Pontificali Romano ad pietatem aliasque

que virtutes Regias & præſertim, ad Regnum bene adminiſtrandum cohortatus eſt. Mox electus Rex in genera procumbens manumque Archiepiſcopi Geneſnenſis oſculo ex cipiens jusjurandum præeunte verba dicto Archiepiſcopo præſtitit. Inde conſidens Pacta Conventa ſibi prælegi audivit, eaque mox ibidem jurejurando, quod tacto digitis Evangelio præſtitit, confirmavit. Tum humi proſtratus ab Archiepiſcopo aliisque Epiſcopis benedictionem accepit. poſtea Rex pallio & alia veſte exutus ſacro oleo ab Archiepiſcopo in manu dextra ad cubitum usque & in ſcapulis unctus eſt. Poſtquam deinde veſtibus prioribus indutus, in ſacellum, quod à ſiniſtra parte templi eſt, corpusque Jacobi Zadzicii Epiſcopi Cracovienſis defuncti continet, deductus à duobus illis Epiſcopis eſſet, per Marſchalcos Regni & magni Ducatus Lithvaniæ, ſandaliis, tunicâ, chirothecis, auro, argento gemmisque magni pretii fulgentibus indutus atque inde à Senatoribus & officialibus Vexillifero Regni vexillum præferente, ad thronum in medio templi ex adverſo altaris poſitum, comitantibus iterum dictis illis Epiſcopis duobus, deductus eſt. Hic conſidens Miſſam audivit. A throno poſtea

dedu-

deducitur ad altare, ubi ipſi Archiepiſcopus gladium evaginatum tradidit. Sed mox Enſifer Regni gladium receptum, in vagina reconditum Archiepiſcopo reddidit, qui ipſum lateri Regio accinxit. Hic aſſurgens Rex gladium iterum eductum bis decuſſatim vibravit & mox recondidit. His peractis primas Regni in genua denuo procumbenti coronam ſolenni more impoſuit, quam reliqui Epiſcopi eousque manibus tenebant, donec Archiepiſcopus preces abſolveret. Corona impoſita Archiepiſcopus ſceptrum dextræ, pomum ſiniſtræ Regis inſeruit. Conſurgenti Regi coronato gladius iterum ſolutus atque Enſifero, ut eum Regi ſuo præferret, traditus eſt. Inde Rex inter Archiepiſcopum Gneſenſem & Epiſcopum Cracovienſem medius ad thronum in medio templi erectum regreditur, ibidemque ab Archiepiſcopo collocatur. Conſidente Rege denuo Archiepiſcopus ad altare ſe recipit, hymnumque TE DEUM LAUDAMUS incipit. Hymno finito ad altare conſidet Archiepiſcopus, quo etiam Rex accedens, Archiepiſcopo demiſsè aurum offert manumque oſculatur. Mox confeſſione coram ipſo facta, Sacro-ſanctum Chriſti corpus accipit. Omnibus his ceremoniis ad finem deductis, Archiepiſcopus

omni-

omnibus præſentibus benedixit, quam benedictionem excepit Marſchalcus Curiæ Regni læta illa voce: VIVAT REX MICHAEL, quam omnes in templo præſentes magna animi lætitia repetebant. Ad extremum Theſaurarius Regni Poloniæ in ipſo Templo in populum nummos ſpargebat, extra templum tormenta diſplodebantur, utrobique autem magna lætitiæ ſigna edebantur. Et ſic tandem Rex coronatus ab eodem comitatu in aulam reductus eſt. Coronatione dicto modo peracta, reliquum diei ſemper conviviis aliisque plauſibus conſumi ſolet. Inter alia etiam plebi in Regio palatio tres integri boves ferarum & altilium vario genere farti aſſantur & cum aliquot cereviſiæ doliis in prædam cedunt. *Vid.* Nical. Chwalkowski *lib. I, Jur. Publ. Polon. cap. 3. num. 29.* Diarium Europæum *Continat XX. pag. 75. ſeqq.*

Acclamationes.

Numi miſſiles ſparguntur.

XXIII. Poſtridie coronationis Rex in forum urbis Cracovienſis, Senatoribus inſignia Regni præferentibus, equo vehitur. In ipſo proceſſu Theſaurarius Regni miſſilia ſive nummos aureos & argenteos in populum ſpargit ab ipſa arce usque ad forum urbis. Deductus Rex in Curiam Civitatis Regio induitur habitu. Inde pedes ad editum ſolium magnifice hunc in finem in publico extru-

Rex in forum progreditur.

Nummi miſſiles.

ſtru-

ſtructum contendit. Sedentem Regem Senatus Regni paulo inferior ordine circumſidet. Hic magiſtratus urbis ſubjectionem teſtaturus in argentea patina claves portarum omnium deauratas Regi tradit & oratione ornata ſubmiſſe Regem veneratur. Reſpondet nomine Regis Cancellarius, gratiamque Regiam Magiſtratui pollicetur. Poſthæc idem Cancellarius Magiſtratui urbis formulam juramenti prælegit, quod omnes Conſules in genua procumbentes erectis verſus cœlum digitis præſtant; jurejurando præſtito Magiſtratus urbis munus aliquod Regi offert, ſicque claves ſuas recipit. Tum Rex ſceptro & pomo aureo Dominis Senatoribus Regni tradito, nudum enſem à Gladifero Regni acceptum verſus quatuor mundi partes vibrat, rurſumque conſidens ejus contactu ſive levi ictu inter ſcapulas cujusque Equites aliquot auratos creat. Recedente cum priore comitatu in arcem Rege, Theſaurarius iterum nummos in populum ſpargit. Interea autem tormenta reſonant aliique ignes arte parati accenduntur, & ita varia lætitiæ ſigna ubique cernuntur. Sereniſſimus Rex Michael aliquot poſt coronationem diebus

Homagium Civitatis Cracovienſis.

Equites aurati creantur

Numi miſſiles.

bus

bus elapſis, aureum vellus accepit, quod ſequenti modo factum eſt. Legatus Imperatoris tanquam Diſpenſatoris Hiſpaniarum Regis in conclavi Regio, Regi coram icuncula Crucifixi Servatoris in genua procumbenti Regioque verbo promittenti, ſe Ordinis illius conditiones (præmiſſa de nonnullis in favorem coronatorum capitum Diſpenſatione) ſervaturum, aureum vellus contulit. Actis à Rege pro munere illo gratiis & celebrata ab Epiſcopo Cracovienſi Miſſa, Legatus & collega ipſius lautiſſima cœna excepti ſunt, ut hoc ipſum deſcribit Nicolaus Chvvalkovvski *loc. cit. n. 32. pag. 48.*

Ritius quibus Rex Michael aureum vellus accepit.

XXIV. Poſt ſolennia Coronationis & jusjurandum à Cracovienſi civitate publice in foro præſtitum, ſtatim ſe Rex ad COMITIA CORONATIONIS accingit, Hic demum Primas Regni Vicariatum ſuum in Pleno Senatus Regni conſeſſu deponit, ubi etiam Regi jusjurandum fidelitatis & ſubjectionis præſtatur à Senatu; deinde etiam à Civitatum Polonicarum Delegatis: & tandem ſimulac Nuncii Terreſtres Marſchalcum ſibi elegerunt (interea namque Conſeſſum Nunciorum Terreſtrium moderatur is, qui antea in ſuperioribus Comitiis Ele-

Comitia Coronationis inchoantur.

Archiepiſcopus deponit Vicariatum.

Iusjurandum Regi ab ordinibus & Civitatibus præſtatur.

in ſingulis Comitiis Coronationis latæ *ſtatim ab initio.* Præter hanc denunciationem Coronationis jam peractæ, dat quoque Rex alias literas, jurisjurandi à ſe præſtiti teſtes. Adhæc edit etiam aliud Diploma, quo omnia Regni Privilegia confirmat. Hæc omnia poſtmodum Conſtitutionibus ipſis inſeruntur, ut teſtari poſſunt Conſtitutiones *Anni 1633. 1649. 1670. 1676.* In his ipſis Conſtitutionibus in Comitiis poſt coronationem actis, Rex etiam omnia Ordinum ſub tempus Interregni Acta confirmare ſolet, ut ex citatis modo Conſtitutionibus manifeſtum fit. Quoniam vero jurisjurandi Regii (quod in Comitiis Electionis à Marſchalco Ordinis Equeſtris conſcribitur & à Rege in ipſo Coronationis Actu præſtatur,) aliquoties facta eſt mentio, placet illud hoc loco adnectere. Ita vero ſe habet: *Ego N. electus Rex Poloniæ, Magnus Dux Lithvaniæ* (totus titulus hic exprimitur) *per omnes Regni Ordines utriusque gentis tam Poloniæ, quam Luthvaniæ cæterarumque Provinciarum Regno Poloniæ Magnoque Ducatu Lithvaniæ annexarum & incorporatarum*

Literæ de jurejurande à Rege præſtito.

Confirmatio jurium & Privilegiorum.

Iusjurandum Regium.

tum Pacta per Ordines Regni & magni Ducatus Lithvaniæ mihi tradita, manutenebo, obſervabo, cuſtodiam & adimplebo in omnibus Conditionibus, articulis & punctis in eisdem, expreſſis. Pacem quoque & tranquillitatem inter diſſidentes de Religione, Chriſtiana tuebor, manutenebo, nec ullo modo vel jurisdictione noſtra vel officiorum noſtrorum & Statuum quorumvis auctoritate quemquam afficiam ac opprimam, ac ea quæ in Electione Noſtra Varſavienſi conſtituta ſunt, & quæ in Conventione Coronationis noſtræ conſtituentur, manutenebo iisque ſatisfaciam, omnia illicitè à Regno magnoque Ducatu Lithvaniæ & Dominiis eorundem quocunque modo alienata vel bello vel quovis alio modo diſtracta ad propietatem ejusdem Re- Poloniæ & magni Ducatus Lithvaniæ aggregatio, terminosque Regni & magni Ducatus Lithvaniæ non minuam, ſed defendam & dilatabo. Juſtitiam omnibus incolis Regni juxta jura publica in omnibus Dominiis conſtitutam

abſque omnibus dilationibus & prorogationibus adminiſtrato, quovis etiam ſanguinis noſtri reſpectu nullo habito, in diſpenſatione quoque diſtributivæ juſtitiæ non me alligato ad affectum & propenſionem naturalem ſanguinis, ſed ſolam ipſam meritorum rationem præ oculis & corde habebo, in diſponendis occurrentibus officiis & beneficiis Reipublicæ. Et ſi (quod abſit) in aliquibus juramentum meum violavero, nullam mihi incolæ Regni omniumque Dominiorum uniuscujusque Gentis obedientiam præſtare debebunt, immò ipſo facto eos ab omni fide, obedientiâ Regi debitâ liberos facio, abſolutionemque nullam ab hoc meo juramento à quoquam petam nec ultro oblatam ſuſcipiam. Sic me Deus adjuvet & hæc ſancta Chriſti Evangelia. Ea quæ in hic de reſpectu proprii ſanguinis in juſtitia adminiſtranda & præſertim in diſtribuendis officiis & beneficiis habentur, tantùm in Sereniſſimi Joannis III. jurejurando addita ſunt, cum in ſuperiorum Regum juramentis non exſtent. Antequam ad alia ad hoc caput

caput pertinentia progrediamur, eſſe ducimus, id quod ſupra hoc ipſo numero de Civitatum jurejurando Regi coronato in Comitiis, quæ poſt coronationem habentur, præſtari ſolito memoravimus, non eſſe extendendum ad urbes Pruſſicas. Nam ad eas in verba Regis adigendas poſt Coronationem demum commodo tempore Rex Legatum mittit, qui urbes majores, puta Thorunium, Elbingam & Gedanum, adit, ſingulasque ſeparatim publice jurejurando adſtringit.

Pruſſicæ urbes quomodo homagium præſtent.

XXV. Quod ad Coronationem Reginæ attinet, obſervamus primo, eam non coronari, niſi ſit Romano-Catholicæ Religioni addicta. Exemplo eſſe poteſt Helena Alexandri Regis Poloniæ conjux, cui diadema non eſt impoſitum ex ea ratione, quia ut Joannis Magni Moſcorum Ducis filia Græcæ Religionis erat, neque Romanæ Eccleſiæ inſtituta amplecti volebat. Deinde hoc etiam in lectione hiſtoriarum notamus, Reginas aut cum Regibus ipſis, aut etiam ſeorſum coronari. Nam quando Rex coronandus eſt, qui aut jam ante Regnum adeptum in conjugio vixit, aut etiam ſimul ducit uxorem, tunc Regina ſimul cum Rege coronari poteſt. Factum hoc

Coronatio Reginæ Catholicæ Religioni addictæ.

Reginæ aut cum Regibus ſimul aut ſeorſum coronantur.

eſt in coronatione Regis Stephani, qui dum adiit Regnum, ſimul etiam Annam Regis Sigiſmundi Auguſti ſororem matrimonio ſibi junxit. Factum idem eſt in Coronatione Sereniſſimi Regis Joannis III. qui cum conjuge ſua Sereniſſima ſimul eodem actu coronatus eſt. Quando vero Rex eſt cœlebs, & poſt coronationem demum conjugem ducit, tunc illa ſeorſum coronatur, præſente tamen, deducente & poſtulate pro ea Rege. *Deducit etiam eam coronatam Rex ad forum ipſe quoque coronatus magna cum pompa. Sed non juratur in verba Reginæ, nec ei defertur ulla poteſtas aut jurisdictio*, ait Cromerus *lib. II. Deſcript. Polon. pag. 127. ſeq.* Alex. Gvagvinus ſive potius Matthias Strykovvslci Oſſoſtevicius *loc. cit.* Conf. Cromerus *lib. XXII. Hiſt. Polon. in pr.* & Neugebauer. *lib. VI. pag. 322.* Locus ubi Reginæ coronantur, eſt itidem hodie Cracovia, ubi Reges ipſi coronantur & ubi inſignia Regni aſſervantur. Extraordinarium vero illud eſt & contra mores Regni, quod Wladislaus IV. Conjugem ſuam priorem Cæciliam Renatam Auſtriacam, allatis Cracovia Varſaviam inſignibus cororari juſſerit, non ſine Ordinum querela, ut teſtatur Paulus Piaſecius *ad an. 1637. pag. 592.* Igitur ne hoc impo-

Locus Coronationis Reginæ eſt Cracovia.

in poſterum fieret, omnium Ordinum conſenſu in Comitiis Conſtitutio lata eſt Anno 1638. *pag.* 28. Attamen neque hæc Conſtitutio tantum valuit, ut & inpoſterum omnes Reginæ Cracoviæ coronarentur. Cum enim An. 1670. Eleonoræ Mariæ ex Auſtriacâ domo oriundæ corona eſſet imponenda, relaxatio legis illius omnium ordinum, conſenſu facta eſt, conceſſumque, ut Regina Warſaviæ ab Archiepiſcopo Gneſnenſi coronaretur, addita tamen cautela, ne hoc inpoſterum in ſequelam trahatur, ut diſcimus ex Conſtitut. *An.* 1670. *pag.* 13. Sed quod paucis abhinc annis ſpargebatur, in Regno Poloniæ Reginam non coronari, ſi ſit adhuc ſuperſtes prioris alicujus Regis Poloniæ conjux, aut potius defuncto jam Rege vidua, coronata, illud prorſus vanum eſt. Etenim Wladislai Jagellonis conjux Sophia Regina legitimo modo coronata An. 1461. è vita deceſſit, cum jam antea Caſimirus III. Jagellonides Eliſabetham Auſtriacam duxiſſet eamque Anno 1454. adeoque ſexto anno ante obitum alterius Reginæ coronatæ coronari juſſiſſet. Alia jam exempla recentiora lubens prætereo præſertim cum noviſſimum etiam hodiernæ Sereniſſimæ Reginæ exemplum famam illam refutarit.

Regina coronatur etiam alia Regina coronata ſuperſtite.

Reginarum ſuſtentatio.

rit. Sed hæc de coronatione Reginarum ſufficiant, jam quædam de earundem ſuſtentatione dicenda. In aulam Reginæ Rex ſumptus, quoad vivit, ſuppeditat, ſed defuncto Rege de ſuo ac de reditibus eorum bonorum, quæ Rex ipſi conſenſu ordinum dotis & donationis nomine propter Nuptias, attribuit, ſe cum aula ſua ſuſtentat, donec extra Regnum ad alia transſeat vota vel etiam ipſa moriatur. Sin autem inſcriptorum ſibi Bonorum non eſt facta compos, tunc viduæ in Bonis Regalibus Proviſio annua aſſecuratur, exemplo Sereniſſimæ Eleonoræ cui per Confœderationem anni 1674. ducenta & viginti florenorum millia promiſſa & denuo per Pacta Conventa Regis Joannis III. aſſecurata ſunt, non computato in eam ſum̃am dono Nuptiali annuo ex ſalis fodinis Cracovienſibus, ſcilicet duobus millibus florenorum Ungaricalium, ſive ut vulgo vocamus ducatorum, quæ eidem ex Conſtitutione Anni 1670. (ubi jus Reformatorium habetur) competunt. *Vid.* Conſtit. An. 1670. pag. 17. *tit. Oprawa. Confœderatio* general. An. 1674. pag. 20. Pacta Conventa anni 1674. tit. *Jako na przeſzley.* Conſtitut. *anni 1678. pag. 5. 6.* Quos autem Regina miniſtros & Officiales in aula ſua alat, inferius commodiore loco oſtendetur.

CAP.

Digitized by Google

CAP. II.

De PACTIS CONVENTIS; *ubi de Juribus Majeſtatis, & poteſtate Regum Poloniæ.*

I.

SCriptores Polonici etiam recentiores haud inviti largiuntur, primis temporibus Ducum Poloniæ abſolutam nullisque legibus adſtrictam fuisſe poteſtatem: *Fuit initio*, ait Cromerus, *liberior Dominatus Principis Poloniæ & nullis propemodum legibus adſtrictus, infinitam non modo omnium rerum, ſed etiam vitæ necisque omnium poteſtatem habens.* lib. II. *Deſcript. Polon. pag. 124.* Sic etiam ante Cromerum, Joannes Dlugoſſus Sec. XV. Scriptor, Lechum primum Poloniæ Ducem appellat *vitæ necisque Dominum.* Tom. I. *Hiſt. Polon. lib. 1. pag. 63.* Verum enim vero cum Principes Poloniæ Chriſtianam religionem introduxiſſent, temperari poteſtas illa cœpit per cerras leges, quibus Reges

Principum Poloniæ ſoluta olim fuit poteſtas.

Regum Poteſtas temperari cœpit.

Z 5 Duces-

Duceſque Poloniæ ſenſim ſtringebantur. Cauſam hujus rei Cromerus primo piis Epiſcoporum monitis tribuit, ut qui Principes ſuos docuere, Regium imperium paternum eſſe debere. Et ſanè primos Poloniæ Reges Epiſcopis ſacroque Ordini magnas conceſſiſſe prærogativas paſſim legimus, eò quod ab illis imbuebantur ſacris, & ſalutaribus monitis ad futuram cœleſtem vitam inſtituebantur. Epiſcopi igitur aliique Sacerdotes prærogativis quibusdam ornati, dubio procul aliis etiam Chriſtianis, præſertim autem in dignitate conſtitutis, Privilegia multa impetrarunt. Quin etiam fortaſſis ipſi Principes aliorum Chriſtianorum Regum exemplis permoti, ut imperium ſuum amore ſtabilirent, multas incolis libertates concedebant, quemadmodum egregium hujus rei exemplum habemus in Wladislao Jagellone & patruele ipſius Alexandro Witoldo, qui Lithuanos ad religionem Chriſtianam adductos iisdem Privilegiis, quibus gaudebant Poloni, donarunt. *Vid.* Albertus Wijuk Kojalowicz *Part. II. Hiſt. Lithvan. lib. II. pag. 91. ſeq.* Deinde tribuit etiam hoc Cromerus bellatricis Nobilitatis meritis, quod conceſſis ejusmodi Privilegiis Regum Poloniæ poteſtas ſit certis legibus

Cauſſæ immunitatum conceſſarum.

bus circumſcripta. Denique non abnuit Cromerus, contentiones etiam Nobilium non parum hic effeciſſe, quod de illis præcipue temporibus intelligi debet, quibus Regnum Poloniæ in plures partes diſtractum erat. Poſſumus nos aliam adhuc ejus rei cauſam addere, eamque ex natura Regnorum, in quibus Electio Regum viget, petitam. Poſtquam enim decedente ſtirpe Piaſtea Reges Poloniæ eligi cœperunt, ut exteri Principes ad Regnum, quod ambibant, admitterentur, quidvis Nobilitati concedebant. Exemplum ejus rei habemus in Ludovico Hungariæ Rege, qui ut vivente adhuc Caſimiro M. ſucceſſor Regni Poloniæ deſignaretur, tanta Privilegia Equeſtri Ordini conceſſit, ut etiam ab hoc Ludovico & qui eum in imperio Polonico præceſſit, Caſimiro Magno initium fere libertatis ſuæ deducant Poloni, ut videre licet ex jurejurando Regio, quod ſuperiore capite *num. XXIV.* dedimus. Idem quod de Ludovico diximus, aſſerendum etiam eſt de Wladislao Jagellone & aliis Regibus ipſum ſubſequentibus. *Vid.* Cromer. *lib. XIX. de Ortu & Reb. geſt. Polon. pag. 680.* Quamvis vero Reges illi magna Reipubl. Privilegia conceſſerint, non leguntur tamen ſpecialia Pacta Conventa inter

Natura Regnorum electivorum.

Pacta Conventa Specialia olim non erant in uſu.

inter Rempubl. & Regem eligendum interceſſiſſe, ſed ſufficiebat, ſi Reges poſt Electionem Privilegia Regni confirmarent, illaque pro ratione temporum deinde augerent. Poſt exceſſum demum Auguſti, cum externus Princeps eſſet ad Regnum admovendus, cœperunt Ordines Regni Poloniæ eligendo Regi certa Pacta præſcribere, in quæ electus Rex juraret, quæ Pacta deinde in Electione Stephani Sigiſmundi III. aliorumque Regum aucta ſunt. Has conditiones Poloni PACTA CONVENTA vocant, ut Germani Leges ſuas fundamentales, in quas jurant Imperatores, CAPITULATIONEM CÆSAREAM appellare conſveverunt.

Poſt exceſſum Sigiſmundi Auguſti pacta Conventa ſcribi cœperunt.

II. In Pactis illis Conventis determinat Rex, quomodo ſe velit gerere Primum circa Jura Majeſtatis, verbi gratia circa Bella, Fœdera, Judicia, collationem Magiſtratuum, Legationes, monetam cudendam & quæ ſunt id genus alia. Quamvis de quibusdam etiam Juribus Majeſtatis, videlicet cum de illis jam alias ſatis Legibus & Conſvetudine cautum eſt, nulla in Pactis Conventis fiat mentio, ut de Legibus ferendis aliisque. Deinde etiam quædam in Pactis Conventis determinantur, quæ quidem ad

Contenta Pactorum Conventorum.

jura

jura Majeſtatis non pertinent; ad ſalutem tamen publicam promovendam maxime neceſſaria eſſe videntur, huc pertinent leges de conjugio Regis, de Bonis Regiis augendis vel minuendis, de caſtellis aliquot de novo erigendis, & quæ ſunt id genus alia. Poſtremo quoniam sereniſſimorum *R*egum Michaelis & Joannis III. Pacta Conventa ſcripta ſunt poſt Electionem & *R*enunciationem ipſorum, idcirco addita ſunt nonnulla, quæ ſpeciatim hos & non alios *R*eges tangunt, exempli cauſa, ne conſangvinei *R*egis in linea collaterari extollantur ſupra æqualitatem Nobilitatis Polonicæ, ſed ut eodem jure cum reliqua Nobilitate cenſeantur; item ut *R*ex hanc vel illam Provinciam à *R*egno abſtractam ab hoſtibus recuperet, & quæ ſunt hujus generis alia.

III. Sed placet ſpeciatim ſingula Majeſtatis jura, aliaque præcipua in Pactis Conventis ſive in Capitulatione illa exprimi ſolita percurrere, ut intelligamus, quænam ſit Poloniæ *R*egum poteſtas. Non obſervabimus autem ſtricte Ordinem, qui in *P*actis Conventis ſive in Capitulatione illa reperitur, ſed quem, *n. II.* jam delineavimus. Ante autem quam ad ipſa jura Majeſtatis accedamus, præpone-

ponemus caput, quod etiam in Pactis primo ſemper loco ponitur. DE LIBERA REGVM POLONIÆ ELECTIONE. In illo autem capite promittit Rex, *ſe nolle Regem Poloniæ eligere, aut electionem indicere, aut quenquam alium modum tentare, inſtruendi aut deſignandi Regis ſive ſucceſſoris, vitæ ſuæ tempore.* Propterea quoque Reges ibidem pollicentur, ſe titulo HÆREDIS REGNI POLONIÆ nolle uti. Quando autem illa lex ſit lata, & quamobrem ea adhuc Pactis Conventis inſeratur, jam ex ſuperioribus manifeſtum eſt. *Vid. lib. I. cap. II. n. 1XI. & lib. II. cap. I. n. 2.*

De libera Regum Poloniæ electione.

Rex titulo heredis Regni Poloniæ non utitur.

IV. Quod ad JUS SACRORUM attinet, illud Principes Religioni Romano-Catholicæ addicti Pontifici Romano fere totum ceſſere, quamvis quoſdam actus ejuſdem juris ſibi reſervarint etiam Reges Poloniæ, ut ex infra dicendis (præſertim ex num. X.) elucebit. Nunc de Religione Polonorum nonnulla dicenda ſunt, ut palam fiat, ex quibus cauſis capita quædam de Religione in paſtis conventis poſita ſint. Seculo poſt Servatorem noſtrum natum decimo Miecislaus ſive Mieſzkoi. Poloniæ Dux, Piaſti abnepos, religionem Chriſtianam, ſecundum RITUS ROMANOS, in Poloniam introduxit, quæ etiam

Ius Sacrorum quodammodo ſibi reſervarunt Reges Poloniæ.

Religio Polonorum.

Converſio Poloniæ.

reli-

religio ad hæc uſque tempora ibidem viget. Lithvania & Samogitia tempore Vladislai Jagellonis Regis Poloniæ & Alexandri Vitoldi Magni Ducis Lithvaniæ Chriſto nomen dederunt, acceperuntque ſub exitum Seculi XIV. Epiſcopos Religioni ROMANO-CATHOLICÆ addictos. Quamvis Religio Chriſtiana ſecundum RITVS GRÆCORVM in magna Lithvaniæ parte aut jam tunc viguerit, aut etiam paulò poſt fuerit introducta, quod hodierna Ruſſica templa in Lithvaniæ teſtantur. Ruſſia Septentrionalis, quæ Ruſſia alba vocatur, & meridionalis, quæ Ruſſiæ rubræ nomen habet, ut & Vkraina ab illo tempore, quo fuerant Regno Poloniæ conjunctæ, non ſecus ac multa Lithvaniæ loca Rùſſiæ propinquiora, quæque Duces Lithvaniæ Ruſſico Imperio detraxerant, RITVS GRÆCORVM maximam partem retinuerunt, licet poſtea Reges Poloniæ in Ruſſiæ Provinciis, ſimul ac eas imperio ſuo ſubiecerunt, etiam Epiſcopatus Romano-Catholicos inſtituerint, ut ex cap. III. infra apparebit. Contigerunt tamen in omnibus Polonici Imperii Provinciis ratione religionis mutationes nonnullæ, quæ hoc loco nobis erunt annotandæ. Non longe à recepta religione Chriſtiana JVDÆI colonias ſuas

Converſio Lithvaniæ

Ruſſia alba & rubra Græcæ religioni adductæ fuere.

Ritus Romani ibidem introducuntur.

Mutationes in Religione.

Iudaica religio.

ſuas huc ex Germania, cujus linguam adhuc retinent, deduxiſſe videntur, quos deinde anno 1264. Boleslaus Dux majoris Poloniæ Caſimiri Magni Regis Poloniæ Proavus in Provincia ſua multis Privilegiis donavit, quæ videantur apud Janum Januſzovium *lib. X. Conſtitut. Regn. Pol. tit. 1.* Deinde circa an. 1341. Confirmavit eadem Privilegia Judæis Caſiimirus Magnus Rex Poloniæ, Boleslai jam nominati Pronepos, idque procurante quadam muliere Judæa, nomine Eſthera, cujus conſuetudine Rex ille utebatur. *Vid.* Neugeb. *lib. III. Hiſt. Polon. in fin.* Ex eo tempore Judæi per Poloniam & Lithvaniam in immenſum creverunt, hodieque per urbes & pagos habitant frequentiſſimi, adeo ut non inepte, neſcio quis, dixerit, Poloniam eſſe Paradiſum Judæorum. Ad finem vergente Seculo XIV. à Chriſto nato, videlicet An. 1397. Vitoldus Magnus Dux Lithvaniæ devîctis TARTARIS Trans-Volgenſibus & Nahajenſibus, totas eorum tribus, quas *Hordas* vocant, tranſtulit in Lithvaniam, qui ad huc hodie obſtinatiſſime *ſectam Mahumedanam* retinent. Et hi hodieque reperiuntur non ſolùm ad Vacæ amnis ripas, ſed etiam tum per agros, tum per ſuburbana Regiarum Civitatum, primorumque Lithvaniæ poſſeſſiones ſparſi. Ad

Tartarica Religio.

Vilnen-

Vilnenſem urbem Tartari habent ſuburbium, *Lukiſzki Tatarskie* dictum, in quo etiam ſuæ Religionis templum habent. *Vid.* de his Tartaris Kojalowiz *Part. II. Hiſt. Lithvan. lib. II. ad an. 1397. pag. 56.* Dantur præterea etiam Tartari in partibus Ruſſiæ & præcipuè Podoliæ, quæ olim Tartaris tota fuit ſubjecta. Appellantur autem illi *Tatarzy Lipkowie*, uti in Ruſſia *Czeremiſſi.* Extant de Tartaris quam pluri- mæ Conſtitutiones, ut *An. 1607. pag. 862. An. 1611. pag. 47. An. 1616. pag. 45. An. 1628.* & aliæ quamplurimæ; inprimis vero Conſtitutio *Anni 1616. pag. 58.* ubi Tartari Lipcenſes (*Tatarzy Lipkowie*) in gratiam recipiuntur. Ejusdem Wladislai Jagellonis Poloniæ Regis & Vitoldi Magni Ducis Lithvaniæ temporibus cœpit ſecta HUSSITICA, ſive BOHEMICORUM FRATRUM in oris Polonicis invaleſcere, auctoribus Procopio Holy, Petro Payne, Bedricho Straznicio & Wilhelmo Koſtka. Nec de erant ipſis Fautores ex præcipua Nobilitate Polonica, cum ipſorum partes ſecuti eſſe dicantur Zbanſcius, Oſtrorogius, Gizovius & alii. Favebat etiam Huſſitis Sigiſmundus Koributhus in Lithvania, Vitoldi frater germanus, ut ex Dlugoſſo, Cromero aliisque probat Adamus Wengerſcius *lib. I. Hiſtor. Eccleſ. Sla-*

Secta Huſſitarum Sive Bohemicorum Fratrum.

ſuas huc ex Germania, cujus linguam adhuc retinent, deduxiſſe videntur, quos deinde anno 1264. Boleslaus Dux majoris Poloniæ Caſimiri Magni Regis Poloniæ Proavus in Provincia ſua multis Privilegiis donavit, quæ videantur apud Janum Januſzovium *lib. X. Conſtitut. Regn. Pol. tit. 1.* Deinde circa an. 1341. Confirmavit eadem Privilegia Judæis Caſiimirus Magnus Rex Poloniæ, Boleslai jam nominati Pronepos, idque procurante quadam muliere Judæa, nomine Eſthera, cujus conſuetudine Rex ille utebatur. *Vid.* Neugeb. *lib. III. Hiſt. Polon. in fin.* Ex eo tempore Judæi per Poloniam & Lithvaniam in immenſum creverunt, hodieque per urbes & pagos habitant frequentiſſimi, adeo ut non inepte, neſcio quis, dixerit, Poloniam eſſe Paradiſum Judæorum. Ad finem vergente Seculo XIV. à Chriſto nato, videlicet An. 1397. Vitoldus Magnus Dux Lithvaniæ devictis TARTARIS Trans-Volgenſibus & Nahajenſibus, totas eorum tribus, quas *Hordas* vocant, tranſtulit in Lithvaniam, qui ad huc hodie obſtinatiſſime *ſectam Mahumedanam* retinent. Et hi hodieque reperiuntur non ſolùm ad Vacæ amnis ripas, ſed etiam tum per agros, tum per ſuburbana Regiarum Civitatum, primorumque Lithvaniæ poſſeſſiones ſparſi. Ad Vilnen-

Tartarica Religio.

Vilnenſem urbem Tartari habent ſuburbium, *Lukiszki Tatarskie* dictum, in quo etiam ſuæ Religionis templum habent. *Vid.* de his Tartaris Kojalowiz *Part. II. Hiſt. Lithvan. lib. II. ad an. 1397. pag. 56.* Dantur præterea etiam Tartari in partibus Ruſſiæ & præcipuè Podoliæ, quæ olim Tartaris tota fuit ſubjecta. Appellantur autem illi *Tatarzy Lipkowie*, uti in Ruſſia *Czeremiſſi.* Extant de Tartaris quam plurimæ Conſtitutiones, ut *An. 1607. pag. 862. An. 1611. pag. 47. An. 1616. pag. 45. An. 1628.* & aliæ quamplurimæ; inprimis vero Conſtitutio *Anni 1616. pag. 58.* ubi Tartari Lipcenſes (*Tatarzy Lipkowie*) in gratiam recipiuntur. Ejusdem Wladislai Jagellonis Poloniæ Regis & Vitoldi Magni Ducis Lithvaniæ temporibus cœpit ſecta HUSSITICA, ſive BOHEMICORUM FRATRUM in oris Polonicis invaleſcere, auctoribus Procopio Holy, Petro Payne, Bedricho Straznicio & Wilhelmo Koſtka. Nec de erant ipſis Fautores ex præcipua Nobilitate Polonica, cum ipſorum partes ſecuti eſſe dicantur Zbanſcius, Oſtrorogius, Gizovius & alii. Favebat etiam Huſſitis Sigiſmundus Koributhus in Lithvania, Vitoldi frater germanus, ut ex Dlugoſſo, Cromero aliisque probat Adamus Wengerſcius *lib. I. Hiſtor. Eccleſ. Sla-*

Secta Huſſitarum Sive Bohemicorum Fratrum.

vonicarum Provinciarum cap. VII. Quanquam autem ſeveriſſimis edictis in Polonia contra Huſſitas actum eſt, ut cognoſcimus ex Jani Januſzovii *lib. II. Conſtitut. Part. VI. tit. 4. pap. 260. ſeqq.* extirpari tamen illa ſecta prorſus non potuit, ut probat Wengerſcius *lib. 1. cap. 13.* Maximum autem periculum imminebat Religioni Pontificiæ ſuperiore Seculo, cum D. Martinus Lutherus corruptelas, quæ in Eccleſiam ſucceſſu temporum irrepſerant, eliminare cœpiſſet. Tunc temporis enim eandem doctrinam diſſeminare cœperunt LUTHERANI, quibus poſtea acceſſerunt CALVINIANI, ſive ut dici malunt REFORMATI. Lutherani hodie in Polonia dicuntur *Saſſowie*, id eſt Saxones, quia Lutherus in Saxonia vixit & docuit: Reformati autem vocantur *Zborocoi*, quaſi dicere velis *Conventuales*, à voce Polonica *Zbor*, quæ cætum, conventum Eccleſiam notat, ita dicti. Inter primos Eccleſiæ Reformatores tempore Lutheri fuerunt in Polonia Martinus Gloſſa, Joannes Seclutianus, Joannes Caſminius & Martinus Praſnicius. In Lithvania quoque Sectatores Lutheri veſtigia poſuere, auctore quodam Abrahamo Culva Theologiæ Doctore. Auxerunt partes Lutheranorum Studioſi Craco-

Lutherana religio in Polonia.

Calviniani Polonici.

Primi in Polonia Lutherani Doctores.

Studioſi ex Academia Cracovienſi diſcedentes.

Cracovienſes ob cædem Commilitonum Anno 1549. à famulis Andreæ Czarnkovii patratam & à Magiſtratu non punitam, in Germaniam & Bohemiam diſperſi. Cum enim illi in Poloniam revertiſſent longè lateque doctrinam Lutheri in Germania alibique locorum hauſtam propagarunt; ut fusè recenſet Stanislaus Orichorius *Annali II. pag. 35. & ſeqq.* Inprimis autem in Pruſſia Lutheraniſmus ita invaluit, ut non tantum urbes majores & pleræque minores, ſed etiam univerſus ferme equeſtris ordo eam religionem ſit amplexus, ut alibi à nobis demonſtratum eſt. In Polonia quoque præcipuæ familiæ, aut ex iis quidam ſaltem dogmati huic favebant, ut fuere Comites de Gorka, Comites de Oſtrorog, Zborovii, Myſzkovii, Cicocii, Oleſnicii, Sienennii, Firleji, Stadnicii, Branicii, Lubomirſcii, Slupecii, Opalinſcii & alii plurimi. In Lithvania autem Sectatores ejusdem Doctrinæ fuere Duces Radivilii, Comites Chodkievicii, Sapiehæ, Woinæ, Wolovicii, Pacii, Tyſzkievicii aliique non pauci. *Vid.* Caſp. Cichocius *lib. II. Alloquiorum Ociſſenſium.* Quare Sigiſmundi Auguſti tempore totus ferme Senatus fuit Religioni Lutheranæ & Reformatæ addictus. Quinetiam

Pruſſia tota fere Lutheraniſmum recipit.

Familiæ in Poloniæ Lutheranæ.

Senatus fere totus Lutheranus aut Calvinianus.

Reginarum ſuſtentatio.

rit. Sed hæc de coronatione Reginarum ſufficiant, jam quædam de earundem ſuſtentatione dicenda. In aulam Reginæ Rex ſumptus, quoad vivit, ſuppeditat, ſed defuncto Rege de ſuo ac de reditibus eorum bonorum, quæ Rex ipſi conſenſu ordinum dotis & donationis nomine propter Nuptias, attribuit, ſe cum aula ſua ſuſtentat, donec extra Regnum ad alia tranſeat vota vel etiam ipſa moriatur. Sin autem inſcriptorum ſibi Bonorum non eſt facta compos, tunc viduæ in Bonis Regalibus Proviſio annua aſſecuratur, exemplo Sereniſſimæ Eleonoræ cui per Confœderationem anni 1674. ducenta & viginti florenorum millia promiſſa & denuo per Pacta Conventa Regis Joannis III. aſſecurata ſunt, non computato in eam ſum̃am dono Nuptiali annuo ex ſalis fodinis Cracovienſibus, ſcilicet duobus millibus florenorum Ungaricalium, ſive ut vulgo vocamus ducatorum, quæ eidem ex Conſtitutione Anni 1670. (ubi jus Reformatorium habetur) competunt. *Vid.* Conſtit. An. 1670. pag. 17. *tit. Oprawa. Confœderatio* general. An. 1674. pag. 20. Pacta Conventa anni 1674. tit. *Jako na przeſzłey.* Conſtitut. *anni 1678. pag. 5. 6.* Quos autem Regina miniſtros & Officiales in aula ſua alat, inferius commodiore loco oſtendetur.

CAP.

CAP. II.

De
PACTIS CONVEN-TIS; *ubi de Juribus Majeſtatis, & poteſtate Regum Poloniæ.*

I.

SCriptores Polonici etiam recentiores haud inviti largiuntur, primis temporibus Ducum Poloniæ abſolutam nullisque legibus adſtrictam fuiſſe poteſtatem: *Fuit initio*, ait Cromerus, *liberior Dominatus Principis Poloniæ & nullis propemodum legibus adſtrictus, infinitam non modo omnium rerum, ſed etiam vitæ necisque omnium poteſtatem habens.* lib. II. *Deſcript. Polon. pag. 124.* Sic etiam ante Cromerum, Joannes Dlugoſſus Sec. XV. Scriptor, Lechum primum Poloniæ Ducem appellat *vitæ necisque Dominum.* Tom. I. *Hiſt. Polon. lib. 1. pag. 63.* Verum enim vero cum Principes Poloniæ Chriſtianam religionem introduxiſſent, temperari poteſtas illa cœpit per cerras leges, quibus Reges

Principum Poloniæ abſoluta olim fuit poteſtas.

Regum Poteſtas temperari cœpit.

Digitized by Google

Ducesque Poloniæ ſenſim ſtringebantur. Cauſam hujus rei Cromerus primo piis Epiſcoporum monitis tribuit, ut qui Principes ſuos docuere, Regium imperium, paternum eſſe debere. Et ſanè primos Poloniæ Reges Epiſcopis ſacroque Ordini magnas conceſſiſſe prærogativas paſſim legimus, eò quod ab illis imbuebantur ſacris, & ſalutaribus monitis ad futuram cœleſtem vitam inſtituebantur. Epiſcopi igitur aliique Sacerdotes prærogativis quibusdam ornati, dubio procul aliis etiam Chriſtianis, præſertim autem in dignitate conſtitutis, Privilegia multa impetrarunt. Quin etiam fortaſſis ipſi Principes aliorum Chriſtianorum Regum exemplis permoti, ut imperium ſuum, amore ſtabilirent, multas incolis libertates concedebant, quemadmodum egregium hujus rei exemplum habemus in Wladislao Jagellone & patruele, ipſius Alexandro Witoldo, qui Lithuanos ad religionem Chriſtianam, adductos iisdem Privilegiis, quibus gaudebant Poloni, donarunt. *Vid.* Albertus Wijuk Kojalowicz *Part. II. Hiſt. Lithvan. lib. II. pag. 91. ſeq.* Deinde tribuit etiam hoc Cromerus bellatricis Nobilitatis meritis, quod conceſſis ejusmodi Privilegiis Regum Poloniæ poteſtas ſit certis legibus

Cauſæ immunitatum conceſſarum.

bus circumſcripta. Denique non abnuit Cromerus, contentiones etiam Nobilium non parum hic effeciſſe, quod de illis præcipue temporibus intelligi debet, quibus Regnum Poloniæ in plures partes diſtractum erat. Poſſumus nos aliam adhuc ejus rei cauſam addere, eamque ex natura Regnorum, in quibus Electio Regum viget, petitam. Poſtquam enim decedente ſtirpe Piaſtea Reges Poloniæ eligi cœperunt, ut exteri Principes ad Regnum, quod ambibant, admitterentur, quidvis Nobilitati concedebant. Exemplum ejus rei habemus in Ludovico Hungariæ Rege, qui ut vivente adhuc Caſimiro M. ſucceſſor Regni Poloniæ deſignaretur, tanta Privilegia Equeſtri Ordini conceſſit, ut etiam ab hoc Ludovico & qui eum in imperio Polonico præceſſit, Caſimiro Magno initium fere libertatis ſuæ deducant Poloni, ut videre licet ex jurejurando Regio, quod ſuperiore capite *num. XXIV.* dedimus. Idem quod de Ludovico diximus, aſſerendum etiam eſt de Wladislao Jagellone & aliis Regibus ipſum ſubſequentibus. *Vid.* Cromer. *lib. XIX. de Ortu & Reb. geſt. Polon. pag. 680.* Quamvis vero Reges illi magna Reipubl. Privilegia conceſſerint, non leguntur tamen ſpecialia Pacta Conventa inter

Natura Regnorum electivorum.

Pacta Conventa Specialia olim non erant in uſu.

inter Rempubl. & Regem eligendum interceſſiſſe, ſed ſufficiebat, ſi Reges poſt Electionem Privilegia Regni confirmarent, illaque pro ratione temporum deinde augerent. Poſt exceſſum demum Auguſti, cum externus Princeps eſſet ad Regnum admovendus, cœperunt Ordines Regni Poloniæ eligendo Regi certa Pacta præſcribere, in quæ electus Rex juraret, quæ Pacta deinde in Electione Stephani Sigiſmundi III. aliorumque Regum aucta ſunt. Has conditiones Poloni PACTA CONVENTA vocant, ut Germani Leges ſuas fundamentales, in quas jurant Imperatores, CAPITULATIONEM CÆSAREAM appellare conſveverunt.

Poſt exceſſum Sigiſmundi Auguſti pacta Conventa ſcribi cœperunt.

II. In Pactis illis Conventis determinat Rex, quomodo ſe velit gerere Primum circa Jura Majeſtatis, verbi gratia circa Bella, Fœdera, Judicia, collationem Magiſtratuum, Legationes, monetam cudendam & quæ ſunt id genus alia. Quamvis de quibusdam etiam Juribus Majeſtatis, videlicet cum de illis jam alias ſatis Legibus & Conſvetudine cautum eſt, nulla in Pactis Conventis fiat mentio, ut de Legibus ferendis aliisque. Deinde etiam quædam in Pactis Conventis determinantur, quæ quidem ad jura

Contenta Pactorum Conventorum.

Digitized by Google

jura Majeſtatis non pertinent; ad ſalutem tamen publicam promovendam maxime neceſſaria eſſe videntur, huc pertinent leges de conjugio Regis, de Bonis Regiis augendis vel minuendis, de caſtellis aliquot de novo erigendis, & quæ ſunt id genus alia. Poſtremo quoniam sereniſſimorum Regum Michaelis & Joannis III. Pacta Conventa ſcripta ſunt poſt Electionem & Renunciationem ipſorum, idcirco addita ſunt nonnulla, quæ ſpeciatim hos & non alios Reges tangunt, exempli cauſa, ne conſangvinei Regis in linea collaterari extollantur ſupra æqualitatem Nobilitatis Polonicæ, ſed ut eodem jure cum reliqua Nobilitate cenſeantur; item ut Rex hanc vel illam Provinciam à Regno abſtractam ab hoſtibus recuperet, & quæ ſunt hujus generis alia.

III. Sed placet ſpeciatim ſingula Majeſtatis jura, aliaque præcipua in Pactis Conventis ſive in Capitulatione illa exprimi ſolita percurrere, ut intelligamus, quænam ſit Poloniæ Regum poteſtas. Non obſervabimus autem ſtricte Ordinem, qui in Pactis Conventis ſive in Capitulatione illa reperitur, ſed quem, *n. II.* jam delineavimus. Ante autem quam ad ipſa jura Majeſtatis accedamus, præpone-

Digitized by Google

ponemus caput, quod etiam in Pactis primo ſemper loco ponitur. DE LIBERA REGUM POLONIÆ ELECTIONE. In illo autem capite promittit Rex, *ſe nolle Regem Poloniæ eligere, aut electionem indicere, aut quenquam alium modum tentare, inſtruendi aut deſignandi Regis ſive ſucceſſoris, vitæ ſuæ tempore.* Propterea quoque Reges ibidem pollicentur, ſe titulo HÆREDIS REGNI POLONIÆ nolle uti. Quando autem illa lex ſit lata, & quamobrem ea adhuc Pactis Conventis inſeratur, jam ex ſuperioribus manifeſtum eſt. *Vid. lib. I. cap. II. n. 1 XI. & lib. II. cap. I. n. 2.*

De libera Regum Poloniæ electione.

Rex titulo heredis Regni Poloniæ non utitur.

IV. Quod ad JUS SACRORUM attinet, illud Principes Religioni Romano-Catholicæ addicti Pontifici Romano fere totum ceſſere, quamvis quosdam actus ejusdem juris ſibi reſervarint etiam Reges Poloniæ, ut ex infra dicendis (præſertim ex num. X.) elucebit. Nunc de Religione Polonorum nounulla dicenda ſunt, ut palam fiat, ex quibus cauſis capita quædam de Religione in paſtis conventis poſita ſint. Seculo poſt Servatorem noſtrum natum decimo Miecislaus ſive Mieſzkoi. Poloniæ Dux, Piaſti abnepos, religionem Chriſtianam, ſecundum RITUS ROMANOS, in Poloniam introduxit, quæ etiam reli-

Ius Sacrorum quodammodo ſibi reſervarunt Reges Poloniæ.

Religio Polonorum.

Converſio Poloniæ.

Digitized by Google

religio ad hæc uſque tempora ibidem viget. Lithvania & Samogitia tempore Vladislai Jagellonis Regis Poloniæ & Alexandri Vitoldi Magni Ducis Lithvaniæ Chriſto nomen dederunt, acceperuntque ſub exitum Seculi XIV. Epiſcopos Religioni ROMANO-CATHOLICÆ addictos. Quamvis Religio Chriſtiana ſecundum RITVS GRÆCORVM in magna Lithvaniæ parte aut jam tunc viguerit, aut etiam paulò poſt fuerit introducta, quod hodierna Ruſſica templa in Lithvaniæ teſtantur. Ruſſia Septentrionalis, quæ Ruſſia alba vocatur, & meridionalis, quæ Ruſſiæ rubræ nomen habet, ut & Vkraina ab illo tempore, quo fuerant Regno Poloniæ conjunctæ, non ſecus ac multa Lithvaniæ loca Ruſſiæ propinquiora, quæque Duces Lithvaniæ Ruſſico Imperio detraxerant, RITVS GRÆCORVM maximam partem retinuerunt, licet poſtea Reges Poloniæ in Ruſſiæ Provinciis, ſimul ac eas imperio ſuo ſubiecerunt, etiam Epiſcopatus Romano-Catholicos inſtituerint, ut ex cap. III. infra apparebit. Contigerunt tamen in omnibus Polonici Imperii Provinciis ratione religionis mutationes nonnullæ, quæ hoc loco nobis erunt annotandæ. Non longe à recepta religione Chriſtiana JVDÆI colonias ſuas

Converſio Lithvaniæ

Ruſſia alba & rubra Græcæ religioni adductæ fuere.

Ritus Romani ibidem introducuntur.

Mutationes in Religione.

Iudaica religio.

ſuas huc ex Germania, cujus linguam adhuc retinent, deduxiſſe videntur, quos deinde anno 1264. Boleslaus Dux majoris Poloniæ Caſimiri Magni Regis Poloniæ Proavus in Provincia ſua multis Privilegiis donavit, quæ videantur apud Janum Januſzovium *lib. X. Conſtitut. Regn. Pol. tit. 1.* Deinde circa an. 1341. Confirmavit eadem Privilegia Judæis Caſiimirus Magnus Rex Poloniæ, Boleslai jam nominati Pronepos, idque procurante quadam muliere Judæa, nomine Eſthera, cujus conſuetudine Rex ille utebatur. *Vid.* Neugeb. *lib. III. Hiſt. Polon. in fin.* Ex eo tempore Judæi per Poloniam & Lithvaniam in immenſum creverunt, hodieque per urbes & pagos habitant frequentiſſimi, adeo ut non inepte, neſcio quis, dixerit, Poloniam eſſe Paradiſum Judæorum. Ad finem vergente Seculo XIV. à Chriſto nato, videlicet An. 1397. Vitoldus Magnus Dux Lithvaniæ devictis TARTARIS Trans-Volgenſibus & Nahajenſibus, totas eorum tribus, quas *Hordas* vocant, tranſtulit in Lithvaniam, qui ad huc hodie obſtinatiſſime *ſectam Mahumedanam* retinent. Et hi hodieque reperiuntur non ſolùm ad Vacæ amnis ripas, ſed etiam tum per agros, tum per ſuburbana Regiarum Civitatum, primorumque Lithvaniæ poſſeſſiones ſparſi. Ad Vilnen-

Tartarica Religio.

Vilnenſem urbem Tartari habent ſuburbium, *Lukiszki Tatarskie* dictum, in quo etiam ſuæ Religionis templum habent. *Vid.* de his Tartaris Kojalowiz *Part. II. Hiſt. Lithvan. lib. II. ad an. 1397. pag. 56.* Dantur præterea etiam Tartari in partibus Ruſſiæ & præcipuè Podoliæ, quæ olim Tartaris tota fuit ſubjecta. Appellantur autem illi *Tatarzy Lipkowie*, uti in Ruſſia *Czeremiſſi.* Extant de Tartaris quam plurimæ Conſtitutiones, ut *An. 1607. pag. 862. An. 1611. pag. 47. An. 1616. pag. 45. An. 1628.* & aliæ quamplurimæ; inprimis vero Conſtitutio *Anni 1616. pag. 58.* ubi Tartari Lipcenſes (*Tatarzy Lipkowie*) in gratiam recipiuntur. Ejusdem Wladislai Jagellonis Poloniæ Regis & Vitoldi Magni Ducis Lithvaniæ temporibus cœpit ſecta HUSSITICA, ſive BOHEMICORUM FRATRUM in oris Polonicis invaleſcere, auctoribus Procopio Holy, Petro Payne, Bedricho Straznicio & Wilhelmo Koſtka. Nec de erant ipſis Fautores ex præcipua Nobilitate Polonica, cum ipſorum partes ſecuti eſſe dicantur Zbanſcius, Oſtrorogius, Gizovius & alii. Favebat etiam Huſſitis Sigiſmundus Koributhus in Lithvania, Vitoldi frater germanus, ut ex Dlugoſſo, Cromero aliisque probat Adamus Wengerſcius *lib. I. Hiſtor. Eccleſ. Slavonica-*

Secta Huſſitarum Sive Bohemicorum Fratrum.

 vonica-

Digitized by Google

Cracovienſes ob cædem Commilitonum Anno 1549. à famulis Andreæ Czarnkovii patratam & à Magiſtratu non punitam, in Germaniam & Bohemiam diſperſi. Cum enim illi in Poloniam revertiſſent longè lateque doctrinam Lutheri in Germania alibique locorum hauſtam propagarunt; ut fusè recenſet Stanislaus Orichorius *Annali II. pag. 35. & ſeqq.* Inprimis autem in Pruſſia Lutheraniſmus ita invaluit, ut non tantum urbes majores & pleræque minores, ſed etiam univerſus ferme equeſtris ordo eam religionem ſit amplexus, ut alibi à nobis demonſtratum eſt. In Polonia quoque præcipuæ familiæ, aut ex iis quidam ſaltem dogmati huic favebant, ut fuere Comites de Gorka, Comites de Oſtrorog, Zborovii, Myſzkovii, Cicocii, Oleſnicii, Sienennii, Firleji, Stadnicii, Branicii, Lubomirſcii, Slupecii, Opalinſcii & alii plurimi. In Lithvania autem Sectatores ejusdem Doctrinæ fuere Duces Radivilii, Comites Chodkievicii, Sapiehæ, Woinæ, Wolovicii, Pacii, Tyſzkievicii aliique non pauci. *Vid.* Caſp. Cichocius *lib. II. Alloquiorum Ociesſenſium.* Quare Sigiſmundi Auguſti tempore totus ferme Senatus fuit Religioni Lutheranæ & Reformatæ addictus. Quinetiam

Pruſſia tota fere Lutheraniſmum recipit.

Familiæ in Poloniæ Lutheranæ.

Senatus fere totus Lutheranus aut Calvinianus.

ni, neque à fide Romano-Catholica & Græcorum Vnitorum apoſtatæ, ut habet Confœderatio Ordinum generalis Anni 1668. *pag. 5. §. Ariani.* Decrevit autem Reformatorum numerus maxime, ſub Sigiſmundo III. Rege. *Hic enim Sigiſmundus potiſſimam præcipuamque Senatus partem novo ac recenti addictam dogmati in primordiis Regnorum receperat; decedens, duos tantum reliquit. Sigiſmundum Grudzinium Caliſſienſem & Raphaelem Leſzczynium Belzenſem Palatinos: illum quidem occultiori cuipiam ſectæ deditum, proindeque minus noxium; hunc Calvini ſequacem ſummæ nihilominus probitatis Civem patriæque ſtudentem commodis*, ait Stanislaus Kobierzycki *lib. I. Hiſt. Wladislai Principis pag. 4.* Deinde Joannes Caſimirus Rex Anno 1658. ejecit Arianos (qui ſeſe ad illud usque tempus titulo Diſſidentium utcunque tutabantur) è Polonico Imperio conceſſo ipſis ad vendenda bona ſua triennio. *Vid. Conſtitut. Anni 1658. pag. 2.* Anno deinde proximo hoc ipſum privilegium ad duos tantum annos, uno videlicet anno jam elapſo, reſtrictum eſt, ut habet Conſti-

Ariani ſub Diſſidentium nomine non comprehenduntur.

Lutheranorum & Calvinianorum numerus decreſcit.

Arianos ejicit Ioannes Caſimirus.

Digitized by Google

tutio *anni 1659. p. 1. Conf. Conſtitut. Anni 1661. p. 1. ſeq. & an. 1662. pag. 2.* Quamobrem Reges Poloniæ ab Alexandro VII. Pontifice Romano titulum hunc adepti ſunt, ut jam REGES ORTHODOXI dicantur. Ejectis igitur Arianis, paucioribus etiam Magnatum & Nobilium Religioni Lutheranæ & Reformatæ faventibus, ulterius quoque ſunt progreſſi Ordines Polonici, dum non tantum Diſſidentes à Dignitatibus excludi, ſed etiam Pactis Sereniſſimorum Regum Michaelis & Joannis III. caput hoc inſeri voluere, *ut Rex Poloniæ ſit actu Catholicus; Regina quoque ſit Catholica nativitate ſive vocatione.* Vid. Pacta modo citata *initio fere.* Antea quidem etiam ſemper illud cavebatur, ne Rex eligeretur à Romano-Catholica Religione alienus, idque propterea, quoniam in Statuto quodam hæc extant verba: *Referendarius adeat Regem poſt ſacrum miſſæ;* nulla tamen expreſſa lex antiquitus hac de re lata reperitur. Verùm & Ruſſi Græcæ Religioni addicti jam non parum debilitati ſunt. Ut enim alia hic ſicco prætercam pede, certe ſub ipſum ſuperioris Seculi exitum maximum Eccleſia Græca in Polonico Imperio paſſa eſt decrementum, cum Anno 1596. in Concilio Breslenſi in Lithvania magna pars Ruſſorum

Reges Poloniæ dicuntur Reges Orthodoxi.

Ruſſi non parum ſunt debilitati.

Conjunctio Ruſſorum cum Eccleſia Romana.

rum Regi Poloniæ ſubjectorum ſeſe Romanæ Eccleſiæ conjunxiſſet. Primi hujus conjunctionis auctores fuere *Cyrillus Terlecius* Luceorienſis, *Leonitus Pelizycius* Pinſcenſis, *Dyonyſius Zbiruſcius* Chelmenſis & *Gedeon Balaban* Leopolienſis Epiſcopi Græcæ Religioni addicti. His poſtea acceſſere *Hypathius Pociey* ex Caſtellano Breſtianenſi primum monachus & inde Epiſcopus Volodimirienſis & Breſtianenſis,& *Michael Kopinſtinſcius* Epiſcopus Præmislienſis Græcæ Religionis. Hi cum pactum de unienda Eccleſia inter ſe iniiſſent, celebrarunt cum ſuo Metropolita Concilium An. 1594. Breſtæ in Lithvania, tabulasque de curanda dicta Eccleſiarum conjunctione omnes ſubſcripſerunt. Anno proxime ſequenti 1695. Pociey & Terlecius nomine Synodi miſſi ſunt ad Regem & inde ad Papam Romanum, qui ex voto rem confecere. Reverſis Româ legatis celebrata eſt Synodus Breſtæ An. 1596. cui non tantum Epiſcopi Ruſſi interfuere, ſed etiam Legati Regii Dux Nicolaus Chriſtophorus Radzivilius Palatinus Trocenſis, Leo Sapieha Cancellarius Lithvaniæ; Demetrius Chalecki Theſaurarius Lithvaniæ aliique Magnates Ruſſi,& in his maxime Conſtantinus Dux Oſtrogius, qui conjunctioni illi maxime adverſabatur. Hic Epiſcopi

Ruſſi & qui eos ſequebantur cum ſuo Metropolita conjunctioni illi ſubſcripſerunt. Acta ejus Concilii poſtea menſe Decembri à Rege & ab Equeſtri ordine & poſtea etiam ſæpius variis in locis ſunt confirmata, ne ab alis rigidioribus Ruſſis infirmarentur. Attamen eodem illo tempore, quo Synodus Breſtenſis Præſide Metropolita habita eſt, convenerunt etiam alii Græci, qui conjunctioni reclamabant, & hi præſide quodam Nicephoro illos Epiſcopos damnarunt. *Vid.* Albertus Wijuk Kojalowiez *in Miſcellaneis rerum ad Statum Eccleſiaſticum in Magno Duc. Lithv. pertinentium pag. 50. ſeqq.* Adamus Wengerſcius *lib. IV. Hiſt. Eccl. Slavon. cap. 2.* Cæſar Baronius *in Appendice ad Tom. VII. Annalium Eccleſiaſticorum.* Ex illo tempore Græci diſtingui cœperunt in *Vnitos* & *Non Vnitos.* Illi Polonis vocantur *uniaci*, vocabulo Latino in Polonicam terminationem deflexo: Hi vero *Nalevayko*, voce neſcio quo caſu ipſis indita. Retinuerunt autem Ruſſi uniti ritus ſuos veteres & pleraque dogmata Græcorum, ut communionem ſub utraque ſpecie, & alia; ſenſim tamen magis magisque ad Latinorum ſententiam inclinant. Vtriusque ſectæ in Ruſſia Alba & Rubra, item in Vkraina reperiuntur quamplurimi, qui ſeſe invicem maxime inſectantur

Multi Ruſſi conjunctioni Eccleſiarum repugnant.

Græci in Ruſſia duplices.

Vtriusque ſectæ Ruſſi ſunt frequentes.

tur. Ne autem Ruſſi non Vniti ſiveRuſſi veteres, ut ibi locorum etiam nominari ſolent, in Religione ſua turbentur, cautum eſt à Sereniſſimis Regibus non tantum in diverſis Legibus, ſed etiam in diverſis Pactis Coſacicis; inprimis vero, quæ Anno 1658. die 16. Septembris Hadiaci ſunt inita cum Joanne Wyhowſcio Exercitus Zaporohenſis Duce. In illis enim pactis Archiepiſcopus ſive Metropolita Kiovienſis Græcæ religionis cum aliis Epiſcopis Græcis ſive Ruſſicis in Senatum admiſſus eſt, ut proximo capite fuſius docebitur. Conſtitutum etiam tunc fuit, ut in Palatinatu Kiovienſi Dignitates Senatoriæ conferantur tantùm Viris Græcæ religioni & quidem non unitæ addictis: in Palatinatu vero Braclavienſi & Czernichovienſi alternatim, ita ut defuncto Senatore Romano-Catholico ſubſtituatur Græcus & Græco iterum Romano-Catholicus. Item promittitur Græcæ Religionis hominibus aditus ad Magiſtratus in urbibus, in quibus templa ſua habent. Juraverunt in hæc pacta Anno 1659. in Comitiis Regni generalibus ipſe Rex ſuo & Reipubl. nomine; Archiepiſcopus Gneſnenſis ſuo & ſucceſſorum ſuorum, ut & totius Cleri Polonici nomine: Epiſcopus Cracovienſis ſuo & Cleri totius Regni nomine: Epiſcopus

Pacta Hadiacenſia Ruſſis veteribus multa indulgent.

Wilnenſis ſuo & totius Cleri Lithvanici nomine: Duces Evercituum; Cancellarii: Marſchalcus Ordinis Equeſtris ſuo & Nunciorum Terreſtrium ut & totius Nobilitatis Imperii Polonici nomine: tandem etiam Nuncii Exercituum Zaporohenſium ſuo & Exercituum dictorum nomine. Vt autem hæc firmiora redderentur, inſerta eſt tota hæc Pacificatio Conſtitutionibus Anni 1659. cum enumeratis illis jurisjurandi a Rege & Magnatibus præſtiti formulis. Immò etiam in Pactis Conventis Reges pollicentur, ſe cauſas ad Græcæ Religionis homines pertinentes quamprimum compoſituros ſecundum Jura & Privilegia ipſorum. *Vid. Pacta Conventa Regis Michaëlis & Joannis III. non procul ab initio.*

Provocationes veteribus interdicuntur ad Sedem Conſtantinopolitanam.

Quoniam verò Græci Veteres ſive non uniti ſub ſpecie provocationis ad Conſtantinopolitanum Patriarcham in Turciam excurrebant, periculumque erat, ne ſub hoc prætextu Patriam proderent; ideò Conſtitutione Anni 1676. *pag. 28.* prohibitum eſt, ne Græci illi Regno egrederentur, conſtitutumque, ut ultima inſtantia eſſet apud *Wladikas* ſive Epiſcopos Ruthenicos in Regno Poloniæ degentes. In delinquentes conſtituta eſt pœna colli & confiſcatio Bonorum. Verùm cum Græci non uniti in Comitiis ſequentis anni 1577. hac de

Digitized by Google

de re conquererentur, dilata eſt hæc res ad proxima Comitia, ubi ad cauſam hanc componendam ex Senatu & Equeſtri Ordine nonnulli deputari debuerunt, ut habet Conſtitutio anni 1677. *pag. 11. tit. Religia Græcka.* Prærer Ruſſos, qui Græcæ Religioni ſunt addicti, dantur etiam in Polonia ARMENI, præſertim in Palatinatu Ruſſiæ & in Podolia, ubi ſunt frequentiſſimi. Gens illa eſt mercaturæ dedita, merceſque varias ex Perſide & Turcia in Poloniam advehit. Habent in urbibus Ruſſiæ majoribus ſuos Magiſtratus ſeu Seniores Nationis, qui fidem Regi & urbico Magiſtratui ſpondent & in vitia gentis ſuæ ipſi animadvertunt. Epiſcopos etiam ſuos habent Leopoli & Cameneciæ, quibus in ſacris ſubſunt. *Vid* Simon Starovolſcius *in Deſcript. Polon. pag. 114. 129. 130.* Quamquam autem Armeni illi Religionem ritusquè habeant à Romano Eccleſia diverſos, Pontifici tamen Romano ſeſe ſubiecerunt, ut antea quoque de Ruſſis diximus. Ad extremum quoniam ad Conſervationem ſacrorum pertinent TEMPLA, monaſteria, Scholæ, pauca etiam de his addenda ſunt. Fundationes omnes Templorum, monaſteriorum & Scholarum ſemper confirmari ſolent ab omnibus Ordinibus in generalibus Comitiis, confirmatio-

Armeni in Polonia.

Armeni Polonici Romano Papæ ſe ſubiecere.

Templa, Scholæ, Monaſteria.

mationesque illæ Conſtitutionibus Regni & Magni Ducatus Lithvaniæ inſeruntur, ut ex ſingulorum propemodum Comitiorum Conſtitutionibus elucet. Non eſt tamen mos ille adeò antiquus, ſed ſub finem demum ſuperioris Seculi invaluit, cum antiquiores fundationes in vetuſtioribus Statutis & Conſtitutionibus non reperiantur. Cauſa autem moris hujus recepti non eſt alia, quam quod ſingulis templis, Scholis & Monaſteriis recens erectis attribuuntur Bona terreſtria; ne igitur his donationibus Reſpubl. penitus exhauriatur, nonniſi in Comitiis confirmari poſſunt ejusmodi fundationes. Inter Scholas præcipua eſt *Academia Cracovienſis*, quæ inchoata quidem eſt à Caſimiro Magno, ſed abſoluta demum ex teſtamento Hedvigis Reginæ à Wladislao Jagellone, confirmata verò ab Vrbano V. Papa. *Vid.* Janus Januſzovius *lib. II. Conſtitut. Reg. Pol. Part. IV. tit. 12. pag. 216.* Academiæ hujus Cancellarius eſt Epiſcopus Cracovienſis, ideoque ut ordo in Academia illa obſervetur, ille curare debet, ut vult Conſtitutio *Anni 1635. tit. Acad. Kracov.* Quoniam autem hæc Academia Patrum noſtrorum memoria multas cum aliis controverſias habuit, ideo non tantum in aliis Legibus jura ipſius & Privilegia ſunt confirmata,

Academia Crocovienſis.

Academiæ Cracovienſis Cancellarius.

Digitized by Google

firmata, ut *anno 1613. pag. 9. an. 1633. p. 26. anno 1635. pag. 41.* ſed etiam digna ea res habita eſt, ut Pactis Conventis Sereniſſimorum Regum Michaëlis I. & Joannis III. circa finem insereretur. De aliis Academiis, Gymnaſiis, Collegiis & Scholis Regni Polonici, dabitur alibi agendi locus.

V. Poſt jus Sacrorum primas deferimus juri LEGVM FERENDARVM. Cum enim Regis ſit Remp. ſibi ſubjectam regere: regere autem eand. commodius nequeat, quam ſi ipſi Leges præſcribat, ſecundum quas cives vitam ſuam inſtituant felicitatemque civilem eo modo conſequantur; ideo Leges non immerito hunc ſibi locum vendicant. Et ex hoc principio facultatem, quæ circa Leges condendas verſatur, ἀρχιτεκτονικὴν vocat Ariſtoteles *lib. VI. Ethic. cap. 8.* De Legibus autem antiquiorum Polonorum Polonici Scriptores varia tradunt, quæ hic nobis commemoranda erunt. Tempore Lechi, primi Polonorum Ducis, jus dabatur non ex præſcripto Legum, quæ nullæ erant, ſed ex arbitrio Principis, hoc eſt ex æquo & bono, ut aſſerunt Cromerus *lib. II. de Ort. & Reb. geſt. Polon. pag. 419.* & Neugeb. *lib. II. Hiſt. Polon. pag. 40.* Deinde autem circa Ann: DCC. Gracchus, ſive ut ab aliis vocatur Cracus, cum

Ius Legum ferendarum

Tempore Lechi nullæ fuere leges.

Cracus Leges promulgat.

cum animadverteret Rempublicam ſine Legibus conſiſtere vix poſſe, primus Leges promulgavit, ut ſcribit Dlugoſſus *Tom.I.lib. I. pag. 51.* Poſtea cum Polonia Religionem Chriſtianam jam recepiſſet, *Boleslaus Chrobri Reipubl. tenorem ad utilitatem Legesque ſalutiferas gratia humanæ ſocietatis deſcriptas condidit, & edicto publico confirmavit,* ait iterum Dlugoſſus *Tom I. lib. II. pag. 164.* Sed hæ leges non adeo multæ eſſe videntur, quia idem Dlugoſſus de Miecislao II. Boleslai Chrobri filio & in Regno ſucceſſore tradit, quod primus leges cumulaverit *lib. II. pag. 92.* Seculo XII. jam adulto, Caſimirus Juſtus Boleslai Crivouſti filius natu minimus tres tuliſſe leges dicitur, nimirum *1. Ne Nobiles in agreſtium Bona graſſarentur. II. Ne quis Legationis neceſſitate jumenta, equos, &c. colonis abduceret. III. Ne Eccleſiaſticis Bonis mortuo Epiſcopo vis inferretur.* Dlugoſſus *lib. VI pag. 484.* Idem Caſimirus poſt mortem Dlugoſſo *pag. 507.* audit Lator optimarum Legum, quod nobis argumento eſſe poteſt, plures etiam ab ipſo Leges eſſe latas. Poſt Caſimirum Juſtum Boleslaus Dux majoris Poloniæ Anno 1264. Caliſſiæ leges condidit. Et hæ ſunt primæ Leges, quas ſcriptas in voluminibus Legum habemus, ſed tantum Privilegia quæ-

Boleslai I. Reges

Miecislaus cumulat leges.

Caſimiri Juſti leges.

Leges Boleslai de de Judæis.

quædam Judæis conceſſa comprehendunt, ut videre licet ex Jani Januszovii *lib. X. Conſtitut. tit. 1. pag. 1115.* Porro circa annum 1235. cum Henricus Barbatus Cracoviam occupaſſet, leges quasdam improbas & peſtilentes, quæ auxiliatrices, virginales & viduales dicebantur ſuſtulit melioresque nonnullas ſanxit, teſte Cromero *lib. IX. Hiſtor. Polon. pag. 535.* & qui eum ubique fere exſcribit Neugebauer. *lib. III. Hiſt. Pol. pag. 137.* Poſt hos omnes Caſimirus Magnus labente Seculo XIV. partim novas leges ſcribi juſſit, partim veteres emendavit, *quibus Palatinorum & judicium infinita poteſtas certis cancellis coërcita eſt, ut non ex moribus aut libidine ſua, ſed è ſcripto jure deinceps judicarent,* ait Cromerus *lib. XII. Hiſt. Pol. ſive de Ort. & reb. geſt. Polon. pag. 602. & 598.* Et hunc Caſimirum quidam Polonici Scriptores primum faciunt Legum Polonicarum conditorem, de quo videatur Simon Starovolscius *in Poloniæ Deſcript. pag. 242.* Sed Cromerus illud non niſi hoc modo vult intelligi, quod Caſimirus condiderit Leges ſcriptas, cum antea Poloni tantum Legibus non ſcriptis uſi eſſent, ut patet ex verbis modo adductis. Verum neque hoc, quod Cromerus aſſerit, ita ſimpliciter concedi debet, quoniam & olim Boles-

Henrici Barbati Leges.

Caſimirus Magnus Leges tulit plurimas.

Caſimirus Leges jubet ſcribi.

Boleslai Chrobri leges ſcriptæ

Boleslai Duces leges ſcriptæ.

Boleslaus Chrobri leges ſcribi juſſit, ut Dlugoſſum ſupra audivimus aſſeverantem, & poſtea etiam Boleslai Ducis majoris Poloniæ Leges ſcriptæ adhuc habentur, ut Januszovii Volumen Conſtitutionum ſupra citatum teſtatur. Niſi dicere velimus, neque has Boleslai leges olim fuiſſe ſcriptas, ſed à Caſimiro Magno in tabulas poſtmodum relatas confirmatasque, ut colligi poſſe videtur ex titulo harum Legum apud Januszovium. Quid poſtea circa Leges in Polonia actum ſit, docet nos Cromerus: *Legum ſcriptarum*, inquiens, *uſus fuit nullus apud Polonos vetuſtioribus temporibus. Nec ulla extant antiquiores iis, quas Caſimirus Magnus* (non ille, de quo nos ſupra, ſed filius Vladislai Jagellonis, qui Sec. XV. vixit) *Rex condidit: quæ ſane paucula ſunt. Nec multa iis à filiis ejus Joanne & Alberto & Alexandro adjecta ſunt. Extremis demum fere temporibus Sigiſmundi Senioris & regnante filio ejus Sigiſmundo Auguſto magis ac magis exarſit & longius progreſſus eſt pruritus & libido novarum Legum condendarum & antiquiorum mutandarum. Quo fit, ut* ha-

Leges tempore Jagellonidarum.

hæ propemodum exoleſcant, novæ autem vix ac ne vix quidem inoleſcant. Hæc Cromerus *lib. II. Deſcript. Polon. pag. 134. Edit. Lugd. Batav. an. 1627.* Non deſunt tamen, quæ hic jure merito deſideres. Nam prima Cromeri verba ex loco jam citato manifeſte contradicunt aliis Cromeri verbis, ex lib. XII. ejus de Ortu & Rebus geſtis Polonorum depromptis, & à nobis antea adductis, neque etiam cum rei veritate conveniunt. Præterquam enim quod minus uſitatum eſt, Caſimirum IV. Jagellonidem titulo Magni inſignire, cum alius fuerit Caſimirus Seculo XIV. cui titulus Magni, aut ob ſtaturam, aut ob res præclare geſtas, attributus fuit; reperiuntur etiam ante Caſimirum Jagellonidem ſcriptæ leges non tantum Boleslai, ut ſupra dictum, ſed etiam Ludovici, ipſiusque Vladislai Jagellonis, ut conſtat ex Legibus à Joanne Laſco, Jacobo Priluſio aliisque collectis. Rectius ergo hæc verba Cromeri in illa editione, quæ Alberti Cranzii Wandaliæ adjecta eſt, leguntur hoc modo: *Legum ſcriptarum nullus fuit uſus apud Polonos vetuſtioribus temporibus, nec ullæ extant antiquiores iis, quas Caſimirus Magnus Rex condidit, (ne*

Verba Cromeri excutiuntur.

Bb *nunc*

nunc quidem vel multæ vel exquiſitæ ſunt) *ſed unica lex erat Rex ſive Princeps.* Hæc verba Cromerus ſine dubio poſuit, cum primo libellos duos de Republ. Polonica tempore Sigiſmundi Auguſti conſcriberet. Poſtea vero jam ſenex ſcriptum illud ſuum recognoſcens verba citata immutavit, ſed minus rectè, ſi principium illorum conſideremus: poſtrema enim Cromeri verba antea ex editione Lugdunenſi citata recte ſe habent. Nam & hodie adhuc ſingulis in Comitiis Conſtitutiones, quæ antea Statuta vulgo dicebantur, ſcribuntur, & quidem tanto numero, ut de ipſis Poloni ſæpius in Comitiis conquerantur, ſæpiusque ex Tacito, *corrupta Republ. plurimas leges eſſe*, ingeminent. Notandum præterea eſt, Leges Polonicas olim ſcriptas eſſe Latino ſermone usque ad annum ſexageſſimum ſecundum Seculi ſuperioris, quo conſtitutum eſt, ut Conſtitutiones inpoſterum Polonice ſcriberentur. *Vid.* Volumen Conſtitut. *ad an. 1562. pag. 27.* & Theodor. Sawacki *Part. I. Conſtitut. tit. 1. pag. 4.* In Magno Ducatu Lithuaniæ itidem antiquitus nullæ Leges ſcriptæ fuere: ſed Duces ex familia Jagellonica oriundi ad exemplum Polonorum cœperunt etiam ſcriptas leges promulgare, quas deinde Sigis-

Leges Polonicæ olim ſcribebantur Latino ſermone, nunc autem Polonicè.

Leges Lithvanicæ.

Sigiſmundus Auguſtus Dux Lith. in unum Corpus An. 1530. colligi juſſit. Cum vero adhuc defectus in eo animadverterentur, idem Sigiſmundus Auguſtus jam Rex Poloniæ factus Statutum illud denuo correctum in Ordinum Lithuaniæ frequenti conventu Vilnæ indicto confirmavit. Extremis demum Sigiſmundi Auguſti temporibus conjunctione Lithuaniæ cum Polonico Regno jam peracta, conſtituti ſunt, qui eliminatis Legibus dictæ Conjunctioni contrariis Statutum Lithuanicum corrigerent, ut habet Conſtitutio *anni 1569. p. 490.* Conf. Kojalowicz *Part. II. Hiſt. Lithu. lib. VIII. pag. 490.* Cum etiam illud eſſet factum, publico omnium ordinum decreto An. 1578. tempore Stephani Regis illa Correctura quarundam Legum comprobata eſt, ut eſt in Conſtitutione dicti anni *pag. 332.* Sed neque hic ſubſtitit juris corrigendi prurigo. Anno enim 1581. per publicam Conſtitutionem *pag. 380.* juſſum eſt denuo totum Statutum Lithuanicum corrigi. Cum verò opus illud non proceſſiſſet, deſignati ſunt ad negotium hoc nonnulli An. 1609. & poſtea An. 1611. denuo alii, qui Statutum Lithuanicum corrigerent, quod etiam factum eſt. Nam an. 1613. Statutum jam correctum Ordi-

Statutum Lithuanicum conditum.

Digitized by Google

nibus Poloniæ in Comitiis oblatum eſt, necdum tamen Confirmatio ejusdem obtineri potuit, ut teſtantur dictorum annorum Conſtituiones, nempe Conſtit. *anni 1609. p. 909. anni 1611. pag. 40. anni 1613. p. 47.* Sed neque hic Correctionum finis. Etenim in Comitiis anni 1633. denuo novi Reviſores conſtituti ſunt, qui operi ultimam manum imponerent, quod cum eſſet factum, typis illud excudi An. 1647. permiſſum eſt; id quod etiam An. 1648. factum eſt. De Statuto Wolynienſi & Braclavienſi conſuli poſſunt Conſtitutiones *anni 1589. pag. 526. anni 1590. pag. 583. anni 1647. p. 18. anni 1667. p. 30.* Quænam juris Pruſſici fuerint fata in Pruſſia Nova fuſe oſtendimus, ideo hic loci ea repetere non attinet. Sufficit ſtrictim illud commemoraſſe, Jus Terreſtre Nobilitatis Pruſſiæ correctum, An. 1598. in Comitiis Regni fuiſſe confirmatum & proxime ſequenti anno typis Thorunii mandatum.

Ius Terreſtre Nobilitatis Pruſſicæ

Præter Conſtitutiones, Statuta & jura hactenus à nobis commemorata, eſt etiam in urbibus Polonicis & Lithuanicis aliquis uſus LEGVM SAXONICARVM, de quarum in Poloniam prima introductione non una eſt Scriptorum ſententia. Simon Starovolſcius ita hac de re ſcribit: *Caſimirus Magnus primus ipſe*

Ius Saxonicum in Polonia.

Diverſæ ſententiæ de origine juris Saxonici in Polonia.

urbi-

urbicæ plebis jura à vicinis Saxonibus accipere ex facili permiſit, cum aſſiduis ſupplicationibus Germanorum, qui paſſim tum in Poloniam habitatum lucri cauſa veniebant, ſollicitaretur, ut ſimilem Patriæ ſuæ urbium adminiſtrationem haberent & inter Sarmatas jurium ignaros Conſulum & Advocatorum honore advenæ eminerent. Atq; hinc mos invaluit, ut omnes Poloniæ civitates in hodiernum diem usque jure Saxonico (quod vulgo Magdeburgenſe vocatur) tum plebiſcitis quælibet propriis & Conſtitutionibus Regiis utantur. Hæc Starovolſc. *in Deſcript. Polon pag.243.* Eadem habet etiam Joachimus Paſtorius ab Hirtenberg *in Floro Polonico in Caſimiro Magno.* Confirmari hæc poſſe videntur auctoritate ipſius Sigismundi III. Regis Poloniæ, qui Caſimirum Magnum omnium primum Teutonico jure urbes & oppida uti voluiſſe dicit, in tabulis, quibus Speculum Saxonicum Jusque Weichbildicum confirmat, quas Tabulas, mihi nondum viſas, citat Hermannus Conringius *in lib. de Orig. Juris Germanici cap. 31. pag. 194.* Verum hæc non recte ſe habere,

animadvertens Conringius, altius originem hujus Juris in Polonia repetit, nempe à Leſco Nigro, qui hoc jus Cracovienſibus conceſſiſſe dicitur, eò quod ab illis ſervatus erat, idque probat Convingius *ex Philippi Decii Antiquitat. Polonicis.* Sed etiam hæc minus recte ſe habent. Et enim jam ante Leſci Nigri tempora referunt Polonici Scriptores Boleslaum Pudicum Ducem Poloniæ jure Saxonico ſive Magdeburgenſi, quod etiam Sredenſe & Teutonicum vocant, Cracovienſem urbem ſtabiliviſſe. Cromer. *lib. III. Hiſt. Polon. pag. 161.* Conciliari tamen hæc omnia poſſe videntur eo modo, ſi Boleslao Pudico primam juris hujus introductionem, Leſco Nigro ejus cum pluribus urbibus communicationem, & denique Caſimiro Magno plenam ejusdem juris in omnibus urbibus confirmationem tribuamus. De jure CULMENSI & LUBECENSI, quorum illud in omnibus fere urbibus Pruſſiæ Regiæ, hoc autem in quibusdam tantum recepta ſunt, hic nihil addimus, quoniam de iis jam alibi à nobis copioſe actum eſt. Enumeratis igitur diverſis Juribus in Polonia uſitatis, jam quæritur, utrum Principes has leges propria ſanxerint auctoritate, an vero

Sententiæ diverſæ conciliantur.

Ius Culmenſe & Lubecenſe in Pruſſia.

Quæ poteſtas Regum in Legibus ferendis.

vero ex conſilio Procerum eas condiderint? Primis temporibus Principes Poloniæ abſoluta poteſtate jura & Leges populo dediſſe, & ex ſuperioribus jam conſtat, & non obſcure colligitur ex Cromeri *libro II. de Ort. & Reb. geſt. Pol. pag. 419.* & Neugeb. *lib. II. in Lecho.* Poſteaquam vero Reges Poloniæ Chriſtianam Religionem ſuſcepiſſent, leges jam ex conſilio Procerum poſuiſſe memorantur. De Caſimiro juſto Boleslai Crivouſti filio, qui vixit ſub finem Sec. XII. & initio XIII. refert hoc ipſum Dlugoſſus *lib. VI. pag. 484. ſeq.* De Boleslao Pudico idem aſſerit Neugebauer *lib. III. pag. 137.* Idem obſervaſſe dicuntur & alii Reges, qui *nonniſi in Comitiis communi Prælatorum, Baronum & Nunciorum Terreſtrium conſenſu leges correxerunt, & novas ſanxerunt*, ut teſtantur ipſi Reges Caſimirus, Alexander, Sigiſmundus I. & alii. *Vid.* Herburt. *in Statuto. tit. Conſtitutio pag. 110. tit. Lex pag. 261. ſeqq. Statutum p. 467.* Tandem Sigiſmundus III. Rex lege anno 1588. Cracoviæ lata ſanxit, ut Leges in Comitiis ſcriptæ, antequam publici juris typis exſcriptæ fiant, per Marſchalcum Ordinis Equeſtris & per Deputatos duos vel tres ex Senatoribus & ſex è Nunciis Terreſtribus reviſæ ſubſcriptæque in præſentia Regiæ Maje-

Reges ex conſilio Senatus cœperunt ferre leges ſuſcepta religione Chriſtiana.

Hodie in Comitiis ſeruntur conſenſu omnium Ordinũ.

reſtrium concipi, poſtea à Marſchalco ſive Directore Ordinis Equeſtris publice in Senatu legi & ita demum confirmari, ut poſtea etiam ſuo loco dicetur. Jura etiam certa Civitatibns non niſi jam in Comitiis conceduntur. Sic Slucenſi & Kopilenſi urbibus conceſſus eſt uſus juris Magdeburgici , Conſtitutione anni 1653. *pag.* 26. Item Vitepſcenſi & Poſielſcenſi, Conſtitutione anni 1654. *pag.* 35. Similiter Kieydanenſi urbi, Conſtitutione *anni 1661. inter Lithvanicas Conſtitutiones pag.* 31. Denique etiam oppido Schadovienſi, Conſtitutione ejusdem anni *loc. cit.*

Jura Civitatibus dantur in Comitiis.

VI. Legum condendarum poteſtati ſubjungimus IVDICIA, ſive *jurisdictionem ſine provocatione*, inveſtigaturi, quænam ſit in his Regum Poloniæ poteſtas. Antiquitus certe judicia dubio procul exercebantur ex abſoluto Principis arbitrio, privatorum controverſias illo per ſe ipſum dirimente. *Lechus* certe *jus dabat populo æquabile non ex præſcripto legum, quæ nullæ erant, ſed ex arbitrio ſuo, hoc eſt, æquo & bono,* ait Cromerus *lib. II. de ortu & Rebus geſt. Polon. pag.* 421. & Neugebauerus *lib. II. Hiſt. Polon. pag.* 42. Similiter ſub Boleslao Chrobri jus ex æquo & bono dicebatur, aliquando etiam controverſiæ ſingulari

Iudiciorum jus in Polonia.

Digitized by Google

Singulari certamine olim lites dirimebantur.

certamine dirimebantur, teſte Cromero *lib. II. de ort. & Reb. geſt. Pol. pag. 444.* quod etiam apud antiquos Sarmatas in uſu fuiſſe, auctor eſt Alexander Gvagvinus (vel potius Matthias Strykowski Oſſoſtevicius, qui hunc librum ſibi vindicat) *in Sarmatia Europaea Tom. I. in Corp. Hiſt. Pol. pag. 25. fin.*

Supremi judicii Præſes ſint Rex.

Quamvis vero plura fuerint privatarum cauſarum judicia à Regibus & Ducibus Poloniæ inſtituta, reſervarunt tamen ſibi Reges Judicia illa, quæ ſequentibus temporibus dicebantur *Colloquia generalia* ſive *Termini generales* (Poloni antiquo vocabulo appellabant *Wieca*) quibus Judiciis Rex ipſe præſidebat.

Termini Generales ſive Colloquia generalia habebantur in pratis.

Habebantur autem olim Termini illi generales in pratis ſub papilionibus ſive tentoriis ſecundum morem antiqvum, ut Cromerus teſtatur *lib. IV. pag. 460.* & Neugeb. *lib. III. pag. 68.*

Poteſtates Judicia exercebantur in Comitiis.

In Comitiis quoque Judicia Reges exercuerunt, ut manifeſtum eſt exemplo Miecislai ſenis, quem Gedeon Epiſcopus Cracovienſis propria ſe ſententia condemnaſſe in Senatu egregio commento oſtendit. *Vid.* Neugeb. *lib. III. pag. 110. ſeq.* Sed de his copioſius infra, quando de Judiciis Polonorum nobis erit ſermo. Jam ea ſufficiat notaſſe, quæ proprie ad poteſtatem Regis judiciariam pertinent. Abſolutam olim judi-

judiciorum poteſtatem habuiſſe Poloniæ Duces ex dictis jam conſtat: proceſſu vero temporis multa de jure ſuo remiſerunt, donec tandem Wladislaus Jagello Anno 1430. hoc Privilegium Nobilitati dedit: *Ne Nobilem prehendere, aut carceri mancipare liceret, niſi jure victum, exceptis quibusdam gravioribus cauſis*, ut ait Cromerus *lib. XIX. pag. 685.* Conf. Janus Januszov. *in lib. Privilegiorum Regni Polon. pag. 17.* Dabatur autem & poſt tempora Wladislai Jagellonis à particularibus judiciis Provocatio ad Regem. Sed cum ſuperiore Seculo multis Regis judiciis diſtinerentur (adeo ut etiam aliquando Henricus I. Rex impatientiâ victus dixerit: *Per meam fidem Poloni iſti faciunt, ut agam Judicem Juris peritum, in brevi volent, ut agam etiam cauſidicum* teſte Piaſecio *in Chron. pag. 50. fin.*) devolvit hæc judicia ab humeris ſuis Stephanus Bathori ſucceſſor Henrici, ſummis Tribunalibus in Regno & Magno Duc Lithvaniæ conſtitutis ſolasque lites Fiſci Regii Civitatumque Regi directe ſubjectarum Judicio ſuo aulico reſervavit. Quamvis autem in Tribunalibus nomine Regio judicia exerceantur; nihilominus cum in illis non Rex ſed Nobilitas ipſa

Poteſtas Iudiciaria olim ſimpliciter fuit penes Regem.

Privilegio Nobilitati data.

Provocatio ad Regem tempore Iagellonidarum.

Stephanus Tribunatia ſumma inſtituit.

Multum jam de jure judiciario remiſit Rex Poloniæ

ipſa conſtituat Judicii illius Aſſeſſores, ſive ut vulgo à Polonis vocantur Deputatos, ipſumque Præſidem quem vocant Marſchalcum; in Comitiis quoque & in Judiciis Relationum non ſolus Rex cauſas decidat, multum jam de poteſtate Judiciaria Reges Poloniæ remiſiſſe videmus.

Iudicia nova inſtituuntur non niſi ex Ordinum conſenſu.

Quod etiam ad judicia nova conſtituenda attinet, illa Rex non niſi ad inſtantiam Ordinum vel conſentientibus Ordinibus erigere poteſt, ut Leges hoc ipſum volunt, quas vide apud Janum Januszovium *lib. III. Conſtuut. part. IV. tit. I. pag.* 427. In Pactis Conventis, de quibus jam agimus licet non exacte determinetur, quomodo ſe Rex circa judicia gerere debeat, reperiuntur tamen quædam, quæ ad propoſitum noſtrum apprime faciunt. Nimirum promittunt Reges, in judiciis Aulicis, ſive ut vulgo vocantur in judiciis *poſt Curiam*, ſe ex ſententia Senatorum & officialium ſecum commorantium cauſas certo tempore decidere velle, ut teſtantur Pacta Conventa Michaelis & Joannis III. *§. 10. O Sadach. Zadwornych.* Promittunt inſuper, ſe in Judicis Comitialibus, Aulicis & quibuscunque aliis cauſas ſecundum Ordinem in Registro per Numeros deſignatum judicaturos, neque cauſas extra ordinem Re-

Regiſtri,reſpectu perſonarum habito, ſeſe promoturos. *ibid. §. Na Sadach.* Ex his jam illud magis elucet, quod ſupra diximus, Reges Poloniæ jam multum de poteſtate Judiciaria remiſiſſe.

VII. Deinde JVS ARMORVM ſive BELLVM GERENDI poteſtatem habuiſſe primos Polonorum Duces & Reges, non eſt, quod dubitemus. Imò & Seculo XIV. Ludovicus Rex illud jus adhuc integrum habuiſſe videtur. Nam cum Anno 1374. in certo Privilegio Nobilitati Polonicæ multas immunitates conceſſas enumeraſſet, addit tandem: *Hoc tamen expreſſo, quod ſi inſultus hoſtium in dictum Regnum invaleſceret, tunc Nobiles ipſius Regni ad repellendam eorum ſævitiam occurrant cum omnimoda eorum poteſtate*, apud Januſzovium *inter Privilegia Polon. pag. 5.* Eadem ratione loquitur aliquoties Oladislaus Jagello de bello in Privilegiis ſuis, nuſquam verò conſenſum Senatus ad hoc requirit. Primus igitur Caſimirus Jagellonides Anno 1454. promiſiſſe videtur, *ſe nullum bellum unquam indicturum ſine Conſenſu Senatus*, ut legimus apud Januſzov. *lib. VI. tit. 1. pag. 691.* Sufficiebat autem tunc Senatûs conſenſus: Sed poſtea à Joanne Alberto Rege

Ju armorum in Polonia.

Caſimirus bellum indixit ex conſenſu Senatus.

Rege etiam conceſſum eſt Anno 1496. *ut Conventus particulares ſive comitiola Nobilitatis haberentur, antequam bellum ſuſciperetur.* Hoc ipſum deinceps confirmavit Sigismundus III. Conſtitutione *anni 1613. init.* ita tamem, ut inopinatas hoſtium irruptiones & ſubitaneos impetus excipiat quos Reges conſultis præſentibus tantummodo Senatoribus depellere & ſubſidia huic rei neceſſaria conquirere poſſe ſierit. *Vid.* Conſtitut. *anno 1611. & 1613.* Præiverat ipſi jam ante in hac exceptione de ſubitis hoſtium irruptionibus conſenſu præſentium Senatorum à Rege repellendis Sigiſmundus I. qui anno 1527. eandem legem tulit Cracoviæ. *Vid.* Herburt. *in Statut. tit. Bellum pag. 24. ſeq.* Theod. Zawacki *Part. 1. Conſtitut. tit. 1. pag. 2. & tit. 5. pag. 37.* Propterea etiam in ſingulorum Regum pactis Conventis multa ſpecialia circa jus Belli determinari ſolent, ne Reges contra antiquiora Privilegia quidquam ſuſcipiant. Promittunt enim Reges, *quod ſine ſpeciali conſenſu & ſcitu Reipublicæ externa auxilia in Regnum adducere, exercitum Quartianorum aliosque exercitus augere, privatas copias contrahere nolint, & quod eos, qui ſine literis Regiis copias contrahere volue-*

Ante bellum habentur Conventus particulares in Diſtrictibus.

Excipiuntur ſubitæ hoſtium irruptiones.

Pacta Conventa multa habent de bello gerendo.

Digitized by Google

luerint, pro infamibus habere velint. Videantur præter multas alias Conſtitutiones etiam pacta Conventa Joannis III. *ſ. Woysk Cudzoziemskich.* Præterea nemini Reges Poloniæ ſtipendiarium militem in ſubſidium mittunt, niſi hoc fiat Ordinum permiſſu, ut habent Pacta Conventa Stephani Regis, apud Fredr. *in Hiſt. Henr. I. pag. 235.* Idcircò Poloni maxime indignabantur, cum Sigismundus III. Imperatori Germanico Anno 1624. auxilia inconſultis Ordinibus miſiſſet, ut auctor eſt Piaſecius *in Chron. pag. 439. & pag. 601.* Porro promittunt Reges in Pactis Conventis, gubernationes arcium & caſtellorum extraneis & plebeis ſe non permiſſuros: Sed ſolum Nobilibus poſſeſſionatis & bene meritis, quos exercituum Duces Regi commendaverint. *Vid.* Pacta Conventa Joannis III. §. *Cudzoziemcovv.* Adduntur denique nonnulla in Pactis illis, quæ ad diſciplinam militarem, ut & bonum Ordinem in bellis obſervandum pertinent, quæ vide §. *Povvinni, & ſeqq.* Quamvis igitur jam ex his conſtet, quousque Regum Poloniæ poten... in bellis gerendis ſe extendat, ſuperſunt tam... adhuc alia, quæ huc faciunt. Sub Sigismundo III. plurimi Legati ex Senatu & Equeſtri Ordine majoris minoriſque Poloniæ, ut & Magni Ducatus

Conſilium bellicum.

catus Lithvaniæ eligi cœperunt, qui cum Senatoribus ſecundùm leges ordinariè lateri Regio adhærentibus & Officialibus majoribus conſilium bellicum conſtituerent Regique in bello ubique adeſſent. Non ſecus & Ducibus Exercituum multi adjunguntur Legati, iiſdem in bello pro conſilio futuri. *Vid.* Conſtitut. *anni 1590. pag. 563. Anni 1620. pag. 1. anno 1633. pag. 11. an. 1673. tit. Deputati, & An. 1676. pag. 20.* Sunt autem inter Legatos, ſive, ut à Polonis vocantur, Deputatos illos, non tantum aliquot ex Secularibus Senatoribus, ſed etiam ex Epiſcopis nonnulli, item ex ordine Equeſtri non pauci. Eliguntur enim aliquando ex ſingulis Palatinatibus & terris quibusdam ſinguli Nobiles, ex quibus magnus numerus conflatur. Electio illorum aut fit in Comitiis, aut etiam aliquando in ſingulorum Palatinatuum & terrarum Comitiolis ſive particularibus Conventibus, ut Anno 1649. factum eſſe, teſtatur Conſtitutio *ejus anni pag. 15. ſeq.* Determinatur autem in Comitiis generalibus, quousque ſe extendere debeat poteſtas illorum Duputatorum in bellis gerendis, fœderibus pangendis & pace componenda. Et licet ipſis aliquando plena concedatur poteſtas cum aliquo hoſtium faciendi, hoc tamen expreſſe cavetur, ne poteſtatem ſibi

Quomodo Deputati ad Conſilium bellicum eligantur.

ſibi ſumant bellum offenſivum decernendi, quoniam hoc ad ſola Comitia generalia pertinet. *Vid.* Conſtitut. *Anno 1599. pag. 563. quæ in aliis quoque Comitiis ſæpe repetita eſt.* Ex his jam Conſtat, quæ ſit poteſtas Regum Poloniæ circa jus belli. JUS FOEDERA PANGENDI cum jure belli ob cognationem merito conjungimus, & hic quid Reges valeant viſuri. Poſſunt autem Reges Poloniæ ex Conſilio Senatorum in Aula ex lege reſidentium, & illorum, de quibus paulo ante egimus, Deputatorum, fœdera pangere, ita tamen, ut tum demum ſint valida, ſi in Comitiis Regni generalibus ab omnibus Ordinibus confirmentur. Hoc vero jam olim tempore Caſimiri Magni aliquo modo in uſu fuiſſe, illud argumento eſt, quod Cruciferi Pruſſici majoris fidei ergo confirmationem Pactorum poſtularint à Rege Caſimiro Magno, à Senatu, Nobilitate & Civitatibus. Neugeb. *lib. III. pag. 198.* Conferantur & Conſtitut. Joannis Caſimiri Regis *in Comitiis Coronationis pag. 14.* & Joannis III. *an. 1676. pag. 21.* ubi ad renovationem Pactorum cum exteris Principibus requiritur Conſenſus Reſidentium in Aula Regia Senatorum. Verum Anno 1676. *pag. 19.* ad fœdera renovanda pro illa vice tantum

Ius fœdera pangendi.

Reſidentibus Senatoribus & alii Deputati adjuncti fuerunt. Ex quibus iterum manifeſtum fit, ad antiqua fœdera renovanda ſufficere ordinarie conſenſum Reſidentium Senatorum, quia ea fœdera jam ſunt antea ab omnibus Ordinibus comprobata: ad nova autem fœdera, cum hoſtibus præſertim, ineunda, plures requiri Deputatos & præterea totius Reipubl. confirmationem.

Jus Tributa & Vectigalia imponendi.

VIII. Præterea JUS TRIBUTA & VECTIGALIA in Regno & Magno Ducatu Lithu. conſtituendi imponendique jam Rex Poloniæ itidem cum Ordinibus communicavit. De antiquis temporibus ita loquitur Cromerus:

Antiquis temporibus & hic fuit abſoluta Principum poteſtas.

Penſitabant & omnes agreſtes adſcriptitii quotannis tributum, Poradlne, quod nos raſtrale dicere poſſumus (Regale etiam vocatur) in jugerum ſeu laneum & manſum, ut vulgo vocant, duodenos groſſos, & quidem latos, ſeu Pragenſes, qui dimidio eos, qui nunc ſunt in uſu groſſos vernaculos excedunt, quin ſi bonitatem argenti ſpectes, quadruplo. Penſitabant & alias quaſdam cum nummarias tum pecuniarias, frumentarias, avenarias & aliarum

rerum

rerum penſiones. Nec modo agricolæ, ſed & oppidani. Quin & equites ſive milites non penitus immunes erant. Et jumenta hi ei, quacunque iter faciebat, alii ſecundum alios ſuppeditabant & canes cum venatoribus alere neceſſe habebant. Ne monaſtica quidem & alia Eccleſiaſtica Bona initio prorſus erant libera ab hujusmodi oneribus ac tributis. Hæc Cromer. *in Deſcript. Polon. lib. II. pag. 128.* Ab his oneribus liberata ſunt primo Bona Eccleſiaſtica, donec tandem Ludovicus, cum eſſet à Caſimiro Magno, conſenſu Regni Succeſſor deſignatus, omnem Nobilitatem cum ejusdem adſcriptitiis ſive ſubditis à tributo illo *Boradlne* (quod etiam in antiquis Privilegiis Polonice *Kroleſtwo*, id eſt, regale vocatur) ſive à penſione duodecim groſſorum Pragenſium liberavit, duos tantum groſſos in ſignum ſummi imperii & recognitionem coronæ regni Poloniæ de manſo ſive laneo Anno 1374. pactus. *Vid.* Privileg. ipſum apud Januszovium *in lib. Privileg. pag. 4.* Conf. Neugebauer. *lib III. Hiſtor. Polon. pag. 204.* A ſolutione illa duorum groſſorum exemit Sigiſmundus I. Anno 1507. Palatinos & Caſtellanos.

Tributum Poradne dictum.

Jam vero & antea nempe An. 1433. Wladiſlaus Jagello vectigalia avenæ terræ Dobrinenſi & Cujavienſi, itemque Ruſſiæ remiſerat, apud Januszov. *lib. IV. Conſtit. Part. I. tit. VII. & ſeq. pag. 319. ſeq.* Conſ. & Herburt. *in Statut. tit. Contributio. pag. 113. ſeqq.* Hodiernis temporibus omnia Bona Nobilium à ſolutione illa duorum groſſorum libera ſunt, ut jam de ſuo tempore teſtatur Cromerus *lib. II. Deſcript. Polon. pag. 130.* Itaque ordinarii Proventus Regii hodie tantum ſunt ex Bonis, quæ vocantur Bona menſæ Regiæ. Quanti hi proventus ſuperiore Seculo fuerint, cognoſcimus ex præclara illa Adami Konarscii Epiſcopi Poſnanienſis ad Henricum Valeſium Poloniæ Regem electum oratione in Gallia habita, in qua Regii Reditus ex dictis Bonis ad tertium florenorum millionem aſcendere dicuntur. *Vid.* Fredro *in Hiſt. Henrici I. pag. 96. ſeqq.* Paulus autem Piaſecius, qui hoc Seculo tempore Wladiſlai IV. Chronica ſua ſcripſit, hac de re ita fatur: *Fiſcus Regius abunde ad omnes ſumptus Aulæ Regiæ perquam Magnificos ſplendori cujusvis opulentisſimi in Europa Regis æquales ſufficit, & ad manificentiam, quantumvis excelſi animi Principe dignam.*

Bona Nobilium ſunt a Tributis libera.

Bona menſæ Regiæ ſuperiori ſeculo.

Nec

Digitized by Google

Nec aliunde niſi ex iſto cenſu fiſci proprii Rex Poloniæ liberalitatem exercet prope profuſam, in tantum, quod in tam vaſto imperio & populorum multitudine pauci ſint ex Nobilibus & militantibus melioris notæ, qui non participent ex gratia Regis aliqua emolumenta fiſci Regii & plerique tam ampla, ut inde opes non mediocres comparent. Integras enim fiſci ſui præfecturas Civitatum & poſſeſſiones opulentiſſimas cum eorum fructibus univerſis Rex concedit, & ſæpe uni plures, ut non rari ſint, qui plusquam ducenta millia florenorum in annuis fructibus, dum vivunt, ex bujusmodi donationibus Regiis percipiunt ac etiam ad hæredes uſumfructum Rege conſentiente transmittunt. Hæc & alia adhuc Piaſecius *in Chron pag. 58. ſq.* (50) Hodie vero Bona menſæ Regiæ reſtricta ſunt ad certas Oeconomias, ex quibus nihil alienari poteſt. Hos vero reditus, ex Bonis menſæ Regiæ, Rex non impendit in bellicos ſumptus, quippe qui tantum ad Regiam menſam & Aulam ſuſtentandam deſtinati ſunt.

Cum autem bellum legitimum gerendum eſt, certæ Contributiones in Comitiis Regni generalibus conſenſu omnium ordinum ſciſcuntur, aut potius à ſingulis Palatinatibus & terris ſponte conſtituntur, ut ex ſingulorum ferè Comitiorum declarationibus manifeſtum eſt. Audiamus hic Adamum Konarſcium in ſupra laudata oratione hac de re diſſerentem: *Privati tui*, inquit ille, *reditus, uti nobis menſæ Regiæ Bona vocantur, prope tertium millionem florenorum aſſcendunt. Ingens ſane æs, ſi præſertim expenſarum paucitate metieris: non inde bella providebis: non munificus eris: non publicos Curiæ adminiſtros (aut aulicos) ſuſtentabis, qui in aliorum ſpem præmiorum cum bonore aderunt, ſed menſam tuam inde inſtrues & paucum miniſterium providebis. A belli ſumtibus liberum te Reſpubl. fecit: illius eſt militibus ſtipendia numerare, armamentaria inſtruere, tuum verò (at mutua tamen poteſtate cum Republ.) bellum indicere, vincere, triumphare.* Hæc Konarſcius apud Fredr. *pag. 9. ſeq.* Licet autem modo citati au-

Contributiones hodiernæ.

cto-

Digitized by Google

ctores non exprimant, unde ſumptus in bella impendendi fluant, abunde tamen hoc ſupplent ſingulorum Comitiorum Conſtitutiones, in quibus modi proventuum horum quæruntur determinanturque. Ex illis diſcimus, Reipublicæ proventus in ſtipendia militum impendi ſolitos eſſe aut ordinarios, aut extraordinarios. Ordinarii proventus ſunt: Quarta: Depoſitaria vini: Aquaticum Fordanenſe: Capitatio Judaica; Canon Pruſſicus: Evecta & inducta: quartus groſſus Majoris Poloniæ & Ruſſiæ, ut & alia, de quibus videatur Conſtitutio *anni 1647. init.* Extraordinarii Proventus ſunt Capitatio (*Poglowne*) Agraria (*Lanovve.*) Contributio Ducillorum ſive Ducillaris (*Czopowe.*) Donativum Mercatorum in urbibus, & alia. Ex his quod primum ad QVARTAM primo loco nominatam attinet, de illa hic nihil adiiciemus, quoniam infra de ea agendi commodior dabitur locus. AGRARIA eſt, quando pro laneis & menſis certa pecuniæ ſumma exſolvitur. Contributio DVCILLORVM eſt, quando certa pars pecuniæ pro dolio cereviſiæ, vel etiam alterius potus generibus dari in Comitiis jubetur. Ea vero non eſt uniusmodi. Vetuſtioribus temporibus legimus, unum nummum Poloni-

Proventus Regni Ordinarii & extraordinarii.

Agraria Contributio.

Ducillaris Contributio.

Digitized by Google

nicum à ſingulis groſſis datum fuiſſe: nunc autem fere eſt nona pars dolii cereviſiarii vel aliorum potûs generum. Quamvis hoc certo determinari non poſſit, quoniam ſingulis propemodum in Comitiis ſpeciatim Conſtitutione publica determinatur, quantum à ſingulis doliis cereviſiæ aliorumque liquorum pendi debeat. Ab hoc contributionis genere neque Nobilium ſubditi, qui in diverſoriis & hoſpitiis publicis cereviſiam divendunt exempti ſunt, ut nos docent Conſtitutiones *anni 1667. pag 20. anni 1676. pag. 14. ſeq. & aliæ.* CAPITATIO JUDÆORUM itidem pro ratione temporum variat. Nimirum anno 1643. conſtitutum eſt, ut Judæi in Regno Poloniæ quotannis penderent ſeptuaginta millia florenorum, ut ejus anni Conſtitut. *pag. 21.* teſtari poſſunt, quod etiam confirmatum eſt Conſtitut. *anno 1652. pag. 16. an. 1654. p. 19. anno 1658. pag. 56.* In Magno Ducatu Lithvaniæ Judæi ordinarie quotannis decem millia florenorum pendere juſſi ſunt, Conſtitut. *an. 1652. p. 22. an. 1658. p. 57. an. 1659 pag 19.* Illud vero, quod de hac Judæorum annua Contributione dicimus ita intelligendum eſt, Judæos hanc pendere oportere, præter alias omnes Contributiones, quæ aliis incolis Regni & Ma-

Capitatio Judæorum.

Digitized by Google

Magni Ducatus Lith. imponuntur. Sed & illa Capitatio Judaica ſucceſſu temporis aucta eſt. Nam Conſtitutione *anni 1661. pag. 9.* Judæis in Regno centum & quinque millia florenorum præter alias Contributiones imperata ſunt. Eadem pecuniæ ſumma ipſis etiam impoſita eſt Conſtitutione anni 1670. *pag. 34.* Poſtea anno 1678. juſſi ſunt Judæi in Regno in biennium pendere centum & quinque millia florenorum bonæ monetæ, eaque contributio jam appellatur ſolita & ordinaria, ut eſt in Conſtitutione *dicti anni pag. 10.* Denique in Comitiis Anni 1683. conſtitutum eſt, ut Judæi in Regno quotannis ordinarie theſauro Regni inferant 105000. florenorum bonæ monetæ, præter extraordinarias Contributiones. *tit. Poglowne Zydowskie.* quod etiam approbatum eſt Conſtitut. An. 1685. *p. 20.* Similiter etiam ſumma 10000. florenorum, quam antea pendere ſolebant Judæi Lithvanici, aucta eſt. Nam Anno 1661. juſſi ſunt Judæi duodecim millia florenorum pendere, ut habet dicti anni Conſtitutio, *pag. 27.* Anni vero 1670. Judæi Lithvanici dederunt 15000. florenorum *Conſtit. pag. 48.* Anno 1650. dederunt 24000. florenorum. *Conſtit. p. 22.* In ſummo vero Reipubl. periculo, anno 1654.

 con-

contributio ipſorum ad 40000. florenorum aſcendit. *Vid. Conſtitut. dicti anni pag. 36.* Verum diſcuſſis periculis diminuta eſt iterum dicta illa ſumma, adeo ut An. 1678. Judæi Lithvanici non niſi viginti millia florenorum currentis monetæ pendere juſſi ſint. *Vid. Conſtitutiones Lithvanicæ dicti anni pag. 23.*

Capitatio Tartarica.

CAPITATIO TARTARICA in Lithvania aliquando eſt ſex millium florenorum: aliquando ſinguli Tartari, præter illos, qui ſtipendia Reipubl. faciunt, pro ſe, uxoribus & liberis ſuis ſingulos florenos, aliquando etiam binos ſolvunt. *Vid.* Conſtitut. *anni 1667. pag. 61. anni 1658. pag. 57. anni 1670. pag. 481.*

Donativum Mercatorum.

DONATIVVM MERCATORVM itidem pro ratione periculorum Reipubl. impendentium variare ſolet. In Regno enim anno 1654. contulerunt mercatores quinquaginta millia florenorum, ut habetur *in Conſtitut. ejus anni pag. 19.* Anno 1670. exſolvere juſſi ſunt centum viginti millia florenorum. *Conſtitut. dict. anni pag. 33.* Sic etiam anno 1650. numerarunt centum & viginti millia florenorum. *Conſtit. pag. 7.* In Magno Ducatu Lithvaniæ aliquando decies, aliquando duodecies mille florenos in commune Mercatores conferunt. *Vid. Conſtitut. an. 1658. pag. 35. anno 1667. pag. 60.* Antea vero anno 1634. urbes Magni Duc. Lithvaniæ trigin-

Digitized by Google

triginta millia contulerunt. *Conſtitut. pag. 13. ſeq.* Anno autem 1650. Donativum illud ad quadraginta millia Florenorum auctum eſt, ſicut habet *Conſtitut. ejus anni pag. 21.* Præter hæc contributionum genera Anno 1629. ortum eſt novum genus contributionis, quod vocatur FVMALIS COLLECTA, Polonico autem vocabulo *Podymne.* Hoc genus contributionis *fuit inſtitutum contra Svecum dimidii floreni communis à ſingulis domibus tam Civitatum, quam pagorum & villarum, curiis Nobilium & Eccleſiaſticorum exceptis, quæ quadruplum uſitati tributi agrarii æquavit,* ait Paulus Piaſecius *in Chron. pag. 484.* Solet hæc fumalis collecta duplicari, triplicari, multiplicari, exigentibus id periculis, ut ex ſingulis Palatinatuum & terrarum tempore Comitiorum Declarationibus deprehendimus. Verum quando neque hæc ſtipendiis militum exſolvendis ſufficiunt, ſolet ad certum tempus exigi, ACCISA, à mercatoribus in Civitatibus Regiis, Nobilium & Spiritualium, de quibus videri poſſunt Conſtitut. *an. 1659. pag. 16. & an. 1658. pag. 11. ſeq.* Neque inuſitatum eſt GENERALIA in Regno VECTIGALIA inſtituere, quæ omnium Ordinum homines exſolvere neceſſe habent

Fumalis collecta.

Accisa.

Generalia vectigalia in Regno.

ab

ab omnibus Evectis & Invectis, licet alias Nobiles à vectigalibus ſint exempti. Exemplum generalium id genus vectigalium, à quibus etiam Nobiles non fuerunt liberi, habemus *in Conſtitutione Anni 1661. pag. 34.* Alia jam vectigalia aucta & de novo inſtituta prætereo Lectoremque benevolum remitto ad Conſtitut. *anni 1667. pag. 22. ſeqq.* Ad extremum, quando neque dicta illa Contributionum genera ſufficiunt & ingens aliquod Reipubl. periculum à Turca imminet, ſolet CAPITATIO aliqua GENERALIS (*Poglowne generalne*) ſive ſubſidium charitativum generalis contributionis in univerſo Polonico Regno indici, unde nemo eximitur. Pendunt enim hanc Contributionem Archiepiſcopi, Epiſcopi, Caſtellani, Magiſtratus in univerſum omnes, Prælati, Canonici, Sacerdotes, Monachi, mercatores, opifices, ruſtici Judæi, Tartari & alii Regni hujus incolæ univerſi. Obſervatur autem hic Proportio Geometrica, ita ut Archiepiſcopi, Epiſcopi aliique pendant ſinguli mille, ſexcentos, quadringentos &c. florenos, pro ratione redituum, quos quiſque ex Bonis aut munere quod gerit percipit. Exemplum ejusmodi Capitationis præter vetuſtiora quædam, habemus

Capitatio generalis.

Digitized by Google

mus etiam in Conſtitutionibus anni 1673. ſub tit. *Subſidium Reipubl. generalis Contributionis.* Notandum eſt, hæc quæ enumeravimus tributorum genera libera declaratione Ordinum in Comitiis Regni generalibus conſtitui, ideoque pro jure æterno non poſſe haberi, ut cavetur Conſtitutione anni 1635. tit. *Declaratio O Conſtitutiach.* Deinde neque hoc prætereundum eſt, Pruſſos non in Comitiis ſuas Contributiones declarare, ſed immunitate ſingulari ad referendum Palatinatibus fratribusque ſuis domi relictis gaudere, veluti præter alia documenta habet Conſtitutio Anni 1637. tit. *Czopowe Koronne.* Ex his aliisque Contributionibus à Republ. decretis, ut & ordinariis Reipubl. Proventibus, de quibus paulo ante egimus, nihil cedit in privatum Regis commodum, teſte Piaſecio *in Chron. pag.* 59. (50) Quarta enim redituum ex regiis Bonis pars Ravam defertur, quo ſemper quatuor Deputati in Comitiis deſignati ad eam recipiendam mittuntur. Ex his duo (quorum alter eſt ex Senatu alter ex Equeſtri ordine) ſunt ex majori, & duo ex minori Polonia, qui cum Theſaurario Regni & Capitaneo Ravenſi (*ex Conſtitut. Anni 1658. pag. 470. ſeq.*) Ravæ circa Feſtum Pentecoſtes convenien-

Pruſſi Contributiones in Pruſſia ſciſcunt.

Adminiſtratio Quartæ.

nientes rationes ineunt, & quæ ad eam rem faciunt, expediunt. Videatur copioſa Quartæ ordinatio *Ann 1569. edita, pag. 183. ſeqq.* Vectigalia & Contributiones

Contributiones Ducillorum quomodo adminiſtrentur.

DVCILLORVM Theſaurarius aut per ſuos miniſtros exigit, aut eas plus offerenti locat, ut volunt Conſtitutiones *anno 1635. pag. 30. an. 1655. pag. 17. ſeq. anno 1658. pag. 12. 13. Anno 1667. pag. 60.* Novimus etiam quanto animorum motu hæc controverſia de Vectigalibus plus offerendi conferendis in nuperis Anni 1685. Comitiis ſit agitata, donec tandem conſtitutum eſt, ut Vectigalia Reipublicæ ſive in adminiſtrationem ſive in arendam per plus offerentiam Nobilitati bene poſſeſſionatæ dentur. *Conſtitut dicti anni pag. 19.*

Acciſæ adminiſtratio.

Acciſam colligunt Theſaurarii per certos Quæſtores in Comitiolis ad hoc negotium electos. *Conſtitut. Anni 1658. p. 16. & An. 1659. 16.* Alias quoque Contributiones extraordinarias Exactores (*Poborcy*) à Nobilitate in Palatinatibus, Terris & Diſtrictibus electi & coram officio Caſtrenſi jurejurando certo obſtricti, exigunt, inque Theſaurum inferunt. *Conſtitut. ann. 1591. pag. 630.*

Poborcy.

Spiritualium exactores.

Spirituales itidem ſuos habent exactores, per quos Contributiones theſauro inferunt. Judæi verò per ſuos Scholarchas ab omnibus Judæis ubi-

ubicunque illi habitent, pecuniam exigunt, quo injunctam ſibi ſummam juſto tempore theſauro inferant. *Vid. Conſtitut. Anno 1652. pag. 22.* Quomodo deinde Contributiones theſauro illatæ in id, quo deſtinatæ ſunt ab Ordinibus impendantur, poſtea Deo annuente nobis dicendum erit. Ex his jam manifeſtum eſt, quænam ſit Regum Poloniæ circa Jus Tributorum & Vectigalium poteſtas.

Iudiciam Capitationem exigunt Scholarchæ Iudæorum.

IX. Pergimus ad JUS MONETÆ CUDENDÆ. Olim dubio procul Poloni permutatione rerum utebantur, ſicut & aliæ gentes antiquæ apud Ariſtotelem *lib. I. Polit. cap. VI. & lib. V. Ethic. cap. 8.* Teſtatur illud de Polonis antiquis Alexander Guaguinus, vel potius Matthias Strykowski Oſſoſtevicius *in Sarmat. Europ. ubi de Wenceslao Rege agit. Vid. Tom. II. Corp. Hiſt. Polon. Tom. II. pag. 354.* Poſtea vero, ut idem refert auctor, Poloni fruſtulis quibusdam argenti, pellibusque aſpreolorum ſibi res neceſſarias comparabant. Inde etiam originem traxiſſe puto Leges illas antiquas, quæ, quando pœnam irrogant, pelles harmelinas & muſtelinas judici dare jubent. Sed audiamus ipſum Regem Caſimirum Magnum hac de re apud Janum Januſyovium loquentem: *Cum aliquis*, inquit, *arguit ſen-*

Ius monetæ cudendæ habuerunt olim Reges.

Permutationes mercium in Polonia.

Mulctæ in judiciis.

ſententiam Caſtellani Cracovienſis, tunc pelliceam harmelinam alias Gronoſtaiowy, Caſtellanis autem Sendomirienſi & Lublinenſi pelliceas muſtelinas, judicibus autem Cracovienſi & Sendomirienſi pelliceas mardurinas, ſubjudicibus vulpinas dare teneatur. Hæc ille An. 1368. apud Januſzov. *lib. V. Conſtitut. Part. III. tit. 1. pag. 425.* Sic etiam in Lithvania nullam olim fuiſſe pecuniam, inde colligere licet, quod cum Wladislai Laſconogi tempore ſub initium Seculi XIII. Lithvani Ruſſorum agros infeſtarent, & poſtea à Ruſſis victi eſſent, juſſi ſunt ſubera, reſtes & faſces frondeos, quibus in balneis gens ea ſudorem provocare ſolebat, tributi nomine deinceps pendere. Neugeb. *lib. III. Hiſt. Polon. in Wladislao Laſconogo.* Primus autem qui argenteam monetam, groſſos videlicet Bohemicos, in Poloniam invexiſſe dicitur, eſt Wenceslaus Bohemiæ Rex. *Vid.* Gvagvinus vel Strykovius *loc. cit.* Ex Polonis autem Caſimirus Magnus primus more Bohemorum æs & argentum ſignari juſſiſſe; aureos vero nummos Sigiſmundus I. demum ſignaſſe fertur; tametſi Alexandri Regis etiam aureus nummus viſus ſit, ut ſcribunt Neu-

In Lithvania olim nulla fuit pecunia.

VVenceslaus Bohemorum Rex primus in Poloniam invexit monetam argenteam.

Moneta aurea in Polonia.

Neugeb. *lib. I. Hiſt. Polon. pag. 17.* & Simon Starovolſcius *in Polon. pag. 270.* Verum hæc non conveniunt cum illis, quæ ante tempora Caſimiri Magni & Wenceslai Regum apud Hiſtoricos Polonos reperiuntur de Wladislao Sputatore, qui circa Annum 1232. Archiepiſcopo Gnesnenſi & Epiſcopo Poſnanienſi poteſtatem fecit monetam cudendi, ut auctor eſt Cromerus *lib. VIII. non procul ab init. pag. 533.* & Neugeb. *lib. III. in Boleslao Pudico pag. 135.* Sed & ante Cromerum & Neugebauerum eadem ſcripſerat Joannes Dlugoſſus *ad dict. An. Tom. I. lib. VI. pag. 581.* ex quo illi ſine dubio ſua hauſerunt. Quomodocunque autem illud ſeſe habeat, nihilominus hoc certum eſt, ſi pecuniam Poloni antiquitus habuerunt, fuit illam cudendi poteſtas penes Regem, & cui illam poteſtatem Rex privilegio ſpeciali concedebat, ut ex locis citatis apparet. Poſthæc Vladislaus Jagello Anno 1422. promiſit in Privilegio (quod habetur apud Januszovium *in lib. Privilegiorum & Interregnorum pag. 8.*) ſe nullam pecuniam ſignari juſſurum, niſi de conſenſu Conſiliariorum. Eadem habentur & in alio Privilegio, ubi hæc verba reperiuntur: *Item promittimus pro inclytis filiis noſtris prædictis, quod*

Archiepiſcopo Gneſnenſi jus cudendæ monetæ conceſſum & Epiſcopo Poſnanienſi.

VVladiſlaus de jure cudendæ monetæ remittit.

poſtquam dante Domino unus illorum in Regem electus, ſceptra Regni Poloniæ amplecteretur, monetam ex quocunque genere metalli absque conſilio & conſenſu ſpeciali Prælatorum & Baronum in Regno Poloniæ cudere non permittet, quemadmodum nos ſine ipſorum conſenſu & conſilio bujusmodi monetam cudere noluimus neque cudimus. In III. Privilegio Vladislai Jagellonis *apud Januszov. loc. cit. p. 15.* confirmavit hoc, quod de moneta ſine ſpeciali conſenſu Prælatorum & Baronum non cudenda diximus, etiam Sigiſmundus Auguſtus An. 1550. apud eundem Januszovium *lib. IV. Conſtitut. Part. I. tit. 12. pag. 371.* Conſ. Herburt. *in Statut. tit. moneta pag. 288 ſeqq.* Verum in praxi aliter ſe res habuiſſe videtur, ut conſtat ex Oratione ſupra laudata Adami Konarscii Epiſcopi Plocenſis ad Henricum I. Regem, in qua jus cudendæ monetæ ab unius Regis voluntate dependere, dicit, apud Fredr. *in Hiſt. Henrici I. pag. 97.* Donec tandem antiqua illa Lex à Sigiſmundo III. renovata eſt Anno 1612. quæ confirmata poſt ejus obitum in Pactis Conventis Wladislai IV. *pag. 13.* & ſic etiam in ſingulorum Regum poſt Wladislaum regnantium Pactis Con-

Iagellonidæ cudebant monetam ſine Ordinum conſenſu.

Sigismundus III. Ordinibus jus cudendæ monetæ reſignat.

Digitized by Google

Conventis hæc lex repetita eſt, ut teſtari poſſunt noviſſima Pacta Conventa Joannis III. §. *Prowent.* Cauſam hujus legis à Sigiſmundo III. latæ, indicat nobis Stanislaus Kobierzycki Caſtellanus Gedanenſis & poſtea Palatinus Pomeraniæ *lib. XI. de rebus geſtis Wladislai Principis pag. 940.* & Piaſecius *ad an. 1632. pag. 525.* Nimirum cum Reſpublica Polonica Sigiſmundi III. Regis liberis liberaliter proſpexiſſet, certis præfecturis iisdem aſſignatis, Rex viciſſim in animi grati teſtimonium ceſſit Reipublicæ jure cudendæ monetæ. Porro abrogatio monetæ peregrinæ & adulterinæ competit Regi ſimul cum tota Republica. Et quidem jam ſub Sigiſmundo I. illud fuiſſe obſervatum, ut nonniſi cum conſenſu Senatus proſctibi poſſet moneta, diſcimus ex Januszovii *loco citato pag. 372.* Conf. Herburti Statutum *loc. cit.* Poſtremo conceſſio Juris cudendæ monetæ licet antiquitus fuerit in ſolius Principis poteſtate, Caſimirus tamen Jagellonides, cum ad ipſum Pruſſia à Cruciferis transiiſſet, jam non niſi cum Conſenſu Senatus conceſſit jus illud monetæ cum imagine Regia cudendæ Thorunenſibus, Elbingenſibus, Gedanenſibus & Regiomontanis bello manente: Finito vero bello, ut

Cauſa ejus reſignationis.

Abrogatio peregrinæ monetæ pertinet ad Comitia.

Conceſſio juris cudendæ monetæ pertinet ad omnes ordines.

Thorunii tantum & Gedani nomine Regio ſumptuque ea ſignaretur. *Vid.* Samuel Neugebauer *lib. VI. Hiſt. Polon. pag.* 339. Hodie jure cudendæ monetæ utuntur omnes tres Civitates Pruſſiæ Regiæ majores, nempe Thorunium, Elbinga & Gedanum. Et quamvis de Elbingenſibus dubium ex Hiſtoria illa Caſimiri Jagellonidis moveri poſſet, videntur tamen illi jus hoc & finito bello conſenſu Regis & Reipubl. cum cæteris Civitatibus majoribus retinuiſſe, aut potius ex antiquo Privilegio ab Henrico de Hohenloe Magiſtro Ordinis Teutonici An. 1246. ſibi conceſſo contra contradicentes aſſeruiſſe. Nam adhuc hodie reperiuntur nummi Elbingenſes varii generis tempore Sigiſmundi I. cuſi, qui nos ea de re dubitare non ſinunt. Vidi quoque Gedani in Cimeliis Schvvarzvvaldianis nummulum Elbingenſem, qui temporibus Ordinis Teutonici cuſus eſſe videtur, & eum in Abaco Numiſmatum Pruſſicorum in Pruſſia nova exhibui, ubi etiam alia Elbingenſium Numiſmata reperies. Et hoc eſt, quod Sigiſmundus I. Rex Poloniæ in Conſtitutione ſua anni 1539. non facit diſcrimen Pruſſicarum Civitatum monetam cudentium, ſed omnibus ſimul injungit, quoniam

In Pruſſia Civitates majores habent jus Monetæ cudendæ.

Nummi Elbingenſes antiqui.

in

in Polonia per aliquot jam annos nulla moneta eſt cuſa, ut & Pruſſicæ Civitates, (inter quos & Elbinga tunc numos cudebat) eandem cudere intermittant: aut ſi eandem ſecundum Privilegia ſua ſignare velint, ut antiqua ſigna eidem imprimant. *Vid.* Herburt. *in Statuto. tit. Moneta pag. 294. ſeq.* Probari idem poteſt ex Jure Culmenſi Reviſo, quo Gedanenſes hodie utuntur *lib. I. tit. V. cap. 1.* Et tantum etiam de jure Cudendæ monetæ.

X. Quod ad JVS CONFERENDORVM MAGISTRATVVM attinet, illud Regibus Poloniæ adhuc hodie integrum ferè competit. *Rex*, ait Piaſecius, *ſupremus meritorum & virtutum cujusque arbiter, omnes in Republ. Magiſtratuum, officiorum titulos, qui ſunt innumeri, ac plurimi poteſtatis eminentia ſublimes, ſolus confert. Eccleſiaſtici quoq; Epiſcopatus, qui in illo Regno ſunt opulentiores, Abbatias & alios dignitatum in Eccleſiis Pontificialibus potiores gradus non niſi favore Regis adeunt.* Hæc Piaſecius *in Chron. pag. 59.* Confer. Cromerus *in Deſcript. Poloniæ lib. II. pag. 171.* Fredro *in Hiſt. Henr. I. p. 97.*

Ius Conferendorum Magiſtratuum habet Rex fere integrum.

97. In primis verò Stanislaus Lubienski Epiſcopus Plocenſis *in Monitis de Epiſcopatu* recte gerendo *num. LIII. ſeqq. & num. LXIV. ſeq.* Conferantur etiam Pacta Conventa Joannis III. §. *Jura Majeſtatis*, ubi Sereniſſimus Rex promittit, quod Jura Patronatus Regia in Epiſcopatus, Abbatias & omnia Eccleſiaſtica beneficia manutenere, & contra omnes qui ſine Nominatione Regia auſi fuerint intrudere oppoſitionem, defendere velit. Antiquiſſimis quidem temporibus, cum Polonia religionem Chriſtianam ſuſcepiſſet, plerumque Epiſcopi à Pontifice Romano in Poloniam fuerunt miſſi, quos è veſtigio Rex in Senatum etiam admiſiſſe dicitur, ut infra cap. III. probabitur, Sed poſtquam Religio Chriſtiana jam eſſet longè lateque per hoc Regnum propagata & homines haberi poſſent è Polonia ad hæc munia obeunda ſatis idonei, nolebant Capitula externum aliqeum Epiſcopum ſibi à Romano Pontifice obtrudi, ideoque cum conſenſu Regum & Ducum Poloniæ è Capitulo Epiſcopum eligebant quem Rex confirmavit. Conſenſus vero Principum in Epiſcopis eligendis id circò requirebatur, quia Princeps in Senatum quosvis recipere nolebat, qui ipſi non placebant. Accedebat huc etiam jus an-

Primi Epiſcopi Polonici ex Italia

Poſtea à Capitulis electi à Regibus confirmabentur.

Digitized by Google

antiquum, quo primis temporibus Reges Chriſtiani in conferendis Epiſcopatibus utebantur, quod ſucceſſu temporis Pontifices Romani impugnare cœperunt. Idcirco Sec. XII à Chriſto nato Paſchalis II. Papa Romanus, ad Archiepiſcopum Gneſnenſem epiſt. VI. hæc verba indignabundus ſcripſit: *Quid ſuper Epiſcoporum translationibus loquar, quæ apud vos non auctoritate Apoſtolica, ſed NUTU REGIS præſumuntur*, apud Sevdrinum Binium *Tom. III. Concilior Part. 2. pag. 425.* Et in nova collectione Conciliorum Philippi Labbei & Gabrielis Coſſartii *Tom. X. col. 628. ſeq.* Præſertim verò ſub Caſimiro Jagellonide auctoritas Capitulorum decreviſſe memoratur. Hic enim Rex Sacerdotibus iniquior viſus eſt, adeò ut tum primum liberæ Epiſcoporum electioni vim fuiſſe illatam recentiores Hiſtorici referant. *Vid.* Neugebauerus *lib. VI. Hiſt. Polon. pag. 168.* Jam vix umbra Electionis penes Capitula conſpicitur. Quæ turbæ in Pruſſia propter electionem Epiſcoporum olim fuerint ſub Caſimiro Jagellonide exortæ, teſtari poterit Bellum Sacerdotale Nicolai de Tungen Epiſcopi Warmienſis, de quò fuſe Caſp. Schuzius *lib. VIII. Chron.*

Reges jus ſuum urgent quod male habet Pontificem.

Caſimirus Jagellonides ſibi jus eligendorum fere totum aſſerit.

Turbæ Pruſſicæ ob electionem Epiſcoporum.

Digitized by Google

Pruſſ. Thomas Tretery vel potius Joannes Crezmerus in *Vitis Epiſcoporum Varmienſium, quas ex Germanico Crezmeri libro Treterus latinas fecit, quaque adhuc MSS. multorum manibus teruntur.* Finitum tandem eſt illud certamen certa transactione inter Sigismundum I. Regem Poloniæ & capitulum Varmienſe. Privilegium ipſum Anno 1512. datum habetur *in juribus Municipalibus Pruſſiæ tit. E. 3.* vigore cujus Rex Capitulo quatuor Canonicos Warmienſes præſentaturum ſe promiſit, ex quibus Capitulares uni dignitatem Epiſcopalem conferrent. Attamen ſub finem Seculi ſuperioris cum à Sigismundo III. Andreas Bathoreus Cardinalis eſſet Epiſcopus Varmienſis conſtitutus, reclamavit quidem Capitulum, ſed fruſtra: *Hujus enim liberæ Electioni opponebantur Regis jura aſſumendi in Senatum, quem ex dignitate magis idoneum judicaret,* ait Paulus Piaſecius *ad An. 1589. pag. 91.* Hodie igitur etiam Epiſcopos Pruſſicos Rex conſtituit. In Canonicis etiam conſtituendis in Pruſſia Regis poteſtas tanta non eſt, quanta in Regno Poloniæ. Nam licet in Epiſcopatu Warmienſi Rex Præpoſitum Capituli creet; in electione tamen

Transactio Sigismundi cum Capitulo VVarmienſi.

Sed & illa transactio non eſt obſervata.

Canonicorum jura in Epiſcopatu VVarmienſi.

Digitized by Google

men Canonicorum aliorum Pontifex etiam Romanus certis menſibus ſuum jus habet. *Vid.* Cromerus *in Deſcript. Pruſſiæ poſt. med.* In Eccleſia quoque Culmenſi etiamſi Rex Epiſcopum ipſum conſtituat; Canonicos tamen non Rex, ſed Epiſcopus ipſe cum Capitulo creat ut Cromerus *loco cit.* teſtatur. At vero hodie etiam Canonicorum electionem in Epiſcopatu Culmenſi ſolus ferè habet Epiſcopus. Sed in Polonia amplior eſt, ut audivimus, in Canonicorum Conſtitutione Regum poteſtas. De Abbatibus quoque eligendis non raró in Polonia certatum eſt, Ordinibus Regni jus illud Regi ſuo aſſerentibus: Monachis autem maximè ſemper reluctantibus. In Pruſſia quidem Reges ſibi jus illud non magnopere vindicarunt, ſed plerumque illis ſufficiebat electos à Monachis Abbates confirmare: in Polonia veró ſecus ſeſe res habet. Id circó cum labente Seculo ſuperiore Sigismundus III. Rex Poloniæ in Sueciam profecturus Cervenſcum diverteret, ad tradendam ejus loci Andreæ Bathoreo Cardinali poſſeſſionem Abbatiæ, Nuncius etiam Apoſtolicus nomine Germanus Mulaſpina Monachos renitentes juraque ſua libere eligendi Abbatis appellantes compreſſit, id Summi Ponti-

In Epiſcopatu Culmienſi.

Controverſiæ de Abbatibus conſtituendis.

ficis voluntate fieri cauſatus, & niſi parerent præſens illis anathema interminatus eſt, teſte Stanislao Lubienski *in Profectione Sigismundi III. in Sueciam. pag. 8.* Neque defuerunt ſequentibus temporibus ejusmodi turbæ, extatque exemplum duorum Abbatum uni Abbatiæ præpoſitorum, quorum alterum Rex, alterum Monachi elegerunt. Vt igitur hæ confuſiones evitarentur, varii ſunt à variis modi tentati. Andreas enim Olſzowski peculiari ſcripto, quod *Quinquaginta ſingularia* nominavit, jus Abbatum conſtituendorum Regi competere, quamvis ſuppreſſo nomine ſuo, probavit. Deinde An. 1677. in Conventu quodam AnteComitiali Nobilitas Nunciis ſuis illud in Inſtructione injunxit, ut articulum de Monachis, qui in jus Regium involare audent, in ordinem redigendis, urgerent. Immò in ipſis etiam Comitiis ordines hoc jus Regis aſſeruerunt, ut Acta Comitiorum anni 1685. docent. Denique Sereniſſimus Rex Joannes III. varios tentavit modos, ut has lites componeret. Etenim primò tabularia Regni excuti juſſit, quænam hoc in caſu ſint Regis & quæ monachorum jura inquiſiturus. Cum autem in tabulariis nihil poſſet reperiri, mandavit hoc ne-

Ioannis Regis acta circa negotium Abbatiarum.

negotium Duci Michaeli Radzivilio ſuo ad Pontificem Romanum Legato: Sed Româ ordini Eccleſiaſtico magis favente nihil obtineri potuit ex antiquis Privilegiis, quæ hac in re quondam Regno Poloniæ data ſunt. Poſtremo igitur Sereniſſimus Rex Javoroviæ cum Generali Ordinis Ciſtertienſis per modum compoſitionis eò rem deduxit, ut ex quindecim Abbatiis hujus Ordinis quinque eſſent in diſpoſitione Sereniſſimi Regis pro Prælatis in Aula Regia degentibus, quinque pro Monachandis, & quinque pro monachis ipſis actu jam exiſtentibus, quemadmodum hac de re teſtantur *Acta Comitiorum Anni 1685. ad 10. Aprilis.* Reliquorum autem Ordinum Abbatiæ adhuc ſunt in Regum poteſtate, ita ut ipſi Abbates conſtituant. De Secularibus dignitatib⁹ non eſt dubium quin illas Rex bene meritis ſolus conferat. Tentarunt quidem non ita pridem nonnulli hanc Regis poteſtatem imminuere, ſed prorſus irrito conatu. Cum enim Michael Dux Wiſniowierius Rex Poloniæ eligeretur, voluerunt nonnulli, *ut Palatinatus cujusque Nobilitas in Conventibus quatuor Candidatos nominaret, Senatorum in Comitiis Re-*

Seculares dignitates confert Rex

Quidam hoc jus Regis impugnant.

gni

gni generalibus pluralitas votorum definiret, cui Princeps dignitatem ſatrapiæ, aut quamcunque aliam conferre deberet, ait Caſimirus Zavvacki in Diario Elect. Michaelis Regis, quod inſcripſit: *Gloria orbi Sarmatico conſenſu monſtrata Lit. L. 3.* Sed addit ibidem: *Utile id in publicum, honeſtum qua privatim, firmandæ liberæ Reipubl. eximium Ariſtocatiæ arcanum, paucorum diſſenſu aut malevolentia ſeu potius libidine aſſentationis, dum præſentia conducerent, modica inpoſterum aut nulla aſſerendæ libertatis cauſâ, irritum fuit.* Et poſtea refert idem Illuſtriſſimus auctor, quosdam voluiſſe, *ne Rex ſuprema officia Sigillorum Regni, Præfecturarum Exercituum cuicunque conferret, ſine expreſſo in Comitiis Regni Generalibus Reipubl. judicio & aſſenſu.* Et addit: *Conventione* (ſtatus hic) *nimio aulæ favori litantium ſuppreſſus eſt, non ſine dolore bonorum Civium nullis affectibus obnoxiorum.* Lit F. Ex quibus manifeſtum eſt, Regem

Digitized by Google

gem Polonia adhuc hodie Dignitates & magiſtratus conferre pro lubitu ſine conſenſu Ordinum. Dantur nihilominus exceptiones quædam, quas paucis attingemus. De CANCELLARIIS refert Piaſecius, Regem eos ſolum creare non poſſe, niſi id fiat in Comitiis de conſenſu ordinum. Piaſec. *in Chron. ad An. 1617. pag. 438.* Idem habet Auctor Vitæ Petri Kmitæ, quæ adjecta eſt Annalibus Stanislai Orichovii *pag. 226.* Similia occurrunt & in Theatro Europæo *Tom. IV. pag. 66.* ubi refertur, Polonos Illuſtriſſimum Principem Georgium Oſſolinum noluiſſe Cancellarium ſalutare, quod, ut dicebant, ſeipſum inſciis Nunciis Provincialibus Cancellarium elegerat. Sed hæc hodie non adeo obſervantur, Regibus etiam extra Comitia Cancellarios conſtituentibus. Vt alia exempla modo præteream, unicum Illuſtriſſimi Dn. Martiani Alexandri à Kozielsko Oginſcii Comitis in Dombrovvna exemplum illud docere poteſt. Contulerat ei Sereniſſimus Rex Cancellariatum extra Comitia, & jurejurando illum præſente Senatu Reipubl. adſtrinxerat. Non fuerunt hoc ipſo contenti Nuncii Terreſtres, eo quod non in Comitis hoc munus adeptus erat. Reſponſum eſt ex altera

Exceptiones in Magiſtratibus conferendis.

Cancellariorum conſtitutio.

tera parte, non poſſe Sereniſſimum Regem ſemper Comitia expectare, quoniam præſenti ſemper Cancellariorum opera in aula opus eſt, præſertim in defectu aliorum Cancellariorum. Cum Nuncii Terreſtres nihil obtinere poſſent, urſerunt tantum, ut denuo, quemadmodum moris eſt, jusjurandum in facie Reipubl. præſtaret. Etiamſi autem regereretur, jam illud præſentibus Senatoribus eſſe factum, nihilominus quibusdam non quieſcentibus, ſed ſubinde hanc querelam renovantibus, iterum Illuſtriſſimus Oginſcius coram omnibus Ordinibus jurejurando fidem Reipubl. adſtrinxit. V. *Diarium Comitiorum Anni 1685. ad diem 21. Aprilis.* Deinde datur etiam exceptio in PALATINO POLOCENSI, cujus libere eligendi poteſtatem Nobilitati ejus Palatinatus antiquiores Reges dederunt. Confirmavit hoc privilegium Vladislaus IV. Rex *Conſtitutione Anni 1647. pag. 37.* Idem vero Privilegium Anno 1670. ſibi à Michaele Rege confirmari Nobilitas Palatinatus poſtulabat *in Declarationibus Palatinatuum Lithvanicorum pag. 57.* Immo & CAPITANEUS ſive GUBERNATOR SAMOGITIÆ, etiamſi inter primarios eſt Senatores ex Secularium ordine, nihilomi-

Palatinus Polocenſis.

Gubernator Samogitiæ.

minus à Nobilitate Samogitica eligi & à Rege tantum confirmari dicitur. Inter Magiſtratus ſingulorum Diſtrictuum etiam quodammodo excipiuntur Succamerarii, ut & Judices, ſubjudices Notariique Terreſtres, quos Nobilitas in quovis Diſtrictu ſibi eligit, ita ut Rex non niſi ex quatuor electis unum, quem vult, confirmet: *Conſtitut. anni 1650. pag. 7. & anni 1588. pag. 460.* In Pruſſiæ Conſiliarios ſolus creat, ut & Enſiferum Terrarum Pruſſiæ & Vexilliferos ſingulorum Palatinatuum Pruſſicorum. Judices autem Terreſtres à Nobilitate Pruſſica eliguntur & à Rege tantum confirmantur. Quamvis etiam hodie non deſint qui antequam à Nobilitate ad hoc eligantur munus, Regio ſe muniant Privilegio, ut certior ſit ad Magiſtratum illum aditus. Scabini verò, quorum in ſingulis Judiciis Terreſtribus Pruſſicis octo ſunt, qui Scabini, ut & Notarii Terreſtres à Nobilitate per Pluralitatem ſuffragiorum etiam ſine confirmatione Regia admitti jubentur *in jure Correcto Nobilitatis Pruſſicæ tit. V.* In Lithvania quoque in nonullis Magiſtratibus Palatinatuum & Diſtrictuum diverſitas quædam occurit; quoniam verò infra de ea dabitur agendi locus, eousque rem differemus. Sed etiam de Judicibus ſum-

Succamerarii & alii Magiſtratus Diſtrictuum.

Pruſſici Succamerarii à Rege conſtituuntur, ut & Enſiferi & Vexilliferi.

Judices Terreſtres & Scabini in Pruſſia.

ſummorum Tribunalium hic Nihil addemus, quandoquidem de illis ex profeſſo infra ſumus acturi, cum nobis de Judiciis Polonicis erit ſermo. Præter has autem exceptiones, in aliis etiam rebus jus illud conferendarum Dignitatum conſtituendorumque Magiſtratuum eſt limitatum. Et quidem primùm in eo, quod Rex non niſi Nobilibus iisque indigenis & poſſeſſionatis honores illos conferat. Prius illud de Nobilibus indigenis ad honores evehendis, plebeis verò & extraneis ab omnibus dignitatibus arcendis, urgetur præter varias Conſtitutiones hac de re latas, etiam in omnibus Pactis Conventis Regum, præſertim autem in ultimis. §. *Privilegia y Prawa dawne*. Poſterius autem, quod de poſſeſſionatis diximus, non ubique eodem modo accipiendum. Quod enim ad Magiſtratus totius Regni, aut Magni Ducatus Lithvaniæ, attinet, ut ſunt Marſchalci, Cancellarii, Theſaurarii, item alii Magiſtratus majores extra ordinem Senatorium exiſtentes, ut Duces belli, Referendarii aliique, illos bona poſſidere Terreſtria oportet in ea tantum gente, cujus ſunt Magiſtratus, neque opus eſt, ut in ſingulis Palatinatibus Bona ſua habeant. Ratio hujus rei non eſt alia, quam quod munia non ſunt reſtri-

Aliæ limitationes.

Magiſtratus debent eſſe Nobiles & poſſeſſionati.

Magiſtratus Regni & magni Ducatus Lithvaniæ debent tantum bona habere in aliquo loco totius gentis.

Digitized by Google

ℰta ad unum aut alterum totius gentis Palatinatum aut Diſtrictum. At verò Palatini quoniam non ad totam aliquam gentem, ſed ſolum ad certum Palatinatum pertinent, in ſuo etiam Palatinatu poſſeſſionati eſſe debent, quod etiam de Caſtellanis illis accipiendum eſt, qui in ſingulis Palatinatibus ſunt ſinguli. Verum in Palatinatibus majoribus, qui multos habent Diſtrictus, ut in Palatinatibus Ruſſiæ, Maſoviæ, Ravenſi, ut & terra Wielunenſi, Caſtellani & alii Magiſtratus Diſtrictuum minores, in illo etiam Palatinatus ſui Diſtrictu Bona Terreſtria poſſideant oportet, in quo Magiſtratum gerere jubentur: verbi gratia, Officiales terræ Wielunenſis non in Palatinatu Siradienſi, ad quem terra Wielunenſis pertinet, ſed in hac ipſa Palatinatus Siradienſis parte acceſſoria, nempe in Terra Wielunenſi, debent eſſe poſſeſſionati. *Vid. Conſtitut. an. 1562. pag. 23.* Immo An. 1613. *pag. 33.* conſtitutum eſt generaliter, ut omnes Dignitarii, Capitanei cum Juriſdictione, ut & alii Magiſtratus Terreſtres in iis Palatinatibus & Terris ſint poſſeſſionati, in quibus officio ſuo fungi jubentur. In Pruſſia noſtra quoque illud requiritur, ut Dignitates & Magiſtratus conferantur tantum Indigenis, id eſt,

Palatini debent eſſe poſſeſſionati in ſuo Palatinatu.

In Palatinatibus majoribus Caſtellani debent eſſe poſſeſſionati in eo Diſtrictu, cujus ſunt Caſtellani.

Omnes Magiſtratus ſint poſſeſſionati oportet, ibi, ubi magiſtratu funguntur.

Pruſſiæ Privilegia.

ſolis Pruſſis, ut habet Privilegium Incorporationis 1454. à Caſimiro Jagellonide datum, ut & Privilegium eodem anno ſuper eadem re conceſſum, habeturque cum priore illo *in Juribus Municipalibus Pruſſiæ;* quæ Privilegia Pruſſis confirmata ſunt *Conſtitutione Anni 1647. pag. 36.* Speciatim etiam Palatinos Pruſſiæ debere Bona Terreſtria poſſidere in ſuo Palatinatu, requirit lex anni 1589. *pag. 515. tit. Oſiadloſc.* Similiter in toto Magno Ducatu Lithvaniæ hoc exigitur, ut etiam in Terris, ubi Magiſtratus gerunt, Officiales omnes ſint poſſeſſionati. *Conſtitut. 1569. pag. 195. §. Dignitarze y Vrzendnicy.* Verum in Livonia ſingulare quidpiam occurrit, quod hoc loco nobis commemorandum eſt. Nimirum Rex ita Senatores Livonicos ſe conſtituturum pollicitus eſt, ut primo admittatur Polonus, deinde poſt Poloni illius obitum Lithvanus, & tandem Livonus. *Vid. Conſtitut. an. 1677. pag. 32. ſeq.* Ob leges has non obſervatas ſæpe audiuntur querelæ Ordinum, novæque cuduntur conſtitutiones, quibus exorbitantiis iſtis, quas vocant, obviam eatur. Sic jam olim tempore Ludovici Regis Poloniæ & Hungariæ Ottonem Pilecium Nobilitas Polonica Majoris Poloniæ Præfectura privari voluit, propterea quod nul-

In Magno Ducatu Lithvaniæ.

Livoniæ Magiſtratus quomodo ſe habeant.

Querelæ de Legibus his non obſervatis.

Exempla.

nullas in Majore Polonia poſſeſſiones habeant atq; ita contra jura legesq; Præfecturam illam obtinebat, teſte Cromero *lib. XIII. pag. 615.* Conf. Neugeb. *lib. IV. Hiſt. Polon. pag. 214.* Propter eandem cauſam Lithu. noluerunt ſuperiore Seculo Bernhardũ Maciejovium admittere ad Epiſcopatum Vilnenſem, quia non fuit Lithuanus, nec habuit in Lithuania poſſeſſiones ſuas, ſed fuit Polonus. Et cum Lithuanis objiceretur, quod Georgius Radzivilius, natione Lithuanus ad Epiſcopatum Cracovienſem in Polonia minore vocatus eſſet, Lithuani ſe ſuo jure non aliorum exemplis niti reſponderunt, quo etiam approbato, Sigismundus III. conſtituit, *ne ſimiles dignitates in Lithuania niſi nativis Lithuanis conferentur, hoc eſt, qui jam in Lithuania ſua bona terreſtria poſſidebant, antequam dignitatem ullam adipiſcerentur*, apud Piaſecium *ad an. 1598. pag. 186. ſeq.* Similiter in Pruſſia cum Superiore Seculo Martinus Cromerus, celebris ille Hiſtoricus, Epiſcopatum in Pruſſia Warmienſem eſſet adeptus, adeo ipſi, ut Polono, reſtiterunt Ordines Pruſſiæ, ut nunquam in Conſeſſu Ordinum Pruſſiæ comparere potuerit, quemadmodum hoc alibi probavimus. Secundo

Bernhardi Maciejovii exemplum.

Cromeri exemplum.

ſolis Pruſſis, ut habet Privilegium Incorporationis 1454. à Caſimiro Jagellonide datum, ut & Privilegium eodem anno ſuper eadem re conceſſum, habeturque cum priore illo *in Juribus Municipalibus Pruſſiæ;* quæ Privilegia Pruſſis confirmata ſunt *Conſtitutione Anni 1647. pag. 36.* Speciatim etiam Palatinos Pruſſiæ debere Bona Terreſtria poſſidere in ſuo Palatinatu, requirit lex anni 1589. *pag. 515. tit. Oſiadlosc.* Similiter in toto Magno Ducatu Lithvaniæ hoc exigitur, ut etiam in Terris, ubi Magiſtratus gerunt, Officiales omnes ſint poſſeſſionati. *Conſtitut. 1569. pag. 195. §. Dignitarze y Vrzendnicy.* Verum in Livonia ſingulare quidpiam occurrit, quod hoc loco nobis commemorandum eſt. Nimirum Rex ita Senatores Livonicos ſe conſtituturum pollicitus eſt, ut primo admittatur Polonus, deinde poſt Poloni illius obitum Lithvanus, & tandem Livonus. *Vid. Conſtitut. an. 1677. pag. 32. ſeq.* Ob leges has non obſervatas ſæpe audiuntur querelæ Ordinum, novæque cuduntur conſtitutiones, quibus exorbitantiis iſtis, quas vocant, obviam eatur. Sic jam olim tempore Ludovici Regis Poloniæ & Hungariæ Ottonem Pilecium Nobilitas Polonica Majoris Poloniæ Præfectura privari voluit, propterea quod nul-

In Magno Ducatu Lithvaniæ.

Livoniæ Magiſtratus quomodo ſe habeant.

Querelæ de Legibus his non obſervatis.

Exempla.

nullas in Majore Polonia poſſeſſiones habeant atq; ita contra jura legesq; Præfecturam illam obtinebat, teſte Cromero *lib. XIII. pag. 615.* Conf. Neugeb. *lib. IV. Hiſt. Polon. pag. 214.* Propter eandem cauſam Lithu. noluerunt ſuperiore Seculo Bernhardũ Maciejovium admittere ad Epiſcopatum Vilnenſem, quia non fuit Lithuanus, nec habuit in Lithuania poſſeſſiones ſuas, ſed fuit Polonus. Et cum Lithuanis objiceretur, quod Georgius Radzivilius, natione Lithuanus ad Epiſcopatum Cracovienſem in Polonia minore vocatus eſſet, Lithuani ſe ſuo jure non aliorum exemplis niti reſponderunt, quo etiam approbato, Sigismundus III. conſtituit, *ne ſimiles dignitates in Lithuania niſi nativis Lithuanis conferentur, hoc eſt, qui jam in Lithuania ſua bona terreſtria poſſidebant, antequam dignitatem ullam adipiſcerentur*, apud Piaſecium *ad an. 1598. pag. 186. ſeq.* Similiter in Pruſſia cum Superiore Seculo Martinus Cromerus, celebris ille Hiſtoricus, Epiſcopatum in Pruſſia Warmienſem eſſet adeptus, adeo ipſi, ut Polono, reſtiterunt Ordines Pruſſiæ, ut nunquam in Conſeſſu Ordinum Pruſſiæ comparere potuerit, quemadmodum hoc alibi probavimus. Secun-

Bernhardi Maciejovii exemplum.

Cromeri exemplum.

Dignitates Rex neque auget neque minuit.

do poteſtas Regia circa Magiſtratus conferendos eſt etiam quadantenus limitata in eo, quod Rex nequeat Officia Regni vel aulæ ſuæ, vel etiam Diſtrictuum minuere nec augere, ſicut habet Conſtitutio Sigiſmundi Auguſti an. 1550. lata, *pag.5.* & Stephani Regis an. 1576. *pag.227.* Idem volunt Pacta Conventa Sereniſſimorum Regum Michaelis & Joannis III. §. *Dignitarſtwa.* Immo jam olim, Sec. XIV. à Chriſto nato, videlicet anno 1374. Ludovicus Rex Poloniæ & Hungariæ juravit, ſe omnes Dignitates omnesque Magiſtratus velle in ſuis juribus, prout antea fuerunt, conſervare, quod deinde Wladislaus Jagello confirmavit, apud Janum Januſzovium *lib. III. Conſtitut. Part. V. tit. 1. pag. 298.* Idcirco cum initio præſentis Seculi, videlicet anno 1616. Sigiſmundus III. Rex *mortuo Andrea Bobola Cubiculi Regii præfecto, nollet alium in ejus locum officio ſurrogare (præſtat hoc cæteris Magiſtratibus familiaritate Regis) lege demum adactus, quæ ejusmodo officia ſupprimi vetat, tandem alium ſuffecit.* Piaſec. *in Chron. ad dict. an. pag. 359.* Tertiò in hoc quoque Regis poteſtas eſt aliquantulum reſtricta, quod omnes Dignitates obitu aliorum vacuas in-

Dignitates Rex confert intra ſex hebdomadas.

intra ſex hebdomadas à die notitiæ promiſit in alios bene meritos Nobiles transferre, ſi extra tempus Comitiorum aliquis moriatur. Sin autem paulo ante Comitia aliqua dignitate functus decedat, tum intra octiduum poſt Comitia cœpta alter ei ſubſtitui debet. Quodſi denique in ipſis Comitiis aliquem ex Magiſtratibus mori contingat, itidem intra octiduum munus ipſius alteri traditur, quod etiam ut fiat, Marſchalcus Equeſtris Ordinis nomine Nunciorum in Comitiis urgere jubetur in Pactis Conventis Wladislai IV. Joannis Caſimiri, Michaelis & Joannis III. §. *Wakancye*. Ante Wladislai vero Regis tempora Rex illud extra tempus Comitiorum intra dimidii anni decurſum facere ſolebat. *Vid. Conſtitut. an. 1588. p. 468. ann. 1607. p. 833. an. 1631. pag. 4.* Quartò hoc etiam Joannes Caſimirus Rex circa collationem Magiſtratuum promiſit, quod in Regno & M. D. Lithv. per quatuor menſes, videlicet Septembrem, Octobrem, Novembrem & Decembrem vacantes Capitaneatus & alia officia Terreſtria militibus aliisque Nobilibus bene de Republ. meritis, habita ratione commendationis à Ducibus Exercituum facta, diſtribuere velit, non præjudicando tamen Electioni terreſtrium

Initio Comitiorum Dignitates conferuntur.

Certis temporibus Rex benemeritis magiſtratus confert.

Digitized by Google

Officialium in Conventibus particularibus ſingulorum Palatinatuum & Terrarum. *Conſtitut. ann. 1662. pag. 10.* Quinto Rex quoque lege lata promiſit, ſe nunquam Dignitates, v. g. Epiſcopatus, Palatinatus, Caſtellanatus, Capitaneatus Filiis aut Nepotibus ſuis, aliisque ex ſtirpe Regia oriundis collaturum; id quod jam olim promiſerat An. 1374. Ludovicus Rex, confirmavitque poſtea an. 1433. Wladilaus Jagello, ut & alii poſt ipſum Reges. *Vid.* Paulus Piaſecius *pag. 524. fin.* Fredro *in Hiſt. Henr. pag. 230.* Quodſi autem contingat, ut conſenſu omnium Ordinum Regis Filio vel Fratri Epiſcopatus aliquis conferatur, jurat ille, ſe Epiſcopatum (aut etiam aliam dignitatem) eodem jure poſſeſſurum, quo illum poſſederant alii ante ſe Epiſcopi. Promittit etiam ejusmodi Beneficiarius ſe munia Interregis ſibi non vindicaturum, id eſt, ſe jus & poteſtatem Regis nominandi, inaugurandi coronandique non uſurpaturum, nec denique ſibi prærogativam quandam præ Archiepiſcopo Gneſnenſi quæſiturum. *Vid. Conſtitut. An. 1633. pag. 17. & An. 1641. pag. 5.* Alia quoque Bona Terreſtria, ſi Regum agnatis à Republ. conferuntur, eodem jure illa poſſident, quo alii Nobiles ea antehac poſſederunt, ut

Rex Dignitates filiis & Fratribus ſuis non confert ſolus.

Quæ filii Regum promittant, ſi ad dignitates evehantur.

Digitized by Google

ut vult *Conſtitutio anni 1641. pag. 6.* Sexto reſtricta etiam eſt Regis poteſtas in eo, quod ipſi non licet in unum virum plures Dignitates majoris momenti cumulare. Sed de his vide infra *cap. III. num. 16. & 17.* ubi pluſcula de Incompatibilibus occurrunt. Conferantur etiam Pacta Conventa Sereniſſ. Joannis III. §. *VVtym ſie.* Septimo obligavit ſe Rex Joannes Caſimirus, quod Advocatias (Polonicè *Woytoſtwa*) in Urbibus jure advitalitio nonniſi bene meritis militibus, iisque non plebeis ſed nobilibus conferre velit. Excipiuntur tamen hic Advocatiæ in Bonis Oeconomicis Regiis ſitæ: Item quæ ſunt Civitatibus incorporatæ, ut ſunt Lublinenſis, Wſchovienſis & Sredenſis: Sic etiam quas Capitanei cum jurisdictione poſſident: ut & decem Advocatiæ, quas ſibi Reges reſervarunt miniſtris ſuis etiam plebeis conferendas. *Conſtitut. an. 1589. 1607. 1620. 1647. & anno 1662. pag. 15.* Octavo promittit etiam Rex in Pactis Conventis, in Collatione honorum & Dignitatum ſe neminem ſibi privatim jurejurando obſtricturum, neque ſubmiſſiones ſubſcriptas ab iis exacturum: & ſi cuipiam Dignitatem, aliudve præmium propter promotionem ad Regnum promiſerit, ut hoc ſit invalidum &

Reges in unum non cumulant multas dignitates.

Avocatias in urbibus Reges quomodo donent.

Reges ſibi neminem privato jurejurando adſtringunt.

Digitized by Google

& irritum. *Vid.* Pacta Conventa Ser. Joannis III. §. *rebus Juſtitiæ.* Ad extremum hoc quoque de Magiſtratibus notandum eſt, quod alter alteri Dignitatem, vel Officium ſuum vendere queat, ſi Regis conſenſus accedat, ut factum eſt Anno 1668. cum Kraſſinius Theſaurariatum Regni, Andreæ Morſtinio Referendario Regni, nongentis aureis acceptis, cederet. *Vid.* Diar. Europ. *Continuat. XVIII. pag.* 428. Militibus etiam permiſſum eſt, Advocatias à Rege ſibi collatas aliis Nobilibus vendere, ut habet Conſtitutio *Anni 1662. pag. 15.*

Dignitatem alteri vendere licet conſentiente Rege.

Rex dignitates ſolus non aufert.

XI. Ex his ſatis ſuperque conſtat, magnam eſſe Regis Poloniæ poteſtatem in conferendis Magiſtratibus, qua ſecularibus, qua Eccleſiaſticis. Quamvis autem Rex in Polonia Dignitates conferat benè meritis; non poteſt tamen eas jam collatas pro lubitu malè de Rege & Rep. meritis auferre, niſi id fiat ex ſententia omnium Ordinum. Obtinet igitur & in Polonia, quod Plato *in Philebo* jactitatum fuiſſe teſtatur: *Non licet eripere, quod rectè datum eſt.* Probant hoc variæ Proſcriptiones Magnatum, quæ non niſi conſentientibus Ordinibus omnibus fiunt. Propterea etiam ejusmodi Proſcriptionibus ſubjiciuntur omnium Senatorum & Nunciorum

rum Terreſtrium nomina, ne uni aut alteri culpa tribuatur. Poſſunt autem Reges cum conſenſu Ordinum Dignitatibus privare non tantum Seculares ſed etiam Eccleſiaſticos, ut patuit exemplo cujusdam magni nominis Antiſtitis, qui non ita pridem per publicum Rotæ equeſtris Decretum privatus eſt loco, dignitate, voce activa vel paſſiva in Senatu. Bona Diœceſeos ſequeſtrata ſunt, deſignatique, qui proventus collectos in redemptionem captivorum impenderent. Ipſe autem Antiſtes cuſtodiri juſſus eſt in Monaſterio uſque ad Declarationem Pontificis Romani. Sed paulo poſt Antiſtes ille in gratiam receptus ſuæque dignitati reſtitutus eſt. *Conf. & Conſtitut. anni 3635. tit. Forum.*

Eccleſiaſtici quomodo Dignitatibus priventur.

XII. Quod alias Dignitates ſive titulos DVCVM, COMITVM & BARONVM poſſit Rex Poloniæ aliis conferre, de ſententia tamen Ordinum, non videtur eſſe dubium; cum exempla ſint in promptu. Vt enim de Alberto Marchione Brandeburgico nihil dicam, qui à Sigiſmundo I. Rege Poloniæ Anno 1525. Dux Pruſſiæ renunciatus eſt, Neugebauer *lib. VII. Hiſt. Pol. pag. 580.* Certe Sigiſmundus Auguſtus Rex Gothardum Keklerum primum Curlandiæ Ducem creavit,

Dignitates Ducum Comitum &c. poteſt Rex conferre conſentientibus Ordinibus.

de quo vid. Albertus Wijuk Kojalowicz *Part. II. Hiſt. Lithv. lib. VIII. ad an. 1561. p. 449.* Verùm quod jam Rex Poloniæ inter ſibi ſubditos nullos creet Duces, Comites, & Barones, obſtat Nobilitatis Polonicæ ſumma æqualitas, qua freti Poloni, præſertim Nuncii Terreſtres, nunquam Regi concederent tales dignitates hæreditarias in quasdam familias conferre. *Vid.* Pacta Conventa Joann. III. §. *Krewnych. ubi de æqualitate Nobilitatis Polonicæ agitur.* Sed dabitur alius infra ea de re agendi locus. Deinde IVRA NOBILITATIS Rex hodie confert nonniſi cum conſenſu omnium Ordinum in Comitiis congregatorum; id quod etiam intelligendum eſt de conceſſione IVRIS INDIGENATVS. Imo cum antea ſuffecerit, jura Nobilitatis & Indigenatus in ipſis Comitiis generalibus ab Ordinibus petere, conſtituit Sigiſmundus III. Rex, ne quis inpoſterum Indigenatum acciperet, niſi qui eum antea in Conventibus particularibus Comitia generalia præcedentibus petierit, & poſtea à Nunciis Terreſtribus in generalibus Comitiis commendatus fuerit. *Conſtitut. anni 1601. pag. 748. an. 1641. pag. 11.* Nobilitatis autem jura etiam poſt illa tempora impetrabantur in ipſis Comitiis generalibus, uti adhuc ex Conſti-

Cauſa cur hodie non creentur à Rege Duces, Comites &c.

Iura Nobilitatis quomodo conferantur.

Vt & Iura Indigenatus.

Digitized by Google

ſtitutionibus anni 1673. elucet. In illius enim anni Comitiis complures jura Nobilitatis conſecuti ſunt, partim Nunciis Terreſtribus eos commendantibus, partim Ducibus Exercituum, partim etiam ipſo Rege illud urgente. Sereniſſimus quoque Rex Joannes III. hoc tantum promittit in Pactis Conventis, ſe nemini Jura Nobilitatis vel indigenatus conceſſurum, niſi fuerit ab Ordinibus Regni & Magni Ducatus Lithvaniæ, vel quoque à Ducibus Exercituum utriusqe gentis commendatus. *Vid. Pacta Conv. §. Cudzoziemcow.* Verum Anno 1676. in Comitiis poſt Coronationem Cracoviæ habitis conſtitutum eſt, ut eos, qui jura Nobilium conſequi volunt, Rex vel Duces Exercituum utriusque gentis commendent prius Nobilitati in Comitiolis congregatæ, & in quem illa conſenſerit, ut ad jura Nobilitatis in generalibus Comitiis admittatur. *Vid. Conſtitut. an. 1676. p. 23.* Ita etiam Conſtitutione anni 1677. pag. 42. cautum eſt, ne illi, qui antehac non commendante ipſos Rege aut Ducibus belli, ad jura Nobiltatis admiſſi ſunt, privilegiis & prærogativis Nobilium utantur, uſque ad deciſionem proximorum Comitiorum. In ſequentibus etiam Comitiis anni 1678. quibusdam titulus

No-

Nobilium abjudicatus eſt, ut teſtatur illius anni Conſtitutio *pag. 41. Conf. Conſt. 1683. pag. 18. ſeq. Conſt. an. 1685. pag. 21.* In Pruſſia id jam ab antiquo ſtricte fuit obſervatum, ut nemini etiam ex Polonis Nobilibus jura Indigenatûs Pruſſici concederentur, niſi qui ea in Conventu generali Statuum Pruſſiæ Regiæ ab Ordinibus petierit, idque ex Privilegio Incorporationis an. 1454. conceſſo, & ex alio Privilegio eodem anno Pruſſis dato. *Vid. Municipalia Pruſſiæ.*

Ius Indigenatus in Pruſſia.

Ius Legationum habuere olim Reges Poloniæ.

XIII. Porro jus LEGATOS MITTENDI habuiſſe Reges Poloniæ primis ſeculis, non eſt, quod dubitemus. Poſterioribus enim demum temporibus hic ſibi poteſtatem aliquam arrogare cœperunt Ordines Regni Polonici. Colligere id poſſumus ex Invectiva Petri Tomicii Epiſcopi Cracovienſis ſub Sigiſmundo I. Cancellarii Regni, in Nuncios Terreſtres, qui de mittendis ad exteros Legatis eorumque mandatis volebant neſcio quam ſibi poteſtatem arrogare. *Quid*, ait ille, *in Cancellariorum munera vos ingeritis? & cur, quod non amplius, quam ne quid in Republ. ſine vobis decernatur novi, veſtræ ſe extendunt partes, non meminiſtis?* apud Chriſtophorum Varſevicium

in

Digitized by Google

in Lib. de Opt. Statu Libert. pag. 82. Tempore Henrici I. Reges poteſtatem Legatos mittendi adhuc habuiſſe integram, docet nos Fredro *in Hiſt. Henr. pag. 97.* Hodie penes Regem idem jus adhuc eſt, niſi de Fœderibus, bello aut pace aliisque rebus ad Rempubl. pertinentibus tractandum ſit. Vid. literæ Confirmationis articulorum Henrico oblarorum pag. 254. Per Conſtitutionem tamen anni 1585. *pag. 457.* conceditur, ut Rex etiam publicas Legationes mittere poſſit cum Conſilio Senatorum in Aula Regis ex lege reſidentium. Anno. 1653. etiam ex Ordine Equeſtri ſeni ex tribus gentibus fuerunt deſignati, qui de certa aliqua Legatione expedienda conſultarent, ut diſcimus ex Conſtitut. ejus anni *1653. pag. 8.* Electio autem Legati ſemper fuit penes Regem, qui eum eligat ex Nobilibus Polonis vel Lithvanis, iisque poſſeſſionatis. Inſtructio Legatis data inter ſenatusconſulta ſcribitur, publiceque in Comitiis generalibus à Cancellariis legitur. Reverſi ab exteris oris Legati Relationem Ordinibus ſcriptam in Comitiis reddunt. Poſtulantibus etiam Ordinibus Legatum, oportet jurare, quod cum exteris Principibus nihil extra ſuam egerit Inſtructionem. *Vid.* Pacta Conventa Joannis III. §. *To-*

Legationes de Pace & bello item de Fœderibus non mittit ſolus Rex.

Electio Legati penes Regem eſt.

Inſtructio Legato datur publicè

§. *Tolekvvarujemy.* Sed hæc, ut jam antea diximus, intelligenda ſunt de Legationibus ad totam Rempubl. pertinentibus. JVS LEGATOS ab exteris Principibus in Poloniam miſſos RECIPIENDI Rex ſine dubio quondam habuit. Sed in Conſtitutione Anni 1588. *pag.* 457. illud jus aliquatenus limitatur, dum hoc ipſum requiritur, ut cum Senatorum in Aula Regis Reſidentium ſcitu illud fiat. Poſtremo illud etiam obſervationem meretur, poſtquam An. 1673. Lithvani tertia Comitia Grodnæ celebranda impetrarunt, ſumptus deinceps in Legatos Moſcoviticos, Turcicos, Scythicos & Caſacicos tempore Comitiorum advenientes ex theſauro Lithuanico ſuppeditari debere, quemadmodum hucusque in Regno ex theſauro Regni impenſæ ſunt ſuppeditatæ *Vid. Conſtitut. An.* 1673. *pag.* 18. *tit. Seym Trzeci.*

Ius Legatos recipiendi.

Sumptus in Legationes Moſcoviticas.

XIV. Verum ne multi ſimus in his enumerandis, reliqua jura Regia breviter tantùm percurremus. De *Jure* COMITIORVM *indicendorum* infra dabitur commodior locus agendi. JVS VENATIONVM olim penes ſolos Reges erat, teſte Cromero *lib. VII. de Ort. & reb. geſt. pag.* 504. Neugebauer *lib. III. Hiſt. Polon. cap.* 110. Et quidem olim nec in pro-

Ius Comitia indicendi.

Ius Venationum.

proprio fundo quiſquam habuit jus illud, præter ſolum Regem, ſi fides eſt eidem Cromero illud aſſerenti *lib. II. Deſcript. Polon. pag. 129.* Vladislaus autem Sputator Dux Poloniæ primus eſſe dicitur, qui jus Venandi in ſylvis & in bonis Eccleſiarum ſuarum conceſſit Archiepiſcopo Gneſnenſi & Epiſcopo Poſnanienſi. Cromer, *lib. VIII. de Ort. & Reb. Geſt. Polon. pag. 533.* Poſtea cum aliis etiam hoc jus communicatum eſſe videtur, adeo ut tempore Vladiſlai Jagellonis venationes omnibus licitæ fuerint, ut ex illius Regis Conſtitutionibus hac de re Anno 1423. latis colligere licet. Quamvis circa catulos vulpecularum aliud poſtea conſtituerit Sigismundus Auguſtus An. 1557. nempe ne catulos vulpium quiſquam ex nidis tollere audeat: apud quem autem reperti fuerint, ut mulctam decem marcarum exſolvat: catuli autem in ſylvam libere dimittantur. *Vid.* Januszov. *lib. IX. Conſtit. part. III. tit. V. pag. 1109.* Herburt. *in Stat. pag. 545.* Statutum Lithuanicum *cap. 10. art. 1. & ult.* Hodie venationes cuilibet in proprio fundo licitæ ſunt. Præterea Rex Poloniæ SIGILLVM CAMERALE (*Pieczencè Pokoiowa* Polonis vocatur) penes ſe non habiturum, ſed lite-

Vladislaus Sputator concedit jus venandi Archiepiſco-po.

Tempore Jagellonis omnibus venationes fuere licitæ.

Sigillum camerale Reges habere non debent.

literis ſuis ad exteros Reges ſcriptis publicum Regni, quod ſemper in Cancellariorum manibus eſt, appoſiturum ſe, promittit. Et hæc eſt una ex conditionibus, quæ jam Henrico Valeſio fuit propoſita, apud Fredr. *in Hiſt. Henrici pag. 66.* Repetitur ea conditio ſemper in ſequentium Regum Pactis Conventis. §. *Piecżenci takze.* Porro Reges Poloniæ terras ad Regnum pertinentes ſe non abalienaturos, ſed potius à Regno abſtractas recuperaturos in Pactis Conventis pollicentur. *Vid.* Pacta Conventa Michaelis & Joannis III. §. *Pacta & Fœdera.* Et hæc lex non eſt nova, utpote quam Wladislaus Jagello jam ſibi poſuerat, apud Januszovium *lib. I. Part. III. tit. 1.* Immo ne de BONIS quidem MENSÆ REGIÆ, ut vocant, Rex pro lubitu diſponit, cum ea neque augere neque diminuere ſolus poſſit ſine Conſenſu omnium ordinum, de quo conſuli poſſunt Pacta Conventa Joannis III. §. *Oeconomiy nad te.* Conf. Conſtitut. *An. 1633. pag. 30.* Ea propter Henrico Valeſio Regi Reſpublica id maximè vitio vertebat quod multa de Bonis Regiis contra Regni Statuta Senatoribus conceſſiſſet. Fredro *in Hiſt. Henr. pag. 114.* Quando itaque Bona alicui ob magna in Rempubl.

Reges terras ad Regnum pertinentes alienare nequeunt.

Rex non diſponit de Bonis menſæ Regiæ.

Digitized by Google

publ. merita ex Bonis Regiis olim donabantur, fieri hoc ſolebat conſenſu omnium Ordinum. Exempla habemus in Conſtitut. *Anno 1588. pag. 486. anno 1633. pag. 19. anno 1661. pag. 12. an. 1659. pag. 58. ſeq. & in aliis plurimis.* Notum eſt præterea legibus eſſe cautum, ne Rex Bona ad Fiſcum Regium jure caducitatis devoluta ſibi retineat, ſed aliis benè meritis Nobilibus conferat. *Conſtitut. anno 1576. pag. 280.* Conf. Piaſecius *ad ann. 1624. pag. 438.* Licet autem Regi Bona ejusmodi caduca itidem, ut alias vacantias, conferre Nobilibus Polonis & Lithvanis initio Comitiorum, exceptis Bonis Civilibus, jure Caduco devolutis, quæ in Regis plena ſunt diſpoſitione, ut ea dare poſſit, cui velit. *Conſtitut. an. 1576. pag. 280. tit. Odbbrach.* Porro Sigismundus III. conſtituit, ne bona Nobilium devolvantur ad Fiſcum Regium, dum adſunt Conſanguinei uſque ad octavum gradum incluſive, ſive illi ſint maſculi, ſive fœminæ, ut habet Conſtitutio Anni 1588. de qua ut & aliis Conſtitutionibus videatur Januſzovius *lib. I. Conſtitut. Part. I. tit. 10. pag. 130. ſeq.* Quodſi Regi vel Reginæ digni Regia dignitate deſunt Proventus ex Bonis menſæ Regiæ vel Regi-

Bona jure caducitatis ad ſe devoluta aliis donat Rex.

 na-

nalis, ſolent Ordines in Comitiis concedere, ut ex Bonis vacantibus vel caducis ſumptus ad tempus addantur. *Vid. Conſtitut. an. 1649. pag. 7. Vid.* Matth. Marc. Ladovvsci tit. Krolovva. Ad ultimum Rex Poloniæ nemini FEVDVM confert in conſultis Ordinibus. Proinde maximæ ortæ ſunt expoſtulationes Ordinum cum Vladislao IV. Rege Annò 1639 quod inſciis Ordinibus tale quid auſus fuerit. Vid. Theatr. Europ. *ad dict. an.*

Feudum Rex nemini confert inconſultis Ordinibus.

XV. Conſideratis Juribus Majeſtatis, jam progredimur ad ea, quæ Privatorum etiam Libertatem non excedunt; Reges tamen Poloniæ ob bonum publicum ſecundum Leges & Statuta regni omnia, ſeſe in illis ſuſcepturos in Pactis Conventis aliisque Conſtitutionibus promittunt. Nimirum primo non poteſt Rex per Leges Regni CONJVGIVM contrahere inconſulto Senatu. Olim quidem Duces Poloniæ ſine dubio conjuges ducebant pro lubitu, niſi quod aliquando ſvaſu & rogatu Senatus cum finitimis Principibus affinitatem contraxiſſe dicantur, ut de Caſimiro I. refert Cromerus *lib. IV. pag. 451.* Neugeb. *lib. III. pag. 59.* De Boleslao Audace occiſore Stanislai Cromer. *lib. IV. pag. 456.* Neugeb. *lib. III. pag. 63.* De Vladislao Hermanno Cromer. *lib.*

Conjugium Rex non contrahit inconſulto Senatu.

V.

Digitized by Google

V. pag. 462. De Boleslao Crivouſto Cromer. *lib. V. pag. 470.* Neugeb. *lib. III. pag. 78.* De Wenceslao Cromer. *lib. XI. pag. 578.* Neugeb. *lib. III. pag. 175.* Hæc exempla propterea copioſiore numero adducimus, ut oſtendamus, falſum eſſe, quod Franciſcus Marinius prodidit, Vladislaum Jagellonem primum de ampliſſimi Senatus ſententia uxorem ſibi adſciviſſe *lib. de ſcopo Reipubl. Polon. cap. 12. pag. 275.* Citat ille quidem pro ſua ſententia Librum V. Cromeri; ſed ibidem in principio libri loquitur Cromerus de Vladislao Hermanno, de quo tamen non dicit, quod primus hoc fecerit, alias ſibi ipſi non conſtaret, ut ex locis citatis patet. Vladislaus autem Jagello primus ea lege admiſſus eſt ad Regnum, ut Hedvigē Ludovici Regis filiam uxorem duceret, teſte Cromero *lib. XIV.* Neugeb. *lib. V. pag. 229.* Et cum defuncta Hedvige Jagello Eliſabetham Pileciam Ottonis quondam Palatini Sendomirienſis filiam, complurium virorum toros expertam, à quodam prius Moravo raptam, ab alio deinde Moravo huic ereptam, tandem Vincentio Granovio Caſtellano Naclenſi nuptam, uxorem duxiſſet; tum à quibusdam Magnatibus huic Regis conjugio reclamari cœpit, ut eſt apud Neugeb. *lib.*

V. pag. 265. & 271. Tandem ſuperiore Seculo cum Sigiſmundus Auguſtus inconſulto , immo etiam reclamante Senatu Barbaram Radziviliam matrimonio ſibi junxiſſet, coactus eſt An. 1548. lege cavere: *Ne Regibus Poloniæ poſtea liceret, conjugium contrahere inconſulto Senatu*, quæ lex videatur apud Janum Januszovium *lib. I. Conſtitut. Part. I. tit. 6. pag. 20.* Ex eo tempore ſæpius legem illam urgebant Poloni tum in Conſtitutionibus Ordinariis tum etiam in Pactis Conventis. *Vid. Conſtit. an. 1576. p. 258. & 278. Item Pacta Conventa Michaelis ſſ. Strong Malzenſtvva.* In Sereniſſimi Joannis III. Regis Pactis Conventis hoc caput omiſſum eſt, quoniam ante electionem jam conjugem habebat. Ob neglectam hanc legem non leves ſæpe motus in Polonia fuere, ut inprimis tempora Sigiſmundi III. teſtari poſſunt apud Piaſecium *in Chron. ad ann. 1592. pag. 113. ſeq. & p. 588.* & apud Stanislaum Lubiensci *lib. I. de Motu Civili pag. 23. operum.*

Meleandri verba notatu digna.

Ex quibus omnibus jam manifeſtum fit, Regem Poloniæ vere ſibi verba illa perſonati Meleandri Regis apud Barclajum applicare poſſe: *Privatorum eſt*, ait ille, *ex amicitiæ affectu vel morum concordia eligere matrimonia. Nobis*

ea

ea ſuavitas exuenda eſt. Regum enim fortuna eſt, ut nunc indignos & exoſos per ſanctiſſima fœdera ſibi conjungant, nunc omnium nexuum jura, omniſque ſangvinis charitatem inhumana neceſſitas negligat. Chariſſimus eſſe ſolet, qui utilitate præcipua potentiam noſtram alit, & affinitates pulcherrimæ cenſentur, quæcunque Regnum ſtabiliunt. Hæc Meleander apud Barclajum. *lib. III. Argenidis cap. 15.*

XVI. Præterea Regibus Poloniæ non conceditur AGROS PROPRIOS ſive BONA HÆREDITARIA in Regno poſſidere, qua de re non ineleganter diſſerit Fredro, cujus verba hic adſcribemus: *Antiquis*, inquit ille, *inſtitutis Reges nobis ſunt ſummi honorum & munerum arbitri. Providit vero Respubl. ne honores utriusque ſtatus, tum beneficia agrorum in Regiam prolem præterquam ab auctoritate Reipubl. diſtribuantur; ne, ſi fœcundior regnantis tori accidat genitura & optimi quique cenſus publici Regum Natis aſſerventur, tantis impinguati proventibus potentiam quærant intra Rempubl.*

Rex non poſſidet agros proprios & hereditarios.

publ. qua commodiſſima ambitioſo ad purpuram ſternitur via. Verum adeſt alter metus excreturæ in Regia civili domo formidabilis potentiæ, ſi liceat Regi Bona Civium trahere in hæreditatem domus. Ea enim qua valent Reges opulentia, emptis in poſſeſſionem opportunioribus inſtaurandæ potentiæ caſtris, quod Electionis via modo quæritant Regnum, emptione haberent hæreditarium. Idque ſuſpicabatur Respubl. cum Conſtantia Regina, poſterior conjux Sigismundi III. Regis, agrum Ziwiecenſem ad fines Sileſiæ & Hungariæ ſitum DC. millibus florenorum noſtratium à Joanne Komarskio emerat. Cavit enim impoſterum, ne eſſet poteſtatis regiæ domus quærere intra Regnum hæreditatis terras. Hæc & alia id genus habet Fredro *in Hiſt. Henr. pag. 230.* Ex ea cauſa Sigiſmundus III. urgentibus Ordinibus in Comitiis conſtituit, ut Ziwiecenſem illum Comitatum, de quo Fredro in verbis citatis mentionem fecerat, à Regina cuivis Nobili redimere liceret. *Vid.* Piaſec. *ad an. 1624. pag. 438. & ann. 1631. pag. 502. Conf. Conſtitutiones ad dict. ann.*

Zivviecenſis Comitatus.

Ob

Digitized by Google

Ob eandem rationem & jam ante Anna Sigiſmundi I. filia & Stephani Regis conjux antequam coronaretur & uxor Regis eſſe declararetur, juribus matris ſuæ Bonæ in quibusdam Regni Poloniæ, Lithuaniæ & Maſoviæ fundis renunciavit, apud Joan. Solikovium *in Commentar. pag. 66. Conf. Conſtitut. an. 1576. pag. 241 & 280.* Qui hodie vivit & feliciter nobis imperat, Sereniſſ. Joannes III. Rex, Capitaneatus ſuos hæreditarios conſenſu Ordinum, omnium retinet ad dies vitæ ſuæ & Sereniſſimæ Reginæ, ita tamen, ut eos Nobilibus æqualitate juris & pœnæ gaudentibus tradat gubernandos. Poſt fata verò Regis & Reginæ, ne eosdem Capitaneatus ſequentes Reges adjungant Oeconomiæ, ſed ut eosdem non ſecus atque alias Præfecturas bene meritis conferant, cavetur Conſtitutione anni 1676 *pag. 24.* De bonis Caducis, quod Rex ea ſibi non reſervat, jam ſupra num. XIV. dictum, jam tantum addimus, Reges neque ſibi inſcripta aut donata bona retinere, ſed ea volentibus ita legibus bene meritis diſtribuere. *Vid. Conſtitut. an. 1576. pag. 280.*

Hodierni Regis Bona hæreditaria.

XVII. Verum & in hoc poteſtas Regum Poloniæ reſtricta eſt, quod ipſis ne pedem quidem licet extra limites Regni, ſine conſenſu Ordinum, efferre. Et hæc quo-

Rex extra fines Regni proficiſci non poteſt.

quoque cauſa eſt, cur Henricus Valeſius Rex clam è Polonia, audita fratris ſui morte, in Galliam diſceſſerit, nemine ex Polonis conſulto. *Ocyus enim ipſum adeſſe in Gallia res requirebat, ut vero inde abiret, obſtabant leges, quæ vetant Regem fines egredi præterquam à conſenſu Ordinum*, ut ait Fredro *in Hiſt. Henr. pag. 116.* Sic etiam Sigiſmundus III. diſceſſum in Sueciam ægre impetravit, idque non niſi cautione de reditu intra annum interpoſita, & quod ſemper in Polonia poſt reditum reſidere vellet, apud Piaſecium *in Chron. ad an. 1593. pag. 118. Conf. Conſtitut. ejus anni pag. 635.* item *an. 1598. p. 686.* Quid actum ſit in Senatu Regni Poloniæ ob profectionem Wladislai IV. Regis in Pruſſiam Ducalem, ubi Ortelsburgi duobus tantum milliaribus à Maſoviæ finibus diſtante, cum Electore Brandeburgico conventum habuit, legi poterit in Theatro Europæo *ad an. 1639.* Expoſtulabant videlicet Ordines cum Rege, cur in Pruſſiam contra leges Regni profectus fuerit, etiamſi tunc Pruſſia feudum, adeoque quaſi membrum fuerit Poloniæ. Quare idem Rex Vladislaus Anno 1641. lege cavere voluit, ne ſe, neque Succeſſores

res

res ſuos ſine Conſenſu omnium Ordinum extra fines Regni profecturos. *Vid. Conſtitutio anni 1641. pag. 4. ſeq.*

XVII. Quod ad MINISTROS aulæ Regiæ attinet, id Poloni ſummo ſtudio curant, ne Rex ſibi externum miniſterium adjungat: ſed ut omnes aulæ Regiæ miniſtri ſint Poloni vel Lithuani, velut in ſingulorum Regum Pactis Conventis cautur. Primus etiam Miniſter aulæ Regiæ jurat non Regi tantum, ſed etiam Reipubl. coram Senatoribus, ut & coram Officialibus Regni & Magni Ducatus Lithuaniæ. Immo omnes aulæ Regiæ miniſtri jurisdictioni Marſchalci Regni ſubſunt, ut volunt Pacta Conventa Joannis III. *ſ. Dwor Stanowi naſzemu.* Adhæc Poloniæ Rex militiam ſuam aulicam ultra mille & ducentos viros non auget: & illi milites omnes ex Polonis, Lithuanis & aliis incorporatis Regno Polonico Provinciis legi debent. Summus quoque horum Prætorianorum militum Præfectus ſub jurisdictione Marſchalcorum utriusque gentis eſſe debet, ex *Conſtitut. anni 1646. pag. 2. & 3.*

Aulici debent eſſe Poloni vel Lithvani.

Primus miniſter aulæ Regiæ jurat Reipublicæ.

Aula Regis ſubeſt jurisdictioni Marſchalci Regni.

Militia aulica modica eſſe debet.

Dux Prætoriani militis ſubeſt jurisdictioni Marſchalci.

XIX. In CONSVLTATIONIBVS quomodo ſeſe Reges in Aula ſua & in Comitiis Regni generalibus gerant, alibi commodior erit dicendi locus. Nunc

In Conſultationibus quomodo ſe Rex gerat.

 tan-

tantum notaſſe ſufficiat, Reges Poloniæ in Pactis Conventis promittere, id ſe curaturos, ne Sereniſſimæ Reginæ ſeſe negotiis Status Reipublicæ immiſceant. *Vid. Pacta Conventa Sereniſſ. Michaelis & Joannis III. §. Warniemyza.*

Quæ ſinguli Reges promittunt.

XX. Ad extremum, ut tribus, quod ajunt, verbis eorum etiam mentionem faciamus, quæ ſinguli Reges Ordinibus Regni Poloniæ in Pactis Conventis pro ratione Circumſtantiarum promittunt, illa ſunt fere hujusmodi: Quod velit Rex unum vel plura caſtella certis in locis contra hoſtes communire aut de novo condere: Scholam Equeſtrem Cracoviæ vel alibi inſtituere: Podoliam vel etiam alia loca ab hoſtibus intercepta recuperare: curare ut Coſaci in obſequio Reipubl conſerventur. Aliquando etiam in Pactis Conventis Reges remittunt prætenſiones ſuas, quas habent in Regnum, & quæ ſunt id genus alia.

Leges de obedientia Regi non præſtanda.

XXI. Hæc omnia, quæ hactenus enameravimus, Poloniæ Reges jurant ſanctiſſime ſeſe obſervaturos. Et ſi illa non obſervaverint, eo ipſo ſolvunt incolas jurejurando ſibi præſtito. Sic enim habent ultima jurisjurandi Regii verba: *Et ſi (quod abſit) in aliquibus juramentum meum violavero, nullam*

mihi

mihi incolæ Regni, omniumque Dominorum uniuscujusque gentis obedientiam præſtare debent. Immo ipſo facto eos ab omni fide & obedientia Regi debita liberos facio, abſolutionemque nullam ab hoc meo juramento à quoquam petam, nec ultro oblatam accipiam, ſic me Deus adjuvet. Hoc jusjurandum cujus clauſulam hic dedimus, non tantum ſingulis Actis Electionis Regum inſeritur, ſed etiam in PactisConventis Sereniſſimorum Regum Michaelis & Joannis III. conſtituitur, ut inſingulis Regni Comitiis jusjurandum illud Regium & Pacta Conventa ſummarie collecta in Senatu primo ſtatim die legantur. *§. Przyſienga naſza.* De illo tamen jurejurando, utpote quod licentiæ frena laxare videtur, conqueritur Senator quidam magni nominis, apud Fredr. *in Hiſt. Henr. I. pag. 110.* quæ querela omnino lectione digna eſt. Viderunt hoc & ipſi Regni PoloniciOrdines, ideoq; ut mala, quæ inde oriri poſſent, præcaverent, Declarationem hujus jurisjurandi aliquoties ediderunt. Et quidem primo in Conſtitutione *an. 1567. p. 279.* Cum verò id non ſufficeret, An. 1607. & an. 1609. hæc Declaratio dicti capitis de obedientia non præ-

Iusjurandum Regium ſemper initio Comitiorum Publice prælegitur.

Declarationes jurisjurandi Regii.

præſtanda prodiit, quæ in hunc fere modum ſe habet: *Si quis Nobilis, ſive ſit ex Ordine Senatorio, ſive non, viderit aliquid violenter Regem egiſſe vel adhuc aliquid committere velle contra jura & Privilegia Regni, debebit hoc indicare ſive Archiepiſcopo, ut Primati, ſive Senatoribus ex Conſtitutione in Aula Regis Reſidentibus* (vid. caput de Comitiis) *ſive etiam aliis Senatoribus. Tum Senatores ſive omnes, ſive aliquis ex ipſis ſeorſum Regem monere debebit. Si Rex hoc flocci fecerit, licitum erit unicuique ex Senatoribus, immo etiam illi Nobili, qui hoc primus indicavit, rem ad Conventus particulares deferre & Nunciis Terreſtribus ad Comitia generalia mittendis injungere, ut Rex nomine Equeſtris Ordinis moneatur, ut à propoſito legibus patriis adverſo deſiſtat. Quodſi Rex ad ſecundam hanc admonitionem ſententiam non mutaverit, licebit rem ad omnes Ordines deferre. Si neque poſt tertiam admonitionem Rex reſipiſcat (ſufficienter tamen illi demonſtrari debet, quod hac*

ra-

ratione vis à Rege Privilegiis inferatur) *tum demum poſſunt Ordines ſeſe gerere ſecundum capitulum de non præſtanda obedientia. Vid. Conſtitut. an. 1607. pap. 867. an. 1609. pag. 888.* Theod. Zavzaki *Part. I. Conſtit. p. 16. ſeq.* Ladovvski *in Conſtitut. tit. Krol. pag. 274. ſeq.* Cum igitur dicto Modo Rex in devium Legis abit, tum Primas Regni poteſtatem habet Senatum convocandi & cum Ordinibus Regem in viam revocandi. Fredro *in Hiſt. Henr. pag. 3.* Exemplum ej[u]s rei vide apud Piaſecium *ad an. [15]90. pag. 95.*

Interregis poteſtas Rege in devium Legis abeunte.

Cap. III.

De *Senatu Regni Poloniæ.*

I.

Quibus primi Imperii Polonici conditores Conſiliariis uſi ſint, compertum nobis non eſt, niſi quod ſuſpicari liceat Palatinos duodecim (Palatinus Polonicè dicitur *Wojewoda*) ab initio fuiſſe conſtitutos ut non ſolùm Poloniæ, tum temporis in duodecim fortaſſe

Palatini duodecim fortaſſe fuerunt Conſiliarii Principis.

taſſe Provincias diſtributæ, præſiderent, eamque contra hoſtes defenderent (unde etiam *Wojewoda* Polonis dicitur quaſi *Woyny Wodz* id eſt Belli dux) ſed etiam, ut Principum ſuorum à Conſiliis eſſent. Etenim extincto Lecho Principe ad XII. Palatinos devolutum fuit imperium, uſitato fortaſſe ſub Principibus Conſiliariorum, numero. Aut ſi hoc dici non poteſt, poſtea certe electo Craco Principe, idem Palatinorum numeris manſiſſe videtur, qui antea in Ariſtocratico ſtatu fuerat. Cum autem non iidem, perpetuo fines Poloniæ fuerint, ſed acciſi aliquando, rurſusque ulterius prolati ſint, non eadem quoque regionum diſtinctio nec idem Palatinorum numerus manſit. *Vid.* Joan. Dlugoſſus *lib.* 1. *Hiſt. pag.* 57. Cromer. *lib.* 11. *de ort. & reb. geſt. Polon. pag.* 420. Neugeb. *lib.* 11. *Hiſt. Pol. pag.* 42. Andr. de Pilca Corycinius Caſtell. Viſtic. *in Perſpectiva Politica cap.* 1. *pag.* 16.

Non idem ſemper fuit Palatinorum numerus.

Miecislaus inſtituit Archiepiſcopos & Epiſcopos.

II. Cùm verò Sec. X. poſt Chriſtum natum diſpulſis Ethniciſmi tenebris Princeps Polonorum MIECISLAUS Chriſtianis ſacris imbutus eſſet, ut eandem religionem per totum Principatum ſuum felicius propagaret, inſtituiſſe dicitur, ut volunt recentiores Polonicæ Hi-

Hiſtoriæ Scriptores, *duos Archiepiſcopatus*, videlicet Gneſnenſem & Cracovienſem, quorum poſterior non longe poſt in Epiſcopatum converſus eſt: item *ſeptem Epiſcopatus alios*, nimirum Poſnanienſem, Plocenſen, Smorogovienſem (qui poſtea Bycinam & tandem Wratislaviam à Caſimiro I. Rege Seculo XI. trans latus eſt) Cruſvicienſem (qui an. 1173. à Boleslao Criſpo Wladislaviam ad Viſtulam translatus eſt) culmenſem in Pruſſia; Lubuſſenſem in hodierna Nova Marchia, & Caminenſem in Pomerania. *Vid.* Joann. Dlugoſſus *Tom. I. Annal. lib. II. pag. 92. & in lib. de Epiſcopis Poſnanienſibus.* Conſentit cum Dlugoſſo, quod ad cæteros Epiſcopatus, Cromerus, ſolum Epiſcopatum Culmenſem excipit, quem à Conrado demum Maſoviæ Duce circa annum 1226. conditum eſſe probat *lib. II. de Ort. & reb. geſt. Polon. pag. 434.* Nos de Caminenſi etiam in Pomerania non immerito dubitamus, quoniam in ſequentium temporum Hiſtòria Polonica ejus fieri mentionem non invenimus. Error hic inde fortaſſe fluxit, quia Dlugoſſus audiverat, aliquando Pomeranicum Epiſcopum in ditione Polonorum fuiſſe, nullum autem alium ſuo tempore in Pomerania reperiri viderat, quam Caminenſem, ideo putavit

Epiſcopatus Caminenſis in Pomerania non eſt à Polonis inſtitutus.

vit hunc ipſum Epiſcopatum à Miecislao eſſe inſtitutum. Nos autem à Dithmaro Mersburgenſi aliud edocemur Tradit enim ille Epiſcopum Cholbergenſem ab Ottone III. Imperatore fuiſſe Gneſnenſi Archiepiſcopo, ut Metropolitano, ſubjectum. *lib. IV. Chron. pag. 83. & lib. VII. pag. 228.* Qui tamen Epiſcopatus ad breve tempus duravit, Pomeranis tunc adhuc ethnicis ſuperſtitionibus addictis Chriſtiana ſacra reſpuentibus. Neque illud dubio caret, quod de duobus Archiepiſcopis, Gneſnenſi videlicet & Cracovienſi, à Miecislao Duce Poloniæ inſtitutis memoratur. Nam ipſe Cromerus teſtatur, antiquum quendam rerum Polonicarum Annotatorem magis quam Scriptorem tradere, non Archiepiſcopum ſed Epiſcopum tantum Cracoviæ fuiſſe inſtitutum. *Vid.* Cromer. *lib. II. de Ort. & Reb. geſt. Pol. pag. 434.* Eſt hic Annotator ſine dubio non alius, quam Basko Cuſtos Poſnanienſis (cujus Hiſtoria nondum eſt typis impreſſa, licet ejus editionem promiſerit Editor Vincentii Kadlubkonis) ex quo alii quoq; idē referunt. Non minus etiam de tempore Inſtitutionis horum Epiſcopatuum diſceptatur. Nam Dithmarus Mersburgenſis, qui circa eadem vixit tempora, dicit Archiepiſcopatum Gneſnenſem non tem-

Epiſcopus Cholbergenſis.

Dubium eſt an duo Archiepiſcopatus ſint inſtituti.

Quando Archiepiſcopatus Gneſnenſis inſtitutus.

tempore Miecislai, ſed Boleslai I. ab Ottone III. Imperatore Poloniam ingreſſo conſtitutum, eique Cholbergenſem, Cracovienſem, Wratislavienſem Epiſcopatus eſſe ſubjectas, excepto Poſnanienſi Epiſcopatu *lib. IV. Hiſt. pag. 84.* Neque prorſus ab his diſſentit Vincentius Kadlubko antiquiſſimus Polonicæ Hiſtoriæ conditor, ut qui ineunte Seculo XIII. ſub Caſimiro Juſto Duce Poloniæ floruit. Hic enim de Boleslao I. Chrobri refert, *quod geminam metropolin* (ubi fortaſſe Gneſnenſem intelligit & Poſnanienſem, quam Dithmarus ſubjectam fuiſſe metropolitano negaverat) *inſtituerit, & debitas ſuffraganeorum Diœceſes utrique deputaverit.* Vid. Kadlubko *lib. II. Chron. Polon. epiſt. 11.* Et Commentator Kadlubkonis, qui circa an. 1440. à Chriſto nato, & ita adhuc ante Dlugoſſum vixit, quamvis dicat, ſub Miecislao *Jordanum quendam in Epiſcopum Poloniæ & Epiſcopum Cracovienſem fuiſſe inſtitutum, cæterosque Epiſcopatus in Polonia per Dambrowkam Miecislai conjugem diſpoſitos* in lib. II. *ep. 9.* Poſtea tamen ſupra dictorum oblitus, dicit Boleslaum ſequentes Cathedrales Eccleſias inſtituiſſe: *Poſnanienſem, quam primo fundaverat, in*

cujus Eccleſiæ medio tumulatus quieſcit; Gneſnenſem; poſt Maſovienſem, quæ nunc Plocenſis dicitur; Cracovienſem, Wratislavienſem, Lubuſſenſem & Kujacienſem, quæ nunc Wladislavienſis nuncupatur. Hæc ille in Comment. *ad lib. II. Kadlubkonis cap. 11.* Ex his jam quatuor certo concludi poſſe videntur. I. Quod Poſnaniæ non Cracoviæ fuerit metropolis conſtituta, ut antea diximus. Hoc enim non tantum Dithmarus, Auctor σύγχρονος, ſupra aſſeruerat, ſed idem etiam ex Commentatoris hujus loco citato colligitur. Quoniam enim Boleslaus Eccleſiam Poſnanienſem primo condidit, in eaque ſepeliri voluit, admodum veriſimile eſt, eandem fuiſſe metropolin conſtitutam, ex qua etiam ratione illam primo loco ante Gneſnenſem nominat. II. Quod Archiepiſcopatus Gneſnenſis ſub Boleslao I. demum ſit erectus, ut cum Dithmaro aſſerunt Kadlubko & Commentator ejus, quamvis hic poſterior ſibi non conſtet, niſi dextre explicetur. III. Quod illud ſit dubium, quod Dlugoſſus & cum eo Cromerus de translatione Epiſcopatus Smorogovienſis Bycinam & Bycinenſis Wratislaviam referunt. Nam Dithmarus, qui eodem illo tempore ſcripſit,

Poſnanienſis Epiſcopus.

Archiepiſcopatus Gneſnenſis à Boleslao I. inſtitutus.

VVratislavienſis Epiſcopus

Digitized by Google

pſit, jam ſuo tempore adeoque ante Caſimirum I. Regem, ſub quo translatio illa facta eſſe dicitur, Wratislavienſem illum Epiſcopatum jam commemorat, cum quo etiam Vincentius Kadlubko conſentit. Poſſemus fortaſſe dicere, ſi ſententias illas in ſpeciem pugnantes conciliare animus eſſet, Epiſcopum Wratislavienſem primis illis temporibus ſedem ſuam habuiſſe Smorogoviæ & deinde Bycinæ, Eccleſiam vero Cathedralem ſtatim ab initio Wratislaviæ habuiſſe. IV. Quod Culmenſis & Caminenſis Epiſcopi neq; à Miecislao, neque à Boleslao I. Chrobri ſint conditi, cum horum nec Dithmarus Mersburgenſis, nec Vincentius Kadlubko, nec denique Commentator ejus mentionem faciat, & alias etiam ſatis notum ſit ex Hiſtoriis, quinam horum Epiſcopatuum duorum ſint Conditores. Non eſt igitur, cur Sranislaus Lubienski Epiſcopus quondam Plocenſis in Dithmarum Mersburgenſem hæc quæ jam probavimus aſſerentem adeo invehatur, prout facit *in Præfatione ad lib. de Epiſcopis Placenſibus.* Sane Dithmari ſententia ex ipſis etiam Polonicis Scriptoribus antiquis, ut vidimus, haud obſcure probari poteſt. Quomodocunque autem illud ſeſe habeat, Epiſcopos illos à primis Principibus

Culmenſis & Caminenſis Epiſcopatus non ſunt à Polonis conditi.

Epiſcopi ſtatim ad conſilium Principis admiſſi dicuntur.

cipibus Chriſtianis ſtatim fuiſſe ad Conſilium Principis admiſſos, contendit laudatus Stanislaus Lubienski: *Ut Epiſcopi,* inquiens, *in Polonia, majori cum didnitate rem Eccleſiaſticam gerere & Reipubl. conſulere poſſent, ampliſſimas unicuique poſſeſſiones una cum Ducalibus juribus, ac primo ſupra omnes Principes, qui tum in Polonia reperiebantur in publico conſilio & conſeſſu Comitiali locum jure perpetuo contulit.* Hæc Lubienſc. *in lib. de Vitis Epiſcoporum Plocenſium ſub Angelotto I. pag. 310. operum.* Alio in loco Lubienſcius longius adhuc progreſſus, primis temporibus ſolos Epiſcopos ad Conſilium Regis fuiſſe adhibitos teſtatur: poſtea vero Seculares quoque adſcitos fuiſſe refert, *in lib. de recte gerendo Epiſcopatu num. 122. ſeqq. pag. 289. ſeqq.*

Epiſcopos ſolos fuiſſe Principis Conſiliarios ſcribit Lubienſcius.

Licet vero hæc non repugnent moribus eorum temporum, quibus ſoli fere Epiſcopi erant literis imbuti & ideo ad Conſilia præ cæteris maxime apti; nec intentioni Pontificis Romani, qui iis temporibus ex Italia Polonis mittebat Epiſcopos; ex Hiſtoricis tamen Polonicis facilius probare poſſemus, primos illos Epiſcopos ad Conſilium à Rege plane non fuiſſe admiſſos, ſolis ſecularibus hac dignitate fulgentibus,

Politicos tantum fuiſſe Conſiliarios.

tibus,

Digitized by Google

tibus. Nam Boleslaus I. Chrobri duodecim uſus eſt Conſiliariis (quod nos de Palatinis intelligimus) uti teſtatur Vincentius Kadlubko Epiſcopus Cracovienſis *lib. Chron. Pol. epiſt. 10.* Addit his Cromerus Epiſcopus Varmienſis, *lib. III. de Ort. & Reb. geſt. Pol. pag. 444.* Boleslaum *eosdem Conſiliarios, quoties animum remittere volebat, una cum uxoribus ipſorum menſæ ſuæ & Convivio adhibuiſſe.* Conf. Neugeb. *lib. III. pag. 54.* Quæ ſane Epiſcopis minime conveniunt, quorum in Polonia tantùm, (ut Lubienſcius ipſe cum aliis recentioribus ſcribit) novem fuerunt, iique cœlibes. Immò quamvis multa Cromerus habeat de honore Epiſcoporum, quo ipſos Boleslaus ille I. affecit, nullum tamen verbum habet de eo, quod ad Conſilium ipſos adhibuerit, quod certe, ut Epiſcopus ipſe, non omiſiſſet, ſi quid hac de re in antiquis monumentis reperiſſet. Objicit tamen ſibi Lubienſcius *loc. cit.* nomen Palatinorum vetuſtius eſſe quam Epiſcoporum, adeoque Palatinos videri prius adhibitos eſſe ad Conſilium Regis. Et reſpondet ſibi, Palatinos tum fuiſſe Duces Belli, non Regni Senatores. Sed hæc facile, ut nulli fundamento innixa, ſubverti poſſunt. Quodſi enim antea Palatini non tantum

Duodecim Conſiliarii uxorati.

ſuere Duces Belli cum Ariſtocratice Reſpubl. Polonica ab ipſis adminiſtraretur, dici vix poteſt, quod poſtea tantum fuerint Duces belli ſub Ducibus ipſis. *Manſit enim deinceps etiam ſub Principibus & Regibus, manetque in hanc diem is ſive honor, ſive Magiſtratus,* ait Martinus Cromerus *lib. II. de Ort. & Reb. geſt. pag. 420.* Quamvis autem facilius noſtra quam Lubienſcii ſententia ex Polonicis Scriptoribus probari poſſit, non negamus tamen præfracte, Epiſcopos in Conſilio Regio Secularibus Senatoribus vel ſtatim ab initio receptæ Religionis Chriſtianæ, vel etiam paulo poſt occiſum Stanislaum Szczepanovium Epiſcopum Cracovienſem, fuiſſe adjunctos, dummodo hoc obtineamus, non ſolos Epiſcopos illis temporibus Senatum regni conſtituiſſe, quod Lubienſcius concedere nolebat.

Quando Epiſcopi facti ſint Conſiliarii Principis.

Majores minoresque Senatores conſtituti.

III. Poſt interfectum à Boleslao II. Audace S. Stanislaum & *poſt abrogatum Boleslao Regnum*, ut vult iterum Lubiencius, *Proceres Regni obtinuerunt, ut cum olim ſoli Epiſcopi Senatoria dignitate fulgerent, paucique alii ad id muneris arbitrio Regum adſciſcerentur, deinceps per omnes Diſtrictus & Regiones Senatores majores & minores,* qui

qui & in Provinciis jus dicerent, & Regi judicanti, ne omnia arbitratu ſua faceret, quaſi libertatis cuſtodes & Conſervatores adhiberentur. Hæc Lubienſcius *in Vita Stephani Epiſcopi Plocenſis pag. 324. fin.* Verùm de Senatoribus majoribus, per quos dubio procul Palatinos intelligit, jam antea contrarium probavimus. De Caſtellanis, quos minores hoc loco Senatores appellat, fidem ipſi facile habemus, ſi ſententiam ſuam ex aliquo antiquiorum Scriptorum confirmaſſet. Alias non improbabile eſſe arbitramur, Boleslaum Chrobri, cum militandi rationem per Regiones deſcripſiſſet, Palatiniſque, ut Cromerus *lib. III. pag. 445.* teſtatur, hoc munus commiſiſſet, ſtatim etiam Vicarios Palatinorum, nempe Caſtellanos, quibus tum cura caſtellorum fuit commiſſa, conſtituiſſe. Non tamen hic iterum negamus, exacto Boleslao Audace, Senatores illos majorem potentiam ſibi acquiſiviſſe. Ex eo etiam tempore jam crebra fit mentio Palatinorum. CRACOVIENSIS, SENDOMIRIENSIS, POSNANIENSIS, SIRADICENSIS, PLOCENSIS & aliorum, Caſtellanorumque com-

Caſtillani, vicarii Palatinorum à Boleslao Chrobri conſtituti eſſe videntur.

Senatores poſt Boleslaum Audacem majorem acquirunt poteſtatem.

plurium. Per eadem tempora in Cujavienſi tractu unum tantum fuiſſe Palatinum, nempe GNIEWCOVIENSEM, qui poſt tempora Wladislai Jagellonis diviſus eſt in BRESTENSEM & INOWLADISLAVIENSEM, teſtatur præter alios etiam Bartholomæus Paprocki *in lib. de Inſignibus Nobilitatis Polonicæ Polonico idiomate ſcripto pag. 708.* Circa medium Seculi XIII. nimirum an. 1264. Boleslaus Pudicus devictis Jazygibus EPISCOPATUM LUCENSEM ſive LUCEORIENSEM in Volhynia condidit, aut etiam paulo poſt. *Vid.* Cromerus *lib. IX. pag. 556.* Neugebauerus autem dicit, hunc Epiſcopatum conditum eſſe ſub Ludovico Rege *in lib. III. Polon. Hiſt. pag. 155.* Quæ ſic conciliari poſſunt, ne inter ſe Auctores illi, ut videntur, pugnent. Antea à Romano Pontifice Regi Poloniæ hoc negotium fuit demandatum, ut Jazygibus daretur Epiſcopus, ſed ille Epiſcopatus non niſi ſub Ludovico Rege potuit condi. Circa eadem tempora in Pomerellia duos fuiſſe Palatinos, nempe GEDANENSEM & SWECENSEM docemur à Neugebauero *lib. III. Hiſt. Polon. pag. 108.* Fuerunt antiquioribus temporibus etiam in Sileſia certi Senatores, ut EPISCOPUS WRATISLAVIENSIS, item WRA-

Gnievcovienſis Palatinus in Cujavia, qui diviſus eſt in Breſtenſem & Inowladislavienſem.

Luceorienſis Epiſcopatus conditur.

In Pomerellia Palatinus Gedanenſis & Swecenſis.

Sileſiaci Senatores.

WRATISLAVIENSIS, GLOGOVIENSIS, CROSNENSIS Palatini & Caſtellani: poſtquam autem Sileſia eſt à reliquo Poloniæ corpore abſtracta, hi quoque Senatores ſimul ſunt abſtracti. Fuiſſe autem dictis in locis antea Palatinos & Caſtellanos, patet ex Stanislao Lubienſcio *pag. 166. fin.* Cromer. *lib. VIII. pag. 548.* & lib. II. *Deſcript. Polon. pag. 136.* Neugeb. *lib. III. pag. 142. & pag. 128.*

IV. Circa an. 1340. Caſimirus cognomento Magnus, Rex Poloniæ Leopolim totamque Ruſſiam Imperio ſuo ſubjecit, ibidemque Palatinos, Caſtellanos aliosque magiſtratus Polonico more Inſtituit. Neugeb. *lib. III. pag. 200.* Et tum ſine dubio creati ſunt Ruſſiæ Senatores, ut LEOPOLIENSIS Palatinus, LEOPOLIENSIS, SANOCENSIS aliique Ruſſiæ meridionalis ſive Rubræ Caſtellani. *Vid.* Cromerus *lib. XII. pag. 599. ſeqq.* Neugeb. *lib. III. pag. 203.* Idem Caſimirus Magnus ſubacta Ruſſia Rubra ARCHIEPISCOPATUM LEOPOLIENSEM condidit, ut iidem Auctores teſtantur. Circa eadem tempora Olgierdus Magnus Dux Lithvaniæ PODOLIAM Tartaris eripuit, ibique poſtea, ſi fides eſt Alberto Kojalovicio, Palatinatum Podoliæ condidit. *Vide quæ ſupra diximus lib. I. cap. 9.*

Ruſſici Senatores inſtituti.

Archiepiſcopatus Leopolienſis.

Palatinatus Bodoliæ

Digitized by Google

num.10. Quodſi autem tunc nondum fuit Palatinatus ille inſtitutus, non longe tamen poſt illa tempora hoc à Magnis Ducibus Lithvaniæ factum ſit neceſſe eſt. Seculo illo XIV. jam adulto inſtituit Poloniæ Rex Ludovicus duos Epiſcopatus in Ruſſia, nimirum PRÆMISLIENSEM & WLADIMIRIENSEM. At vero HALICIÆ Archiepiſcopatum, ut tradit Joannes Dlugoſſus. Sed ſi prius ut antea audivinus Leopoli fuit Metropolis inſtituta, quemadmodum ipſe Dlugoſſus concedit, nonniſi Epiſcopalem ſedem Haliciæ fuiſſe conſtitutam oportet, ut Martinus Cromerus concludit, hac ſuper materia ita ſcribens: *Ego initio Leopoli Epiſcopalem Cathedram regnante Caſimiro inſtitutam fuiſſe dixerim. Neque enim Archiepiſcopus unquam inſtituitur, qui nullum in ditione ſua Epiſcopum habeat, ſicut tunc in Ruſſia nullus fuit. Sed cum Ludovici opera plures Epiſcopi fierent, Metropolim Halicæ conſtitutam eſſe, quæ poſtea Leopolim translata ſit, Epiſcopatu Cameneciam translato.* Hæc Cromer. *lib. XIII. de Ort. & Reb. geſt. Polon. pag. 619. ſeq.*

Epiſcopi Ruſſici

V. Ad

V. Ad exitum vergente Seculo XIV. circa An. 1384. magna ad Senatum Polonicum facta eſt acceſſio, cum Jagello Magnus Dux Lithvaniæ, ſuſcepta Religione Chriſtiana, Rex Poloniæ factus eſſet. Tunc enim Nobilitatem Lithvanicam, ut eam facilius ad Religionem Chriſtianam ſuſcipiendam alliceret, iisdem donavit Privilegiis, quibus gaudebant Poloni. Inſtituit etiam EPISCOPATVM VILNENSEM cui Andream Vaſilonem primum Epiſcopum præpoſuit. *Vid.* Albert. Wijuk Kojalowicz *Part. II. Hiſt. Lithv. lib. II. pag. 91. & 94.* Inſtituit etiam more Polonico alios in Magno Ducatu Lithvaniæ Senatores, ut VILNENSES & TROCENSES Palatinos & Caſtellanos. Neugebauer *lib. V. Hiſt. Pol. pag. 263.* Succeſſu temporis & plures in Magno Ducatu Lithvaniæ Senatores ab ipſo illo Wladislao Jagellone conſtituti eſſe videntur, cum id ſe facturum promiſerit hic ipſe Wladislaus, ut apparet ex Januszovii *lib. X. Conſtitut. Part. I. tit. 2. pag. 747.* quo fortaſſe pertinent; BRESCIANENSIS, MINSCENSIS, NOVOGRODENSIS, VOLHINIÆ, BELSENSIS Palatini & Caſtellani, ut & CAPITANEVS SAMOGITIÆ cum ſuo Caſtellano. Poſthæc augeſcente

Lithvanici Senatores.

indies

Epiſcopatus Samogitiæ inſtituitur.

indies in Lithvania & Samogitia credentium cœtu, conſtitutus eſt à Vitoldo Jagellonis Patruele (in jurejurando Regio, ut ſupra audivimus apellatur frater Jagellonis) EPISCOPVS MIEDNICENSIS ſive *Samogitiæ.* Primus Epiſcopus ibidem fuit nomine Matthias, natione Lithvanus, cui Pontificatus ille à toto Lithvanico Senatu in Comitiis An. 1420. celebratis confirmatus eſt, teſte Kojalovicio *Part.II.lib.II.pag. III.ſeqq.* Eodem tempore Witoldus Magnus Dux Lithvaniæ SMOLENSCVM, VITEPSCVM, POLOCKVM, PLESCOVIAM, NOVOGARDIAM MAGNAM ſubegit, ubi ſine dubio, præſertim in tribus prioribus locis, Palatinos & Caſtellanos inſtituit. In poſtremis duobus locis Præfectos fuiſſe legimus: an vero illi ad Senatum ut Præfectus Samogitiæ, pertinuerint, mihi compertum non eſt. Verum etiamſi tunc Lithvanicus Senatus cum Polonico eſſet conjunctus: ob lites tamen Polonorum Lithvanorumque de Volhynia & Podolia, aliiſque Ruſſiæ meridionalis provinciis (quas utraque gens ſibi vindicabat) raro & ferè non niſi per Legatos Comitiis Polonicis Lithvani intereſſe ſolebant. Quin etiam An. 1451. Lithvani plane renunciarunt fœderi, cum

Senatores Albæ Ruſſiæ.

Digitized by Google

cum Poloni Lithvanis dictas Provincias reſtituere Lithvaniæque adjungere nollent. Kojalovvicz *Part. II. Hiſt. Lithv. lib. V. pag. 211.* Peculiarem igitur & à Polonico diverſum Lithvaniæ Senatum conſtituebant *Vilnenſis* & *Samogitiæ Epiſcopi* (*Luceorienſis* quoque Anno 1413. & *Kiovienſis* Epiſcopus An. 1563. in Senatu Lithvanico fuerunt, certisque Actis ſubſcripſerunt) *Vilnenſis, Trocenſis* Palatini & Caſtellani; *Gubernator* ſive *Capitaneus Samogitiæ*. Item *Vitepſcenſes*, *Smolenſcenſes*, *Plocenſes*, *Novogrodenſes*, & fortaſſis etiam alii *Palatini* & *Caſtellani*, quorum crebra fit mentio apud Lithvanicos & Polonicos Scriptores.

VI. Cum Caſimirus IV. Jagellonides partem Pruſſiæ ſibi Seculo XV. ſubjeciſſet, certos etiam Pruſſiæ Conſiliarios conſtituit. Primum hic locum tenebant duo Epiſcopi, nempe WARMIENSIS & CVLMENSIS. His additi ſunt tres Palatini, nimirum CVLMENSIS, MARIÆBVRGENSIS & POMERANIÆ. Item tres Caſtellani, nempe CVLMENSIS & GEDANENSIS, item tres Succamerarii ab iisdem locis à quibus antea Palatinos vocatos eſſe audivimus, denominati. Poſtremo adjuncti ſunt illis trium Civitatum majorum Delegati, nem- Senatores Pruſſici.

nempe THORVNIENSES, ELBINGENSES & DANTISCANI. Contigerunt hic quidem mutationes nonnullæ, præſertim initio belli cum Cruciferis ab an. 1454. geſti: at quoniam tandem in hunc à nobis deſcriptum ordinem deſiere, multis eas commemorare non eſt è re viſum, præſertim cum alibi hanc materiam copioſe pertractaverimus. Ex enumeratis autem jam à nobis Conſiliariis Pruſſicis primo Senatum Polonicum ingreſſi ſunt Epiſcopi. Deinde Palatini & Caſtellani. Cæteri, nempe Succamerarii & Civitatum majorum Delegati jura ſua antiqua, non niſi in Pruſſia de rebus Pruſſicis conſultandi prætendentes, conjungere ſe cum Senatu Polonico & Lithvanico recuſarunt. *Vid.* quæ de his tradidimus *in Pruſſia Nova*. Ejuſdem Caſimiri Jagellonidis tempore per Pacta An. 1466. inita ipſe MAGISTER ORDINIS TEVTONICI in Pruſſia factus eſt Senator Regni Poloniæ, primumque in Senatu à ſiniſtra Regis locum adeptus eſt. COMMENDATORES etiam præcipui, quos Magiſter pro tempore duxiſſet deputandos in Senatum Regni admitti debebant. Quapropter etiam jusjurandum Magiſtri Pruſſiæ, quod præſtare ſobant Regi Poloniæ, his verbis erat conceptum,

Magiſter Ordinis Teutonici Conſiliarius ut Regis cum quibusdam commendatoribus.

ptum: *Ego N. N. Magiſter generalis Ordinis S. Mariæ Teutonicorum Princeps & Conſiliarius Regni Poloniæ fidelis ero, &c.* apud Janum Januszovium *lib. VII. Conſtitut. Part. III. tit. 1. pag. 872. ſeqq.* Neugebauer. *lib. VI. pag. 385.* Hoc etiam confirmatum eſt à Sigismundo I. Rege Anno 1525. cum jam Albertus Marchio Brandeburgenſis poſitis Ordinis Teutonici habitu, nomine & inſignibus, factus eſſet Dux Pruſſiæ hereditarius. Tunc enim ipſi primus in Senatu Regni locus aſſignatus eſt in Comitiis aliisque Congreſſibus publicis. Neugeb. *lib. VII. pag. 507.* Januszov. *lib. VII. Part. III. tit. 1. pag. 913. ſeq.* Privilegia Pruſſiæ Ducalis *fol. 34.* Licet poſtea in Comitiis Electionis Duci Pruſſiæ locus à Republ. ſit denegatus, cujus rei cauſam cap. I. hujus libri II. aſſignavimus *Vid.* Fredro *in Hiſt. Henr. pag. 212.* Piaſecius *in Chron. pag. 529.* Theatr. Europ. *ad An. 1632. pag. 580.*

Dux Pruſſiæ fit Conſiliarius Regni Poloniæ.

VII. Tempore ejusdem Caſimiri IV. Jagellonidis, commendavit Anno 1471. Simon Olelcovius Dux filium ſuum Baſilium Regi Caſimiro, qui eum volebat Ducem Kioviæ renunciare: Sed reclamante Senatu, Kievienſem tractum in formam Provinciæ redegit, primumque KIOVIÆ PALATINUM Martinum

Kievienſis Palatinus.

Gaſtol-

Gaſtoldum, expuncto Ducis titulo, creavit. Vid. Kojalowicz *Part. II. Hiſt. Lithv. lib. V. pag. 238.* Per eadem etiam tempora inſtitutus eſt PALATINATVS LVBLINENSIS, detracta parte de Sendomirienſi, cujus jurisdictio amplior eſſe viſa eſt, quam ut ejus moles commode ab uno Palatino ſuſtineri poſſet. Neugeb. *lib. VI. pag. 408.* Nec dubium mihi eſſe alibi ſcripſi, quin ſub finem Seculi XV. aut ſub initium Sec. XVI. inſtitutus ſit PALATINATVS RAVENSIS. Hujus enim ante illa tempora non deprehenderam ullam fieri mentionem apud Hiſtoricos. Quin etiam Joannem Laski Cancellarium Regni & poſtea Archiepiſcopum Gneſnenſem, qui tempore Alexandri Regis Conſtitutiones Regni Poloniæ ſcripſit, ſeriemque Senatorum nobis reliquit, nullam Palatini Ravenſis feciſſe mentionem obſervaveram. Sed jam argumentum illud à ſilentio Laskii deprehendo eſſe nullum. Nam Decreto Electionis Alexandri Regis An. 1501. ſubſcripſit Andreas de Kutno Palatinus Ravenſis. *Vid.* Decretum illud apud Stanislaum Karnkovium *in Libro de Primatu Senatorio Regni Poloniæ.* Ante illa vero tempora ejus factam mentionem, etiamſi ſolicite inquiſiverim, non reperi. Cur ipſum

Lublinenſis Palatinus

Palatinus Ravenſis

Joan-

Digitized by Google

Joannes Laski omiſerit, conjectura aſſequi haud poſſum.

VIII. Sub Sigiſmundo Auguſto An. 1569. tandem Lithuanicus Senatus cum Polonico perpetuo nexu conjunctus eſt, ut Lib. 1. oſtenſum. Additos tum quosdam Senatores in Lithuania fuiſſe de novo, teſtatur Cromerus *lib. II. Deſcript. Polon. pag. 140.* Quinam autem illi fuerint, non addit. Quantum ſuſpicari licet ex Ordine Senatorum hodierno, & ex antiquiore Hiſtoria, puto additos fuiſſe MSCISLAVIENSES, BRACLAVIENSES MINSCENSES Palatinos & Caſtellanos, aut ſaltem horum aliquos. Eodem anno aſſignatus eſt locus in Senatu Senatoribus VOLHYNIÆ, ut & Senatoribus PODLACHIÆ. Videantur Conſtitutiones hujus anni. Poſt fœdus demum hoc Lithuaniæ cum Polonia initum admiſſos eſſe in Senatum Officiales Regni Majores, ut MARSCHALCOS, CANCELLARIOS & THESAVRARIOS tradit Piaſecius. Addit etiam hujus rei cauſſam: *Olim*, inquiens, *Officiales Regni non habuerunt locum in Senatu, niſi etiam aliam dignitatem Senatoriam obtinuiſſent v. g. Palatinatum & Caſtellanatum. Sed cum An. 1569. Li-*

Conjunctio Polonici & Lithvanici Senatus.

Superiore Seculo qui Senatores additi.

Senatores Volyniæ & Podlachiæ.

Quando Magiſtratus Majores Senatui ſint additi.

thuania uniretur Poloniæ, & Officialibus in Ducatu Lithuaniæ aſſignaretur locus in Senatu, quem antea in Lithuania habuerunt, tum ne officiales Regni minores eſſe viderentur, aſſumpti etiam ſunt in Senatum. Hæc Piaſecius *in Chron. pag. 65.* (55) Mihi tamen hæc Piaſcii ſententia non probatur. Nam Cromerus *lib. II. Deſcript. Pol. pag. 139.* de Officialibus his agens, nulla mentione facta, quod ſuo tantum tempore ſint in Senatum admiſſi, ſcribit, hos Magiſtratus ad Senatum pertinere, & quidem ultimo loco eosdem poſt Caſtellanos cenſeri, niſi ſi quo alio eminentiori honore ii cohoneſtentur, quod ſuo tempore plerumque factum eſſe ibidem teſtatur. Et hoc etiam Piaſecium fefelliſſe videtur. Quia enim in veteribus ſubſcriptionibus nunquam fortaſſe repererat, ſubſcripſiſſe hos officiales ſeparatim poſt Caſtellanos, putavit eos ante conjunctionem Poloniæ cum Lithvania ſub Auguſto Anno 1569. factam, non pertinuiſſe ad Senatum: ſed meminiſſe poterat, etiam in Magno Ducatu Lithvaniæ hæc officia plerumque, fortaſſis etiam ſemper, fuiſſe connexa cum aliis ſuperioribus Dignitatibus, ut ex variis ſubſcriptio-

ſcriptionibus probatur. Si tamen, hoc non obſtante, Officiales hi ad Senatum Lithvanicum pertinebant, ut concedit Piaſecius, quomodo igitur hoc negare potuit de Officialibus Regni? Auctum tamen eo tempore Senatum fuiſſe concedimus, additis his Officialibus, ſed alia ratione. Scilicet Magiſtratus hi cœperunt ex hoc tempore magis magisque diſtingvi, ita ut officium Marſchalci, Cancellarii, Theſaurarii non potuerit poſtea aliis Palatinis & Caſtellanis conferri. Jam enim ante fœdus illud initum, nimirum Anno 1565. in Comitiis Petricovienſibus rogarunt Nuncii Terreſtres, ut Rex Dignitates Marſchalcorum & Theſaurariorum diſtingveret à reliquis Dignitatibus & hoc ex ea ratione, *quia jam absque aliis Dignitatibus Marſchalci & Theſaurarii habent locum & ſuffragium in Senatu: duo autem ſuffragia in Senatu habere inconveniens eſt*. Vid. Conſtitut. *ejus anni init*. Conceſſit autem eo tempore Rex, ut hæ Dignitates à præſentibus poſſeſſoribus retinerentur, poſtea vero ab invicem ſepararentur. Conf. & Januszov. *lib. III. Conſtitut. Part. V. tit. 1. pag.* 94. Ex quibus jam manifeſtum eſt, non poſſe nos ſententiæ Piaſecii calculum addere.

Magiſtratus Majores cœperunt ab aliis Dignitatibus diſtingui.

IX. Livonia licet fuerit cum Magno Ducatu Lithvaniæ jam Anno 1567. conjuncta, ut habet Kojalovviz *ad dict. ann. part. II. lib. VIII. pag. 279. ſeqq.* & licet rurſus Anno 1569. ſocietas illa renovata fuerit, Senatores tamen Livonici non ſtatim fuere conſtituti. Nam Stephanus demum Rex An. 1582. inſtituit EPISCOPATUM WENDENSEM. Vid. Janusz. *lib. VII. Conſtit. Part. V. III. pag. 996.* Immo huic Epiſcopo Sigiſmundus III. demum An. 1593. locum in Senatu poſt Epiſcopum Camenecenſem aſſignavit, ut eſt *in Conſtitutione dicti anni pag. 647.* Idem ille Sigiſmundus III. Rex Anno 1598. in Livonia inſtituit tres Palatinos, nempe WENDENSEM, DERPATENSEM & PERNAVIENSEM. Item tres Caſtellanos iiſdem in locis, hisque omnibus locum in Senatu aſſignavit. *Vid. Conſtitut. dicti anni pag. 708. ſeq. §. Ordynacya Ziemie.* Sed hi ſeptem Senatores Livonici ſublati ſunt per Pacta Olivenſia Anno 1660. inita, ubi Suedis maxima pars Livoniæ eſt conceſſa. Donec tandem An. 1677. in ea parte Livoniæ Auſtralis, quæ Regno Poloniæ adhuc paret, alii tres Senatores ſunt conſtituti, nempe EPISCOPUS, PALATINUS & CASTELLANUS Livoniæ. *Vid. Conſtit. dicti anni pag.*

Livonici Senatores

Senatores Livonici a Sigismundo III. inſtituti abrogantur per *Pacta Olivenſia*

Hodie in Livonia Polonica tres ſunt Senatores

pag. 32. ſeq. tit. Ordinacya. Cum Satrapia Czernichovienſis ultra Boriſthenem Regno Poloniæ acceſſiſſet, inſtituit ibidem Wladislaus IV. Rex, præter Civitatum Præfectos, duos Senatores, nempe Palatinum & Caſtellanum CZERNICHOVIENSES, illum anno 1635. hunc autem anno 1641. ut habent dictorum annorum Conſtitutiones, quibus adde Starovolſcium *in Deſcript Polon. pag. 149.* Idem Wladislaus IV. EPISCOPATVM SMOLENSCENSEM erexit, eodem Starovolſcio teſte *loc. cit. pag. 250.* In Conſtitutione tamen *anni 1638. pag. 14.* Wladislaus Rex inſtitutionem Epiſcopatus illius ad Patrem ſuum Sigiſmundum III. refert, dicitque eum Anno 1613. erectum eſſe. At enim Wladislaus illi Epiſcopo locum aſſignavit in Senatu, aliaque ad eam Diœceſin pertinentia ordinavit, ideoque ipſi fundationem Epiſcopatus illius aliquo modo tribui poſſe non nego. Tempore Joannis Caſimiri Regis, cum An. 1649. Pereaslaviæ Tractatio de pace componenda inter Caſimirum Regem & Bohdanum Chmielnicium inſtitueretur, certæque jam conditiones Pacis utrinque approbatæ eſſent, Chmielnicius in peculiaribus literis alia adhuc à Rege poſtulabat, in quibus etiam hoc fuit, ut METROPO-

Czernichovienſes Senatores.

Epiſcopatus Smolenſcenſis.

Digitized by Google

LITA KIOVIENSIS locum in Senatu Regni Poloniæ haberet. Sed Chmielnicio pacem non ſerio urgente, hoc etiam de Metropolita Kiovienſi in Senatum recipiendo ſucceſſu caruit; donec tandem in pactis Zbaravianis eodem anno initis Rex Joannes Caſimirus *num. 8.* Metropolitæ dicto locum in Senatu promiſit, quod etiam in Comitiis Regni illo anno ad exitum vergente ab Ordinibus Regni confirmatum eſt. *Vid.* Joachimus ab Hirtenberg Paſtorius *in Hiſt. Pleniore Part. I. lib. VI. pag. 314. Part. II. lib. VIII. pag. 108. & lib. IX. pag. 150.* Longe plus autem poſt decennium fere Coſacis conceſſum eſt. Nam Anno 1658. die 16. Septembr. Pacta Hadiacenſia cum Joanne Wyhowski Exercitus Koſakorum Zaprohenſium Duce inita & poſthæc in Comitiis Anni 1659. approbata ſic ea de re diſponunt: ut METROPOLITA, ſive ARCHIEPISCOPVS KIOVIENSIS Græcæ Religionis cum aliis quinque Epiſcopis ejusdem Religionis (Ruſſico nomine Epiſcopi vocantur *Wladiki*) nempe LVCEORIENSI, LEOPOLIENSI, PREMISLIENSI, CHELMENSI & MSCISLAVIENSI in Senatum Regni admitterentur; ita ut Archiepiſcopus Kiovienſis locum ſuum habeat ſtatim poſt Archiepiſcopum Leopoli

Metropolita kiovienſis locum in Senatu conſequitur.

Senatores Ruſſorum.

Digitized by Google

polienſem. Epiſcopi autem Græci ſive Ruſſi poſt omnes Epiſcopos Romanæ Religionis. Quamvis autem hæc Pacta jurejurando Regis, Archiepiſcopi Gneſnenſis, Cracovienſis & Vilnenſis Epiſcoporum, Marſchalcorum & Cancellariorum utriusque gentis, ut & Marſchalci Nunciorum Equeſtris Ordinis, nomine totius Reipubl. ſint Confirmata & Conſtitutionibus ipſis Regni inſerta, non ſunt tamen Ruſſi jus hoc ſuum poſtea proſecuti: vidi tamen Indicem Senatorum Polonicorum MS. jam poſt illa Pacta conſcriptum, in quo ex dictis illis Epiſcopis Græcis, Archiepiſcopi tantum Kiovienſis nomen reperiebatur. Præter Archiepiſcopum autem Græcæ Religionis non Unitorum ſive Veterum Ruſſorum, ponitur etiam in eodem illo catalogo alius adhuc Archiepiſcopus Græcæ religionis unitorum, nomine Gabriel Colenda. Subſcripſit idem Gabr. Colenda Articulis Pactorum Conventorum Sereniſſimi Michaelis Regis, ſed poſt omnes Epiſcopos Polonicos & Lithuanicos. Ita etiam An. 1674. inter ſuffragia Palatinatus Polocenſis Sereniſſimi Joanni III. data reperitur hæc inſcriptio: *Cyprianus Zochowski Metropolita Kiovienſis, Halicienſis & univerſæ Ruſſiæ, Archiepiſcopus Polocenſis.* De

Senatoribus Livoniæ ſub hodierno Rege conſtitutis, jam antea occaſione data diximus, adeoque hic loci ea repetere non attinet.

Duces ex ſanguine Regum oriundi an pertinuerint ad Senatum.

X. Præter jam enumeratos Senatores an etiam Duces & Principes ex ſanguine Regum & Principum Regni Poloniæ oriundi frequentarint olim Senatum, quæri poteſt. De Ducibus Maſoviæ tradit Stanislaus Lubienski, ipſos in Senatu locum ordinarium non habuiſſe, ad actus tamen ſolennes eosdem fuiſſe admiſſos, *in lib. de recte gerendo Epiſcopatu num. 127. pag. 290.* contradicit ſibi ipſi *in lib. de Rebus Sileſiacis pag. 166. operum.* Nos exiſtimamus ipſos maximè locum in Senatu habuiſſe, licet raro Comitiis interfuerint, illamque ſententiam iisdem cum Lubienſcio probamus argumentis. Nam cum An. 1180. Caſimirus Boleslai Crivouſti filius monarcha Poloniæ Comitia indixiſſet, aderant fiduciarii Principes, ac inter illos Boleslaus Procerus Wratislavienſium Dux, teſte Lubienſcio *pag. 166.* Sic etiam Comitiis Ganſavienſibus Principes ſanguinis frequentes interſuerunt, ut habet Cromerus *lib. VII. circa fin. pag. 530.* & Neugebauer. *lib. III. pag. 132.* Poſtea quoque devicta Ruſſia & juncta cum Regno Poloniæ ſub Wladislao Jagellone

Lithua-

Lithvania, ſine ullo dubio Duces Lithvanici ex progenie magnorum Ducum oriundi, ut & alii Ruſſiæ Duces ad Actus publicos vocabantur, ut ex variis ſubſcriptionibus patet, apud Januszovium *lib. VII. Conſtit.* Quod autem non in Polonico ſed in Lithvanico Senatu fuerint, ibidem variæ teſtari poſſunt ſubſcriptiones. Porrò Stephanum Valachiæ Palatinum à Sigismundo I. Rege fuiſſe, ut vaſallum Regni, in Senatum adſcitum, auctor eſt Cromerus *in Oratione ſuper obitu Sigismundi I. in Corp. Hiſt. Polon. Tom. III. pag. 18.* Quamvis autem Principes ſanguinis aliique Duces ad Conſilium Regni Poloniæ fuerint antiquitus vocati, excipiebantur tamen poſterioribus Comitia Electionis, ad quæ, ne liberæ Electioni vim facerent, non fuerunt admiſſi. Ex eadem ratione denegatus eodem tempore locus Ducibus Pruſſiæ & Curlandiæ, ut jam ſupra à nobis dictum eſt.

Valachiæ. Palatinus fit Senator Poloniæ.

Ad electionem non admittebantur Principes ſanguinis.

XI. Hactenus ruditer originem plerorumque Senatorum Regni Poloniæ inveſtigavimus. Nunc ulterius progredi placet, & quoad fieri poteſt, indicare, quem ORDINEM Senatores illi & antiquitus obſervaverint, & hodie adhuc obſervent, quæque ipſorum ſint munia. Antiquitus in Regno Poloniæ proximum

Ordo Senatorum antiquis.

à Rege in Senatu locum obtinuerunt Duces & Principes ſanguinis, ut ex Gaſavienſibus Comitiis elucet apud Neugebauerùm *lib. III. pag. 132.* Poſthæc cum magnus Ducatus Lithvaniæ & Ruſſia ad Poloniam acceſſiſſent, ſequens Ordo obſervatus eſſe videtur, ut poſt Regem ſequeretur magnus Dux Lithvaniæ: deinde Duces Maſoviæ: Tum Duces Stolpenſes in Pomerania. Poſt hos alii Duces in magno Ducatu Lithvaniæ: Poſt Duces Lithvaniæ Archiepiſcopi & Epiſcopi: Hos exciperent Duces Ruſſiæ: agmen autem clauderent Palatini, Caſtellani, ut & Officiales. veluti patet ex ſubſcriptione Pactorum inter Vladislaum Jagellonem & Paulum de Rusdorff magiſtrum Ordinis Teutonici in Pruſſia Anno 1436. initorum. *Vid.* Privilegia Ducalis Pruſſiæ *pag. 6. ſeqq.* ut & Januszov. *lib. VII. Conſtitut. part. III. tit. 1. pag. 842. & 891.* Poſt hæc cum Wladislaus Jagellonides coronaretur, controverſia orta eſt inter Duces Maſoviæ & Epiſcopos, quod proimum à Rege locum ſibi utrique vindicabant. Cromer. *lib. XXI. pag. 700.* Neugeb. *lib. V. pag. 299.* Recruduit hæc controverſia tempore Caſimiri IV. Jagellonidis, qui cum jam coronatus in forum progredi vellet, ad accipiendum à Civibus Cracovienſibus jusjuran-

Controverſia inter Duces Maſoviæ & Epiſcopos de prærogativa loci.

Digitized by Google

iurandum, acrirer inter ſe certarunt Epiſcopi & Duces Maſoviorum, utri dextrum Regis latus clauderent, adeò ut Regem oportuerit in arcem re infecta reverti. Tandem autem Duces Epiſcopis ceſſere, ut refert Cromer *lib. XXII. pag.* 721. & Neugeb. *lib. VI. in princ.* In Privilegio Breſtenſi, quo Pax inter Caſimirum Jagellonidem Regem Poloniæ & Ludovicum ab Erlichshauſen Magiſtrum Pruſſiæ, confirmatur, quodque Rex Alexander poſtea renovavit, ſequenti ordine ſigilla ſunt appenſa. Primum eſt Regis ipſius ſigillum: deinde Magni Ducis Lithvaniæ: Tum aliorum quatuor Lithvaniæ Ducum: Poſtea Ducis Stolpenſis: tandem Archiepiſcoporum, Epiſcoporum aliorumque Secularium Senatorum. Januszov. *lib. VII. part. III. tit. I. pag.* 891. & 899. Jac. Priluſ. *lib. V. Statut. cap. III. pag.* 748. *ſeqq.* Verum poſt Alexandri Regis tempora, cum ſub Sigiſmundo I. jam nullus eſſet Magnus Dux Lithvaniæ præter Sigiſmundum Auguſtum, qui jam erat Succeſſor Regni conſtitutus, ſtirps quoque Ducum Maſoviæ plane defeciſſet, videntur Duces ex antiqua Magnorum Ducum Lithvaniæ ſtirpe oriunde aliique Ruſſiæ Duces Senatoribus Regni & Magni Ducatus Lithvaniæ loco ceſſiſſe, aut etiam multis

multis contentionibus è Senatu moti & ad privatorum Nobilium æqualitatem eſſe redacti, id quod de Duce Slucenſi expreſſe aſſerit Matthias Dargocki *in libro Polonico de titulata Nobilitate. n. XXIII.* Jam igitur omnes Duces & Principes in Polonia & M. Ducatu Lithv. pari cum reliqua Nobilitate Polonica & Lithvanica jure gaudent, neque cuiquam Senatorum ideo præeunt, quod ſint Duces, niſi ſi majori dignitate in Senatu aut Magiſtratu cæteris antecellant. In Magno Ducatu Lithvaniæ etiam antiquitus ante fœdus illud an. 1569. conſummatum diverſiſſimum fuiſſe Ordinem, cognoſcimus ex Legatis, qui jam memorato anno ad Comitia Lublinenſia miſſi ſunt, hocque modo ſe ſequebantur:

Ordo Senatus Lithvanici antiquus.

Ex Pontificibus tunc lecti fuerunt:

Valerianus Vilnenſis Epiſcopus.
Nicolaus Pac Kiovienſis Epiſcopus.

Senatores Seculares in duas diviſi fuere claſſes.

Ex priore claſſe fuerunt:

Nicolaus Radzivil Dux in Olyka, Palatinus Vilnenſis,
Marſchalcus & Cancellarius Lithvaniæ.

Stepha-

Stephanus Koributh in Zbaras Palatinus Kiovienſis.

Ex poſteriore claſſe:

Nicolaus Kiszka Pincerna Lithvaniæ, Præfectus Drohicenſis.

Ex Ordine Ducum & Baronum.

Nicolaus Radzivil Palatinides.
Hieronymus Chodkievvicz Caſtellanides Vilnenſis.
Ivanus Dux in Czartoryisk.
Iaroslaus Sanguszko Dux in Niesvviesz.

Ex Marſchalcorum Ordine:

Petrus Zaorski.
Michael Lozinski.

Ex Patriciis:

Melchior Szemet.
Melchior Snovvski.
Ladislaus Dux in Zbaras.

Ex Vexilliferorum Ordine:

Paulus Oſtrovvicki Osmianenſis } Signiferi
Nicolaus Janovvicz Vpitenſis } Signiferi

Ex univerſo Equeſtri Ordine:

Quælibet ſatrapia ſuos miſit delegatos.

Habet

Habet hunc catalogum Albertus Wijuk Kojalovvicz *Part. II. Hiſtor. Lithv. lib. VIII. pag. 487. ſeqq.* Paulo aliter Legati illi dividuntur apud Janum Januszovium *lib. VII. Conſtit. pag. 761.* Ibi enim duæ claſſes Senatorum Eccleſiaſtici, & duæ Claſſes etiam Secularis Ordinis Senatorum Lithvanicorum numerantur. Sed poſt factam conjunctionem Senatus Lithvanici cum Polonico, claſſes illæ Senatorum fuerunt ſublatæ, idemque Ordo, qui in Polonico erat Senatu, etiam in Lithvanico eſt inſtitutus, ita tamen ut Lithvani non ultimo loco cenſerentur, ſed Polonicis Senatoribus immiſcerentur, ut ex ſequentibus elucebit.

Ordo Senatorum hodiernus.

XII. Hodierno tempore in Senatu Polonico primum locum habent Archiepiſcopi: deinde Epiſcopi: tum Palatini, quibus admixti ſunt quidam Caſtellani & Capitaneus Samogitiæ: inde Caſtellani majores: Hos ſequuntur Caſtellani minores: Denique illos omnes excipiunt Officiales majores. Sed ſpeciatim etiam quædam de illis monenda erunt. Primum igitur locum in Senatu poſt Regem habent duo Archiepiſcopi, nempe

Archiepiſcopus Gneſnenſis, in Majore Polonia.

Archiepiſcopus Leopolienſis, in Ruſſiæ Palatinatu.

Ex

Ex his Prior, nempe Archiepiſcopus Gneſnenſis primum in Senatu à dextra Regis locum occupat, eſtque perpetuus Regni Poloniæ Interrex. Jam olim nempe initio Seculi XIII. à Papa Romano Leſcus Albus Poloniæ Dux Archiepiſcopo illi perpetuæ Legationis munus obtinuit, qua de cauſa hodie adhuc titulum habet *Legati Nati*, de quo Vid. Neugebauer. *lib. III. Hiſt. Pol. pag.129.* Sed Stephanus Damalevicius Varta dicit, titulum Legati Nati primum obtinuiſſe Henricum Kitlizium ab Innocentio III. pro ſe duntaxat, dum Legatus abeſſet: Vſum autem tituli hujus perpetuum non niſi ſuperioris Seculi anno decimo quinto à Leone X. Papa Joannem Laski Archiepiſcopum Gneſnenſem obtinuiſſe, cujus rei Privilegium videatur apud Damalevicium *in Serie Archiepiſcoporum Gneſnenſium in princip. ubi agitur de titulis Archiepiſcopi & in Vita Joannis Laski.* Titulum *Primatis Poloniæ* ſequenti occaſione Archiepiſcopum Gneſnenſem obtinuiſſe ferunt. Cum Wladislai Jagellonis tertia conjux Eliſabetha Pilecia ab Archiepiſcopo Leopolienſi Joanne Resſovio coronata eſſet, Archiepiſcopus Gneſnenſis Nicolaus Traba, qui tunc Conſtantienſi Concilio intererat, obtinuit

Titulus Legati Nati.

Primas Poloniæ.

nuit apud Concilium, ut Archiepiſcopus Gneſnenſis deinceps *Poloniæ Primas* eſſet; idque ideo obtinuit, ne ſibi ſucceſſoribusque ſuis prærogativa Reges & Reginas coronandi præriperetur. Cromer. *lib. XVIII. pag. 672.* Damalevvicz *pag. 12.* Neugeb. *lib. V. pag. 266.* Quanta Gneſnenſis Archiepiſcopus polleat auctoritate, ſub interregni tempus jam ſupra dictum eſt. Nunc alia paucis perſequemur. Habet Archiepiſcopus in aula ſua Marſchalcum, qui ſimul Senator Regni eſt ex Ordine Caſtellanorum. Hic currum Archiepiſcopi eques antecedit: ad curiam eunti Archiepiſcopo baculum præfert erectum, quem tamen in conclavi Regio ſubmiſſe habere ſive verſus terram demittere cogitur. *Vid.* Fredro *in Hiſt. Henr. pag. 16.* Quin Marſchalcus Archiepiſcopi tanta pollet auctoritate, ut abſentibus aliis Marſchalcis fas ſit ei levato baculo, regiminis inſigni, Regem in Comitiis prodeuntem anteire, ut Bielſcius *lib. VI.* refert, apud quem Vchanski ſua ætate hanc prærogativam in uſu fuiſſe graviter aſſeverat. Deinde præfertur etiam Archiepiſcopo Crux, quam in Senatu Cruciger ſellæ adſtans tenet, & quidem ſemper erectam Fredro *in Hiſt. Henr. pag. 16.* Sunt & alii in aula Archiepiſcopali

Archiepiſcopi Gneſnenſis auctoritas.

Marſchalcus Archiepiſcopalis.

Cruciger Archiepiſcopi.

pali Officiales præter Marſchalcum, ut Cancellarius, qui publicis negotiis & Conſiliis Eccleſiæ & Reipubl. trutinandis & expediendis invigilat. Item ſunt ibidem etiam præfectus Cromeræ: Referendarius: Cruciger: Menſæ Archiepiſcopalis Oeconomus ſeu Vicedominus: Theſaurarius: Sacrorum Præfectus: Bibliothecarius: Stabuli & Culinæ Magiſter & alii. Porro ſoli Archiepiſcopo tanquam primo Principi, antequam ferculis inſtruatur menſa, tympana domi foriſque pulſantur. Præterea Archiepiſcopo ſoli adeundi Regem, ſimul atque ad Regni Comitia venerit, facultas eſt, neque exſpectat tempus ſalutationi colloquioque Regis præfigendum. Ad Palatium tendenti Rex Salutandus obviam mittit Succamerarium Regni, vel aliquem ex præcipuis aulæ Magiſtratibus usque ad inferiora graduum, Marſchalcus autem Curiæ ad caput graduum ipſum præſtolatur: tandem jam ſibi vicino Rex aliquot paſſus it obviam; ut hæc totidem fere verbis referunt Fredro, Damalewicz & alii. In ſacris ab Epiſcopis vel eorum Officialibus provocatio eſt ad Archiepiſcopos & ab ipſo etiam Leopolienſi Archiepiſcopo ad Archiepiſcopum Gneſnenſem, licet hodie Nuncius Apoſtolicus plurima ſibi judi-

Cancellarius & alii officiales Archiepiſcopi.

Prærogativæ aliæ Archiepiſcopi.

Provocatio ad Archiepiſcopum Gneſnenſem.

cia, quæ alias Archiepiſcopo Gneſnenſi, ut Legato nato, competere putantur, vindicet. Privilegium monetæ cudendæ conceſſit Olim Archiepiſcopo Gneſnenſi Boleslaus Pudicus circa 1232. annum, ut auctor eſt Cromerus *lib. VIII. non proc. ab init. pag. 533.* ex Joanne Dlugoſſo *ad dict. ann Tom. I. lib. VI. Annal. Polon. pag. 581.* Quod autem adhuc Archiepiſcopi jus illud habeant, aſſerit Damalevicius *pag. 18.* An recte hoc aſſerat, meum diſputare non eſt: certum tamen eſſe videtur, quod nunquam Privilegium illud in uſum ſit deductum, cum nulla pecunia ab Archiepiſcopis cuſa extet. Sedem ſuam Archiepiſcopalem habet in urbe *Lowicz*, in Palatinatu Ravenſi. Eſt præterea Archiepiſcopus ille ſimul *Canonicus natus Eccleſiæ Plocenſis.* Nam Conradus Dux Maſoviæ an. 1240. ſatisfacturus Eccleſiæ ob cædem in Cancellarium patratam donavit Archiepiſcopo Lowicium, cum ſylvis nemoribusque adjacentibus, conceſſitque, ut Archiepiſcopus Gneſnenſis Canonicus eſſet Eccleſiæ Plocenſis. Dlugoſſus *lib. VI. pag. 596.* Cromer. *lib. VIII. pag. 537.* Lubienski *lib. de Vit. Epiſc. Plocenſium pag. 368. ante med.* Titulus, quem Archiepiſcopus à Rege in literis accepit, eſt hic: *Reverendiſſimo in Christo Patri.* A privatis

Privilegium monetæ cudendæ Archiepiſcopo datum.

Sedes Archiepiſcopi.

Archiepiſcopus eſt Canonicus Natus Plocenſis.

Titulus Archiepiſcopi.

vatis

vatis Archiepiſcopo ſequens titulus tribuitur: *Celſisſimo ac Reverendiſſimo Domino Domino N. N. Dei & Apoſtolicæ Sedis gratia Archiepiſcopo Gneſnenſi, Legato Nato, Regni Poloniæ Primati, primoque Principi.*

XIII. Tantæ igitur cum ſint Archiepiſcoporum Gneſnenſium prærogativæ, ideò quoque Wladislaus Archiepiſcopus Gneſnenſis tempore Caſimiri IV. Jagellonidis illis fretus, noluit prærogativam loci concedere Zbigneo Oleſnicio Cardinali Romanæ Eccleſiæ & Epiſcopo Cracovienſi, *licet Cardinalis etiam Presbyter & Diaconus majori aliàs ſit dignatione quam Epiſcopus & Archiepiſcopus atque etiam Patriarcha*, ut ait Cromerus. Adeo vero exarſit illa controverſia, ut Archiepiſcopus ex Comitiis, in quibus controverſia illa fuerat orta, indignabundus diſceſſerit. Et jam auctoritas Primatis periclitabatur, niſi majores Poloni à Rege poſtulaſſent, ut Archiepiſcopus principem in Senatu locum, ut ſibi debitum, retineret. Tandem anno 1451. controverſia illa hoc modo finita eſt, ut Cardinalis quidem ille in Senatu primum locum retineret, deinceps vero, ne quis Cardinalatum atque etiam perpetuæ legationis

Archiepiſcopus Gneſnenſis non cedit Cardinali.

Controverſia deciditur.

Apoſtolicæ honorem Rege & Senatu inconſultis peteret aut uſurparet, ut volunt Cromerus *lib. VI. pag. 325. & 322.* Hoc ipſum etiam confirmari poſſet ex eo, quoniam eodem illo 1451. anno Statutum de Salinis primo loco ſubſcribit Sbigneus Oleſnicius Cardinalis & Epiſcopus Cracovienſis: poſt ipſum vero demum Vladislaus Archiepiſcopus Gneſnenſis. *Vid.* Januszov. *lib. I. Conſtitut. Part. II. tit. 11.* Herburt. *in Statuto tit. Sal. pag. 421.* Nihilominus tamen prærogativa illa non fuit tunc temporis ſimpliciter conceſſa Cardinali, ut ſcribit Cromerus & ex eo Neugebauerus: ſed conſtitutum eſſe in ipſis Regni Conſtitutionibus legimus, *ut Eccleſia Metropolitana Gneſnenſis, Dominus quoque Archiepiſcopus & Primas ſedis ejusdem pro tempore exiſtens in omni jure, auctoritate & poteſtate, prærogativa, jurisdictione & conſuetudine, quas aliàs Eccleſia Gneſnenſis ab antiquo ſupra Eccleſiam Cracovienſem habuit & habet, conſervarentur in æternum.* Simul autem, quod proprie huc pertinet, decretum eſt: *Ne uterque Prælatorum ſimul una die in Senatum veniret,*

ret, ſed alternatim, alter una die, & alius altera die, quem Rex vocandum duxerit. Non vocatus verò in hoſpitio maneret, daturus nihilominus ab inde Conſilia opportuna ſuper quibus fuerit requiſitus. Vid. Januszov. *lib. II. Conſtit. Part. II. tit. II. pag. 192. ſeq.* Herburt. *in Statuto, tit: Cardinalatus pag. 63.* Poſthæc orta eſt inter eosdem Prælatos controverſia de cerimonia nuptiali, uter eorum deſponſationem Regiam & benedictionem conferre deberet, cumque inter eos convenire non poſſet, datum id eſt negotium Joanni Capiſtrano Sedis Apoſtolicæ Legato. Sed cum is neque Germanicam neque Polonicam linguam ſciret, commiſſum quidem eſt hoc negotium Cardinali, qui utriusque linguæ gnarus erat, Archiepiſcopus verò miſſam celebravit *vid.* Matth. à Michovia *lib. IV. Chron. cap. 59.* Cromer. *lib. XXII. pag. 531.* Poſt has controverſias factus eſt Joannis Alberti Regis frater Fridericus Romanæ Eccleſiæ Cardinalis, item Archiepiſcopus Gneſnenſis & Cracovienſis Epiſcopus. Ne igitur per hoc præjudicium aliquod Archiepiſcopo crearetur, ſimulac Fridericus Cardinalis An. 1503. mortuus eſſet, eidem-

que Andreas Roza in Archiepiſcopatu ſucceſſiſſet, poſtulavit hoc, fortaſſe cum omnibus regni Poloniæ Ordinibus, ut privilegium à Caſimiro Jagellonide anno 1451. datum ab Alexandro Rege confirmaretur, quod etiam factum eſt anno 1504. ut loci ex Januszovio & Herburto citati poterunt teſtari. Sequentibus temporibus habuit quidem Polonia quosdam Cardinales, veluti, ſub Sigiſmundo Auguſto, Stanislaum Hoſium Epiſcopum Warmienſem. Tempore Stephani Regis Georgium Radivilium primo Vilnenſem & poſtea Cracovienſem Epiſcopum, item Bernhardum Maciejovium Epiſcopum Cracovienſem; ſub Sigiſmundo III. Rege, Andream Bathoreum Warm: ſed ſubſcriptiones illorum Cardinalium reperio nullas, quod mihi argumento eſſe videtur, ipſos in Senatum nunquam veniſſe, ne prærogativam Archiepiſcopis concedere cogerentur. Quinetiam cum Joannis Albertus Regis Wladislai IV. frater ad Epiſcopatum Cracovienſem eſſet evectus, cautum fuit in Comitiis Regni generalibus, ne ſibi, etiamſi Cardinali dignitate fulgeret, aliquam præ Archiepiſcopo vindicaret prærogativam. *Conſtitut. anni 1633. §. Conſens na. pag. 17. ſeq.* Hæc de Archiepi-

Cardinales in Polonia.

chiepi-

Digitized by Google

chiepiſcopo Gneſnenſi. Hunc in Senatu ſequitur ARCHIEPISCOPVS LEOPOLIENSIS, qui à ſiniſtra Regis ex adverſo Archiepiſcopi Gneſnenſis primum habet locum. Titulus ejus idem eſt, qui Archiepiſcopi Gneſnenſis.

Archiepiſcopus Leopolienſis.

XIV. Poſt duos illos Archiepiſcopos, ſequuntur in Senatu EPISCOPI, quorum hic eſt ordo:

Cracovienſis in minore Polonia.
Cujavienſis, qui & *Wladislavienſis* & *Pomeraniæ* Epiſcopus dicitur, in majore Polonia.
Vilnenſis in Lithvania } alternant
Poſnanienſis in maj. Polonia } alternant
Plocenſis in Maſoviæ Ducatu.
Warmienſis in Pruſſia.
Luccorienſis in Volhynia.
Præmislienſis in Ruſſiæ Palatinatu.
Samogitiæ ſive *Miednicenſis*.
Culmenſis in Pruſſia.
Chelmenſis in Ruſſiæ Palatinatu.
Kiovienſis & *Czernichovienſis* ad Boriſthenem.
Camenecenſis in Podolia.
Smolenſcenſis in Ruſſia alba ultra Boriſthenem.
Livoniæ Epiſcopus.

De his Epiſcopis generatim notandum eſt, quod in Senatu utrumque Regis clau

Epiſcopi in Senatu utrumque Regis claudunt latus.

claudant latus. Videlicet, ut jam ſupra audivimus, ad dextram Regis ſedet Archiepiſcopus Gneſnenſis, ad ſiniſtram Archiepiſcopus Leopolienſis; & ſic alii quoque Epiſcopi proximum ab his ab utroque Regis latere locum habent, quos tandem ſequuntur Senatores Seculares. *Vid.* Alex. Guaguinus, vel potius Oſſoſtevicius *Tom. I. in Corp. Hiſt. Polan. pag. 56.* Certatum quidem eſt Anno 1506. in Comitiis Lublinenſibus inter Proceres Eccleſiaſtici & Politici Ordinis hac de re. Contendebant quippe Proceres ſeculares, ut Epiſcopi alterum Regis latus ſibi concederent, alterum, vel dextrum ſane, ipſi tenerent. Sed Epiſcopi jus utrique latere Regio aſſidendi, quod antiquitus habebant, etiam tunc retinuerunt. *Vid.* Cromer. *lib. XXX. pag. 830.* Poſthæc cum Sigiſmundi Auguſti tempore Senatus jam majore ex parte Evangelicis conſtaret, parum abfuit, quin Senatores Eccleſiaſtici Senatu moverentur, immo & hi ipſi jam mutare cœperant, teſte Piaſecio *in Chron. pag. 48. ſeq.* Sed & ſpeciatim de quibusdam Epiſcopis, quædam notanda veniunt. EPISCOPUS CRACOVIENSIS octodecim urbium & Ducatus Severienſis in finibus Sileſiæ ſupremus Dominus eſt, ut jam ſupra lib. I. diximus,

Epiſcopus Cracovienſis Dux Severiæ eſt.

mus, & ùt teſtatur Simon Starovolſcius *in Polon. pag. 47.* Quapropter etiam Ducem Severienſem ſe ſcribit. Diœceſis ejus ampliſſima eſt, extenditque ſe per totam Poloniam minorem ſtricte ſic dictam, id eſt, per tres Palatinatus, Cracovienſem, Sandomirienſem & Lublinenſem; ubi præter multa alia templa, tredecim Eccleſias Collegiatas jurisdictione ſua complectitur. Reſidet potiſſimum Bozentini, quod oppidum ad radices calvi montis in Polonia altiſſimi in Palatinatu Sendomirienſi ſitum eſt, aut etiam Kielciis in eodem Sendomirienſi Palatinatu: *Vid.* Starovolſc. *pag. 81. & 91.* Locum hic Epiſcopus in Senatu habet à ſiniſtra Regis proxime Archiepiſcopum Leopolienſem, etiamſi ſit primus Epiſcoporum, adeoque à dextra parte ſedem ordinarie obtinere deberet. In ſacris utitur pallio margaritis diſtincto, ut teſtatur Damalevicius *in Serie Archiepiſcoporum Gneſn. pag. 11.* Fuit hic Cracovienſis Epiſcopatus aliquoties cum ipſo Archiepiſcopatu Gneſnenſi conjunctus. Tenuerunt enim ipſum cum Archiepiſcopatu Fridericus Princeps Poloniæ & Cardinalis, deinde Petrus Gamratus, Cromerus. *lib. XXX. de Ort. & Reb. geſt. Polon. pag. 826.* Lubienskius *in Vita Petri Gamrati pag. 374.*

Diœceſis Epiſcopi Cracovienſis.

Locus in Senatu.

Operum. Cancellaria Rgia Epiſcopo Cracovienſi titulum inſcribit: *Admodum Reverendo.* (Polonice *Przewielebnemu*) reliquis vero Epiſcopis titulum inſcribit *Reverendo* (Polonice *Wielebnemu*) ut tradit Chwalcovius *lib. I. Jur. Publ. Polon. cap. V.* Quamvis in Conſtitutionibus hæc non ſemper obſerventur, quoniam, in illis Cracovienſis etiam Epiſcopus *Reverendus* tantum appellatur. A privatis autem omnes Epiſcopi *Illuſtriſſimi ac Reverendiſſimi* vocantur. EPISCOPVS CVIAVIENSIS præter Cujaviam in Diœceſi ſua numerat etiam Pomerelliam, ipſamq; urbem Dantiſcanam, unde etiam Epiſcopi Pomeraniæ nomen nanciſcitur. Reſidet, quando in Pruſſia eſt, potiſſimum *Sobkoviæ:* Quando vero in Polonia eſt, aut *Wolboriæ* in Palatinatu Lancicienſi, aut *Lagoviæ* in Palatinatu Sendomirienſi. In Senatu Regni locum habet à dextra Regis proxime Archiepiſcopum Gneſnenſem, cujus etiam vices in Interregno ſubit, ut jam ſupra oſtenſum. Olim hic Epiſcopatus dictus eſt Cruſvicienſis, quia Cruſviciæ habuerat Eccleſiam Cathedralem, poſtea vero Eccleſia illa Cathedralis translata eſt Wladislaviam Viſtulæ imminentem urbem, unde etiam hodie dicitur Epiſcopatus Wladislavienſis.

Titulus Epiſcopi Cracovienſis.

Epiſcopus Cujavienſis.

Cruſvicienſis Epiſcopus hodie dicitur VVladislavienſis.

Digitized by Google

ſis. POSNANIENSIS EPISCOPVS a Wladislao Sputatore ſimul cum Archiepiſcopo Gneſnenſi accepiſſe dicitur jus monetæ cudendæ, ut habet Joannes Dlugoſſus *ad an. 1232. lib. VI. pag. 581.* Dioeceſin ſuam non tantum habet in Palatinatu Poſnanienſi, ſed etiam in aliqua parte Palatinatus Maſoviæ, ut Warſaviæ & aliis in locis. DE VILNENSI EPISCOPO refert Starovolſcius, quod ſe *Ducem Ivanum* ſcribat. Vnde vero hæc hauſerit, non novi; niſi quod ſuſpicari liceat, errorem hic à Starovolſcio commiſſum ex Privilegio quodam perperam intellecto. Etenim fœderi Lithvaniæ cum Regno Poloniæ An. 1401. tempore Wladislai Jagellonis inito ſubſcripſerunt: *Jacobus, Divina Providentia Vilnenſis Eccleſiæ Epiſcopus, Dux Ivanus Olgimundi cum filiis ſuis &c.* apud Janum Januszovium *lib. VII. Conſtitut. Part. I. tit. III. pag. 750.* Herburt. *inſtatut. voce: unio. pag. 529.* ubi fortaſſe Starovolſcius dividenda conjunxit: certum enim eſt, Epiſcopum Vilnenſem hoc titulo non uti. Quod ad Dioeceſin ejus attinet illa ſe latiſſime extendit per Lithvaniam & Albam Ruſſiam usque ad confinia Moſcoviæ, ut ſcribit Starovolſcius *in Deſcript. Polon. pag. 97.* Expreſſius adhuc Auguſtinus L. B. de Meyerberg Legatus

Poſnanienſis Epiſcopus.

Dioeceſis ejus.

Vilnenſis Epiſcopus.

Dioeceſis Epiſcopi Vilnenſis.

gatus Cæſareus *in Itinere ſuo in Moſcoviam p. 105.* Dioeceſin Epiſcopi Vilnenſis deſcribit his verbis: *Jagello, poſtquam baptiſmi undis renatus fuiſſet, circa an. 1387. Vilnam Epiſcopatu à ſe dotato decoravit, cujus juriſdictioni Palatinatus Vilneſis, Trocenſis, Novogrodenſis, Polocenſis, Vitepſcenſis, Minſcenſis & pars magna Podoliæ & Poleſiæ ſubſunt.* Porro PLOCENSIS EPISCOPUS in Maſovia Pultovienſis Territorii ſupremus eſt Princeps, nec ab illo datur Provocatio ad Regem, ſed ita Nobiles illi ſunt ſubditi, ſicut & Nobiles in Ducatu Severienſi Epiſcopo Cracovienſi: Præpoſitus quoque Capituli Plocenſis integrum Territorium poſſidet eodem jure. Denique hoc notandum eſt, quod Archiepiſcopus Gneſnenſis ſimul ſit Canonicus Natus Eccleſiæ Plocenſis. Starovolſc. *in Deſcript. Polon. pap. 194.* Exercet hic Epiſcopus juriſdictionem ſuam Eccleſiaſticam etiam in terra Dobrinenſi, eodem Starovolſcio teſte *pag. 191.* Conf. Stanislaus Lubienski *pag. 307. & 308. & 341.* EPISCOPUS VARMIENSIS poſſidet in Pruſſia terram Warmienſem, quæ ita diviſa eſt, ut duas partes Epiſcopus, tertiam Collegium ſive Capitulum obtineat. In his utrique ſubjectam Nobilitatem habent & liberam juriſdictionem ab omni Regiorum Magiſtra-

Plocenſis Epiſcopus.

Diœceſis Epiſcopi Plocenſis.

Epiſcopus VVarmienſis

ſtra-

Digitized by Google

ſtratuum jurisdictione exemptam, ut ſcribit Martinus Cromerus Epiſcopus Varmienſis *in Deſcript. Pruſſiæ poſt med.* Ratione loci in Senatu hoc notant antiquiores Epiſcoporum Catalogi, quod inter Epiſcopum Warmienſem & Luceorienſem alternatio fuerit, ſed illa jam exolevit, adeo ut hodie Varmienſis Luceorienſi ſemper præcedat. EPISCOPVS LVCEORIENSIS habet etiam Dioeceſin ſuam in aliqua parte Maſovienſis Palatinatus. Starovolſc. *pag. 196.* item in Podlachia eodem Starovolſcio teſte *pag. 201.* immo etiam in Palatinatu Breſtianenſi in Magno Ducatu Lithvaniæ, quapropter etiam appellatur Epiſcopus Luceorienſis & Breſtianenſis. SAMOGITIÆ EPISCOPVS ab Vrbano VIII. Pontifice Romano obtinuit, ut eſſet ſimul Epiſcopus Curonenſis ſive Piltinenſis. *Vid.* Alb. Wijuk Kojalowicz *in Miſcellaneis pag. 89.* CVLMENSIS EPISCOPVS nominat ſe etiam Epiſcopum Pomezanienſem (ut Warmienſis etiam Epiſcopus Sambienſis vocatur) quam ob rem non ita pridem concertatio quædam orta eſt inter Electoralem Legatum Baronem de Howerbek & Epiſcopum Culmenſem, de qua controverſia alibi à nobis actum. Reſidentiam ſuam Epiſcopus Culmenſis & Pomeſaniæ

Epiſcopus Luceorienſis.

Samogitiæ Epiſcopus.

Epiſcopus Culmenſis.

Concertatio de titulo Epiſcopi Pomeſanienſis.

niæ habet Lubaviæ aut etiam Starogrodi, quod Germani Althauſen vocant; ut Epiſcopus Warmienſis, quod ſupra omiſimus, reſidet Heilsbergæ ad fluvium Allam.

Epiſcopus Kiovienſis & Czernichovienſis.

EPISCOPO KIOVIENSI, qui ſedem ſuam habuit Vaſtoviæ, ſubjectus eſt in ſpiritualibus etiam Ducatus Czernichovienſis & Novogrodenſis Severiæ ultra Boriſthenem. *Vid. Conſtitut. anni 1638. pag. 35.*

Epiſcopatus Wendenſis ſublatus eſt.

Ad extremum EPISCOPATUS WENDENSIS in Livonia, cujus mentionem ſupra fecimus, jam per Pacta Anno 1660. cum Rege Suediæ in Monaſterio Olivenſi prope Gedanum inita, ſublatus eſt.

Epiſcopus Livoniæ.

Alius autem Epiſcopatus in Livonia Regi Poloniæ adhuc ſubjecta An. 1677. inſtitutus eſt, de quo jam antea egimus. De reditibus & ſplendore Epiſcoporum Poloniæ, videatur. Cromerus *lib. II. Deſcript. Polon. pag. 177.* & Stanislaus Lubienſcius Epiſcopus Plocenſis *in Vita Angelotti I. pag. 310. operum.* Poſtremo de Epiſcopis notetur, quod

Epiſcopi non poſſint Abbatias tenere.

per legem anni 1607. non poſſint cum Epiſcopatu ſimul Abbatias, ſine ſpeciali Reipubl. conſenſu tenere. *Vid. Conſtitut. an. 1607. p. 837.* Ob crebras tamen Tartarorum aliorumque hoſtium incurſiones & Bonorum Eccleſiaſticorum in Ruſſia, Podoliæ &c. devaſtationes, conceſſum

eſt

eſt An. 1633. ut Archiepiſcopo Leopolienſi, item Præmislienſi, Samogitiæ, Chelmenſi, Kiovienſi, Camenecenſi & Wendenſi Epiſcopis liceret ſimul cum Epiſcopatu ſingulas Abbatias poſſidere. *Conſtitut. an. 1633. p. 28. tit. Incompatibilia.* Præter enumeratos Epiſcopos, etiam Luceorienſis, Nicolaus Prazmovski, obtinuit, ut ſimul cum Epiſcopatu tenere poſſet Abbatiam Sieciechovienſem *Conſtitut. anni 1658. p. 28.* Immo & Epiſcopo Culmenſi Conſtitutione An. 1667. *pag. 15.* promiſſa eſt Abbatia & Præpoſitura ex primis vacantibus, ita tamen, ne hoc in ſequelam traheretur. Anno 1677. poſtquam Archiepiſcopus Leopolienſis fatis conceſſiſſet, traditus eſt Archiepiſcopatus ille ſimul cum Abbatia Tremeſnenſi Oborſcio Suffraganeo Cracovienſi *Vid.* Diarium Comitiorum anni 1677. *ad 18. Februarii.* Denique hodiernus Epiſcopus Luceorienſis tenet etiam Abbatiam Plocenſem, de qua actum eſt in Comitiis Anni 1685, ut Diarium teſtatur *ad 13. April.*

Excipiuntur quidam Epiſcopi.

XV. Epiſcopos excipiunt Senatores Seculares, nempe PALATINI & CASTELLANI, quibus immixtus eſt unus GUBERNATOR ſive ut vulgo vocant CAPITANEUS, ſive PRÆFECTUS (Polo-

Palatini.

Digitized by Google

(Polonice *Staroſta* dicitur) SAMOGITIÆ. Ordo vero Palatinorum & quorundam, qui ipſis immiſcentur, Caſtellanorum, talis eſt.

Caſtellanus *Cracovienſis.*

Palatini *Cracovienſis* } alternatio

Poſnanienſis. } inter hos obtinet.

Vilnenſis.

Sendomirienſis.

Caſtellanus *Vilnenſis.*

Palatini *Caliſſienſis.*

Trocenſis.

Siradienſis.

Caſtellanus *Trocenſis.*

Palatinus *Lencicienſis*

Capitaneus *Samogitiæ*

Palatini *Breſtenſis* in Cujavia

Kiovienſis

Inowladislavienſis

Ruſſiæ, qui antea dicebatur Leopolienſis

Volhyniæ

Podoliæ, qui antea dicebatur Camenecenſis.

Smolenſcenſis.

Lublinenſis.

Polocenſis.

Bel-

Belzenſis
Novogrodenſis
Plocenſis
Vitepſcenſis.
Maſoviæ, qui antea vocabatur Czirnenſis
Podlachiæ
Ravenſis
Breſcienſis in Lithvania
Culmenſis
Mſcislavienſis
Mariæburgenſis, quem antea Elbingenſem dictum notat Cromerus.
Braclavienſis.
Pomeraniæ
Minſcenſis
Livoniæ
Czernichovienſis.

In hoc Ordine Palatinorum primum locum habet CASTELLANVS CRACOVIENSIS, licet alias, ut ex infra dicendis apparebit, alii Caſtellani majores atque minores, exceptis Vilnenſi & Trocenſi, omnes demum Palatinos ſubſequantur. Cauſa cur Caſtellanus Cracovienſis Pala-

Cur Caſtellanus Cracovienſis primum locum habeat.

tino Cracovienſi præponatur, hæc eſſe perhibetur. Cum circa annum 1130. Scarbimirus Palatinus Cracovienſis Boleslao III. Crivouſto Principi Poloniæ rebellaſſet, in perpetuam facti deteſtationem Caſtellanus Palatino prælatus eſt, ut teſtatur Joannes Dlugoſſas *lib. IV. Annal. Polon. pag. 369.* & ex Dlugoſſo Cromerus, Neugebauerus & alii. Quod vero VILNENSIS & TROCENSIS Caſtellani aliis multis Palatinis præferantur, cauſam non puto eſſe aliam, quam quod hi Caſtellanatus ſint aliis Palatinatibus Lithuanicis antiquiores. Statim enim ab initio, cum primo Lithuania jungeretur Poloniæ, inſtituit Vladislaus Jagello Palatinos & Caſtellanos Vilnenſes & Trocenſes, eosque in conſilio ſuo eſſe voluit. Itaque cum poſt ea tempora, aucto per Vitoldum aliosque Magnos Duces imperio Lithuanico, alii Palatini & Caſtellani in Lithuania crearentur, conceſſerunt dictis duobus Caſtellanis ut antiquioribus, locum honoratiorem. Idem dicendum eſt de Capitaneo Samogitiæ, qui in ipſis Conſtitutionibus Regni aliquando GENERALIS DVCATVS SAMOGITIÆ CAPITANEVS vocatur, ut *in Conſtitutione anni 1641. pag. 28.* Hic ordo, ut Caſtellani Vilnenſis & Trocenſis, item Capi-

Vilnenſis & Trocenſis Caſtellani cur multis Palatinis præcedant.

Capitaneus Samogitiæ.

Capitaneus Samogitiæ, multis aliis Palatinis Lithuanicis præcederent, obtinuit in Lithuania, etiam ante plenariam Poloniæ & Lithuaniæ conjunctionem An. 1569. in Comitiis Lublinenſibus ſub Sigiſmundo Auguſto factam, ut teſtantur ſubſcriptiones apud Herburtum *in Statuto, voce: Unio pag. 540.* & Jacobum Priluſium *lib. V. Statuti pag. 694. & 701.* Cum igitur modo memorata conjunctio harum gentium duarum Lublini promovente Sigiſmundo Auguſto eſſet conſummata, alius Ordo Senatorum Lithvanicorum, quam qui antea obtinuerat, non potuit inſtitui. Notandum tamen & hoc eſt, ante conjunctionem dictam Capitaneatum Samogitiæ aliis Senatoribus aliquando fuiſſe collatum. Nam anno 1499. Stanislaus Janovic fuit Caſtellanus Trocenſis & Capitaneus Terræ Samogitarum apud Priluſium *pag. 694.* Et anno 1547. Hieronymus Chodkievvicz fuit itidem Caſtellanus Trocenſis & Capitaneus Samogitienſis, apud eundem Priluſium *pag. 702. in fin.* Quod autem *Ruſſiæ* Palatinum olim fuiſſe dictum Leopolienſem; item *Podoliæ* Camenecenſem, & denique *Maſoviæ* Czirnenſem, in Catalogo Palatinorum notavimus, hoc probari poteſt ex multis antiquis Privilegio-

Capitaneatus Samogitiæ dabatur aliis Senatoribus.

rum ſubſcriptionibus, apud Joannem Laski, Joannem Herburtum, Priluſium, Januszovium & alios. Succeſſu enim temporis dicti Palatini appellationes ab urbibus dedignati, ab integris terris denominationes ſuas ſortiti ſunt, & propterea etiam vocantur Palatini generales, ut Palatinus Generalis Ruſſiæ, ſive etiam Palatinus & generalis Ruſſiæ. Eodem modo Palatinus Kiovienſis & Palatinus Czernichovienſis ſeſe ſcribunt Palatinos generales, aut etiam Palatinos & Generales, ut multæ ſubſcriptiones teſtantur.

Palatini generales.

Sunt autem PALATINI Principes creati, primarii in ordine ſecularium Senatores & Duces Exercituum in ſuis Palatinatibus, quo tamen munere militari, non niſi tempore Generalis expeditionis (Polonis *Poſpolite Ruſzenie* vocatur) funguntur. Pacis tempore non una eſt eorum ubique functio. Nam in Magno Ducatu Lithuaniæ ſunt Palatini, qui in ſuis Palatinatibus exercent judicia caſtrenſia, quæ alias in Polonia Capitaneis competunt: In diſtrictibus vero Lithuanicis, qui Palatinatibus adjunguntur, ut Lidenſi, Oſmianenſi &c: ubique alii habentur Capitanei cum juriſdictione. Habentur hæc, quamvis obſcure, in Statuto Lithuanico *cap. IV. art. 30.* In Pruſſia quo-

Palatinorum munia.

que

que judicia Caſtrenſia vocantur Palatinaſia, quia à Palatinis exercentur. Immo multa quæ in Polonia judicio Terreſtri competunt, in Pruſſia à Palatinis judicantur, qui etiam ſuperiore Seculo Judiciis Terreſtribus ſimul cum Judice Terreſtri præſidebant, ut teſtatur Cromerus *in Deſcript. Pruſſiæ.* At in Poloniæ Regno, licet Palatini in aliis Palatinatibus & Diſtrictibus extra ſuum Palatinatum poſſint eſſe Capitanei, ſi ipſis munificentia Regia, Præfecturæ ejusmodi conferantur; in ſuis tamen Palatinatibus non niſi hæc ipſis incumbunt munia, ut quisque Palatinus (quod etiam Palatinis in Magno Ducatu Lithuaniæ competit) in ſuo Palatinatu extra Comitiorum & belli tempus pretia rebus venalibus conſtituat, curamque gerat ponderum & menſurarum: item quoniam Judæi in nullo judicio urbico conveniri poſſunt, ideo judicia Judæorum Palatinis fere ubique in Polonia & Magno Ducatu Lithuaniæ ſunt commiſſa. In Pruſſia & Volhynia ſecus ſe res habet, ut ſuo loco indicabitur. Habent vero ſinguli Palatini ſingulos, in quibusdam etiam locis plures vicepalatinos juratos, ad quorum officium pertinet, præter alia, & menſurarum exæquatio, ſed & de his infra dabitur

bitur commodior agendi locus. *Vid. Conſtitut. an. 1635. tit. O. Korcach.* Stanisl. Krziſtanowicz *in Deſcript. Polon. pag. 7. & alii.*

Titulus Caſtellani Cracovienſis & Palatini Vilnenſis.

Titulum primo Senatorum Secularium Caſtellano Cracovienſi, ut & Palatino Vilnenſi ordinarie Rex in literis tribuit: *Illuſtris* (Polonice *Jaſnie Wielmozny*) Reliquis autem Palatinis tantum *Magnifice* (*Wielmozny*) Hoc quoque ſemper in Conſtitutionibus Regni obſervatur, adeo ut ſi etiam Caſtellanus Cracovienſis cum aliis Palatinis conjungendus ſit, ſemper peculiaris titulus Caſtellano, & deinde alius aliis Palatinis tribuatur, hoc fere modo: *Jaſnie Wielmozny Kaſztellam Krakowski y Wielmozni Woiwodowie*, id eſt, *Illuſtris Caſtellanus Cracovienſis & Magnifici Palatini.* A privatis autem omnibus his adſcribitur titulus: *Illuſtriſſimi,* Niſi quod Principibus ſive Ducibus tribuatur titulus: Illuſtriſſimi & Celſiſſimi (Polonice *Jasnie Oſwieceni.*)

Caſtellani majores

XVI. Palatinis ſuccedunt Caſtellani, qui diſtinguuntur in Majores & Minores. CASTELLANI MAIORES ſunt ſequentes:

Poſnanienſis.
Sendomirienſis.
Caliſſienſis.

Voyni-

Voynicenſis.
Gneſnenſis.
Siradicenſis.
Lencicienſis.
Samogitiæ.
Breſtenſis.
Kiovienſis.
Inowladislavienſis.
Leopolienſis.
Volhyniæ.
Camenecenſis.
Smolenſcenſis.
Lublinenſis.
Polocenſis.
Belzenſis.
Novogrodenſis.
Plocenſis.
Witepſcenſis.
Cernenſis.
Podlachiæ.
Ravenſis.
Breſtianenſis.
Culmenſis.
Mſcislavienſis.
Elbingenſis.
Braclavienſis.

Gedanenſis.
Minſcenſis
Livoniæ:
Czernichovienſis.

Caſtellani minores.

Caſtellani minores, qui tantum in Majori minorique Polonia, Maſovia & Palatinatu Ruſſiæ reperiuntur, ſunt ſequentes.

Sandecenſis.
Medirecenſis.
Viſlicenſis.
Biecenſis.
Rogoſnenſis.
Radomienſis.
Zawichoſtenſis.
Lendenſis.
Sremenſis.
Zarnovienſis.
Malagoslenſis.
Vielunenſis.
Præmiſlienſis.
Halicienſis.
Sanocenſis.
Chelmenſis.
Dobrinenſis
Polanecenſis.
Premetenſis

Kri-

Digitized by Google

Krivinenſis.
Czechovienſis.
Naclenſis
Roſpirienſis
Biechovienſis.
Bidgoſtienſis.
Brezinenſis.
Kruſvicienſis.
Oswiecimenſis.
Camenenſis.
Spicimirienſis
Inovlodenſis
Kovalienſis
Santocenſis.
Socbaczovienſis.
Varſavienſis.
Goſtinenſis.
Viſnenſis.
Racioncenſis.
Sierpcenſis.
Wyſſogrodienſis
Ripinenſis
Zacrocimenſis
Ciechanovienſis
Livenſis
Slonſcenſis

Lubaczovienſis
Konarienſis Terræ Siradiæ
Konarienſis Terræ Lencitiæ
Konarienſis Terræ Cujaviæ

Vnde ſit diſtinctio Caſtellanorum in majores & minores.

Diſtingvuntur hic Caſtellani in Majores & Minores, quod hi non niſi poſtremis temporibus ad Conſilium admitti cœperunt, nec ſtatim ad ſecretiora Conſilia admiſſi ſunt. Cromer. *lib. II. Deſcript. Polon. pag. 140.* Sigiſmundus Auguſtus quoque tentaſſe dicitur, ut Palatini à Caſtellanis & hi à Nunciis Terreſtribus etiam veſtibus ipſis diſtingverentur, teſte Philippo Padnievio apud Chriſtophorum Varſevicium *lib. I. de Opt. Statu libert. pag. 104.* Agitatum hoc eſt propterea, quod Caſtellani minores tum in Nuncios Terreſtres ſe eligi & ad Comitia mitti patiebantur, eodem Varſevicio teſte. Differentiæ autem inter Caſtellanos majores minoresque notari poſſunt duæ, quarum altera eſt, quod Majores (paucis exceptis, ut Voynicenſi, Gneſnenſi & aliis) à palatinatibus: minores autem à terris & Diſtrictibus, denominantur. Quam ob rationem in Conſtitutione anni 1641. *pag. 16. tit. Casztellani,* minores Caſtellani vocantur *Kasztellani Powiatowi,* id eſt, *Caſtellani Diſtrictuum*: altera autem diffe-

Caſtellani minores fiebant olim Nuncii.

Caſtellani Majores à Palatinatibus, minores à Diſtrictibus vocantur.

Locus Caſtellanorum minorum in Senatu.

Digitized by Google

fferentia eſt, quod in Senatu Regni on in ſellis eodem Ordine diſpoſitis ım Epiſcopis, Palatinis & Caſtellanis ıajoribus ſed in ſcamnis pone alios Seatores conſideant; ob quam etiam raionem in Conſtitutionibus Regni aliquando Caſtellani Majores vocantur *Kaſztellani Krzeslowi*, & minores *Kaſztellai nie Krzeslowi*, ut videre licet ex ſubſidio generali, quod annexum eſt Conſtitutioibus anni 1673. *pag. 2. in fin.* Alias autem ſi conſilia publica reſpicias, nullum jam deprehenditur inter majores minoresque Caſtellanos diſcrimen, Nam & minores Caſtellani ſemper ad Comitia vocantur: imma admittuntur etiam ad Reſidentiam in Aula Regia, ut poſtea cap. VI. declarabimus. Viſis differentiis horum Senatorum, notandum eſſe arbitramur, Palatinum non poſſe ſimul eſſe ejusdem loci Caſtellanum. Item neque Palatinum neque Caſtellanum poſſe eſſe Capitaneum, vel alium Officialem Terreſtrem in eodem Palatinatu, in quo eſt Palatinus vel Caſtellanus, exceptis Palatinatu, Caſtellanatu & Capitaneatu Cracovienſi, ut habet Conſtitutio Caſimiri IV. Jagellonidis anni 1454. & Sigiſmundi Auguſti anno 1562. *pag. 23. tit. oſi ad loſc.* Conſ. Januszov. *lib. III. Part. V. pag. 303. ſeq.*

In Conſiliis nullum jam eſt diſcrimen inter majores minoresque Caſtellanos.

Incompatibilia.

Digitized by Google

303. ſeq. Attamen An. 1635. conſtitutum eſt, ut Palatinus Czernichovienſis (exemplo PalatiniKiovienſis) ſemper ſit etiam Capitaneus Czernichovienſis. *Vid. Conſtitut. dicti anni ante med.* In Lithvania quoque aliud obtinet, ut jam ſupra dictum eſt. Item in Pruſſia, ubi Palatini ſinguli ſingulos habent in Palatinatibus ſuis Capitaneatus, quoniam judicia Caſtrenſia exercent. Sic Palatinus Culmenſis ſemper habet Capitaneatum Kowalovienſem, ſimiliter & alii. Porro notandum eſt, nullum Caſtellanum poſſe eſſe Burggravium arcis Cracovienſis vel etiam aliorum caſtrorum, quia Caſtellanorum præſentia in bello requiritur: Burggravius vero cuſtodire & defendere arcem debet, per Conſtitut. *anno 1562. & 1563. pag. 42.* Sed & hoc obſervationem meretur, Caſtellanos pacis tempore præter munus Senatorium nullam habere jurisdictionem: in Bello autem, quando expeditio generalis indicitur, ipſos vices Palatini ſui ſupplere, ut poſtea manifeſtum fiet. Titulus ex Cancellaria Regni Caſtellanis majoribus tribuitur *Magnifici* (*Wielmozni*) Minoribus autem Generoſi (*Vrodzeni*) Sed à privatis omnes Caſtellani nominantur *Illuſtriſſimi* (*Jaſnie Wielmozni*) Vernaculo ſermone Caſtel-

Caſtellanorum functiones.

Tituli Caſtellanorum.

aſtellani dicuntur *κατ᾽ ἐξοχὴν Domini*, appellatione loci, cujus ſunt Caſtellani, deſexa in *ki*, vel *ski*, ut *Pan Poznanski*, id eſt Dominus Poſnanienſis, qui non eſt alius, quam Caſtellanus Poſnanienſis. *Vid.* Cromerus *lib. II. Deſcript. Polon. pag.* 143. Convenientiam hujus appellationis deprehendimus etiam apud Hungaros, qui Præfectum Comitatus alicujus vocant Iſpan, & apud Bohemos, qui vocem *Span* in uſu habent. Sed de his egimus *in Veteri noſtra Pruſſia cap. IV. n. VIII. pag.* 100.*b.*

Caſtellani vocantur Domini.

Iſpan, Span, apud Hungaros & Bohemos.

XVII. Vltimi in Senatu Regni Poloniæ ſunt Officiales ſive Magiſtratus majores & Regni & Magni Ducatus Lithvaniæ, qui ſeſe hoc ordine ſubſequuntur:

Magiſtratus Majores Ordinis Senatorii.

Marſchalcus Regni ſupremus.

Marſchalcus Magni Ducatus Lithvaniæ ſupremus.

Cancellarius Regni ſupremus.

Cancellarius Magni Ducatus Lithvaniæ ſupremus.

ProCancellarius Regni.

ProCancellarius Magni Ducatus Lithvaniæ.

Marſchalcus Curiæ Regni.

Marſchalcus Curiæ M. Duc. Lithv.

Agitata eſt multo tempore Controverſia de

Controverſia inter Cancellarios & Marſchalcos Curiæ.

de Prærogativa loci inter Cancellarios & Marſchalcos Curiæ, quæ demum An. 1635 ad inſtantiam Nunciorum Equeſtris ordinis à Wladislao IV. in Comitiis eo modo ſopita eſt, ut Marſchalci Curiæ ultimo loco in Senatu cenſerentur. *Vid. Conſtitut. dicti anni tit. O mieyſcu w Senacie. pag. 18.* Ideo Starovolſcius in Poloniæ ſuæ editione Colonienſi ponit Marſchalcos Curiæ proxime poſt Marſchalcos ſupremos ante Cancellarios, quod poſtea in editione Dantiſcana, quæ anno 1650. prodiit, mutatum eſt. Marſchalci, Cancellarii & Theſaurarii non poſſunt ſimul eſſe Palatini vel Caſtellani ex Conſtitut. Sigiſmundi Auguſti *an. 1565. tit. O ſpolnoſci pag. 84.* Attamen permiſſum fuit usque ad noſtra tempora, ut Marſchalci & Cancellarii poſſent eſſe ſimul Duces belli, ut diverſa exempla teſtantur. Jam tempore Sigiſmundi III. ut antiquiora tempora prætercam, Joannes Samoſcius fuit Cancellarius ſupremus Regni Exercituum Dux. Non ita pridem quoque Illuſtriſſ. ac Celſiſſ. Princeps Michael Radzivilius fuit Procancellarius Magni Ducatus Lithvaniæ & ſimul Exercituum M. Duc. Lithv. Dux Campeſtris. De Marſchalcis, quod potuerint eſſe Duces Belli, teſtatur, præter alia vetuſtiora exem-

Incompatibilia.

Magiſtratus Majores non poſſunt eſſe Duces belli.

xemplum Sereniſſimi Joannis III. qui
rius erat Marſchalcus Regni ſupremus
 ſimul ſupremus Exercituum Regni
Dux, quam ad Regale ſolium evehere-
ur. Verum poſtquam ea de re multæ
ontroverſiæ fuerunt ortæ, inſertus eſt
Pactis Conventis articulus, ne inpoſte-
Marſchalcis, Cancellariis & Theſaurariis
lignitas Ducum Belli conferatur. *§. Wiym
ie.* Exempla Theſaurariorum, qui ſi-
nul Duces Exercituum fuerint, rariora
unt, geſſit tamen utrumque hoc munus
n Lithuania Gonſievius tempore Joan-
nis Caſimiri Regis. Deinde & hoc in
Conſtitutionibus Regni cavetur, ne Can-
cellarii & Procancellarii, ſi conſecuti fue-
rint Archiepiſcopatum Gneſnenſem, vel
Epiſcopatum Cracovienſem, Vladisla-
vienſem, Poſnanienſem, Warmienſem &
Plocenſem, vel etiam Palatinatum aut Ca-
ſtellanatum, ne, inquam, munus Cancel-
larii retineant, ex Conſtitut. Alexandri
Regis an. 1504. apud Januszov. *lib. III.
Conſtitut. Part. III. tit. 1. pag. 287.* Herburt.
tit. Cancellarius. pag. 58. Conf. Piaſec. *ad
an. 1613. pag. 338. ad an. 1617. p. 368. ſeq. ad
an. 1624. pag. 439. ad an. 1627. pag. 469. ad
an. 1635. pag. 570. & 574.* De Palatinatu
& Caſtellanatu fere non erat, quod lex
poneretur, cum vix, & ne vix quidem
aliquis

Cancellarii non poſſunt eſſe Archi-epiſcopi neq; alii Epiſcopi majores.

Digitized by Google

aliquis Cancellariatum (niſi alia ſubſit cauſa) dimiſſurus ſit, ut Palatinatum aut Caſtellanatum conſequatur, cum è contrario potius multi etiam ſupremos Palatinatus & Caſtellanatus dimittant, ut Cancellariatu potiantur. Sic Illuſtriſſ. ac Celſiſſimus Princeps Georgius Oſſolinius dimiſſo Palatinatu Sendomirienſi factus eſt Procancellarius Regni *Vid.* Piaſec. *pag.* 599. (503.) Similiter etiam Illuſtriſſimus atque Celſiſſimus Princeps Michael Radivilius ex Palatino Vilnenſi factus eſt Procancellarius Magni Ducatus Lithuaniæ. Neque deſunt hodie exempla eorum, qui dimiſſis Palatinatibus facti ſunt Cancellarii & Theſaurarii, quæ, cum nota ſint, omitto. Tantæ enim ſunt Marſchalci ſupremi & Cancellarii ſupremi (ut jam utilitatem omittam) dignationis, ut præter Caſtellanum Cracovienſem & Palatinum Vilnenſem, his ſolis ex Senatoribus Secularibus Rex titulum *Illuſtris* tribuat, ut teſtatur Piaſec. *ad an.* 1587. *pag.* 65. (55.) Quamvis id hodie non ſemper obſervetur, cum frequenter in literis Regiis nominentur tantum Magnifici (*Wielmozni*) ut cæteri Palatini & Caſtellani majores. In Conſtitutionibus Regni etiam utplurimum, imo, ſi Samoſcii exemplum excipias, ſemper fere vocantur Magnifici,

Multi dimittunt Palatinatibus & Caſtellanatus ut fiant Officiales majores.

Titulus Marſchalcorum & Cancellariorum.

Digitized by Google

ıifici, non Illuſtres. Sed de ſingulis
iam his Magiſtratibus Senatorii Ordi-
ıs nobis quædam erunt dicenda.

XVIII. MARSCHALCI Regni ſu- Marſchalci.
remi munus eſt, cum alias, tum præci-
uè in Interregno, ut locum Comitiis
gendis præparet; ſtativa circumquaque
enatoribus & Ordini Equeſtri aſſignet:
.egatis diverſoria provideat: perque
ıos miniſtros curet, ut omnia ſint in
oco Comitiorum ſecura. Simul ac ad
Comitia confluunt Senatores & Nuncii
Terreſtres, ſtatim omnia adminiſtranda
ſuſcipit: imponit pretia rebus venalibus:
noderatur pompas publicas. In Sena-
:u quando conſilia habentur aut judi-
:ia Comitialia exercentur, præſtat ſilen-
:ium, ne quis publica negotia turbet:
dat copiam ſententiæ dicendæ. Si quis
etiam Senatorum extra ordinem, vel
quiſpiam alius ex Equeſtri Ordine in Se-
natum veniens perorare voluerit, nonni-
ſi petita à Marſchalco Regni dicendi fa-
cultate proloquitur. Habent etiam Mar-
ſchalci jus admonendi Senatorem &
Nuncium, ſuo tamen modo, ſi extra or-
bitam divagetur, aut minus modeſte in
ſuffragio aut conſiliis ſeſe gerat. Maxi-
me autem Marſchalco hæc incumbit cu-
ra, ut in Comitiorum loco & in aula Re-

Digitized by Google

gia tam vivente Rege, quam ſub tempus Interregni omnia ſint ſecura. Si quis miniſtrum Marſchalci ſecuritatem præſtare volentem vulneraverit, capite plecti jubetur Conſtitutione Anni 1573. *pag. 211.* Habet igitur poteſtatem coercendi Marſchalcus ſupremus, puniendique facinoroſos etiam ultimo ſupplicio, eſtque forum ejus ultimæ inſtantiæ, & ſi qua cauſa majoris eſt momenti, non per viam appellationis, ſed informationis ſententia Regia expoſcitur. *Nic.* Chvalcovius *lib. I. Jur. Publ. Pol. cap. V. nu. XIX.* Limitata tamen eſt eorum poteſtas Interregni tempore in Regum electione. Tum enim ſimul cum Marſchalco Lithvaniæ ſtativa aſſignat: Item ad judicia Capturalia præter Marſchalcos adduntur etiam alii Judices ex Senatorio pariter atque Equeſtri ordine, ut jam antea *cap. I. lib. II.* dictum eſt. Hæc ſunt Marſchalci Regni ſupremi munia, quæ cum conſilio Marſchalci Curiæ exequitur, quando in Regno Comitia celebrantur. Rege autem in Lithvania degente & Comitia celebrante (quod ut in poſterum fiat, legibus definitum eſt, ut de Comitiis acturi monebimus) iisdem muniis fungitur Marſchalcus Magni Ducatus Lithvaniæ ſupremus cum conſilio Marſchal-

Digitized by Google

Curiæ Magni Duc. Lithv. In abſentia
arſchalci Regni ſupremi, fungitur eo-
m officio in Regno Marſchalcus Curiæ
gni, & ſi hic quoque abeſt, tum demum
ınus hoc in Regno incumbit Marſchal-
Magni Ducatus Lithuaniæ, vel in hu-
abſentia Marſchalco Curiæ Magni
ıc. Lithu. Quin omnibus Marſchalcis
entibus, obeunt hæc munia aut eo-
n præcipua Cancellarius & Theſaura-
Alias & hoc notandum eſt, quod
cunque Rex commoretur, judicia cri-
ıalia exerceat Marſchalcus, adeo ut
ri etiam omnes ejus jurisdictioni ſub-
ant. Attamen hoc in Urbibus Prus-
majoribus non obtinet, cum ibidem
habeat ſemper ſuum Burggravium,
& inter Cives & inter alios exteros
judicia exercet. Quid in Livonia,
ex ibi degat, obtinere debeat, defini-
eſt in Conſtitutione anni 1589. *pag.*
CANCELLARIORUM (qui in Le- Cancellarii.
ıs lingua Patria à præcipuo munere
ıntur *Pieczentarze*) in Regno alter
ſecularis, alter ex Ordine Eccleſiaſti-
x lege Sigiſmundi I. Anno 1507. Cra-
æ in Comitiis Coronationis lata. Ideo
merus eam legem non antiquam vo-
um antea ſoli Sacerdotes hoc mune-
ngerentur, *in Deſcript. Polon. lib. II.*

 pag.

pag. 186. Solebat autem antiquitus munus Cancellarii conferri Canonicis, aut aliis Prælatis non Epiſcopis, quos Alexander Rex voluit eſſe expectantes primos Archiepiſcopatuum, Epiſcopatuum, Prælaturarum & aliarum Dignitatum & beneficiorum proxime ac primo vacaturorum, Conſtitutione anni 1504. apud Herbürt. *in Stat. pag.* 55. Poſtea cœperunt hæc munia ambire ipſi Epiſcopi, ut etiam hodie ipſis plerumque conferuntur. Quoniam vero ſupremi in Regno Epiſcopi ſatis pinguia habent Sacerdotia, ideo conſtitutum eſt, ut ultimis tantum Epiſcopis, quorum tenuiores ſunt proventus, ut Culmenſis, Præmislienſis Camenecenſis &c. Cancellariatum aut Procancellariatum teneant; ad ſuperiores autem Epiſcopatus promoti, dimittant, ut jam ſupra dictum. Extraordinarium vero eſt, quod non ita pridem Stanislao Widzgæ Epiſcopo Warmienſi (qui poſtea ad Archiepiſcopatum Gneſnenſem aſcendit) cum Conſenſu omnium Ordinum collatus eſt Pro-Cancellariatus Regni. Id enim extraordinariæ magni viri virtutes & ſingularia in Rempubl. merita poſtulabant. Hoc ipſum etiam Succeſſori ejus in Epiſcopatu Warmienſi Illuſtriſſimo ac Reverendiſſimo

Domi-

Digitized by Google

omino Michaeli Stephano Comiti in
adziejowice & Krilow Radziejovio in
omitiis anni 1685. conceſſum eſt. Ne
amen id in conſequentiam trahatur,
avetur Conſtitutionib. *Anni 1676. pag. 29.*
& an. 1685. pag. 12. Quoniam igitur in
Regno alter Cancellariorum à tempori-
bus Sigiſmundi I. Secularis, alter Eccle-
ſiaſticus, propterea longa etiam conſue-
tudine introductum eſt, ut mortuo Can-
cellario Seculari, ſuccedat Procancella-
rius ſpiritualis in Cancellariatu ſu-
premo: & vice verſa defuncto Can-
celiario Eccleſiaſtico, ſuccedat in
munus Cancellariatus ſupremi Pro-Can-
cellarius ſupremus. In Magno Ducatu
Lithvaniæ nulla extat, quod ſciam, lex,
quæ Eccleſiaſticos viros à Cancellariatu
arceat, ideo hoc in poteſtate Regum eſſe
puto, ut Cancellariatum conferat ſive
Seculari, ſive etiam alicui Prælato. Ex ea
ratione non defuerunt quidam hoc Se-
culo in Lithvania Epiſcopi, qui Cancel-
lariatus munere functi ſunt, ut exemplo
eſſe poteſt Euſtachius Wolowicz Epiſ-
copus Vilnenſis & Procancellarius Ma-
gni Ducatus Lithvaniæ, ut & Marcianus
Trizna Epiſcopus Mallenſis Coadjutor
Epiſcopatus Vilnenſis, qui itidem hoc
ſeculo fuit ProCancellarius Magni Duca-

In Lithuania Cancellarii.

tus Lithvaniæ, teſte Alberto Wijuk Kojalovicio *in Miſcellaneis rerum ad Statum Eccleſiaſticum in Magno Ducatu Lithvaniæ pertinentium pag. 82.* Attamen plerumque in Lithvania Secularibus hoc munus à Rege confertur, ut hodierna etiam docent exempla. Et quia non dantur certæ de his leges, ideo etiam non ſemper in Lithvania ProCancellarius ſuccedit Cancellario defuncto, ſed Rex alium etiam præferre in Cancellariatu poteſt ProCancellario, quamvis hoc ſine offenſione ProCancellarii vix fieri queat, ut nuper factum audivimus. Eſt autem & in Regno & in Magno Ducatu Lithvaniæ Cancellarii & Procancellarii par auctoritas, niſi quod ille ſit majoris, hic minoris Sigilli cuſtos, & ProCancellarius non niſi abſente Cancellario ſupremo Aſſeſſorialia exerceat judicia, de quibus poſtea. Alia quæ Cancellariis incumbunt, ſatis ſunt nota. Verbo, Cancellarii ſunt os & manus Regis, quibus in expediendis negotiis utitur. Vid. Krzyſtanowicz *in Deſcript. Polon. pag. 14.* & Stanislaus Lubienſcius *in Amica Paræneſi Thomæ Zamoſcio dum Regni Vicecancellarius renunciaretur, data. pag. 214. ſeqq.* THESAVRARII ſunt Promi & Condi Theſauri Reipubl. & Magiſtri rei monetariæ. *Conſtitut. an. 1611. pag. 12.* &

Theſaurarii.

Digitized by Google

. *& an.1654.pag.14.* ubi Theſaurarius vo-
atur ſupremus rei monetariæ Præfectus.
Quando Rex alicui tradit officium The-
aurarii Regni, tum deſignantur quatuor
x Ordine Senatorio (ubi duo ſunt ex
najore, & duo ex minore Polonia) qui
mnia ex Regeſtro Theſaurario recens
reato tradant, deinde unum Regeſtrum
Regi, alterum Theſaurario inſinuent,
ertium ipſi ſibi ſervent, ex Conſtitut.
igiſmundi Auguſti *an. 1563.pag.43.* Conf.
anuszov. *lib. IV. Part. I. tit. III. pag. 309.*
n Comitiis Anni 1685. Nuncii Terre-
tres officium Theſaurarii voluerunt cer-
is Legibus circumſcribi, quod tamen re-
ragantibus aliis non eſt factum.

XIX. Præter Epiſcopos, Palatinos, Caſtellanos & Magiſtratus enumeratos, ſunt adhuc alii, qui Martino Cromero Epiſcopo Warmienſi viſi ſunt ad Conſilium Regium pertinere, ut duo PRÆFECTI ſive CAPITANEI, nempe MAJORIS & MINORIS POLONIÆ, ſed perraro uſu venire dicit, ut illi non alio aliquo honore Senatorio fulgeant, *lib. II. Deſcript. Polon. pag. 139.* Addit ibidem: *Secretarii admittuntur quidem & ipſi jurati in Senatum, ſed ut Auditores modo & quaſi ſeminarium Senatus. Neque locum habent in Conſilio, neque dictionem ſententiæ. Ex*

Quinam alii pertineant ad Conſilium

Generales Majoris & minoris Poloniæ.

Secretarii. *bis autem unus Major Secretarius dicitur: Duo Referendarii ſive ſupplicium libellorum Magiſtri ſunt. Putantur & Succamerarii aditum habere ad locum habendi Senatus, claudendi & aperiendi oſtia, idque in ſuo tantum quisque territorio. Jam & Senatorum primariorum præſertim filios adoleſcentes admitti in Senatum non inuſitatum eſt. Quamquam ſoleant & ii Sacramento adigi in numero Secretariorum, quo liberius interſint Conſiliis.* Hæc Cromerus *loc. cit. pag. 140. ſeq.* In volumine autem Legum ſive in ipſis Regni Conſtitutionibus ut eæ ab Andrea Petricovio Cracoviæ ſunt impreſſæ *pag. 180.* poſtquam ordo Senatorum tam Spiritualium, quam ſecularium deſcriptus eſſet, additur:

Referendarii *Referendarios quoque habere poteſtatem in Senatu ſententiam ſuam dicendi.* Sobolem Regiam ad conſilia fuiſſe in Polonia admiſſam, in proximorum Seculorum Hiſtoria non legimus. At hoc ipſo, quo vivimus, ſeculo Patrum noſtrorum memoria, anno videlicet 1632.

Filii Regum. in Comitiis Nuncii Terreſtres à Rege Sigiſmundo III. jam ſene petierunt, ut ſoboli Regiæ locum in Comitiis faceret à tergo lateribusque ſuis, ut Reipubl. paulatim aſueſceret, parentisque Regis judicia imitaretur, ut ſcribit Eberhardus Waſſenbergius *in Vladislai IV. rebus geſtis Part. II. lib. I. pag. 5.*

XX.

Digitized by Google

XX. Hic eſt Regni Poloniæ Senatus, præter quem nullos Rex Aulæ Conſiliarios fovet, eorumve conſilio utitur: Sed quæcunque negotia occurrunt, illa per Cancellarios utriusque gentis Reſidentibus in aula Senatoribus proponit, ex eorumque conſilio decidit, ut vult Conſtitutio Anni 1669. *tit. De Secretis Conſiliis.* Proinde etiam in Polonia nulli alii titulo Conſiliariorum honorantur: ſed ſi quem Rex gratia ſua dignatur, Secretarii eundem ornat honore. Ne autem in aula deſint, qui conſilia in dubiis rebus ſuggerant, ideo in ſingulis Comitiis ordinariis deſignantur certi Senatores, qui ſemper ſint à latere Regis, vocanturque Reſidentes, quia munus ipſorum eſt in aula Regis reſidere, conſilioque Regi adeſſe. Quod autem ſemper ſint Reſidentes, & quo ordine ad Reſidentiam deſignentur, infra cum de Comitiis nobis erit ſermo, commodius exponemus. Nunc tantum illud adjicimus, neminem Senatorum Regni Poloniæ & Magni Ducatus Lithuaniæ ſine peculiari Reipubl. indultu ad curandam valetudinem aut ad alia negotia expedienda limites Regni egredi poſſe: igitur hoc ipſum eis primum in Comitiis Regni generalibus concedendum eſſe; ut teſtantur exempla in

Rex Poloniæ non habet Conſilarios præter Regni Senatores.

Reſidentes in aula Regis Senatores.

Senatores non poſſunt extra Regnum proficiſci ſine conſenſu ordinum.

Conſtitut. *An. 1613. pag. 27. 28. an. 1616. p. 49. an. 1677. pag. 46. an. 1678. pag. 15. & alibi paſſim.* Idem olim Romæ obtinuit ſub imperio Cæſarum. Nam C. Julius Cæſar legem poſuit, ne quis Senatoris filius, niſi contubernalis aut Comes Magiſtratus peregre proficiſceretur, teſte Suetonio *cap. 42. in Vita Julii Cæſaris.* Deinde expreſſius Auguſtus edixit omnibus Senatoribus, ne quis eorum peregrinari extra Italiam vellet injuſſu permiſſuve ſuo ut ſcribit Dio *lib. 52. Hiſt. in calce.* Conf. Tacitus *lib. 12. Annal. cap. 23.* Quam poſteriorem legem etiam Poloni ſuam fecere.

Jusjurandum Senatorum.

XXI. Ad extremum, quoniam ſingulorum Senatorum munia eô melius ex jurejurando cujusque nobis innoteſcere poſſunt, placet tandem juramenta illa ſubnectere. Jusjurandum SENATORVM, qui non ſunt officiales, utvocantur, ſequens eſt: *Ego N. juro, quia Sereniſſimo Principi ac Domino N. Regi Poloniæ fidelis ero: pro ejusque Majeſtate & Reipubl. Regni ſui fideliter conſulam, & in judicio juſſe ſententiam dicam: ſecreta, quæ mihi per ſuam majeſtatem & Conſiliarios ejus dicentur, contingentia vel maje-*

ieſtatem Regiam vel Rempubl. aut umque nemini in jacturam Regiam Reipubl. pandam & pro poſſe meo, litates ſuæ majeſtatis Regiæ, Regni Reipubl. augmentabo: quidquid veſcivero, intellexero aut ſenſero ſuæ ajeſtati Regiæ, Regno & Reipubl. nocile & damnoſum, præcuſtodiam, ne fiat, me opponam & illud avertm. Sic me Deus adjuvet & hoc ſaum Evangelium, aut hæc ſancta crux. erba illa: *& in judicio juſte ſententim dicam,* addita ſunt jurijurando Seatorum Conſtitutione anni 1588. *pag. 59. tit. O. poprawie.* Vid. Januszov. *lib. II. Conſtitut. init. pag. 269.* Juramenta Conſiliariorum Pruſſiæ videantur apud Ierburtum *in Statuto, voce: juramentorum formæ pag. 246.* Extat etiam jusurandum, quo ſe Epiſcopus Warmienis poſt adeptum Epiſcopatum in Caſtro Mariæburgenſi in Eccleſia majore ad altare ſuorum in manibus Epiſcopi, quem ad hoc Rex deſignarit, in præſentia Palatini Mariæburgenſis & Capitanei ac etiam Magiſtrorum Civium de Thorum, Elbing & Gdano ſecundum Pacta inter Regem Caſimirum Ja-

Iusjurandum Epiſcopi VVarmienſis in Pruſſia.

gello-

gellonidem & Nicolaum de Tungere Epiſcopum Warmienſem Anno 1479. inita obſtringit, quod, quoniam rarius eſt, hoc loco apponemus: *Ego N. Epiſcopus Varmienſis promitto & juro, quod ex nunc & in antea fidelis ero Sereniſſimo Domino meo N. Regi Poloniæ ejusque ſucceſſoribus Regibus & Regno Poloniæ tanquam Domino & Protectori Eccleſiæ meæ ac etiam Capituli ſuæ ſerenitati & Regno aſſiſtam, nec non ejus ſucceſſoribus, uti ſuæ Serenitatis Conſiliarius contra quemlibet inimicum, quo nullos tractatus fœdera aut inducias faciam ſine ſuæ Majeſtatis conſenſu, inſcriptionemque pacis perpetuæ in omnibus capitulis & punctis ac etiam Inſcriptionem per meum anteceſſorem Dominum Nicolaum Epiſcopum Varmienſem cum conſenſu Capituli factam inviolabiliter tenebo, conſilium mihi creditum ad ſuæ Serenitatis damnum non revelabo, omnemque machinationem, quam practicari ſubodoravero, in præjudicium & commodum Regiæ Majeſtatis, ſucceſſorum aut*

aut Regni Terrarumque & Civitatum Pruſſiæ de corpore Inclyti Regni Poloniæ exiſtentium, pro quibus fideliter conſulam, præcuſtodiam tempeſtive & aviſabo. Sic me Deus adjuvet, & hæc ſancta Dei Evangelia. Jacobus Priluſius *lib. V. Statuti cap. III. pag. 755. ſeq.*
MARSCHALCORVM ordinis Senatorii jusjurandum hujus eſt tenoris: *Ego N. juro quod Sereniſſimo Principi & Domino, Domino N. Regi Poloniæ in hoc Officio Marſchalcatus mihi commiſſo fidelis ero illudque tam in Conventibus publicis, quam etiam in aliis locis in aula Majeſtatis Regiæ, ſumma fide & diligentia adminiſtrabo, non privati mei alicujus quæſtus, ſed dignitatis & utilitatis tantum Majeſt. Regiæ & Regni Poloniæ gratia. In Conſilium Regiæ majeſtatis adhibitus, illud ego fidele Majeſtati ejus & Regno Poloniæ præſtabo. Nulla ſecreta, quæ mihi aliquando à Majeſtate Regiæ vel Senatoribus Regni communicata fuerint, præter voluntatem vel in præjudicium Majeſtatis ejus & Regni Poloniæ*

loniæ revelabo. Pericula omnia, quæ imminere Regno & Regi Poloniæ ſcivero aut opinabor, Majeſtati ejus & cæteris Senatoribus indicabo & pro poſſe meo avertam. Perſonæ cujusque dignitatis rationem pro loco & tempore habebo. Seditiones, contentiones, rixas, ſcandala, exceſſus, maleficia, ne fiant in aula Regia & in Conventibus publicis, omni mea opera & diligentia providebo. Quodſi forte aliqua ejusmodi acciderint, ea, quantum in me erit, ſedabo aut animadverſione juſta vindicabo idque conſenſu, juſſu & auctoritate Majeſtatis Regiæ: cæteraque officii mei munera & onera juxta præſcriptum ſtatutorum Regni fideliter obſervabo: idque non ſine mutuo conſilio & conſenſu cæterorum Regni Conſiliariorum & Officialium, qui præſentes in aula fuerint. Sic me Deus adjuvet & ſancta Dei crux. Vid. Januszov. *lib. III. Conſtitut. Part. IV. tit. 1. pag.* 293. CANCELLARIORUM jusjurandum his verbis eſt conceptum: *Ego N. Regni Poloniæ Cancella-*

Iusjurandum Cancellariorum.

cellarius (vel Pro Cancellarius) *juro, quod Sereniſſimo Principi Domino N. Poloniæ Regi & Majeſtatis ejus Succeſſoribus ac Regno Poloniæ in hoc officio Cancellariatus* (vel Vice-Cancellariatus) *mihi commiſſo fidelis ero. Nullas literas Pergamenas ſine ſcitu & expreſſa voluntate Regiæ majeſtatis tradam. Papyreas verò nullas tam in Regno, quam extra Regnum, quæ vel Regiæ dignitati vel honeſtati derogent, vel ex quibus damnum aliquod ad Majeſtatem ejus vel Regnum pervenire poſſit, & quæ juri communi & libertatibus adverſentur, aut literis ex Cancellaria datis contrarias eſſe ſcivero membranas item nullas unquam tradam præterquam papyreas, idque ſciente tantum aut jubente Regia majeſtate. Conſilium fidele majeſtati ſuæ & Reipubl. præſtabo, neque ulla unquam ſecreta, quæ mihi communicata fuerint, præter ſuæ majeſtatis voluntatem & mandatum revelabo, & pericula omnia quæ imminere vel ejus Majeſtati vel Regno undecunque*

ſcive-

ſcivero & cognovero, Majeſtati ejus deferam & pro poſſe meo avertam. Sic me Deus adjuvet & hæc ſancta Evangelia vel & hæc ſancta crux. Vid. Januszov. *lib. III. tit. 1. pag. 286.* Tandem THESAVRARII hoc ſeſe Regi ſacramento obſtringunt. *Ego N. juro, quod Sereniſſimo Principi ac Domino, Domino N. Regi Poloniæ & Majeſtatis ejus ſucceſſoribus, ac Regno Poloniæ in hoc officio Theſaurariatus mihi commiſſo fidelis ero, illudque ſumma fide & diligentia adminiſtrabo, non privati mei quæſtus, ſed dignitatis tantum & utilitatis Majeſtatis Regiæ & Regni Poloniæ gratia, coronam & alia inſignia Regni, Privilegia & Theſauros omnes Regni diligenter conſervabo. Reditus omnes & ſingulos Regni & omnia, quæ ad fiſcum Regni pertinent, ſummâ curâ & fidelitate exigam & diſpenſabo. Curam monetæ cudendæ, quando uſus poſtulaverit, rationes ærarii, expeditiones militum Aulicorum, Legatorum, & omnium eorum negotiorum, quæ ad uſus privatos*

Iusjurandum Theſaurarii.

Digitized by Google

vatos & publicos Majeſtatis Regiæ & Regni Poloniæ pertinent cæteraque omnia mei officii munia & onera fideliter & ſecundum præſcriptum Statutorum Regni procurabo: idque non ſine mandato Majeſtatis Regiæ & Conſilio Conſiliariorum & officialium Regni. In Conſilio Majeſtatis Regiæ & Regni Poloniæ fidele conſilium dabo. Nulla ſecreta, quæ mihi à Majeſtate Regia vel à Senatoribus Regni communicata fuerint, præter voluntatem & in præjudicium Majeſtatis Regiæ & Regni Poloniæ revelabo. Pericula omnia, quæ imminere Regno & Regi Poloniæ putavero, Majeſtati ſuæ & Senatoribus Regni indicabo, & pro poſſe meo avertam. Sic me Deus adjuvet & ſancta Dei crux. Vid. Januszov. *lib. IV. Conſtitut. Part. I. init. pag. 307.* qui omnia illa juramenta Officialium collegit. Quædam etiam reperiuntur apud Herburtum *l. c.* & Paulum Szerbicium *in Promptuario Statutorum omnium & Conſtitutionum Regni Poloniæ Part. I. cap. 16.*

Senatores ſecundum Palatinatus & Diſtrictus diſtributi.

XXII. Dedimus ſupra Senatorum Regni Poloniæ ſeriem, ut ſe illi in Senatu Regni ſubſequuntur; quoniam autem nondum inde cognoſci poteſt, in quibus Palatinatibus, Terrisque & Diſtrictibus Caſtellani præſertim minores reperiantur, ideo hic tanquam appendicis loco eosdem in ſuas Provincias & Palatinatus digeremus. Sunt igitur

In MINORE POLONIA Senatores ſequentes.

I. In Palatinatu Cracovienſi.

Epiſcopus Cracovienſis.
Caſtellanus Cracovienſis.
Palatinus Cracovienſis.
Caſtellani Voynicenſis.
Oswiecimenſis.
Sandecenſis.
Biecenſis.

II. In Palatinatu Sendomirienſi:

Palatinus Sendomirienſis.
Caſtellani, Sendomirienſis.
Viſlicenſis.
Radomienſis.
Zavichoſtenſis.
Zarnovienſis.
Malogoſtenſis.

Pola-

ed by Google

Polanecenſis.
Czechovienſis.

III. In Palatinatu Lublinenſi.
Palatinus Lublinenſis.
Caſtellanus Lublinenſis.

IV. In Palatinatu Ruſſiæ
Archiepiſcopus Leopolienſis.
Epiſcopus Præmislienſis.
Chelmenſis.
Palatinus Ruſſiæ.
Caſtellani Leopolienſis.
Præmislienſis.
Halicienſis.
Sanocenſis.
Chelmenſis.

V. In Palatinatu Volhyniæ:
Epiſcopus Luceorienſis.
Palatinus Volhyniæ.
Caſtellanus Volhyniæ.

VI. In Palatinatu Kiovienſi.
Epiſcopus Kiovienſis.
Palatinus Kiovienſis.
Caſtellanus Kiovienſis.

VII. In Palatinatu Podoliæ.
Epiſcopus Camenecenſis.
Palatinus Podoliæ.
Caſtellanus Podoliæ.

VIII. In Palatinatu Belzenſi.

Palatinus Belzenſis.

Caſtellanus Belzenſis.

Caſtellanus Lubarzovienſis.

IX. In Palatinatu Braclavienſi:

Palatinus Braclavienſis.

Caſtellanus Braclavienſis.

X. In Palatinatu Podlachiæ:

Palatinus Podlachiæ.

Caſtellanus Podlachiæ.

XI. In Palatinatu Czernichovienſi ultra Boriſtenem:

Palatinus Czernichovienſis.

Caſtellanus Czernichovienſis.

In MAJORE POLONIA ſunt ſequentes Senatores.

I. In Palatinatu Poſnanienſi:

Epiſcopus Poſnanienſis.

Palatinus Poſnanienſis.

Caſtellani, Poſnanienſis.

Medirecenſis.

Rogoſnenſis.

Sremenſis.

Prœmentenſis.

Crivinenſis.

Santocenſis.

II. In

II. In Palatinatu Caliſſienſi:

Archiepiſcopus Gneſnenſis.

Palatinus Caliſſienſis.

Caſtellani, Caliſſienſis.

Gneſnenſis.

Landenſis.

Naclenſis.

Biechovienſis.

Camenenſis.

III. In Palatinatu Siradienſi.

Palatinus Siradienſis.

Caſtellani, Siradienſis.

Roſpirienſis.

Spicimirienſis.

Vielunenſis.

Conarienſis.

IV. In Palatinatu Lencicienſi:

Palatinus Lencicienſis.

Caſtellani Lencicienſis.

Brzezinenſis.

Inowlodenſis.

Conarienſis.

V. In Palatinatu Breſtenſi Cujaviæ:

Epiſcopus Wladislavienſis ſive *Cujaviæ.*

Palatinus Breſtenſis.

Caſtellani, Breſtenſis.

Cruſvicienſis.

Covalienſis.

VI. In Palatinatu Inovladislavienſi itidem in Cujavia.

Palatinus Inovladislavienſis.

Caſtellani Inovladislavienſis.

Bidgoſtienſis.

Conarienſis.

In terra Dobrinenſi.

Caſtellani, Dobrinenſis.

Ripinenſis.

Slonvenſis, ſive *Slonſcenſis.*

VII. In Palatinatu Plocenſi:

Epiſcopus Plocenſis.

Palatinus Plocenſis.

Caſtellani, Plocenſis.

Racionzenſis.

Sieprcenſis.

VIII. In Palatinatu Maſoviæ:

Palatinus Maſoviæ.

Caſtellani, Czyrnenſis.

Viznenſis.

Varſavienſis.

Viſſogrodenſis.

Zakrocimenſis.

Ciechanovienſis.

Livenſis.

IX. In Palatinatu Ravenſi.

Palatinus Ravenſis.

Caſtellani, Ravenſis.

Sochazovienſis.

Goſtinenſis.

X. In Palatinatu Culmenſi in Pruſſia.

Epiſcopus Warmienſis, qui quidem proprie ad nullum pertinet Palatinatum, in ſubſcriptionibus tamen Palatinatuum Pruſſicorum in Palatinatu Culmenſi nomen ſuum apponit.

Epiſcopus Culmenſis.

Palatinus Culmenſis.

Caſtellanus Culmenſis.

His in Conſilio Pruſſiæ accedunt *Succamerarius Culmenſis, & Thorunenſis urbis Delegati duo.*

XI. In Palatinatu Mariæburgenſi.

Palatinus Mariæburgenſis.

Caſtellanus Elbingenſis.

His in Conſilio Pruſſiæ accedunt *Succamerarius Mariæburgenſis & Elbingenſis urbis Delegati duo.*

XII. In Palatinatu Pomeraniæ:
Palatinus Pomeraniæ.
Caſtellanus Gedanenſis.
His in Conſilio Pruſſiæ accedunt *Succamerarius Pomeraniæ & Gedanenſis urbis Delegati duo.*

In MAGNO DVCATV LITHVANIÆ ſequentes ſunt Senatores.

I. In Palatinatu Vilnenſi.
Epiſcopus Vilnenſis.
Palatinus Vilnenſis
Caſtellanus Vilnenſis.

II. In Palatinatu Trocenſi:
Palatinus Trocenſis.
Caſtellanus Trocenſis.

III. In Ducatu Samogitiæ:
Epiſcopus Samogitiæ ſive Miednicenſis
Capitaneus Samogitiæ
Caſtellanus Samogitiæ.

IV. In Palatinatu Smolenſcenſi:
Epiſcopus Smolenſcenſis
Palatinus Smolenſcenſ.
Caſtellanus Smolenſc.

V. In Palatinatu Polocenſi:
Palatinus Polocenſis
Caſtellanus Polocenſis.

VI.

Digitized by Google

VI. In Palatinatu Novogrodenſi
Palatinus Novogrodenſis
Caſtellanus Novogrodenſis.

VII. In Palatinatu Vitepſcenſi:
Palatinus Vitepſcenſis.
Caſtellanus Vitepſcenſis.

VIII. In Palstinatu Breſtianenſi
Palatinus Breſtianenſis
Caſtellanus Breſtianenſis.

IX. In Palatinatu Mſcislavienſi
Palatinus } *Mſcislavienſes.*
Caſtellanus. }

X. In Palatinatu Minſcenſi.
Palatinus } *Minſcenſes.*
Caſtellanus }

In LIVONIA, ſequentes ſunt ſenatores.

Epiſcopus }
Palatinus } *Livoniæ.*
Caſtellanus }

CAP. IV.
De *Magiſtratibus & Officialibus, qui ſunt extra Ordinem Senatorium.*

I.

EGimus ſuperiore capite de Magiſtratibus Senatorii Ordinis, nimirum de Marſchalcis ſupremis & Curiæ, de Cancellariis ſupremis & Procancellariis, & denique de Theſaurariis, Jam ordine id poſtulante pauca quædam de Magiſtratibus extra Senatum conſtitutis adjiciemus. Dividuntur illi à quibusdam tantum bifariam, ut in Magiſtratus Regni & magiſtratus Diſtrictuum. Alii tres faciunt Ordines, ita ut primo ſint Magiſtratus Regni & Magni Ducatus Lithuaniæ; deinde Magiſtratus aulæ Regiæ, & denique Magiſtratus ſingulorum Diſtrictuum. Nos quia plura Officialium genera eſſe deprehendimus, tribus illis generibus explicatis, alios etiam ſubjiciemus. Primum genus eſt Magiſtratuum Regni & Magni Ducatus Lithuaniæ, quorum hæc eſt ſeries.

Diviſiones Magiſtratuum extra ordinem Senatorium.

Magiſtratus Regni & Magni Dncatus Lithuaniæ.

Secre-

Secretarius Regni Major, ſive *Secretarius Regni ſupremus.*

Secretarius Major Magni Ducatus Lithuaniæ.

Referendarius Regni ſpiritualis.

Referendarius Magni Duc. Lithu. ſpiritualis.

Referendarius Regni Secularis.

Referendarius M. Duc. Lithu. ſecularis.

Dux Exercituum Regni generalis: (Hetman Wielkii Koronny)

Dux Exercituum M. D. Lithu. generalis: (Hetman Wielky Lithewski)

Dux Exercitum Regni Campeſtris. (Hetman polny Koronny)

Dux Exercituum M. Duc. Lithu. campeſtris (Hetman polny Lithewski.)

Succamerarius Regni (Podkomorz Koronny)

Succamerarius M. Duc. Lithv. (Podkomorzy Lithewski)

Theſaurarius Curiæ Regni, qui & *Vicetheſaurarius Regni* vocatur (Polonis *Podskarbi Nadworny*)

Theſaurarius Curiæ M. Duc. Litv. ſive *Vicetheſaurarius M. D. Litv.*

Vexillifer Regni (Chorazy Koronny)

Vexillifer Mag. Duc. Litv.

Enſifer Regni (Miecznik Koronny)

Enſifer Magni Ducatus Lithvaniæ

Præfectus Stabuli Regni (Koniuszy)

Præfectus Stabuli M. Duc. Lithv.

Culi-

Culinæ Regni Præfectus (Kuchmiſtrz)
Culinæ M. Duc. Litv. Præfectus.
Pocillator Regni (Podczaszy)
Pocillator M. Duc. Lithv.
Inciſor Regni (Kraycży)
Inciſor Magni Duc. Litv.
Dapifer Regni (Stolnik)
Dapifer Magni Duc. Lithv.
Subdapifer Regni (Podſtoly)
Subdapifer M. Duc. Lithv.
Pincerna Regni (Czesnik)
Pincerna M. Duc. Lithv.
Notarius Campeſtris Regni (Pisarz polny)
Notarius Campeſtris M. Duc. Lithv.
Magiſter Artilleriæ Regni.
Magiſter Artilleriæ M. Duc. Litv.
Caſtrorum Regni Præfectus (Obozny)
Caſtrorum M.D.L. Præfectus.
Præfectus Vigilum Regni (Straznik)
Præfectus Vigilum M. D. L.
Regens Cancellariæ Majoris Regni
Regens Cancellariæ Majoris M. D. L.
Regens Cancellariæ Minoris Regni.
Regens Cancellariæ Minoris M. D. Litv.
Notarii quatuor, quorum duo in Regno, & duo in M. D. L.
Inſtigator Regni.
Inſtigator M. D. L.

Nota-

Notarius Decretorum Cancellariæ Regni } qui habent ſuos *Regentes.*
Notarius Decretorum Cancellariæ M.D.L. }
Vice Inſtigator Regni.
Vice Inſtigator M. D. L.
Venator Regni primarius (Lowczy Koronny)
Venator M.D.L. primarius
Notarius Theſauri ſupremus
Vexillifer Curiæ Regni (Chorazy Nadworny)
Vexillifer Curiæ M. D. Litv.
Vicepræfectus Stabuli Regni (Podkoniuszy)
Vicepræfectus Stabuli M. D. Litv.

Adduntur his in Indice horum Magiſtratuum recentiore *Præfecti Curruum Regni,* & *M. Duc. Litv.* Sed quoniam eos in nullis ſubſcriptionibus recentioribus invenio, ab aliis etiam auctoribus omiſſos reperio, non amplius quoque ipſos exiſtere arbitror. Reliquis Magiſtratibus adjeci nomina Polonica, quo rectius cognoſcantur. Quibus autem nomina Polonica non ſunt adjecta, illos etiam Polonice eodem modo vocari ſcias, addito ſolum uno alterove vocabulo, à gente, cujus ſunt Magiſtratus, ab Ordine, ſi ſunt majores aut minores, petito, verbi gratia, *Secretarius Supremus Regni* vocatur *Secretarz Wielki Koronny*: ita quoque

que *Artilleriæ Magiſter Regni*, vocatur à Polonis *Artilleriæ Magiſter Koronny*. Similiter *Regens Cancellariæ Minoris Magni Ducatus Lithuaniæ*, Polonis eſt *Regens Cancellariæ* Mieyſzus Wielkiego Xięſtwwa Litewskiego. Et ſic etiam ſe res habet in aliis. Quod ad Ordinem horum Magiſtratuum attinet, novimus quosdam inter ſe de Prærogativa loci contendere, ideoque non ſemper eundem ordinem horum Magiſtratuum in ſubſcriptionibus reperiri. Videlicet An. 1674. Confirmationi Generali jurium ſubſcripſere, poſt Senatores, etiam horum Magiſtratuum nonnulli, qui nimirum præſentes aderant, ſed eo ordine, qui cum hoc noſtro non omnino convenit, ſubſcripſerunt enim primo loco *ſupremi Secretarii utriusque gentis, id eſt Regni & M. Ducatus Lithvaniæ. Deinde Referendarii utriusque gentis: tum Theſaurarii Curiæ, Succamerarius Regni. Enſiferi utriusque gentis, Vexilliferi utriusque gentis, Notarius Campeſtris Regni, Excubiarum Præfectus Regni, Caſtrorum, Regni Metator, Stabuli Præfecti utriusque gentis, Pocillator Regni, Dapifer Regni, Inciſor Regni, ſubdapifer Regni, Pincerna Regni, culinæ Regni Præfectus, Venator Regni, Regentes Maioris Minorisque Cancellariæ ex utraq; gente.* Alium adhuc ordi-

Ordo Magiſtratuum Regni & Magni Ducatus Lithvaniæ non eſt certus.

ordinem Magiſtratuum horum reperimus in Actis Interregni An. 1668. quem Polonice ſubjiciemus. *Podskarbi Nadworny. Referendarz Koronny. Referendarz y Piſarz W. X. Lit. Notarius M. D. Litv. Regens Cancellariæ Regni, Stolnik Koronny, Podſtoly Koronny, Stolnik W. X. Lit. Piſarz W. X. L. Krayczy Koronny, Krayczy, W. X. L. Oboźny Koronny. Podczaszy W. X. Lit. Koniuszy W. X. L. Miecznik W. X. L.*

II. Ex his Magiſtratibus SECRETARII MAJORES, aut ut hodie plerumque vocantur, SECRETARII SVPREMI ſemper fuerunt & adhuc ſunt ex Ordine Eccleſiaſtico; & ut in futurum quoque hæc dignitas in Ordine Eccleſiaſtico conſervetur, maxime laborant Epiſcopi. Proinde An. 1674 Pactis Conventis Bonaventura Madalinski tunc temporis Epiſcopus Plocenſis nomen ſuum ſubſcripſit hac appendice adjecta: *Salvis juribus ſanctæ Romanæ Eccleſiæ, & jure Officii Secretariatus ſupremi in Perſonis Eccleſiaſticis conſervando.* Acta Comitiorum poſt Coronationem hodierni Regis inſtitutorum teſtantur, Regem eſſe ab Ordinibus rogatum, ut Controverſiam hanc decideret. Admittuntur hi Secretarii Majores ad Secretiora Conſilia, expeditionesque publicas. Supplent etiam ali-

Secretarii Majores ſunt Eccleſiaſtici.

Munia horum Secretariorum.

aliquando vices Cancellariorum, ideo proximum habent acceſſum ad Epiſcopales Dignitates, & ad MagiſtratumCancellariatus. REFERENDARII ſunt ſupplicum libellorum Magiſtri Litibus etiam urbanis ad judicium Regium devolutis diſceptandis adſunt: exponunt Regi Cauſas & controverſias litigantium. Habent & hi proximam Spem ad dignitates Senatorias aſcendendi. DVCES EXERCITVVM à vetuſtioribus Juris publici Polonici Scriptoribus præponuntur Secretariis Majoribus & Referendariis, ut à Krzyſtanovicio & aliis. Sed utrum hoc rectè fiat, nec ne, hodie fortaſſis ſupervacaneum eſt quærere, quoniam Dignitates Ducum Belli hodiernis temporibus non niſi viris Senatoria Dignitate jam præditis conferuntur. Unicum fortaſſis hoc ſeculo reperitur Exemplum Chriſtophori Ducis Radzivilii, cui circa annum 1618. collata eſt Ducis Exercituum Campeſtris dignitas, licet Senator non eſſet. Plerumque autem hoc Reges Poloniæ obſervant, ut defuncto Duci Exercituum Supremo ſubſtituant Ducem Campeſtrem, quamvis nulla eos lex ad hoc ipſum adigat. Propterea etiam cum Anno 1624. Supremus Dux Exercituum Magni Ducatus Lithuaniæ mor-

Referendarii

Duces Exercituum.

Chriſtophorus Radzivilius Dux Belli, non fuit Senator.

ortuus eſſet, non ſubſtituit Sigiſmun-
s III. ei Chriſtophorum Radzivilium
ercituum Ducem Campeſtrem, ut alias
rumque fieri conſueverat, ſed Leonem
pieham Cancellarium Lithuanicum,
quod Radzivilius ægerrime tulit,
emadmodum literæ ipſius ad hunc
pieham ſcriptæ, quæ adhuc in multo-
n ſcriniis MSS. Servantur, teſtari poſ-
t. Conf. Piaſecius *in Chron. ad an.*
. pag.364.(440.) ARTILLERIÆ MA- Artilleriæ Magiſtri.
STRI conſtituti ſunt tempore Wla-
ai IV. ut bello neceſſaria, puta tor-
nta, glandes plumbeas aliorumque
ierum, pulverem pyrium, commea-
, armamentaria curarent. Leges de
complures reperiuntur *in Conſtitutioni-*
anni 1637. pag. 8. an. 1638. pag. 27. tit. Ce-
zy W. X. L. & poſtea paſſim. REGEN- Regentes Cancellariæ.
CANCELLARIÆ Majoris & Mi-
is partim ſunt ex Ordine Seculari,
tim ex Eccleſiaſtico. Contra NO- Notarius Theſauri ſupremus.
RIATVM THESAVRI SVPRE-
M extat Proteſtatio Michaelis Kaſi-
i Pac Palatini Vilnenſis & Ducis Exer-
um Lithuanicorum ſupremi, *in Sub-*
tionibus Pactorum Conventorum anni
. eo quod hoc munus in præjudi-
n Theſauri Regni & Magni Duca-
Lithuaniæ ſit invectum. Sunt etiam

Nn alii

alii Notarii Theſauri, qui in Lithuania, ſunt privilegiati à Rege, in Regno autem à Theſaurariis ipſis conſtituuntur. Utrum hi debeant eſſe Nobiles, ſatis diu diſputatum eſt in Comitiis Anni 1685. ut teſtantur Acta ad d. 11. Aprilis & alibi paſſim; nihil tamen deciſum eſt.

Vicetheſaurarius Regni.

VICETHESAVRARII Regni tam ſtatutis antiquis quam Conſtitutionibus recentioribus debent eſſe ſeculares non Eccleſiaſtici, ut habet Proteſtatio Vicetheſaurarii cujusdam inter ſubſcriptiones Pactorum Conventorum Anni 1674. Cæteri Magiſtratus Regni & Magni Ducatus Lithvaniæ ſunt Seculares, præter illos quos jam in tractatione hac noſtra excepimus. Quorundam ex his Magiſtratibus munia tantum in ſolennitaribus & pompis publicis, ut in Coronationibus &c. ſeſe exerunt, ut Vexilliferorum, aliorumque. Quorundam autem functiones ſunt in certis negotiis Ordinariæ, perpetuæque ut partim ex ipſis eorum appellationibus, partim etiam ex aliis hujus tractationis noſtræ locis manifeſtum eſt. Huc referri poſſunt

Marſchalci Tribunalium

MARSCHALCI TRIBUNALIUM Regni & Magni Ducatus Lithvaniæ, cum omnibus Aſſeſſoribus, quos vulgo Deputatos vocant, & Regentibus Cancellariæ

Tribu-

Digitized by Google

ibunalis. Hôc tantum à prioribus in
alogo ſupra enumeratis differunt,
od Deputatos non Rex ad dies vitæ,
Nobilitas in Palatinatibus & Diſtri-
us, Marſchalcum vero Deputati in
m annum eligant. Quid, quod e-
n *Generales teloniorum* ut & *Poſtarum* — Generales teloniorum & Poſtarum Præfecti.
ectos huc referre licet, quamvis hi e-
a ex Civico Ordine eſſe ſoleant, rin-
te tamen Nobilitate & teloniorum
iniſtrationem ſibi vindicante.

II. Magiſtratus Aulæ bifariam divi- — Magiſtratus aulæ Regiæ.
tur. Aut enim ſunt in Aula ipſius
is, aut in Aula Reginæ. Regi mini-
a præſtant partim nonnulli ex Offi-
bus Regni, de quibus antea egimus,
imè vero Succamerarius Regni &
ſaurarius Curiæ; partim etiam auli-
iorum ingens eſt numerus, & in his
erarii, Pocillatores, Pincernæ, Dapi-
Stabuli Præfecti, Cubiculi Præfecti,
atores, Secretarii, aliique complures,
magnam partem enumerantur in
oſitione Subſidii Reipubl. generalis
o 1673. edita. Si quid autem in Pu-
agendum atque exſequendum oc-
t, præſto ſemper ſunt aliqui ex Offi-
us ſive Magiſtratibus majoribus
nis Senatorii, nempe Marſchalci
ellarii & Theſaurarii, ut & Senato-

N 2 res

Digitized by Google

res Reſidentes, qui Principis à Conſiliis ſunt & negotia publica expediunt. In Aula Reginæ primus eſt Marſchalcus Reginæ, qui ſupremus eſt aulæ illius moderator, ſoletq; majoris auctoritatis gratia ex Senatoribus Regni eſſe, nempe aut Palatinus aut Caſtellanus. Hunc ſequitur Cancellarius Reginæ; tum ſtabuli Præfectus, Theſaurarius, Pocillator, Inciſor, Præfectus Culinæ & Vicepræfectus Stabuli, quos ſeqvuntur alii minores miniſtri, ut ex antea citata diſpoſitione Subſidii Reipubl. generalis Anno 1673. edita elucet.

Magiſtratus aulæ Reginæ.

Magiſtratus à Provinciis integris denominantur. Generalis Majoris Poloniæ.

IV. Magiſtratus, qui ab aliqua provincia tota denominantur, non tamen à Regno, nec à Magno Ducatu Lithvaniæ, ſunt fere ſequentes: Primo loco eſt GENERALIS MAJORIS POLONIÆ, qui eſt Capitaneus ſive Præfectus Majoris Poloniæ, complectiturque ejus Præfectura generalis, Poſnanienſe, Coſtenſe, Walcenſe, Wſchovienſe, Caliſſienſe, Coninenſe, Gneſnenſe, Kcinenſe, Pysdrenſe & Naclenſe territoria. Quamvis autem ille ſit tot diſtrictuum Præfectus, arcis tamen tantum Poſnanienſis ſarta tecta curat & reditus Regios ejusdem territorii. Cætera enim territoria jurisdictioni ejus ſubjecta, habent ſuos Curatores,

quos

quos etiam licet minus proprie Capitaneos appellant, ut teſtatur Martinus Cromerus *lib. II. Deſcript. Polon. pag. 155.* Hic Magiſtratus generalis majoris Poloniæ plerumque aliis Senatoribus ut Palatinis & Caſtellanis confertur, ita tamen ut Palatinus & Caſtellanus Poſnanienſis & Caliſſienſis non poſſit eſſe Generalis Majoris Poloniæ, & quidem ex illa lege Sigismundi Auguſti de anno 1564. *pag. 24.* quæ vetat, Palatinum & Caſtellanum eſſe ejusdem Palatinatus Capitaneum in quo eſt Palatinus, aut Caſtellanus. Deinde eſt GENERALIS MINORIS POLONIÆ, qui itidem aliquot Diſtrictuum in Polonia minore Capitaneus eſt. Nam præter primarium Cracovienſe territorium, habet etiam alios Diſtrictus, ut Proſſovienſem, Xiamſenſem & Lelovienſem: teſte Cromero *loc: cit. pag. 157.* Propterea vocari ſolet Generalis Minoris Poloniæ & Capitaneus Cracovienſis. Neq; redituum Principis curam gerit, ſed illud onus utrumque ſuſtinet Magnus Procurator Cracovienſis, de quo poſtea nobis agendum erit. Vterque hic Magiſtratus, nempe generalatus & majoris & minoris Poloniæ, conferri plerumque ſolet Senatoribus Regni, ita tamen, ut Generalis Majoris Poloniæ non poſſit eſſe Pa-

Generalis minoris Poloniæ.

latinus Poſnanienſis nec Caliſſienſis ſicuti jam ſupra diximus: Generalis autem Minoris Poloniæ poſſit eſſe ſimul Caſtellanus aut Palatinus Cracovienſis, ut hoc illa ipſa quam antea citavimus, Sigismundi Auguſti lex determinat. Sed & in Pruſſia dantur nonnulli Magiſtratus, qui non ſunt ad unum tantum Palatinatum reſtricti, ſed ſunt totius Pruſſiæ Regiæ Magiſtratus, ut primo THESAVRARIVS PRVSSIÆ, quod munus olim penes Oeconomum Mariæburgenſem fuit, nunc vero à Rege Senatori alicui Pruſſiæ confertur. Quoniam igitur hic Magiſtratus non eſt unius Palatinatus ſed totius Pruſſiæ, ideo quoque a quibusdam Publici Juris Scriptoribus Theſaurarius Pruſſiæ inter totius Regni Magiſtratus, quos in hocce capite primo loco enumeravimus, ſtatim poſt Vicetheſaurarios Regni & Magni Ducatus Lithvaniæ collocatur, ex quo etiam ejus prærogativa præ cæteris quibusdam Magiſtratibus cognoſcitur. An Theſaurarius Pruſſiæ Theſaurario Regni obnoxius ſit, ita ut ei rationes acceptorum & expenſorum reddere teneatur, magnis animorum motibus ante aliquot luſtra quæſitum diſputatumque eſt: Sed neque nunc ei obnoxius eſt , Ordinibusque Pruſſiæ

Theſaurarius Pruſſiæ.

tan-

ıtum rationes reddit. Deinde eſt et-
ı in Pruſſia Regia ENSIFER ſive
ADIFER PRVSSIÆ, qui itidem in
ſſia tota unicus eſt, ut Theſaurarius,
propterea quoque vocatur *Enſifer*
ſſiæ Generalis. Huc etiam forſan re-
:i poterit CAPITANEVS CAME-
CENSIS, qui ſe GENERALEM
DOLIÆ vocat, eo quod non tantum
Camenecenſem, ſed quoque per La-
ovienſem Diſtrictum ejus ſe jurisdi-
ı extendit.

Enſifer Pruſſiæ generalis.

Generalis Podoliæ.

/. Porro Magiſtratus Palatinatuum
;ulorum & Diſtrictuum ſingulorum
um in duas Claſſes dividuntur. Alii
m ſunt Magiſtratus Terreſtres, alii
trenſes à caſtris ſive arcibus ita nomi-
i. Magiſtratus terreſtres ex Conſti-
ione Anni 1611. *pag. 26. tit. Ordo Officia-*
n, aliisque quibusdam poſtea latis le-
us, in plerisque Palatinatibus Majoris
ıorisque Poloniæ ſunt ſequentes:

Magiſtratus Palatinorum & Diſtrictuum.

Magiſtratus Terreſtres.

Succamerarius, (*Podkomorzy*)
Vexillifer (*Chorazy*)
Judex Terreſtris (*Sedzia Ziemski*)
Dapifer (*Stolnik*)
Pocillator (*Podczaszy*)
Subjudex Terreſtris (*Podſędek Ziemski*)
Subdapifer (*Podſtoly*)
Pincerna (*Czesnik*)

Venator (*Lowczy*)
Tribunus (*Woyski*)
Notarius Terreſtris (*Piſarz Ziemski*)
Enſifer (*Miecznik*)
Tribuni Minores (*Woyscy Mieyszy*)
Quæſtores ſive *Cuſtodes Theſauri* (*Skarbnicy.*)

Quæſtores quando conſtituti.

Qui poſtremo loco à nobis memorantur Quæſtores ſive Theſauri Cuſtodes, illi reliquis additi ſunt Anno 1678. per Conſtitutionem illius anni *pag.38.* Quamvis autem hic Ordo Magiſtratuum An. 1611. receptus ſit à majore minoreque Polonia, Palatinatus tamen Braclavienſis & Volyniæ ſuum ordinem antea An. 1589. *pag.526.* conſtitutum retinuere, donec biennio poſt per Conſtitutionem *an. 1613. pag. 30.* hunc Ordinem recepere: *Succamerarius Vexillifer, Judex Terreſtris, Dapifer, Pocillator, Venator, ſubjudex Terreſtris, Pincerna, Enſifer, Quæſtor, Tribunus.* Poſt hæc anno 1647. *pag. 18.* Ordo Magiſtratuum Volynienſium immutatus eſt ſequenti modo: *Succamerarius, Capitaneus cum Juriſdictione*, Vexillifer, Judex Terreſtris, Dapifer, Pocillator, *Venator, ſubjudex Terreſtris, ſubdapifer, Pincerna, Tribunus, Notarius Terreſtris, Enſifer, Quæſtor.* In terra Zydaczovienſi Palatinatus Ruſſiæ cum anno 1673. Magiſtratus hi de novo inſtituerentur

Ordo Magiſtratuum in Braclavienſi & Volyniæ Palatinatibus.

Ordo Magiſtratuum Terræ Zydaczovienſis.

rentur, talis Ordo Conſtitutione *dicti*
i pag. 32. introductus eſt : *Vexillifer,*
ifer, Pocillator, Venator, Enſifer, Quæſtor,
unus : Deinde in terra Buſcenſi Bel- Magiſtratus Terræ Buſcenſis.
ſis Palatinatus *An. 1676. pag. 39.* ad ve-
s Magiſtratus, qui jam antea in terra
fuerunt, additi ſunt ſequentes: Dapi-
Pocillator, Pincerna, ſubdapiſer, Ve.
or, Enſifer, Quæſtor. Locus autem
cenſibus Magiſtratibus tam veteri-
, quam hiſce novis talis eſt aſſigna-
, ut ſemper Officialis Buſcenſis ſeque-
ır Officialem Belzenſem ejusdem
rogativæ, verbi gratia Dapiſer Dapi-
ım, Pincerna Pincernam & ſic dein-
s. In Magno Ducatu Lithvaniæ Magiſtratus Palatinatuum & Diſtrictuum in Lithvania.
res adhuc ſunt Magiſtratus, quam in
gno. Nam præter enumeratos dan-
in Diſtrictibus Lithvanicis, quæ Pa-
natibus adjunguntur, MARSCHAL- Marſchalci.
ut Marſchalcus Oſmianenſis, Liden-
, Broclavienſis, Grodnenſis, Cau-
ıſis, Vpitenſis, Slonimenſis, Wol-
iſcienſis, Orszanenſis, Pinſcenſis,
zyrenſis, Rzeczycenſis; & hi ſunt
petui Conventuum particularium
bilitatis Directores (ſecus atque in
gno & in ipſis Palatinatibus Lithva-
ıs, nempe Vilnenſe, Trocenſi &c. ubi
per novus eligitur Conventus parti-

Nn 5 cu-

Digitized by Google

cularis Director ſive Marſchalcus) & in expeditione bellica generali easdem vices obeunt, quas in Majore & Minore Polonia Caſtellani Minores. Deinde inter Magiſtratus Terreſtres Magni Ducatûs Lithvaniæ reperiuntur etiam in Palatinatibus Lithvanicis TIWVNI (*Ciwunowie*) ut Tiwunus Vilnenſis, Tiwunus *Trocenſis*, & *Tiwunus Samogitiæ*, qui Conſtitutione anni 1598. *pag.* 699. præcedunt omnes Officiales Terreſtres. Dantur præter hos etiam alii Tiwuni in Bonis Regiis, de quibus poſtea agemus. Præterea eſt quoque in Lithvaniæ Palatinatibus Magiſtratus, qui dicitur HORODNICZY, qui arcis munitionumque curam habet, ut ſcribit Reinholdus Heidenſtein *lib. III. Rerum Polon. pag.* 138. Conſ. *Conſtitut.* 1667. *pag.* 79. Aſſignatus eſt Horodniciis illis locus inter Magiſtratus Terreſtres non uno ſed diverſis temporibus poſt Notarium Terreſtrem. Nimirum Vitepſcenſi *per Conſtitut. anni* 1635. *poſt med.* Polocenſi *per Conſtit. an.* 1638. *pag.* 55. Minſcenſi *Conſtitut. an.* 1641. *pag.* 39. Mſcislavienſi *Conſtitut. an.* 1661. *pag.* 19. Nowogrodenſi *Conſtitut.* 1676. *pag.* 18. *inter Conſtitut. Lithvanicas.* Eſt præterea etiam in Lithvania MOSTOWNICZY id eſt Pontium Præfectus, item BVDOWNICZY,

Tivvuni. Horodniczy. Moſtovvniczy. Budovniczy.

CZY, id eſt Ædilis. Ordo eorum
.1677. talis conſtitutus eſt, ut poſt
icium demum Caſtrenſe in Palatina-
ıs & Diſtrictibus Lithvanicis ita ſe
ſequantur Magiſtratus Terreſtres:
llator, Pincerna, Horodnicius, Quæſtor,
ator, Præfectus Pontium (Moſtowniczy)
ilis (Budowniczy) vid. Conſtitut.
i anni *pag. 18. inter Conſtitut. Lithv.* Ex
Conſtitutione apparet, quosdam
giſtratus Terreſtres, ut Tiwunos,
rſchalcos, Succamerarios, Judices,
illiferos aliosque præcedere Magi-
tibus Caſtrenſibus; cæteros autem
giſtratus Terreſtres Minores, ut Po-
tores, Pincernas aliosque à nobis
meratos Caſtrenſibus Magiſtratibus
poni. Quemadmodum autem in
ıvania longe major eſt officialium
reſtrium numerus; ita è contrario in
ſia longe minor eſt, quam in Polo-
niſi quod multitudine Scabinorum
ıo modo compenſetur. Nam in
ſia licet primo dentur in ſingulis Pa-
ıatibus Succamerarii, quoniam ta-
ı illi ad Senatum Pruſſicum perti-
t, vix poterunt ad Magiſtratus extra
ıtum exiſtentes, de quibus hic tan-
agimus, referri. Præter Succame-
ɔs autem in Palatinatibus Pruſſicis
fere

Ordo Magiſtratuum in Lithvania.

In Pruſſia Magiſtratus.

Succamerarii ſunt Pruſſici Conſiliarii.

Digitized by Google

fere non dantur alii Magiſtratus, niſi Vexilliferi, Judices Terreſtres, Scabini in ſingulis Judiciis terreſtribus octo & Notarii Terreſtres, qui omnes debent eſſe Nobiles poſſeſſionati, niſi quod in Judicio Terreſtri Culmenſi, duo Aſſeſſores ex Magiſtratu Thorunenſi admittuntur. Ratione electionis horum Magiſtratuum Terreſtriũ intercedit etiam quædam diverſitas in Polonia, Lithvania & Pruſſia. Nam in Lithvania Mareſchalcos Rex antea eligebat, quod ne amplius fieret, in Exorbitantiis anni 1668. cautum eſt. Alias autem in Regno & Magno Ducata Lithuaniæ Magiſtratus Terreſtres ita conſtituuntur, ut Equeſtris ordo in Conventu particulari quatuor candidatos eligat, ex quibus Rex unum confirmat. In Pruſſia verò Solus Rex Vexilliferos creat: Contra in eligendis Judicibus & Scabinis Notariisque Terreſtribus fere major eſt Nobilitatis Pruſſicæ poteſtas quam Polonicæ aut Lithvanicæ. Nam ſecundum jus correctum Pruſſica Nobilitas eligit judicem unum, quem poſtea Rex confirmat: Scabinum autem etiam ſine confirmatione Regio ad judicia admittere poteſt, ut alias etiam à nobis dictum eſt. Sed dantur adhuc in nonnullis Palatinatibus quædam differen-

Judicio Terreſtri Culmenſi aſſident duo ex magiſtratu Thorunenſi.

iæ, quas hic attingere placet. Ni-
ım in Palatinatu Cracovienſi datur
:er enumeratos Magiſtratus, MA-
IVS PROCVRATOR ARCIS
ACOVIENSIS (Polonis voca-
Wielkoizzdca Krakowstki) qui ar-
Cracovienſis & redituum Regiorum
ıprá jam dictum eſt, curam gerit. I-
ſunt in arce Cracovienſi *decem*
RGGRAVII, qui in aliis caſtris
t ſinguli pertinentque ad Magiſtra-
Caſtrenſes. In Volynia quoque in-
ſuffragia Sereniſſimo Joanni III. da-
leprehendo ejusmodi: Procuratorem
lyniæ magnum (Wielkoizzdca) qui
ıen in aliis Palatinatibus non datur.
m non exiguum eſt diſcrimen inter
:camerarium Cracovienſem & alios
joris minorisque Poloniæ Succame-
ios in eo; quod hi tantum ſunt fini-
ı regendorum Prætores judiciaque de
norum limitibus exercent: Craco-
nſis autem Succamerarius præter hoc
ınus etiam Salinarum ejus Tractus
oiter & Inſpector eſt, teſte Cromero
Deſcript. Polon. Part. II. pag. 151. Alias in
ınibus Palatinatibus illa eſt inter Ma-
ſtratus Terreſtres differentia, quod
ıidam habeant functiones certas &
rpetuas, ut Succamerarii, judices, ſub-
judi-

Magnus Procurator arcis Cracovienſis

Decem Burggravii.

Procurator Volhyniæ Magnus.

Cracovienſis Succamerarus ſalinarum curam gegerit.

Quidam Magiſtratus habent functiones perpetuas, quidam non item.

judices, Notariique Terreſtres, ut & Tribuni: alii autem tunc demum functiones certas habeant, aut potius olim habuerint, cum Rex in illorum Palatinatu commoratur, quales ſunt Dapiferi, Pincernæ, Pocillatores & alii. Inter Tribunos hoc notamus diſcrimen, quod quidam ſint Terreſtres, quidam Caſtrenſes, & inter utroſque alii ſunt beneficiati vocanturque majores, alii non beneficiati, qui dicuntur minores, ut nos docet *Subſidium Reipubl. Generale An. 1673. in Comitiis editum.*

Tribuni Terreſtres & Caſtrenſes.

Vbi Magiſtratus Diſtrictuum reperiantur.

VI. Egimus hactenus de Magiſtratibus Terreſtribus, eorum Officiis atque differentiis, quæ inter ipſos occurrunt. Quoniam autem nondum apparet, in quibusnam Diſtrictibus illi reperiantur, ſpeciatim hoc ipſum declarabimus, ſed ruditer tantum, & ita ut judices, ſubjudices & Notarii, de quibus ſuo loco agemus commodius, excipiantur I. in *Majore Polonia*, Palatinatus *Poſnanienſis* habet ſuos Magiſtratus & terra *Wſchovienſis* peculiares. Palatinatus *Caliſſienſis* habet ſingulos. Palatinatus *Siradienſis*, non tantum in ipſo Palatinatu, ſed etiam in terra *Vielunenſi* habet ſeparatos. Palatinatus *Lancitienſis* habet ſingulos, ut & Palatinatus *Breſtenſis*,

In Majore Polonia.

Pa-

tinatus *Inowladislavienſis*, item terra
inenſis habent ſeparatos , adeo ut
s ſit Succamerarius Breſtenſis, alius
wladislavienſis & alius quoque Do-
enſis. In Palatinatu *Plocenſi* ſunt ſin-
: ſed in *Maſovia* ſingulæ decem terræ
ulos habent Succamerarios, Vexilli-
s,aliosque Magiſtratus terreſtres. In
tinatu quoque Ravenſi ſunt tres ter-
iempe Ravenſis, Sochaczovienſis &
tinenſis, quæ etiam ſingulæ ſuos ſe-
m habent Magiſtratus terreſtres. II.
Polonia Minore. Palatinatus *Craco-* In minore Polonia.
is habet ſingulos, quosdam etiam
ım Magiſtratuum habent Ducatus
rienſis & Oſwiecimenſis. Palatina-
Sendomirienſis ſingulos. In Palatina-
ublinenſi alii ſunt in Palatinatu, alii
rra *Lukovienſi*. In *Belſenſi* Palatina-
lii à Palatinatu denominantur, alii à
Buſcenſi, & quidam etiam ex dictis
iſtratibus in Diſtrictibus *Horodlenſi*
rabovecenſi. Palatinatus *Ruſſiæ* ha-
uccamerarios, Vexilliferos aliosque
iſtratus Terreſtres ſpeciatim in ter-
ngulis ut Leopolienſi, Zydaczovien-
ræmislienſi, Helicienſi, Chelmenſi,
nbocolienſi, Sanocenſi. In Palati-
Volyniæ alii ſe appellant ab ipſo Pala-
u, alii à terris Cremenecenſi, Wlo-
dimi-

dimirienſi & Lucenſi. Similiter in Palatinatu *Podlachiæ* alii ſe vocant ab ipſo Palatinatu alii à Diſtrictibus, Drohicienſi & *Bielscenſi.* In Palatinatu *Podoliæ* alii ſunt in ipſo Palatinatu, alii ſe vocant à Diſtrictu Laticzovienſi. In *Braclavienſi* Palatinatu ſunt tantum ſinguli. At in *Czerniechovienſi* ſunt primum Magiſtratus illi in Palatinatu, deinde etiam ſunt alii in adjuncta ipſi terra *Nowogrodenſi.* Ita etiam in *Kiovienſi,* quidam ſunt in Palatinatu, quidam etiam in Diſtrictibus *Zutomirienſi* & *Owruczenſi.* Dantur tamen hic differentiæ nonnullæ, cum non ubique omnes illi Magiſtratus, quos ſupra in Catalogo enumeravimus, reperiantur. Immo quos ſupra dixi in Palatinatibus Lithvaniæ reperiri *Horodnicios*, eos etiam in Volyniæ & Czernichovienſi Palatinatibus deprehendo. In Magno Ducatu Lithvaniæ dantur Magiſtratus hi in omnibus Palatinatibus, & ſeparatim etiam in ſingulis Diſtrictibus, qui Palatinatibus illis adjunguntur, ut in Lidenſi, Wilkomirienſi, Braclavienſi, Grodnenſi, Caunenſi, Vpitenſi, Starodubenſi, Slonimenſi, Wolkoviſcienſi, Orszanenſi, Pinſcenſi, Mozyrenſi, Rzeczycenſi. Palatinatus hic enumerare ſupervacaneum eſt, cum jam ex ſuperioribus noti ſint, &

In M. Ducatu Lithvan.

poſt.

ſtea paſſim repetentur. Antequam
c materiam dimittamus, notandum
uc eſſe ducimus, in quibusdam Pala-
tibus Majoris, Minorisque Poloniæ,
Magiſtratus ſæpius nominati Terre-
; ſunt ſinguli, Succamerarios & Ve-
feros ſeſe appellare *Generales*, v. g.
*amerarius Generalis Palatinatus Lan-
nſis, Succamerarius Generalis Palatina-
endomirienſis*, *Succamerarius Palatina-
Breſtenſis Generalis. Succamerarius Ge-
lis Palatinatus Siradienſis.* Ita etiam
llifer Generalis Palatinatus Sendomirien-
Alias in Palatinatibus Lancicienſi
radienſi, quoniam bini ſunt vexilli-
alter eorum vocatur Vexillifer Ma-
Chorazy Wieckszy) alter Minor (*Cho-
mnieyszy.*) Imo in ipſis etiam Con-
tionibus obſervo Notarios Terre-
in Palatinatibus Generales, diſtin-
Notariis Terreſtribus Diſtrictuum,
atet ex aliquoties jam citato ſubſi-
Reipubl. Generali anno 1673. edito.
xtremum in hac materia de Magi-
ibus Terreſtribus monemus, non
mmode huc referri ROTOMAGI-
OS & CENTVRIONES Palatina-
n & diſtrictuum, quos Sigiſmundus
uſtus inſtituit, à Nobilitate cujus-
Palatinatus eligendos, ut militi

Succamerarii & Vexilliferi generales.

Vexilliferi majores & minores.

Notarii generales qui unici ſunt in toto Palatinatu.

Notarii Diſtrictuum in ſingulis Diſtrictibus.

Rotomagiſtri & Centuriones.

Digitized by Google

Quartiano præſint. *Vid. Conſtitut. an. 1567. p. 147. an. 1571. p. 613. & alia paſſim.*

Magiſtratus Caſtrenſes.

VII. Magiſtratus Palatinatuum & Diſtrictuum Caſtrenſes ſunt ſequentes:

Capitaneus cum Jurisdictione (Staroſta Sadowy)
Capitaneus ſine Jurisdictione (Staroſta niesadowy)
Burggravius (Burgrabia)
Vice Capitaneus (Podſtaroſci)
Judex Caſtrenſis (Sedzia Grodzki)
Notarius Caſtrenſis (Piſarz Grodzki)

Capitanei cum Iurisdictione.

Ex his, quos primo loco poſuimus, CAPITANEI CVM JVRISDICTIONE ſunt Præfecti arcium & Civitatum regiarum: exercent judicia Caſtrenſia & per ſuos ViceCapitaneos judicia Querelarum, de quibus ſuo loco agetur: omnium aliorum judicum ſententias executioni mandant: geruntque curam Redituum Regiorum. Dantur tamen hic exceptiones nonnullæ, ut jam ſupra de Capitaneo Cracovienſi audivimus. In Diſtrictibus Palatinatus Poſnanienſis & Kaliſſienſis Capitanei Coſtenſis, Walcenſis, Wſchovienſis, Coninenſis, Gneſnenſis, Pysdrenſis, Kcinenſis, Naclenſis, habent quidem jurisdictionem in Nobilitatem, tamen certæ cauſæ, imo etiam omnes ad judicium Generalis referri poſſunt. In

Prus-

ſia quoque Capitanei ſunt quidem, ečti arcium & redituum in ſua quiſ-Præfectura curam habent: ſed juriſ-onem nullam ferme exercent; in litatem certe nullam; in Oppida- quoque exiguam; in agreſtres ta-ampliorem: omnis enim fere juriſ-o Capitaneorum hic in Palatinos ut ſuo loco dicetur. Immo Capi-s Mariæburgenſes neque reditu-egiorum curam gerit, neque in es jurisdictionem habet: arci mo-eeſt, ejusque Præſidio, ut tradit nus Cromerus *in Deſcript. Pruſſ. pag.* uot Capitanei in Poloniæ ſint cum ictione docuit ſuo tempore Cro-*l. c. pag. 157. & ſeqq.* Sed quoniam, pſius tempora multi alii Capita- ſunt additi, Catalogus ipſius jam t ſufficiens, neque nobis hic accu-m dare licet. Pruſſicos tamen ineatus, ut familiarius nobis no-umerabimus: In Palatinatu Cul- ſunt: *Kovalienſis* (zu Schönſee) *enſis* (zu Reden) *Grudentinus*, *Li-* *Golubenſis*, *Pokrzywnenſis* (zu En-rg) *Brodnicenſis* (zu Straßburg) *enſis* (zu Bretchen.) In Palatinatu urgenſi ſunt: *Mariæburgenſis*, *rgenſis*, *Tolkemitenſis*, *Stumenſis*. In

In Pruſſia Capitanei.

Pruſſici Capitaneatus.

Palatinatu Pomeraniæ : *Skarszevienſi* (zu Schöneck) *Tucholienſis* (zu Tauchel) *Kiſſovienſis*, *Pucenſis*, *Novenſis*, *Mirachovienſis*, *Hammerſteinenſis*, *Oſiecenſis*, *Sobovicenſis*, *Jaſieniecenſis*, *Parchovienſis*, *Borzechovienſis*, *Svecenſis*, *Koſcierynenſis* (zum Berndt) *Tczevenſis* ſive *Dirſchavienſis*, *Gniewenſis* ſive *Mevenſis*, *Sluchovienſis*.

Prærogativa Capitanei.

Quod ad locum Capitaneorum inter alios Magiſtratus attinet, prælati quidem ſunt in Regno Officiales Terreſtres Officialibus Caſtrenſibus per Conſtitutionem Anni 1613. Capitanei tamen excipiuntur, ut qui locum habent inter Succamerarios & Vexilliferos Palatinatuum & Diſtrictuum. Conſtituuntur Capitanei à Rege, non à Nobilitate, ſecus atque Magiſtratus Terreſtres.

Capitanei ſine juriſdictione.

CAPITANEI SINE JVRISDICTIONE ſunt bonorum Regiorum Tenutarii, qui nulla judicia exercent.

Burggravii

BVRGGRAVII alii dicuntur Caſtrenſes, alii Arcium curatores, ut habetur in ſæpius Laudato *ſubſidii Reſpubl. generali lit. B.* Peculiare eſt illud quod in Arce Cracovienſi decem ſint

Burggravii Cracovienſes.

Burggravii, qui pacis juxta ac belli tempore nocturnas atque etiam diurnas quando opus eſt, excubias, per ſe vel per adminiſtros ſuos ſervant, habentque propterea militiæ vacationem. Martin

Cro

ner. *lib. II. Deſcript. Polon. pag. 160.* In icis autem Civitatibus Majoribus gravii non ſunt cuſtodes arcium, ibi nullæ ſunt, ſed in ipſis Civitati- uram gerunt Bonorum caducorum aufragorum: exercent etiam quæ- judicia, de quibus videatur Con- tinus à Trewen Schröder *in Jure Pu- Dantiſcano lib. II. tit. 3.* & Reinholdus ke *in Chron. Gedanenſi lib. II.* NOTA- CASTRENSES interſunt Judiciis renſibus, poſſuntque ſuos habere notarios, qui & ipſi Nobiles poſſes- ati eſſe debent. *Vid. Conſtitut. anni 1635. Grody Wieczne.* Subjudex Terreſtris ſt ſimul habere Officium Caſtrenſe, *Conſtitut. An. 1658. p. 45.* quamvis ant- nempe an. 1635. *tit. Salaria*) Terra- tinenſis in Palatinatu Ravenſi ſibi reſervaverit, ne ſubjudex Terreſtris ſimul Judex Caſtrenſis.

Burggravii in urbibus Pruſſicis majoribus.

Notarii Caſtrenſes.

III. Expoſitis ita Magiſtratibus Ter- ibus & Caſtrenſibus Subjicimus dam de eorundem SVRROGATO- VS, quorum in Legibus crebra fit tio. Eſt autem Surrogator in Polo- Vicarius Magiſtratus alicujus Ter- ris aut Caſtrenſis, qui jurisdictionem am habet, ut Succamerarii, Judicis, judicis & Notarii Terreſtrium, ut &

Surregatores.

Digitized by Google

Capitanei cum Juriſdictione & Notarii Caſtrenſis. Conſtituitur ejusmodi Surrogator in ipſis Comitiis conſenſu omnium Ordinum, etiamſi ipſi Magiſtratus, quorum hi ſunt Vicarii, aut à Rege Solo, aut à Nobilitate expoſito Supra à nobis modo eligantur. Cauſæ cur dentur Magiſtratibus illis Surrogatores, variæ eſſe poſſunt. Nimirum Si quis ex dictis Magiſtratibus gravi morbo decumbat, ita ut perpetuo lecto attineatur; item, ſi quis aut negotiorum publicorum, aut propriæ valetudinis curandæ gratia peregre abeat. Propterea quoque Surrogatores illi dantur aut ad reditum Ordinarii Magiſtratus, aut ad futura Comitia, aut annum, aut ad plures annos, quæ omnia in Comiliis Conſtitutione publica ſolent determinari. Additur etiam frequenter, ut ejusmodi Surrogatores ſint Nobiles poſſeſſionali, atque prius jus jurandum præſtent, quam functionem ſuam ordiantur. Sed in Palatinatibus Poſnanienſi & Caliſſiienſi ejusmodi Surrogatores Capitanei Generalis perpetui ſunt, conſtituunturque ab ipſo Generali. Aliquando etiam ibidem extraordinarie Surrogatores dantur, quoniam jurisdictio Generalis Majoris Poloniæ late ſe extendit, & hic, licet Surrogatores illi in Comitiis con-

Surrogatores Generalis Majoris Poloniæ.

Digitized by Google

ſtituantur, multum tamen valet com-
ndatio Generalis ipſius. *Vid. Conſtitut.*
. pag. 426. & 428. an. 1589. pag. 528. an.
pag. 24. anno 1620. pag. 17. An. 1621. pag.
in. 1676. pag. 38. an. 1678. pag, 36. & alibi
m.

X. Præterea reperimus etiam Magi- tus, qui non ſunt totius Regni, neque e Regiæ, neque totius alicujus Provin- neque Palatinatus aut Diſtrictus: ſed orum tantum Bonorum aut certi ajus loci in Diſtrictibus. In hoc ſu primo ponimus OECONOMOS iorum Bonorum, Deinde TIWVNOS uamicos, qui ſunt extra Palatinatus omis Regiis, ut ſunt *Tiwunus Euroga- s, Tiwunus in magna Dyrwian, Tiwunus minore Dyrwian, Tiwunus Retovienſis, enſis, Twerenſis, Berzanenſis, Korszenſis, uidovienſis, Poſurenſis, Wieszmianenſis &*

Magiſtratus certorum locorum.

Oeconomi.

Tivvuni.

Hæc Officia ſunt compatibila aliis nitatibus Senatoriis & Magiſtratibus gni, Magnique Duc. Lithu. ut & Ma- ratibus Terreſtribus & Caſtrenſibus, o ut Oeconomiarum adminiſtratio- aliquando etiam Senatoribus confe- tur. Deinde huc etiam referendi t SYLVARVM PRÆFECTI. (Polo- dicuntur *Leſniczy*) qui in Magno Duc. huaniæ ſunt frequentes, ut *Leſniczy*

Compatibilitas Trivvunatuum cum aliis Magiſtratibus.

Sylvarum Præfecti.

Niemonoicki, Leſniczy, Mereczki, Koniawski, Dubicki, Bialawieski & alii. Adminiſtrationes hæ ſylvarum compatibiles iterum ſunt cum Dignitatibus & Magiſtratibus ſupra enumeratis, adeo ut eas etiam Senatores Lithuanici ſæpius in titulis ſuis ponant. Ejusdem Ordinis ſunt etiam CAPITANEATVS SINE JVRISDICTIONE, de quibus jam antea in Magiſtratibus Caſtrenſibus, alios ſecuti, egimus. Eſt enim ejusmodi Capitaneatuum in Palatinatibus & Diſtrictibus ingens numerus. Huc etiam referimus quosdam ADVOCATOS (Polonis Advocatus dicitur *Woyt*) in Urbibus Regiis. Nam quibusdam in locis Advocatiæ id genus dantur etiam Nobilibus, ut jam ſupra cap. 11. monuimus. Porro hic locum inveniunt PRÆFECTI SALINARVM Cracovienſium & Ruſſicarum (*Zupnicy*) Item Adminiſtratores rei Salinariæ in ſingulis Palatinatibus. Item PRÆFECTVS FODINARVM OLCVSSIENSIVM (*Zupnik Olkuski*) cum ſuo ſubpræfecto (*Podzupnik* vocatur) & omnibus Miniſtris, ut Notariis aliisque. Denique hic etiam collocari poſſunt TELONEORVM PRÆFECTI variis in locis conſtituti, quos debere eſſe Nobiles in Comitiis noviſſimis anni 1685. nonnulli acri-

Capitanei ſine jurisdictione.

Advocati.

Telonorum Præfecti.

Digitized by Google

ter urſerunt, ſed nihilominus res tan-
ı manſit indeciſa.

X. Ad extremum ſunt quoque Ma-
atus, qui ratione electionis & de-
dentiæ à cæteris Magiſtratibus diſtin-
à ſuperioribus poſſunt. Nam ſunt
dam Officiales, quos neque Rex ipſe
ſtituit, neque Nobilitas ſibi ſumit, ſed
à Magiſtratibus ſupra enumeratis eli-
tur, ideoque Patronis ſuis mortuis
altius aſcendentibus & horum fun-
nes ceſſant. Horum Officia iterum
ſe extendunt ad totam aliquam gen-
, aut ad Provinciam certam: aut ad
tinatum & Diſtrictum unum, aut
ique ad certum aliquem locum: Ex
no Ordine ſunt, qui à Marſchalcis
remis, Cancellariis & Theſaurariis
ſtituuntur. A Marſchalco conſti-
ur JUDEX OFFICII MARSCHAL-
LIS, qui leviores cauſas loco Mar-
lci ipſius in aula Regia & in Comitiis
icat & componit. Item NOTARI-
ejusdem Officii Marſchalcalis. A Can-
ariis couſtituuntur METRICÆ NO-
RII (*Metrikanci.*) Propterea etiam
tiescunque novi Cancellarii conſti-
ıntur, novos etiam ſibi creant Metri-
Notarios, niſi quod Conſtitutione
ıi 1667. *pag.* 22. Matthiæ Ladovio &

Magiſtratus à Superioribus conſtituti.

Iudex Marſchalcalis & Notarius.

Metricæ Notarii.

Oo 5 Ni-

Nicolao Szulcio majoris minoriſque Cancellariæ Notariis hoc munus ad dies vitæ datum ſit, addita tamen cautela, ne hoc in ſeqnelam trahatur. A Theſaurariis in Regno conſtituuntur THESAVRI NOTARII, qui in Lithuania ſunt privilegiati. Utrum hi debeant eſſe Nobiles, ſatis acriter in Comitiis noviſſimis diſputatum eſt. *vid. Diarium Comitiorum ad d. 11. April.* In Ordine Magiſtratuum in ſingulis Palatinatibus & Diſtrictibus varios quoque reperimus, qui à Superioribus Magiſtratibus dependent. Nimirum à Palatinis conſtituuntur primo VICEPALATINI, qui aut ſunt Majores, aut Minores. Majores in toto Palatinatu ſunt unici: Minores in uno Palatinatu ſunt plures, ut in Palatinatu Maſoviæ in diverſis Diſtrictibus diverſos Palatinatinus habet Vicepalatinos. Ad Vicepalatinos ubique fere in Bonis Regiis pertinent Judicia Judæorum. Verum Nobiles in ſuis Bonis conſtituunt peculiares JVDICES JVDÆORVM. Porro à Succamerariis conſtituuntur CAMERARII graniciales, ut vocantur, ſive limitanei. CAMERARII autem *Terreſtres* à Judicio Terreſtri dependent. Item ab iisdem Succamerariis conſtituuntur NOTARII Succamerarialis Officii. A magno

Theſauri Notarii.

Vicepalatini.

Judices Judæornm.

Camerarii duplices.

Notarii Succemerariales.

ɔ Procuratore Cracovienſi conſtitui- VICE PROCVRATOR (*Podrzedzcy*) pitanei eligunt ſibi VICE CAPITA- COS (vocantur (*Podſtaroſci*) item BURGGRAVIOS in arcibus curæ ſuæ acreditis aliosque minorum gentium Ficiales. Tiwunus in Bonis Regiis thuanicis ſubſtituit ſibi VICE TIWV- VM (*Podciwun* appellatur) & alii alios, æſertim Notarios, qui in omnibus offi- s, ut Palatinali, Referendariali, Succa- erariali, Capitaneali aliisque ſunt ne- ſſarii. Omitto jam Magiſtratus & fficiales Archiepiſcopi Gneſnenſis, de uibus jam ſuperiore capite actum eſt, : aliorum Epiſcoporum Cancellarios, Deconomos, Officiales Speciatim ita dictos, & cæteros in Epiſcopatibus tam Romanis quam Græcis Magiſtratus & Adminiſtratores. Plerique horum, quos numeravimus, Vicariorum Magiſtratu- um ſunt Nobiles, in quibusdam etiam equiritur, ut ſint poſſeſſionati, velut in Vicepalatinis hoc leges frequenter re- quirunt.

Vice-Procurator. Vice-Capitanei. Burggravii. Vice-Tivvuni.

X. Expoſuimus hactenus Magiſtra- tus, Officiales & eorum Vicarios, qui in imperio Polonico magno numero repe- riuntur. Ex illis autem, quæ à nobis in medium allata, duo poſſunt oriri du- bia.

Prius dubium.

Digitized by Google

bia. Prius illud eſt, unde tot Pocillatores, tot Pincernæ, tot Dapiferi, Subdapiferi, Inciſores, aliique non ſolum in integris gentibus, ſed etiam in ſingulis Palatinatibus, in ſingulis terris, imo etiam in quibusdam Diſtrictibus minoribus, præter neceſſitatem orti ſint? Poſterius eſt, unde fiat, quod quidam Magiſtratus, in ſuo genere ſupremi, appellationes tamen vicariorum habeant. Exempli gratia, Theſaurarius Regni Supremus Polonice vocatur *Podskarbi*, id eſt, Subtheſaurarius, etiamſi ſupra ſe non agnoſcat Theſaurarium ſuperiorem. Non ſecus etiam Succamerarii vocantur quaſi Sub Camerarii, & Polonice *Podkomorzy*, etiamſi ſupra ſe in hoc Magiſtratu neminem habeant, ſed ipſi ſint ſupremi. Auget admirationem & illud, quod inverſo rerum ordine Camerarii ſint Vicarii Subcamerariorum, & illi qui vocantur *Skarbnicy* id eſt cuſtodes Theſauri ſint longe inferiores his, qui dicuntur *Podskarbi*, etiamſi, ſi vim vocabulorum ſpectes, contrario modo ſe res habere deberet. Ad prius dubium reſponſio non eſt adeo difficilis. Nimirum diſcerpto olim regno in multas partes, quarum ſingulæ ſuum habuere Ducem, Magiſtratus ejusmodi in ſingulis illis partibus à

Poſterius dubium.

Reſponſio ad prius dubium.

Du-

Digitized by Google

Ducibus creati ſunt. Conjuncto deinde Regno non tantum Magiſtratus illi non ſunt abrogati, ſed alii quoque Palatinatus nihilo illis inferiores à Regibus eosdem Magiſtratus ſibi dari poſtularunt. Quo factum eſt, ut in tantam multitudinem excreſcerent. Qui igitur olim certas functiones & curationes habuerunt in ſua quisque Satrapia, illi jam nuda fere functionum illarum nomina retinent, niſi dicere velimus cum quibusdam, ut etiam ſupra innuimus, hos magiſtratus fungi poſſe ſuis muneribus in ſuo tractu, quoties eum Princeps adit. Nempe ut gladifer Poſnanienſis in Posnanienſi Satrapia gladium ipſi præferat in ſolenni pompa: pincerna poculum adminiſtret: Inciſor ſive ſtructor menſam apponat: Dapifer dapes inferat: Subdapifer Dapiferum cum baculo præcedat: Subpincerna potus curam gerat: Theſaurarius ſive Quæſtor Condus ac promus pecuniæ ſit ac ſuppellectilis ejus. Cæteri autem Magiſtratus Palatinatuum & diſtrictuum etiam nunc fere ſuis muneribus funguntur. Ac Vexillifer quidem in bello Vexillum præfert exercitui ſuæ Satrapiæ. Tribunus Cuſtos eſt arcis in ſuo quisque tractu durante bello. Venator venationibus præ- eſt

Vexilliferorum munia.

Venatorum Munia.

Digitized by Google

eſt & Sylvis. Judex cauſis & Controverſiis privatis Nobilium diſceptandis & judicandis præeſt, cum ſuo ſubjudice & Notario, quorum poſterior Scriba & actuarius judicii. Succamerarius, qui olim ſine dubio præfuit Principis cubiculo in ſuo quisque tractu, poſtea collectis Regni antea diſcerpti partibus in unum corpus, ceſſanteque priore munere, caſu quodam, cum fortaſſe reliqui judices omnibus cauſis decidendis non ſufficerent, accepit munus judicis limitanei, ita ut hodie regendis finibus agrorum, ac bonorum terreſtrium præſit. Vid. Martinus Cromerus *lib. II. Deſcript. Polon. pag. 149 ſeq.* Poſterius dubium ſolutu difficillimum eſt, quoniam nullum in Hiſtoria Polonica ejus reperimus fundamentum. Quod ſi tamen Conjecturæ dandus eſt locus, dici poſſe videtur, primos Poloniæ Monarchas, cum ſuis abſoluto jure præeſſent, habuiſſe ſimul & Theſaurarios ſupremos & Subtheſaurarios. Cum autem ſucceſſu temporis animadvertiſſent Theſaurariorum & Camerariorum munera eſſe maxime fructuoſa, ita ut ex illorum abrogatione Theſaurus Principis non exigua capere poſſet incrementa, reſervato ſibi ſupremi Theſaurarii & Camerarii munere Vice-

Succamerario functiones.

Reſponſio ad poſteuius pubium.

the-

Digitized by Google

ıurarios tantum & Succamerarios
uerunt Aucta deinde re Polona,
Vice-Theſaurarii & ſuccamerarii
tionibus ſuis non ſufficerent, man-
ı dem lex antiqua retinueruntque
theſaurarii & Succamerarii primum
m, ſed illis additi ſunt alii inferiores
ſtores & Camerarii,

Cap. V.
De
obilitate Poloncia.

I.

Ertium & ultimum Reipubl. Polonicæ ordinem conſtituit Nobilitas, ſive Equeſtris ordo. Polo- ingua patria Nobilis dicitur *Szlachcic*, obilitas *Schlachetſtwo*, vel, quando ilitas pro Nobilibus ipſis accipitur *chta*. Antiquitus Nobiles Polonis acula lingua dictos fuiſſe *Supanos*, mus ex Chronico Montis Sereni, d Joachimus Joannes Maderus edi- *d an. 1209. pag. 86.* Licet autem d Polonicos Scriptores hoc nomen ſu fuiſſe non reperiam, fidem tamen Auctori, ut συγχρόνῳ, denegare haud , utpote qui hoc ex cerebro, ſuo ef- finge-

Nobilis Polonicè. dicitur Szlachcic.

Supanus.

ſingere non potuit. Aliàs & apud Lithvanos Pruſſosque Veteres Nobiles dictos fuiſſe *Suponos*, & Caſp. Hennebergerus *in lib. de Vet. Pruſſ. p. 18.* teſtatur & nos alibi luculenter probavimus. Idem nomen notum adhuc eſt apud alias Slavonicas gentes, ut Bohemos & Hungaros, apud quos Præfectus alicujus Comitatus *Iſpan* & *Span* vocatur, veluti ſupra jam monuimus. Habuerunt igitur Poloni hoc nomen, *Suponi*, antiquitus cum Lithvanis, Pruſſis, aliisque Slavicis gentibus commune. Conſentit nobiſcum ex parte Alexander Paprocki, eo quod nomen *Schlachta* quondam apud Polonos in uſu non fuiſſe ſcribit, putatque, Nobiles antiquis temporibus dictos fuiſſe *Ziemianie*, id eſt *terreſtres*, vocabulo à *Ziemia* id eſt *terra* deducto, quoniam illi, quæ tunc erat morum ſimplicitas, extra urbes in agris habitantes terram colebant. Et ex hac ratione hodieque Nobilium judicia apud nos dicuntur *Sady Ziemskie*, id eſt judicia Terreſtria; item Delegati Nobilium ex Provinciis ad Comitia miſſi vocantur *Poslowie Ziemscy*, id eſt Nuncii Terreſtres. Pondus his addit & illud, quod in hoc usque tempus Novogardienſes in Moſcovia, à quibus Polonica gens ex Chriſtophori Varſevicii ſententia orta

Ziemianie.

Judicia Terreſtria.

orta eſt, Nobiles ſuos appellant *Ziemecz*, non *Bojary*, ut in cætera Moſcovia vocantur. Vid. Chriſtophorus Varſevicius *in Dialogo de origine generis & Nominis Poloni pag. 39.* Procedente tempore vox illa *Ziemianie* tranſiit ad cæteros agricolas honoratiores, adeo ut etiam hodiernis temporibus in Pruſſia Ducali agricolæ illi, qui non ſunt adſcripticii, ſed libertatibus ſuis gaudent, in locis Polonica lingua utentibus vocentur *Ziemianie*, & jus, quo utuntur, *Ziemſtwo.* Unde autem vox *Szlachta*, quæ poſtmodum in uſu eſſe cœpit, derivetur, non una eſt Polonorum ſententia. Ridiculum certe eſt, quod habet Alexander Paprocki *in Narratione Hiſtorica de Origine Stemmatis Trzyglow*, de origine vocis hujus Polonicæ *Schlachta.* Dicit enim vocabulum illud deduci à Germanico Schlachten. Cum enim tempore Vladislai Jagellonis in Pruſſia ad Tannebergam & Grunwaldiam quadraginta vel ex aliorum ſententia quinquaginta millia Cruciferorum in prœlio à Polonis cæſa eſſent, communi proverbio inter Germanos jactata fuiſſe ſcribit illa verba: Die Polniſche Schlacht. Item den Pohlen iſt eigen zu ſchlachten. Hæc Nobilitatem Polonicam ſibi gloriæ duxiſſe, nomenque *Schlachta* ſuum feciſſe

Novvogardenſes Nobiles ſuas vocant Ziemecz.

Ziemianie hodie dicuntur Agricolæ honoratiores.

Vnde Szlachta dicatur.

putat. Verum falli Paprocium in ſententia ſua, vel hoc unicum evincit, quod jam ante Vladiſlai Jagellonis tempora, adeoque ante famoſiſſimam illam Tannebergenſem pugnam Caſimirus Magnus Rex Poloniæ in legibus ſuis hac voce Schlachta uſus eſt. Vid. Herburt. *in Statuto tit. Vulnera. pag. 543.* Stanislaus Sarnicius exiſtimat verbum hoc *Szlachta* derivari à *Slawa*, quod Polonis gloriam ſignificat, *lib. IV. Annalium Polon. in fin. pag. 191.* Quamvis autem hæc Sarnitii ſententia ſit probabilior, non tamen eſt vera, cum vix appareat, quomodo *Schlachta* vel *Szlachta* poſſit à *Slawa* deducicum, & litera *Z* aſſumatur, & *W* omittatur. Proxime igitur ad rei veritatem accedere videtur Martinus Cromerus, qui vocem *Szlachta* deducit à Germanico Buſchlechter *lib. 1. Deſcript. Polon. pag. 100.* Nam & alia plurima vocabula Polonos veteres à Germanis ſibi vicinis, inque ipſa Regni viſcera admiſſis, ſumpſiſſe, & Polonicum *Sz* eodem modo ut Germanicum *Sch* pronunciari, in aprico eſt.

Vox Schlachta jam fuit in uſu ante pugnam Tannebergenſem.

Vera derivatio vocis Schlachta.

II. Vt autem apud Veteres Romanos gens differebat à familia, ut totum à parte, verbi gratia. Valerii omnes unius eſſe gentis dicuntur, quia uno nomine continentur omnes: at vero partes hujus gentis

Gens & familia differunt.

gentis ſunt plures, quæ cognominum varietate diſtinctæ ſunt, eæque familiæ nominantur, ut in gente Valeria ſunt Maximi, Meſſalæ, Flacci, Lævini, Faltones. In gente Cornelia ſunt Scipiones, Lentuli, Dolabellæ, Sullæ, Cinnæ. *Vid.* Carolus Sigonius *lib. de nominibus Romanis cap. 4.* Eadem ratione habet ſe & Nobilitas Polonorum. Sunt enim ibi certæ gentes Nobilium, quæ in complu:es familias dividuntur. Gentes omnes enumerant Bartholomæus Paprocki *in Opere Stematum Nobilitatis Polonicæ, quod Polonico ſermone ſcripſit*; & Simon Okolski *n Orbe Polono Latine ſcripto tribusque Tomis comprehenſo.* Quoniam vero gentes llas, vel gentium harum Arma & inſignia ongum eſſet enumerare, duas tantum Alphabeti literas hic exſcripſiſſe ſufficiet. unt vero ſequentes in dictis literis gen:es: *Abdank* ſive *Habdank. Achiner, Alabanda* ſive *Alba Luna, Alaæni, Amadai, Aries* ſive *Junosza, Arca Noæ,* ſive *Korab. Bavorski, Belia, Belty, Berſzten, Bialina, Biberſtein, odula, Bogoria, Boyca, Banorowa, oncza, Bozawola, Bozezdarz, Bokiw, Bratczyeze, Brotowicz, Brodzic, Brog,*

Gentes Polonicæ in familias diſtinctæ.

Gentes Poloniæ.

Brog, Bronic, Boleszyc, Budiſz, Bzura. Sic in aliis Literis ſunt *Cholewa, Dambrowa, Lelivva, Rogala, Topor,* & aliæ quampſurimæ. Binorum tamen inſignium appellationes ignorari dicit Cromerus *lib. 1. Deſcript. Polon. pag. 104.* Sed Simon Okolski *ſub finem Tomi III.* ſedecim habet inſignia, quibvs nomina non ſunt impoſita. Singula hæc Arma, ut Poloni vocant, ſive inſignia, vel etiam ſingulæ hæ gentes, ſicuti antea diximus plurimas familias comprehendunt, verbi gratia gens illa, quæ habet arma *Leliwa*, continebat Tarnoviorum, Pileciorum, Melſtiniorum & alias celebres ampliſſimasque familias. Item gens quæ habet Arma *Topor*, comprehendit familias Tenciniorum, Oſſoliniorum, Coriciniorum & alias plures. Sub armis *Abdank* ſive *Habdank* comprehenduntur Konarſcii, Chojenſcii, Buczacii, Jaslowiecii, Suchodolſcii & alii. Sub armis *Rogala* ſunt Zawacii, Rogalæ, Siecinſcii. Appellationes illæ Armorum ſive Inſignium, ut & Gentium deſumptæ ſunt primum à re ipſa, verbi gratia *Topor* dicitur ab aſcia quia gens illa in inſignibus aſciam habet *Roza* à flore, qui Latinis etiam dicitur Roſa, qui Roſam gerit in inſignibus ſuis. *Ko*

Gentes ſingulæ plures habent familias.

Appellationes gentium unde ſumantur.

rab ab Arca Non, quam inſignia illius gentis repræſentant. Ita etiam *Perszten* à Bohemico *poſten*, quod Polonis eſt, *Pierzcien* id eſt annulus, cujus figuram inſignia illa referunt. Deinde deſumptæ etiam ſunt appellationes illæ gentium ab eventu aut caſu aliquo ſingulari. Sic Inſignia Jelitarum dicuntur à viſceribus, quæ Florianus Sarius (*Szari*) Nobilis Polonus ſibi in prælio evulſa jam ſemimortuus intra alvum propriis manibus ingerebat, quam admiratione dignam Hiſtoriam vide apud Matth. à Michovia *in Chron. Polon. lib. IV. cap. 12.* Item gens *Habdankorum* eodem modo à ſingulari caſu hoc nomen ſortita eſt. Cum enim Anno 1109. Joannes Skarbek Comes à Boleslao Kriwouſto ad Henricum V. Imperatorem miſſus eſſet, & Imperator Legato theſaurum ambitioſe oſtenderet: *hic*, inquiens, *Polonos perdomabit.* Scarbicus jactantiam Cæſaris notans, annulo quem digito geſtabat, in theſaurum projecto: *Aurum*, inquit. *addamus auro.* Intellexit ſcomma Cæſar, & ut illud eluderet, addidit verba Germanica: Hab danck/ unde gentis *Habdankorum* nomen fluxit. Matth. à Michovia *lib. III. cap. 9.* Pleramque tamen appellationum origines neſciuntur, niſi quod Cromerus non ma-

Jelitarum inſignia.

Habdankorum gent.

lè ſuſpicetur, hæc nomina à primis conditoribus, qui iis nominibus appellati fuere, fluxiſſe. Verba Cromeri, quoniam „egregie rem illuſtrant, licet pluſcula, hic „adjiciemus: Neque enim, ait, olim ut „nunc ab arcibus, villis & pagis, quibus „dominabantur, denominabantur Equi-„tes. Sed undelibet ſumpta aut indita „nomina ad longam poſteritatem amiſſo „etiam vel commutato patrimonio recte „transmittebant. Qualia etiam ſuper-„ſunt nunc multa cum alibi, tum in ſub-„montano & Sciriensi tractu & in Ruſſia. „Vt ſunt Herborth, Dunin, Jordan, Gla-„dis, Pieniaſcus, Pierſchala, Cmita, Faru-„rejus & alia ejuſdem generis. Nunc „malunt plerique de arcium, oppidorum „& pagorum nominibus deflexa per de-„nominationem in *Ski* ſive *ki* voce ap-„pellari. Ea deflexio vel adjectio ſylla-„bæ à Latine loquentibus & ſcribentibus „in *jus* commutatur, ita à *Choina*, *Choinski* „& pro eo Latine *Choinius*. Interdum „autem ſine hac deflexione vel adjectio-„ne arcis vel oppidi, vel pagi nomen un-„de quiſque ortus, vel cujus Dominus „eſt, cum præpoſitione *de*, vel *à*, vel *ab*, „vel *in*, cognominis loco uſurpatur à Ma-„gnatibus præſertim & clarioribus, ita „ut v. g. *in Teneczyn*, vel *à Gorka*; vel *de*

Fulsztin

Digitized by Google

Fulsztin quis appelletur. *In* præpoſitio-„ nem iis fere attribuunt, qui Domini ſunt,„ locorum, cæteras etiam iis, qui inde„ duntaxat orti vel oriundi ſunt, etiamſi„ ibi non habeant ubi pedem figant. Hæc Cromerus *lib. 1. Deſcript. Polon. pag. 104.* Ex quibus manifeſtum eſt, ea, quæ nunc appellantur Arma & Inſignia (ut & gentes, quæ Armis illis utuntur) fuiſſe quondam nomina ſingularum familiarum: ſed cum poſtea familiæ illæ in plures familias ſive domos multiplicarentur, appellarunt ſeſe hæ progenies à locis, pagis, oppidis & arcibus, quibus præerant. Et hinc eſt tanta familiarum in una gente multitudo.

III. Nobilitatis vulgo duos gradus faciunt diverſarum gentium Scriptores, diſtinguentes eandem in ſuperiorem & inferiorem, ſive in majorem & minorem. Superior ſive major eſt eorum, qui Reges ſequuntur aliosque ſummos Principes, usque ad Barones, ita ut etiam hi includantur, & ſic eo pertinent Principes, Duces, Marchiones, Comites & Barones. Hos deinde ſequuntur inferioris gradus Nobiles, qui nullo alio titulo gaudent; Ita Nobilitatem jam ſuo tempore diſtinxit Joannes Nauclerus *Generatione XLIII. fol. 231.* cui etiam multi alii adſtipulantur. Nobilitatis ſpecies.

Utrum autem & apud Polonos hæc diſtinctio locum habeat, & quousque illa ſe extendat, paulo accuratius jam inquiremus.

Duces ex ſanguine Regio in Polonia.

IV. DVCVM quondam in Polonia nunquam aliud genus fuit, quam id, quod à Boleslao Crivouſto Principe propagatum fuit, cum is Principatum inter filios diviſiſſet. In Maſovia Duces deſcendebant a Conrado Leſci Albi Principis Poloniæ fratre. Verum illi Duces jam omnes defecerunt, ut *lib. I,* docuimus. Conf. Cromerus *lib. I. Deſcript. Polon. pag. 103.* In Magno quoque Ducatu Lithvaniæ, & in Ruſſia plurimi olim fuere Duces ex ſtirpe Magnorum Ducum Lithvaniæ oriundi. Et quidem Vitoldus Magnus Dux Lithvaniæ habuit aliquando in exercitu ſuo quinquaginta Duces, omnes ex familiis antiquorum Lithvaniæ Ruſſiæque Ducum oriundos. *Vid.* Albert. Wijuk Kojalowicz *Part. 2. Hiſt. Lithuan. lib. I.* Inter Duces Ruſſorum celebriores erant Duces SLVCENSES, KIOVIENSES, VLODIMIRIENSES, HALICIENSES, & alii. Ex his Lithvaniæ Ruſſiæque Ducibus adhuc hodie quidam ſuperſunt, ut DVCES in WISNIOWICE KORIBVTORVM, ex qua familia fuit Sereniſſimus MICHAEL

In Lithvania Duces ex magnis Ducibus oriundi.

Duces in Lithvania celebriores.

Duces adhuc ſuperſtites.

REX

REX POLONIÆ. Item DVCES CZARTORYSCII, qui ex antiqua familia Ducum Lucenſium & Vlodimirienſium in Volyniæ Palatinatu ſunt oriundi. *Vid.* Okolski *Tom. II. pag. 204. ſeq.* Superſunt præterea Duces CZETWERTINSCII, item Duces in Klewan SANGVSZKONES. Fuerunt quoque non ita pridem DVCES in SLVCKO, in quorum poſſeſſiones ſucceſſerunt Radzivilii Duces. Item DVCES in OSTROG, quorum ultimus fuit Alexander Janus, ut habetur in Conſtitutionibus anni 1677. *p. 10. tit. Ordinarya Oſtrogska.* Præterea Duces ROZYNSCII, Duces KORECII, Duces OLSZANENSES, quorum ultimus fuit Paulus Algimuntowicz Dux Olszanenſis Epiſcopus Vilnenſis anno 1553. mortuus. Similiter Duces in ZBARAS, quorum poſtremus Georgius Dux in Zbaras Caſtellanus Cracovienſis tempore Sigiſmundi III. Regis, Veneris legitimæ aſpernator, domusque tandem ſuæ extinctor exſtitit: quippe qui & fratri ſuo Chriſtophoro matrimonii perpetuus diſvaſor fuit, teſte Joachimo Paſtorio *in Floro Polonico lib. VI. pag. 420.* Præter hos, qui ex antiquis Lithvaniæ & Ruſſiæ Dominatoribus oriundi ſunt, dantur adhuc hodie alterius generis Duces, qui vi- Duces ex aliis Regnis.

ſingere non potuit. Aliàs & apud Lithvanos Pruſſosque Veteres Nobiles dicto fuiſſe *Suponos*, & Caſp. Hennebergerus *i* *lib. de Vet. Pruſſ. p. 18.* teſtatur & nos alib luculenter probavimus, Idem nome notum adhuc eſt apud alias Slavonica gentes, ut Bohemos & Hungaros, apu quos Præfectus alicujus Comitatus *Iſpa* & *Span* vocatur, veluti ſupra jam monui mus. Habuerunt igitur Poloni hoc nomen, *Suponi*, antiquitus cum Lithvanis Pruſſis, aliisque Slavicis gentibus commune. Conſentit nobiſcum ex parte Alexander Paprocki, eo quod nomen *Schlachta* quondam apud Polonos in uſu non fuiſſe ſcribit, putatque, Nobiles antiquis temporibus dictos fuiſſe *Ziemianie*, id eſt *terreſtres*, vocabulo à *Ziemia* id eſt *terra* deducto, quoniam illi, quæ tunc erat morum ſimplicitas, extra urbes in agris habitantes terram colebant. Et ex hac ratione hodieque Nobilium judicia apud nos dicuntur *Sady Ziemskie*, id eſt judicia Terreſtria; item Delegati Nobilium ex Provinciis ad Comitia miſſi vocantur *Poslowie Ziemscy*, id eſt Nuncii Terreſtres. Pondus his addit & illud, quod in hoc usque tempus Novogardienſes in Moſcovia, à quibus Polonica gens ex Chriſtophori Varſevicii ſententia

Ziemianie.

Iudicia Terreſtria.

orta

orta eſt, Nobiles ſuos appellant *Ziemecz*, non *Bojary*, ut in cætera Moſcovia vocantur. Vid. Chriſtophorus Varſevicius *in Dialogo de origine generis & Nominis Poloni pag. 39.* Procedente tempore vox illa *Ziemianie* tranſiit ad cæteros agricolas honoratiores, adeo ut etiam hodiernis temporibus in Pruſſia Ducali agricolæ illi, qui non ſunt adſcripticii, ſed libertatibus ſuis gaudent, in locis Polonica lingua utentibus vocentur *Ziemianie*, & jus, quo utuntur, *Ziemſtwo.* Unde autem vox *Szlachta*, quæ poſtmodum in uſu eſſe cœpit, derivetur, non una eſt Polonorum ſententia. Ridiculum certe eſt, quod habet Alexander Paprocki *in Narratione Hiſtorica de Origine Stemmatis Trzyglow*, de origine vocis hujus Polonicæ *Schlachta.* Dicit enim vocabulum illud deduci à Germanico Schlachten. Cum enim tempore Vladislai Jagellonis in Pruſſia ad Tannebergam & Grunwaldiam quadraginta vel ex aliorum ſententia quinquaginta millia Cruciferorum in prœlio à Polonis cæſa eſſent, communi proverbio inter Germanos jactata fuiſſe ſcribit illa verba: Die Polniſche Schlacht. Item den Pohlen iſt eigen zu ſchlachten. Hæc Nobilitatem Polonicam ſibi gloriæ duxiſſe, nomenque *Schlachta* ſuum feciſſe putat.

Novvogardenſes Nobiles ſuas vocant Ziemecz.

Ziemianie hodie dicuntur Agricolæ honoratiores.

Vnde Szlachta dicatur.

putat. Verum falli Paprocium in ſententia ſua, vel hoc unicum evincit, quod jam ante Vladiſlai Jagellonis tempora, adeoque ante famoſiſſimam illam Tannebergenſem pugnam Caſimirus Magnus Rex Poloniæ in legibus ſuis hac voce Schlachta uſus eſt. Vid. Herburt. *in Statuto tit. Vulnera. pag. 543.* Stanislaus Sarnicius exiſtimat verbum hoc *Szlachta* derivari à *Slawa*, quod Polonis gloriam ſignificat, *lib. IV. Annalium Polon. in fin. pag. 191.* Quamvis autem hæc Sarnitii ſententia ſit probabilior, non tamen eſt vera, cum vix appareat, quomodo *Schlachta* vel *Szlachta* poſſit à *Slawa* deducicum, & litera *Z* aſſumatur, & *W* omittatur. Proxime igitur ad rei veritatem accedere videtur Martinus Cromerus, qui vocem *Szlachta* deducit à Germanico Geſchlechter *lib. 1. Deſcript. Polon. pag. 100.* Nam & alia plurima vocabula Polonos veteres à Germanis ſibi vicinis, inque ipſa Regni viſcera admiſſis, ſumpſiſſe, & Polonicum *Sz* eodem modo ut Germanicum *Sch* pronunciari, in aprico eſt.

Vox Schlachta jam fuit in uſu ante pugnam Tannebergenſem.

Vera derivatio vocis Slachta.

II. Vt autem apud Veteres Romanos gens differebat à familia, ut totum à parte, verbi gratia Valerii omnes unius eſſe gentis dicuntur, quia uno nomine continentur omnes: at vero partes hujus gentis

Gens & familia differunt.

gentis ſunt plures, quæ cognominum varietate diſtinctæ ſunt, eæque familiæ nominantur, ut in gente Valeria ſunt Maximi, Meſſalæ, Flacci, Lævini, Faltones. In gente Cornelia ſunt Scipiones, Lentuli, Dolabellæ, Sullæ, Cinnæ. *Vid.* Carolus Sigonius *lib. de nominibus Romanis cap. 4.* Eadem ratione habet ſe & Nobilitas Polonorum. Sunt enim ibi certæ gentes Nobilium, quæ in complures familias dividuntur. Gentes omnes enumerant Bartholomæus Paprocki *in Opere Stematum Nobilitatis Polonicæ, quod Polonico ſermone ſcripſit*; & Simon Okolski *in Orbe Polono Latine ſcripto tribusque Tomis comprehenſo.* Quoniam vero gentes illas, vel gentium harum Arma & inſignia longum eſſet enumerare, duas tantum Alphabeti literas hic exſcripſiſſe ſufficiet. Sunt vero ſequentes in dictis literis gentes: *Abdank* ſive *Habdank. Achinger*, *Alabanda* ſive *Alba Luna*, *Alamani*, *Amadæi*, *Aries* ſive *Junosza*, *Arca Noæ*, ſive *Korab. Bavorski*, *Belina*, *Belty*, *Berſzten*, *Bialina*, *Biberſtein*, *Bodula*, *Bogoria*, *Boyca*, *Banorowa*, *Boncza*, *Bozawola*, *Bozezdarz*, *Bokiiow*, *Bratczyeze*, *Brotowicz*, *Brodzic*,

Gentes Polonicæ in familias diſtinctæ.

Gentes Poloniæ.

Pp 2 *Brog*,

Brog, Bronic, Boleszyc, Budiſz, Bzura. Sic in aliis Literis ſunt *Cholewa, Dambrowa, Leliwa, Rogala, Topor,* & aliæ quampſurimæ. Binorum tamen inſignium appellationes ignorari dicit Cromerus *lib. 1. Deſcript. Polon. pag. 104.* Sed Simon Okolski *ſub finem Tomi III.* ſedecim habet inſignia, quibus nomina non ſunt impoſita. Singula hæc Arma, ut Poloni vocant, ſive inſignia, vel etiam ſingulæ hæ gentes, ſicuti antea diximus plurimas familias comprehendunt, verbi gratia gens illa, quæ habet arma *Leliwa*, continebat Tarnoviorum, Pileciorum, Melſtiniorum & alias celebres ampliſſimasque familias. Item gens quæ habet Arma *Topor*, comprehendit familias Tenciniorum, Oſſoliniorum, Coriciniorum & alias plures. Sub armis *Abdank* ſive *Habdank* comprehenduntur Konarſcii, Chojenſcii, Buczacii, Jaslowiecii, Suchodolſcii & alii. Sub armis *Rogala* ſunt Zawacii, Rogalæ, Siecinſcii. Appellationes illæ Armorum ſive Inſignium, ut & Gentium deſumptæ ſunt primum à re ipſa, verbi gratia *Topor* dicitur ab aſcia, quia gens illa in inſignibus aſciam habet. *Roza* à flore, qui Latinis etiam dicitur Roſa, qui Roſam gerit in inſignibus ſuis. *Ko-*

Gentes ſingulæ plures habent familias.

Appellationes gentium unde ſumantur.

ra

Digitized by Google

rab ab Arca Non, quam inſignia illius gentis repræſentant. Ita etiam *Perszten* à Bohemico *poſten*, quod Polonis eſt, *Pierzcien* id eſt annulus, cujus figuram inſignia illa referunt. Deinde deſumptæ etiam ſunt appellationes illæ gentium ab eventu aut caſu aliquo ſingulari. Sic Inſignia Jelitarum dicuntur à viſceribus, quæ Florianus Sarius (*Szari*) Nobilis Polonus ſibi in prælio evulſa jam ſemimortuus intra alvum propriis manibus ingerebat, quam admiratione dignam Hiſtoriam vide apud Matth. à Michovia *in Chron. Polon. lib. IV. cap. 12.* Item gens *Habdankorum* eodem modo à ſingulari caſu hoc nomen ſortita eſt. Cum enim Anno 1109. Joannes Skarbek Comes à Boleslao Kriwouſto ad Henricum V. Imperatorem miſſus eſſet, & Imperator Legato theſaurum ambitioſe oſtenderet: *hic*, inquiens, *Polonos perdomabit.* Scarbicus jactantiam Cæſaris notans, annulo quem digito geſtabat, in theſaurum projecto: *Aurum*, inquit, *addamus auro.* Intellexit ſcomma Cæſar, & ut illud eluderet, addidit verba Germanica: Hab danck/ unde gentis *Habdankorum* nomen fluxit. Matth. à Michovia *lib. III. cap. 9.* Pleramque tamen appellationum origines neſciuntur, niſi quod Cromerus non ma-

Jelitarum inſignia.

Habdankorum gent.

lè ſuſpicetur, hæc nomina à primis conditoribus, qui iis nominibus appellati fuere, fluxiſſe. Verba Cromeri, quoniam „egregie rem illuſtrant, licet pluſcula, hic „adjiciemus: Neque enim, ait, olim ut „nunc ab arcibus, villis & pagis, quibus „dominabantur, denominabantur Equi-„tes. Sed undelibet ſumpta aut indita „nomina ad longam poſteritatem amiſſo „etiam vel commutato patrimonio recte „transmittebant. Qualia etiam ſuper-„ſunt nunc multa cum alibi, tum in ſub-„montano & Scirienſi tractu & in Ruſſia. „Vt ſunt Herborth, Dunin, Jordan, Gla-„dis, Pieniaſcus, Pierſchala, Cmita, Faru-„rejus & alia ejusdem generis. Nunc „malunt plerique de arcium, oppidorum „& pagorum nominibus deflexa per de-„nominationem in *Ski* ſive *ki* voce ap-„pellari. Ea deflexio vel adjectio ſylla-„bæ à Latine loquentibus & ſcribentibus „in *jus* commutatur, ita à *Choina*, *Choinski* „& pro eo Latine *Choinius*. Interdum „autem ſine hac deflexione vel adjectio-„ne arcis vel oppidi, vel pagi nomen un-„de quisque ortus, vel cujus Dominus „eſt, cum præpoſitione *de*, vel *à*, vel *ab*, „vel *in*, cognominis loco uſurpatur à Ma-„gnatibus præſertim & clarioribus, ita „ut v. g. *in Teneczyn*, vel *à Gorka*; vel *de*

Fulsztin

Fulsztin quis appelletur. *In* præpoſitio-„ nem iis fere attribuunt, qui Domini ſunt,„ locorum, cæteras etiam iis, qui inde „ duntaxat orti vel oriundi ſunt, etiamſi„ ibi non habeant ubi pedem figant. Hæc Cromerus *lib. 1. Deſcript. Polon. pag. 104.* Ex quibus manifeſtum eſt, ea, quæ nunc appellantur Arma & Inſignia (ut & gentes, quæ Armis illis utuntur) fuiſſe quondam nomina ſingularum familiarum: ſed cum poſtea familiæ illæ in plures familias ſive domos multiplicarentur, appellarunt ſeſe hæ progenies à locis, pagis, oppidis & arcibus, quibus præerant. Et hinc eſt tanta familiarum in una gente multitudo.

Nobilitatis ſpecies.

III. Nobilitatis vulgo duos gradus faciunt diverſarum gentium Scriptores, diſtinguentes eandem in ſuperiorem & inferiorem, ſive in majorem & minorem. Superior ſive major eſt eorum, qui Reges ſequuntur aliosque ſummos Principes, usque ad Barones, ita ut etiam hi includantur, & ſic eo pertinent Principes, Duces, Marchiones, Comites & Barones. Hos deinde ſequuntur inferioris gradus Nobiles, qui nullo alio titulo gaudent; Ita Nobilitatem jam ſuo tempore diſtinxit Joannes Nauclerus *Generatione XLIII. fol. 231.* cui etiam multi alii adſtipulantur.

Utrum autem & apud Polonos hæc diſtinctio locum habeat, & quousque illa ſe extendat, paulo accuratius jam inquiremus.

Duces ex ſanguine Regio in Polonia.

IV. DUCUM quondam in Polonia nunquam aliud genus fuit, quam id, quod à Boleslao Crivouſto Principe propagatum fuit, cum is Principatum inter filios diviſiſſet. In Maſovia Duces deſcendebant a Conrado Leſci Albi Principis Poloniæ fratre. Verum illi Duces jam omnes defecerunt, ut *lib. I,* docuimus. Conf. Cromerus *lib. I. Deſcript. Polon. pag. 103.* In Magno quoque Ducatu Lithvaniæ, & in Ruſſia plurimi olim fuere Duces ex ſtirpe Magnorum Ducum Lithvaniæ oriundi. Et quidem Vitoldus Magnus Dux Lithvaniæ habuit aliquando in exercitu ſuo quinquaginta Duces, omnes ex familiis antiquorum Lithvaniæ Ruſſiæque Ducum oriundos. *Vid.* Albert. Wijuk Kojalowicz *Part. 2. Hiſt. Lithuan. lib. I.* Inter Duces Ruſſorum celebriores erant Duces SLUCENSES, KIOVIENSES, VLODIMIRIENSES, HALICIENSES, & alii. Ex his Lithvaniæ Ruſſiæque Ducibus adhuc hodie quidam ſuperſunt, ut DUCES in WISNIOWICE KORIBUTORUM, ex qua familia fuit Sereniſſimus MICHAEL

In Lithvania Duces ex magnis Ducibus oriundi.

Duces in Lithvania celebriores.

Duces adhuc ſuperſtites.

REX

REX POLONIÆ. Item DVCES CZARTORYSCII, qui ex antiqua familia Ducum Lucenſium & Vlodimirienſium in Volyniæ Palatinatu ſunt oriundi. *Vid.* Okolski *Tom. II. pag. 204. ſeq.* Superſunt præterea Duces CZETWERTINSCII, item Duces in Klewan SANGVSZKONES. Fuerunt quoque non ita pridem DVCES in SLVCKO, in quorum poſſeſſiones ſucceſſerunt Radzivilii Duces. Item DVCES in OSTROG, quorum ultimus fuit Alexander Janus, ut habetur in Conſtitutionibus anni 1677. *p. 10. tit. Ordinarya Oſtrogska.* Præterea Duces ROZYNSCII, Duces KORECII, Duces OLSZANENSES, quorum ultimus fuit Paulus Algimuntowicz Dux Olszanenſis Epiſcopus Vilnenſis anno 1553. mortuus. Similiter Duces in ZBARAS, quorum poſtremus Georgius Dux in Zbaras Caſtellanus Cracovienſis tempore Sigiſmundi III. Regis, Veneris legitimæ aſpernator, domusque tandem ſuæ extinctor exſtitit: quippe qui & fratri ſuo Chriſtophoro matrimonii perpetuus diſvaſor fuit, teſte Joachimo Paſtorio *in Floro Polonico lib. VI. pag. 420.* Præter hos, qui ex antiquis Lithvaniæ & Ruſſiæ Dominatoribus oriundi ſunt, dantur adhuc hodie alterius generis Duces, qui videli- Duces ex aliis Regnis.

ſingere non potuit. Aliàs & apud Lithvanos Pruſſosque Veteres Nobiles dictos fuiſſe *Suponos*, & Caſp. Hennebergerus *in lib. de Vet. Pruſſ. p. 18.* teſtatur & nos alibi luculenter probavimus. Idem nomen notum adhuc eſt apud alias Slavonicas gentes, ut Bohemos & Hungaros, apud quos Præfectus alicujus Comitatus *Iſpan* & *Span* vocatur, veluti ſupra jam monuimus. Habuerunt igitur Poloni hoc nomen, *Suponi*, antiquitus cum Lithvanis, Pruſſis, aliisque Slavicis gentibus commune. Conſentit nobiſcum ex parte Alexander Paprocki, eo quod nomen *Schlachta* quondam apud Polonos in uſu non fuiſſe ſcribit, putatque, Nobiles antiquis temporibus dictos fuiſſe *Ziemianie*, id eſt *terreſtres*, vocabulo à *Ziemia* id eſt *terra* deducto, quoniam illi, quæ tunc erat morum ſimplicitas, extra urbes in agris habitantes terram colebant. Et ex hac ratione hodieque Nobilium judicia apud nos dicuntur *Sady Ziemskie*, id eſt judicia Terreſtria; item Delegati Nobilium ex Provinciis ad Comitia miſſi vocantur *Poslowie Ziemscy*, id eſt Nuncii Terreſtres. Pondus his addit & illud, quod in hoc usque tempus Novogardienſes in Moſcovia, à quibus Polonica gens ex Chriſtophori Varſeviciiſententia

Ziemianie.

Iudicia Terreſtria.

orta

orta eſt, Nobiles ſuos appellant *Ziemecz*, non *Bojary*, ut in cætera Moſcovia vocantur. Vid. Chriſtophorus Varſevicius *in Dialogo de origine generis & Nominis Poloni pag. 39.* Procedente tempore vox illa *Ziemianie* tranſiit ad cæteros agricolas honoratiores, adeo ut etiam hodiernis temporibus in Pruſſia Ducali agricolæ illi, qui non ſunt adſcripticii, ſed libertatibus ſuis gaudent, in locis Polonica lingua utentibus vocentur *Ziemianie*, & jus, quo utuntur, *Ziemſtwo.* Unde autem vox *Szlachta*, quæ poſtmodum in uſu eſſe cœpit, derivetur, non una eſt Polonorum ſententia. Ridiculum certe eſt, quod habet Alexander Paprocki *in Narratione Hiſtorica de Origine Stemmatis Trzyglow*, de origine vocis hujus Polonicæ *Schlachta*. Dicit enim vocabulum illud deduci à Germanico Schlachten. Cum enim tempore Vladislai Jagellonis in Pruſſia ad Tannebergam & Grunwaldiam quadraginta vel ex aliorum ſententia quinquaginta millia Cruciferorum in prœlio à Polonis cæſa eſſent, communi proverbio inter Germanos jactata fuiſſe ſcribit illa verba: Die Polniſche Schlacht. Item den Pohlen iſt eigen zu ſchlachten. Hæc Nobilitatem Polonicam ſibi gloriæ duxiſſe, nomenque *Schlachta* ſuum feciſſe putat.

Novvogardenſes Nobiles ſuas vocant Ziemecz.

Ziemianie hodie dicuntur Agricolæ honoratiores.

Vnde Szlachta dicatur.

putat. Verum falli Paprocium in ſententia ſua, vel hoc unicum evincit, quod jam ante Vladiſlai Jagellonis tempora, adeoque ante famoſiſſimam illam Tannebergenſem pugnam Caſimirus Magnus Rex Poloniæ in legibus ſuis hac voce Schlachta uſus eſt. Vid. Herburt. *in Statuto tit. Vulnera. pag. 543.* Stanislaus Sarnicius exiſtimat verbum hoc *Szlachta* derivari à *Slawa*, quod Polonis gloriam ſignificat, *lib. IV. Annalium Polon. in fin. pag. 191.* Quamvis autem hæc Sarnitii ſententia ſit probabilior, non tamen eſt vera, cum vix appareat, quomodo *Schlachta* vel *Szlachta* poſſit à *Slawa* deducicum, & litera *Z* aſſumatur, & *W* omittatur. Proxime igitur ad rei veritatem accedere videtur Martinus Cromerus, qui vocem *Szlachta* deducit à Germanico Buſchlechter *lib. 1. Deſcript. Polon. pag. 100.* Nam & alia plurima vocabula Polonos veteres à Germanis ſibi vicinis, inque ipſa Regni viſcera admiſſis, ſumpſiſſe, & Polonicum *Sz* eodem modo ut Germanicum *Sch* pronunciari, in aprico eſt.

Vox Schlachta jam fuit in uſu ante pugnam Tannebergenſem.

Vera derivatio vocis Szlachta.

Gens & familia differunt.

II. Vt autem apud Veteres Romanos gens differebat à familia, ut totum à parte, verbi gratia. Valerii omnes unius eſſe gentis dicuntur, quia uno nomine continentur omnes: at vero partes hujus gentis

gentis ſunt plures, quæ cognominum varietate diſtinctæ ſunt, eæque familiæ nominantur, ut in gente Valeria ſunt Maximi, Meſſalæ, Flacci, Lævini, Faltones. In gente Cornelia ſunt Scipiones, Lentuli, Dolabellæ, Sullæ, Cinnæ. *Vid.* Carolus Sigonius *lib. de nominibus Romanis cap. 4.* Eadem ratione habet ſe & Nobilitas Polonorum. Sunt enim ibi certæ gentes Nobilium, quæ in complures familias dividuntur. Gentes omnes enumerant Bartholomæus Paprocki *in Opere Stematum Nobilitatis Polonicæ, quod Polonico ſermone ſcripſit*; & Simon Okolski *in Orbe Polono Latine ſcripto tribusque Tomis comprehenſo.* Quoniam vero gentes illas, vel gentium harum Arma & inſignia longum eſſet enumerare, duas tantum Alphabeti literas hic exſcripſiſſe ſufficiet. Sunt vero ſequentes in dictis literis gentes: *Abdank* ſive *Habdank. Achinger*, *Alabanda* ſive *Alba Luna*, *Alamani*, *Amadei*, *Aries* ſive *Junosza*, *Arca Noæ*, ſive *Korab. Bavorski*, *Belina*, *Belty*, *Berſzten*, *Bialina*, *Biberſtein*, *Bodula*, *Bogoria*, *Boyca*, *Banorowa*, *Boncza*, *Bozawola*, *Bozezdarz*, *Bokijow*, *Bratczyeze*, *Brotowicz*, *Brodzic*,

Gentes Polonicæ in familias diſtinctæ.

Gentes Poloniæ.

Pp 2 *Brog*,

Brog, *Bronic*, *Boleszyc*, *Budiſz*, *Bzura*. Sic in aliis Literis ſunt *Cholewa*, *Dambrowa*, *Leliwa*, *Rogala*, *Topor*, & aliæ quampſurimæ. Binorum tamen inſignium appellationes ignorari dicit Cromerus *lib. 1. Deſcript. Polon. pag. 104.* Sed Simon Okolski *ſub finem Tomi III.* ſedecim habet inſignia, quibus nomina non ſunt impoſita. Singula hæc Arma, ut Poloni vocant, ſive inſignia, vel etiam ſingulæ hæ gentes, ſicuti antea diximus plurimas familias comprehendunt, verbi gratia gens illa, quæ habet arma *Leliwa*, continebat Tarnoviorum, Pileciorum, Melſtiniorum & alias celebres ampliſſimasque familias. Item gens quæ habet Arma *Topor*, comprehendit familias Tenciniorum, Oſſoliniorum, Coriciniorum & alias plures. Sub armis *Abdank* ſive *Habdank* comprehenduntur Konarſcii, Chojenſcii, Buczacii, Jaslowiecii, Suchodolſcii & alii. Sub armis *Rogala* ſunt Zawacii, Rogalæ, Siecinſcii. Appellationes illæ Armorum ſive Inſignium, ut & Gentium deſumptæ ſunt primum à re ipſa, verbi gratia *Topor* dicitur ab aſcia quia gens illa in inſignibus aſciam habet *Roza* à flore, qui Latinis etiam dicitur Roſa, qui Roſam gerit in inſignibus ſuis. *Ko*

Gentes ſingulæ plures habent familias.

Appellationes gentium unde ſumantur.

Digitized by Google

rab ab Arca Non, quam inſignia illius gentis repræſentant. Ita etiam *Perszten* à Bohemico *poſten*, quod Polonis eſt, *Pierzcien* id eſt annulus, cujus figuram inſignia illa referunt. Deinde deſumptæ etiam ſunt appellationes illæ gentium ab eventu aut caſu aliquo ſingulari. Sic Inſignia Jelitarum dicuntur à viſceribus, quæ Florianus Sarius (*Szari*) Nobilis Polonus ſibi in prælio evulſa jam ſemimortuus intra alvum propriis manibus ingerebat, quam admiratione dignam Hiſtoriam vide apud Matth. à Michovia *in Chron. Polon. lib. IV. cap. 12.* Item gens *Habdankorum* eodem modo à ſingulari caſu hoc nomen ſortita eſt. Cum enim Anno 1109. Joannes Skarbek Comes à Boleslao Kriwouſto ad Henricum V. Imperatorem miſſus eſſet, & Imperator Legato theſaurum ambitioſe oſtenderet: *hic*, inquiens, *Polonos perdomabit.* Scarbicus jactantiam Cæſaris notans, annulo quem digito geſtabat, in theſaurum projecto: *Aurum*, inquit. *addamus auro.* Intellexit ſcomma Cæſar, & ut illud eluderet, addidit verba Germanica: Hab danck / unde gentis *Habdankorum* nomen fluxit. Matth. à Michovia *lib. III. cap. 9.* Plerarumque tamen appellationum origines neſciuntur, niſi quod Cromerus non ma-

Ielitarum inſignia.

Habdankorum gens.

lè ſuſpicetur, hæc nomina à primis conditoribus, qui iis nominibus appellati fuere, fluxiſſe. Verba Cromeri, quoniam „egregie rem illuſtrant, licet pluſcula, hic „adjiciemus: Neque enim, ait, olim ut „nunc ab arcibus, villis & pagis; quibus „dominabantur, denominabantur Equi-„tes. Sed undelibet ſumpta aut indita „nomina ad longam poſteritatem amiſſo „etiam vel commutato patrimonio recte „transmittebant. Qualia etiam ſuper-„ſunt nunc multa cum alibi, tum in ſub-„montano & Scirienſi tractu & in Ruſſia. „Vt ſunt Herborth, Dunin, Jordan, Gla-„dis, Pieniaſcus, Pierſchala, Cmita, Faru-„rejus & alia ejuſdem generis. Nunc „malunt plerique de arcium, oppidorum „& pagorum nominibus deflexa per de-„nominationem in *Ski* ſive *ki* voce ap-„pellari. Ea deflexio vel adjectio ſylla-„bæ à Latine loquentibus & ſcribentibus „in *jus* commutatur, ita à *Choina*, *Choinski* „& pro eo Latine *Choinius*. Interdum „autem ſine hac deflexione vel adjectio-„ne arcis vel oppidi, vel pagi nomen un-„de quiſque ortus, vel cujus Dominus „eſt, cum præpoſitione *de*, vel *à*, vel *ab*, „vel *in*, cognominis loco uſurpatur à Ma-„gnatibus; præſertim & clarioribus, ita „ut v. g. *in Teneczyn*, vel *à Gorka*; vel *de*

Fulsztin

Digitized by Google

Fulſztin quis appelletur. *In* præpoſitio-„ nem iis fere attribuunt, qui Domini ſunt,„ locorum, cæteras etiam iis, qui inde„ duntaxat orti vel oriundi ſunt, etiamſi„ ibi non habeant ubi pedem figant. Hæc Cromerus *lib. 1. Deſcript. Polon. pag. 104.* Ex quibus manifeſtum eſt, ea, quæ nunc appellantur Arma & Inſignia (ut & gentes, quæ Armis illis utuntur) fuiſſe quondam nomina ſingularum familiarum: ſed cum poſtea familiæ illæ in plures familias ſive domos multiplicarentur, appellarunt ſeſe hæ progenies à locis, pagis, oppidis & arcibus, quibus præerant. Et hinc eſt tanta familiarum in una gente multitudo.

III. Nobilitatis vulgo duos gradus faciunt diverſarum gentium Scriptores, diſtinguentes eandem in ſuperiorem & inferiorem, ſive in majorem & minorem. Superior ſive major eſt eorum, qui Reges ſequuntur aliosque ſummos Principes, usque ad Barones, ita ut etiam hi includantur, & ſic eo pertinent Principes, Duces, Marchiones, Comites & Barones. Hos deinde ſequuntur inferioris gradus Nobiles, qui nullo alio titulo gaudent; Ita Nobilitatem jam ſuo tempore diſtinxit Joannes Nauclerus *Generatione XLIII. fol. 231.* cui etiam multi alii adſtipulantur. Nobilitatis ſpecies.

Utrum autem & apud Polonos hæc diſtinctio locum habeat, & quouſque illa, ſe extendat, paulo accuratius jam inquiremus.

Duces ex ſanguine Regio in Polonia.

IV. DVCVM quondam in Polonia, nunquam aliud genus fuit, quam id, quod à Boleslao Crivouſto Principe propagatum fuit, cum is Principatum inter filios diviſiſſet. In Maſovia Duces deſcendebant a Conrado Leſci Albi Principis Poloniæ fratre. Verum illi Duces jam omnes defecerunt, ut *lib. I,* docuimus. Conf. Cromerus *lib. I. Deſcript. Polon. pag. 103.* In Magno quoque Ducatu Lithvaniæ, & in Ruſſia plurimi olim fuere Duces ex ſtirpe Magnorum Ducum, Lithvaniæ oriundi. Et quidem Vitoldus Magnus Dux Lithvaniæ habuit aliquando in exercitu ſuo quinquaginta Duces, omnes ex familiis antiquorum, Lithvaniæ Ruſſiæque Ducum oriundos. *Vid.* Albert. Wijuk Kojalowicz *Part. 2. Hiſt. Lithuan. lib. I.* Inter Duces Ruſſorum celebriores erant Duces SLVCENSES, KIOVIENSES, VLODIMIRIENSES, HALICIENSES, & alii. Ex his Lithvaniæ Ruſſiæque Ducibus adhuc hodie quidam ſuperſunt, ut DVCES in WISNIOWICE KORIBVTORVM, ex qua familia fuit Sereniſſimus MICHAEL REX

In Lithvania Duces ex magnis Ducibus oriundi.

Duces in Lithvania celebriores.

Duces adhuc ſuperſtites.

REX POLONIÆ. Item DVCES CZARTORYSCII, qui ex antiqua familia Ducum Lucenſium & Vlodimirienſium in Volyniæ Palatinatu ſunt oriundi. *Vid.* Okolski *Tom. II. pag. 204. ſeq.* Superſunt præterea Duces CZETWERTINSCII, item Duces in Klewan SANGVSZKONES. Fuerunt quoque non ita pridem DVCES in SLVCKO, in quorum poſſeſſiones ſucceſſerunt Radzivilii Duces. Item DVCES in OSTROG, quorum ultimus fuit Alexander Janus, ut habetur in Conſtitutionibus anni 1677. *p. 10. tit. Ordinarya Oſtrogska.* Præterea Duces ROZYNSCII, Duces KORECII, Duces OLSZANENSES, quorum ultimus fuit Paulus Algimuntowicz Dux Olszanenſis Epiſcopus Vilnenſis anno 1553. mortuus. Similiter Duces in ZBARAS, quorum poſtremus Georgius Dux in Zbaras Caſtellanus Cracovienſis tempore Sigiſmundi III. Regis, Veneris legitimæ aſpernator, domusque tandem ſuæ extinctor exſtitit: quippe qui & fratri ſuo Chriſtophoro matrimonii perpetuus diſvaſor fuit, teſte Joachimo Paſtorio *in Floro Polonico lib. VI. pag. 420.* Præter hos, qui ex antiquis Lithvaniæ & Ruſſiæ Dominatoribus oriundi ſunt, dantur adhuc hodie alterius generis Duces, qui vi- **Duces ex aliis Regnis.**

 deli-

Digitized by Google

delicet ex aliis Regnis in Poloniam & Magnum Ducatum Lithvaniæ ſedem transtulerunt. Nam ex Moſcovia migrarunt in Lithvaniam OGINSCII, MASSALSCII & POLVBINSCII, qui ſe *Kneſios*, id eſt, ut multi vocem exponunt, Duces appellant. *Vid.* Simon Okolski *Tom. II. Orbis Poloni pag. 43. & 218.* Sic etiam Anno 1652. quæſivit jus Indigenatus in Polonia Franciſcus Erdmannus Dux SAXONIÆ, cum omni ſua poſteritate, impetravitque illud, ſed ea conditione, ut jusjurandum fidelitatis Regi & Reipubl. coram Rege & Senatu præſtaret, & intra ſexennium in Poloniam ſe transferret. *Vid. Conſtitut. ejus anni pag. 28.* Deinde An. 1658. publica Reipubl. Conſtitutione, quæ videatur *pag. 51.* (47) datum eſt jus Indigenatus Henrico de Gordon. MARCHIONI Huntlæo, qui Reges Angliæ proxima contingit cognatione, ut in citata Conſtitutione dicitur. Similiter etiam Anno 1676. conceſſum eſt jus Indigenatus in Regno Poloniæ Stephano Petro Palatino Terrarum Moldaviæ cum conſangvineis, promiſſa etiam ipſi ſunt Bona ex primis vacantibus in Regno Poloniæ. Interea autem ei dantur quotannis viginti millia florenorum Polonicorum, donec Bona illa con-

ſecutus

Digitized by Google

ſecutus fuerit. *Vid. Conſtitut. ejus anni.* Ita quoque jam ſuperiore ſeculo Indigenatus conceſſus fuit Andreæ & Balthaſari Bathoreis, ut conſtat *ex Conſtitut. an. 1588. pag. 485.* & initio hujus Seculi Andreæ Bathoreo *per Conſtitut. an. 1627. tit. Indigenat.* & Mironi Bernavio Valachiæ Domino. *Conſtit. an. 1629. tit. Indigenat.* Verum poſtremi hi ex Moldavia, Valachia & Tranſylvania titulo Ducum in Polonia non ſunt uſi. Tertio ſunt etiam Duces in Polonia & Magno Ducatu Lithvaniæ, qui ab Imperatoribus Germanicis ad S. Rom. Imp. Principum dignitatem evecti ſunt. Ex hoc cenſu primi & antiquiſſimi ſunt in Lithvania Duces RADZIVILII. Namque jam initio ſuperioris ſeculi Maximilianus I. Imperator Germanorum Nicolaum Radzivilium Palatinum Vilnenſem hac dignitate exornavit, ut habet Kojalowicz *Part. II. Hiſt. Lithv. lib. VII. pag. 374.* Ille honor poſtea, cum Sigiſmundus Auguſtus Rex Poloniæ Barbaram Radziviliam matrimonio ſibi conjunxiſſet, habitus eſt etiam reliquis omnibus ex ſtirpe Radziviliorum oriundis à Carolo V. Imperatore. Nam Anno 1547. in Comitiis Auguſtanis obtinuit Nicolaus Radzivil Marſchalcus Magni Ducatus Lithvaniæ ſupre-

Duces ab Imperatoribus Romanis creati.

Radzivilii.

ſupremus, ut non ſolum ipſe, ſed & frater Germanus Joannes Dux in Olyka & Niesvviesz, & Patruelis ipſius Nicolaus nomine, Dux in Dubinki & Birze renunciarentur, atque in Collegium Principum Romani Imperii cooptarentur. Fuit autem, ultimo quem loco nominavimus, videlicet Nicolaus Dux in Dubinki & Birze Barbaræ Reginæ frater germanus. *Vid.* Kojalovvicz *Part. II. Hiſt. Lithv. lib. VIII. pag. 405. & 415.* Sic etiam initio hujus Seculi Sigiſmundus à Mirow

Myſzkovii. MYSZKOWSKI ſupremus Regni Poloniæ Marſchalcus adoptatus eſt in familiam à Vincentio Gonzaga Duce Mantuano, creatusque eſt MARCHIO S. Rom. Imp. à Clemente VIII. Pontifice Romano, *Vid.* Auctor libelli Polniſche Kriegs- und Staats-Sachen *pag. 337.* Poſt ea tempora, anno videlicet 1633. contulit Urbanus VIII. Pontifex Romanus Georgio Oſſolinski Comiti in Tenczin & quidem abſenti dignitatem DVCIS in

Oſſolinſi. OSSOLIN. Privilegium ſuper hac re exhibet Simon Okolski *Tom. III. pag. 42.* Poſtea autem Anno 1637. idem honor collatus eſt Oſſolinio à Ferdinando II. Imperatore, ut Diploma docet, quod reperies apud Okolſcium *loc. cit. pag. 44.*

Lubomirſcii. Similiter cum GEORGIVS LVBO-

MIRSKI

MIRSKI Marſchalcus Regni ſupremus legatione ad Imperatorem Ferdinandum III. fungeretur, rediit inde S. Rom. Imp. Princeps, ut habet inſcriptio Sepulcralis apud Joannem Kwiatkievicium, *in Phoenice Rhetorum pag. 136.*

V. COMITVM titulo illuſtres viros, habuit Polonia antiquiſſimis etiam temporibus non paucos, inter quos primas obtinuerunt multi ex familia Topororum oriundi, ex qua fuerunt Starzones, qui MAGNI COMITES vocabantur. Item Comites in Panigrodz, Comites in Peregnia, Comites in Tenczyn & Comites in Oſſolin, Comites de Pilca, Comites de Jablonna. Vid. Simon Okolski *Tom. III. ſub Inſignit. Topor. pag. 23.* His accenſendi ſunt & alii Comites, qui partim ab exteris oris in Regnum Poloniæ commigrantes Comitum titulum retinuiſſe dicuntur, ut fuerunt Comites in TARNOW, qui circa An. 1100. in Poloniam venerunt, & ab oppido Tarnow, quod Spicimirus eadem gente Comitum oriund9 condidit, Comites in Tarnow dicti ſunt. His addi poſſunt Comites de Gora, Comites Boguri Comites Godziembæ Comites Zarembæ, Comites de Bilatowice, Comites Manducæ: C. de Brodi. C. de C, de Wierzbna, C. Lariſſæ, Com. Roga-

Comites in Polonia.

Comites aliunde venientes.

Rogalæ de Biberſtein. Com. de Slopie. Com. de Czarnkow. Com. Vchanſcii, Com. Cembocii, de Trombki, de Labiszin, de Gulczow, & de Szawin, qui ultimi ſunt Armorum Prawdzic. Hi & alii plurimi partim ex aliis Regnis in Poloniam commigraſſe, partim etiam à Principibus & Regibus Poloniæ ad hunc Dignitatis gradum evecti eſſe dicuntur. Ita Boleslaus Criwouſtus Princeps Poloniæ creaſſe dicitur Petrum Duninum COMITEM in SKRZINNO. Simon Okolski *Tom. II. Orb. Polon. pag. 34.* Sic etiam ROZRAZEVII à Boleslao Duce Poloniæ Comitum ſunt inſigniti titulo, ut vult Okolski *Tom. I. Orb. Polon. pag. 162. pr.* Item Joannes Granowski, creatus eſſe fertur Comes in PILCA à Vladislao Jagellone, intercedente pro eo conjuge Regis, quæ fuit ex familia Pileciorum. Okolski *Tom. II. pag. 72.* Deinde præter jam enumeratos, dantur etiam in Polonia Comites ab Imperatoribus Germanicis hoc dignitatis titulo donati, quorum præcipui ſunt TENCZYNII. Cum enim tituli Comitum antiquiorum, ut quidam volunt, jam in deſuetudinem abiiſſent, Andreas de Tenczyn Comes S. Rom. Imp. creatus eſt à Carolo V. Imperatore An. 1527. Privile-

Comites à Ducibus Poloniæ creati.

Comites ab Imperatoribus Germanicis creati.

Tenczynii.

vilegium ſuper hac re invenies apud Barthol. Paprocki *in opere Stemmatum in inſignit. Topor pag. 19. ſeq.* & apud Okolſcium *Tom. III. Orb. Pol. pag. 18.* Jam antea quoque Raphael à GOLVCHOW dictus LESZCZINSKI, cum longo tempore in aula Cæſaris Friderici III. vixiſſet, creatus eſt ab illo Comes S. R. Imp. An. 1473. ut teſtis eſt Ckolski *Tom. III. ſub Inſign. Wieniawa ſive Perszten pag. 296.* Maximilianus I. Imp. contulit titulum Comitis LVCÆ de GORKA, ex qua familia ultimus fuit Stanislaus de Gorka Palatinus Poſnanienſis, qui ſub finem Seculi ſuperioris obiit. *Vid.* Polniſche Kriegs und Staats-Sachen. In Magno Ducatu Lithvaniæ cum Hieronymus Chodkiewicz Legatus ad Imperatorem mitteretur, dignitatem Comitis in SZKLOW & MYSZ obtinuit. Okolski *Tom. III. p. 139.* Ejusmodi Comites ab Imperatoribus Germanicis creati tempore Sigiſmundi Auguſti fuere præter quosdam modo dictos etiam Comites ab OSTROROG, Comites in TARNOW, Comites in WISNICZ, Comites in SZYDLOWIEC, teſte Matthia Dargodzki, *de titulata Nobilitate n. 14.* Poſt ea tempora creatus eſt Comes S. R. Imp. Matthias *à Konopat.* KONOPACKI Palati-

Leſzczynii

Gorkani.

Chodkivvicii.

Oſtrorogii.
Tarnovii.
Comites in VViſenicz & in Szydlovviec.

Konopacii.

latinus Culmenſis & poſtea Epiſcopus Culmenſis à Rudolpho II. Cæſare, quemadmodum in Vita Joannis Caroſi à Konopat deſignati Epiſcopi Varmienſis teſtatur Starovolscius. Sic etiam Ferdinandus II. Imperator Germanorum, Caſparum Erneſtum & Gerhardum Fratres

Donhofii. DÖNHOFFIOS Sacri Rom. Imperii Comites creavit, ut eſt *in Statu Regiminis Ferdinandi II. pag. 208.* Similiter Ferdinan-

Lipſcii. dus III. Imp. Joannem à Lipie LIPSKI Epiſcopum Culmenſem, qui poſtea factus eſt Archiepiſcopus Gneſnenſis, & fratres ipſius cum omnibus poſteris Comites S. R. Imp. creavit. Privilegium vide apud Simonem Okolski *Tom. II. pag. 34.* Gaudent præterea titulo Comitum hodie & alii, quando tamen eum adepti

Radziejovii ſint, nondum comperi, ut RADZIEIOVII, qui ſe ſcribunt Comites in Radzie-

VVielopolſcii. jowice & Krilow: WIELOPOLSCII, qui vocantur Comites de Pieskowa Skala.

Oginſcii. OGINSCII in Lithvania, qui ſunt Co-

Opalinſcii. mites in Dambrowna OPALINSCII, qui vocantur Comites de Bnin, ut &

Odrovvoſii. ODROWONZII PIENIAZEK & fortaſſis etiam alii. Tertio ſunt etiam, qui neque ex Veteri aliqua Comitum familia ſunt oriundi, neque ab Imperatoribus Germanicis creati ſunt Comites, & tamen

Digitized by Google

men titulo Comitum utuntur à Comitatibus, quos jure hæreditario adepti ſunt. Ita cum ultimus Tenciniorum Comitum, Stanislaus nomine, Anno 1634. extinctus eſſet; uſi ſunt ex illo tempore OSSOLINII titulo Comitum in Tenczyn, quia eum Comitatum jure hæreditario fuerant adepti. Simili modo poſt extinctos Chodkievicios titulo Comitum in Szklow & Myſz uti cœperunt hodieque utuntur SIENIAVII. Item SAPIEHÆ in Lithvania à Comitatu Bychow, quem à Chodkieviciis habent, appellantur Comites in Bychow. Tandem quarto ſunt etiam Comites, qui in aliis Regnis titulo Comitum jam antea gaviſi ſunt, poſtea vero hic in Polonia Indigenatum impetrarunt, ut Comites de SCHAFFGOTSCH, de quibus videatur Conſtitutio anni 1652. *pag. 28.* item Comites de OPPERSDORF. *Conſtit. an. 1683. pag. 18.*

Comites à Bonis titulum hunc ſibi tribuentes.

Comites ex aliis Regnis.

VI. Vox BARONES apud Polonos aliosque populos olim ſæpiſſime uſurpabatur in Privilegiis, Diplomatis & Reſcriptis Regum. Non ſumebatur autem vocabulum illud pro Dignitate aliqua hæreditaria à Regibus collata, & ad poſteros transferenda: Sed Barones iidem dicebantur, qui Proceres Regni. Quapropter etiam quotiescunque vox hæc in Conſti-

Barones in Polonia.

Digitized by Google

tutionibus occurrite. Poloni eam per Polonicam vocem *Panowie*, i. e. *Domini* reddunt. Sunt tamen adhuc & fuerunt ſuperiore Seculo in Polonia & M. Duc. Lith. quidam BARONES S. Rom. Imperii. Etenim quidam ex familia Chodkiewiciorum ſubſcripſit Privilegium Civitati Vilnenſi à Sigiſmundo Auguſto Rege an. 1567. conceſſum ſequenti modo: *Joannes Chodkiewicz* LIBER BARO IN SZKLOW & BYCHOW, apud Aaronem Alexandrum Olizarovium *lib. II. de Politica hominum ſocietate cap. 1.* Videntur rego Chodkievicii primo impetraſſe titulum Baronum in Szklow & Bychow; poſtea autem Comitum in Szklow & Bychow. Meminit etiam Simon Starovolſcius BARONVM de Byki, qui aliquot ſtadiis ab urbe Petricovienſi in Palatinatu Siradienſi arcem habent, Byki dictam, à qua nomen familiæ fluxit. *Vid.* Starovolſc. *in Deſcript. Polon. pag. 28.* Obtinuit quoque Severinus FIRLEY Caſtellanus Biecenſis pro ſe & ſucceſſoribus ſuis utriusque ſexus, duplices Baronatus, ſcilicet de OGRODZINIEC, & de CAMIENIEC, teſte Nicolao Firley Caſtellano Woynicenſi Severini illius Nepote *in Epiſtola ad filium ſuum, quæ annexa eſt Matthiæ Dargodzy tractatui de titulata Nobilitate.* In

Barones S. R. Imp.

Barones de Byki.

Firleii.

illis,

illis, qui jam antea extra Poloniam gaviſi ſunt tituloBaronum,& poſtea cum omnibus poſteris ſuis jus indigenatus in Regno Poloniæ ſunt adepti, numerantur OTTO LIBER BARO de SCHWERIN & JOANNES LIBER BARO ab HOVERBECKE ambo Electoris Brandeburgici Conſiliarii Status intimi. *Vid. Conſtitutio Anni 1658. pag. 50.* (47.) Item Georgius L. B. de DORFLINGER in *conſtitutione Anni 1685. pag. 21.* Barones ex aliis regionibus.

VII. Hactenus ſatis ſuperque à nobis probatum eſt, fuiſſe & olim & eſſe adhuc hodie in imperio Polonico Principes, Duces, Comites, Barones: jam ulterius nobis videndum eſt, utrum omnibus illis ſine ulla controverſia hi tituli à Republ. concedantur? Concedi eos, poſſet quiſpiam ſuſpicari ex recentiſſimis etiam Regum Diplomatis. Nam Denunciatio Regis Coronati à Sereniſſimo Rege Joanne III. Anno 1676. edita hoc modo, poſt Regium titulum, incipit: *Omnibus in univerſum Regni Noſtri Ducibus, Principibus, Comitibus, Baronibus, Spiritualibus & Secularibus; Archiepiſcopis, Epiſcopis, Palatinis, Caſtellanis, Capitaneis, Dignitariis, Officialibus* &c. *Vid.* Conſtitut. dicti anni *pag. 3.* An tituli hi omnibus his in Polonia tribuantur.

Verum ex his nondum id, quod in quæſtione eſt, probabitur, quod ut manifeſtum Duces ex Magnis Ducibus oriundi.

ſtum fiat, paulo fuſius nobis hæc materia erit exponenda. Quod atinet ad *Ducei*, qui ex antiquis Ducum Lithvaniæ & Ruſſiæ familiis ſunt oriundi, illis neque olim à quoquam titulus Ducum eſt denegatus, neque hodie denegatur. Multo minus autem negatur titulus Principis Sereniſſimorum Regum filiis. Idem dicendum eſt de Archiepiſcopo Gneſnenſi, qui *primi Principis* titulo gaudet. Sic etiam Ducibus Radziviliis ab ipſa Republ. conceſſum eſt, ut titulo ab Imperatoribus adepto uti poſſit, quemadmodum poſtea probabitur. Sed neque illis quiſquam Ducum aut Principum titulos denegaverit, qui jam in aliis Regnis Duces & Principes fuerunt, & poſtea jus Indigenatus in Polonia ſunt adepti; niſi dubium ſit, utrum illi antea in aliis Regnis gaviſi ſint illis titulis, nec ne. Exemplo nobis eſſe poſſunt Polubinſcii, Maſſalſcii aliique Knezii in Magno Ducatu Lithvaniæ, quibus titulum Ducis abjudicat Nicolaus Firley Caſtellanus Woynicenſis *in Epiſtola ad filium ſuum ſupra citata.* Ratio ipſius hæc eſt, quoniam *Kniaz* Ruſſica lingva nihil aliud, ex ipſius ſententia, ſignificat, quam Dominum alicujus loci, quaſi dicas: *tey Kneie Pan, albo Dziedzic,* id

Regum filii.

Radzivilii.

Duces ex aliis Regnis venientes.

Knesii Moſcovitici.

Digitized by Google

id eſt, *hujus villæ Dominus vel hæres.* Licet igitur illi in Moſcovia dicti fuerint *Kniaze*, inde tamen ſequi negat Firley, ipſos propterea Duces eſſe appellandos. Verum non immerito quispiam Firlejo objiceret, etiam in ipſo Statuto Lithvanico, prout illud An. 1566. in Comitiis Vilnenſibus à Sigiſmundo Auguſto confirmatum eſt & adhuc MS. habetur, vocem *Kniaz* frequentiſſime pro Duce vel Principe uſurpari. Sic cap. 1. art. 17. *Dobra Kniazkie* id eſt bona Ducalia, ſumuntur pro ipſis Bonis Magni Ducis Lithvaniæ. Ita etiam cap. 1. art. 26. dicitur, *Kniaziom, Panom, Radom Duchovvnym y Svvieckim* i. e. *Ducibus, Dominis ſive Baronibus, Senatoribus Eccleſiaſticis & Secularibus.* Et cap. 3. art. 9. ipſe Magnus Dux Lithvaniæ vocatur: *Kniaz Wielkiego Xieſtvva Litevvslciego.* Accedit, quod etiam in ipſis Conſtitutionibus anni 1628. *tit. O Tatarach.* Matthias Oginslci ſimpliciter vocatur *Kniaz*, ſine ulla additione loci, cujus ille Dominus eſſet, ex quo deducitur, illum dicto loco Ducem vocari. Et ſic probavimus, multis in Polonia titulum Ducis non denegari. De antiquis etiam illis COMITIBVS, qui ſub primis Poloniæ Regibus & Ducibus fuiſſe perhibentur dubitat idem Firlejus, utrum hæc

Comites quinam olim fuerint.

Digitized by Google

delicet ex aliis Regnis in Poloniam & Magnum Ducatum Lithvaniæ ſedem transtulerunt. Nam ex Moſcovia migrarunt in Lithvaniam OGINSCII, MASSALSCII & POLVBINSCII, qui ſe *Kneſios*, id eſt, ut multi vocem exponunt, Duces appellant. *Vid.* Simon Okolski *Tom. II. Orbis Poloni pag. 43. & 218.* Sic etiam Anno 1652. quæſivit jus Indigenatus in Polonia Franciſcus Erdmannus Dux SAXONIÆ, cum omni ſua poſteritate, impetravitque illud, ſed ea conditione, ut jusjurandum fidelitatis Regi & Reipubl. coram Rege & Senatu præſtaret, & intra ſexennium in Poloniam ſe transferret. *Vid. Conſtitut. ejus anni pag. 28.* Deinde An. 1658. publica Reipubl. Conſtitutione, quæ videatur *pag. 51.* (47) datum eſt jus Indigenatus Henrico de Gordon. MARCHIONI Huntlæo, qui Reges Angliæ proxima contingit cognatione, ut in citata Conſtitutione dicitur. Similiter etiam Anno 1676. conceſſum eſt jus Indigenatus in Regno Poloniæ Stephano Petro Palatino Terrarum Moldaviæ cum conſangvineis, promiſſa etiam ipſi ſunt Bona ex primis vacantibus in Regno Poloniæ. Interea autem ei dantur quotannis viginti millia florenorum Polonicorum, donec Bona illa conſecutus

Digitized by Google

ſecutus fuerit. *Vid. Conſtitut. ejus anni.* Ita quoque jam ſuperiore ſeculo Indigenatus conceſſus fuit Andreæ & Balthaſari Bathoreis, ut conſtat *ex Conſtitut. an. 1588. pag. 485.* & initio hujus Seculi Andreæ Bathoreo *per Conſtitut. an. 1627. tit. Indigenat.* & Mironi Bernavio Valachiæ Domino. *Conſtit. an. 1629. tit. Indigenat.* Verum poſtremi hi ex Moldavia, Valachia & Transylvania titulo Ducum in Polonia non ſunt uſi. Tertio ſunt etiam Duces in Polonia & Magno Ducatu Lithvaniæ, qui ab Imperatoribus Germanicis ad S. Rom. Imp. Principum dignitatem evecti ſunt. Ex hoc cenſu primi & antiquiſſimi ſunt in Lithvania Duces RADZIVILII. Namque jam initio ſuperioris ſeculi Maximilianus I. Imperator Germanorum Nicolaum Radzivilium Palatinum Vilnenſem hac dignitate exornavit, ut habet Kojalowicz *Part. II. Hiſt. Lithv. lib. VII. pag. 374.* Ille honor poſtea, cum Sigiſmundus Auguſtus Rex Poloniæ Barbaram Radziviliam matrimonio ſibi conjunxiſſet, habitus eſt etiam reliquis omnibus ex ſtirpe Radziviliorum oriundis à Carolo V. Imperatore. Nam Anno 1547. in Comitiis Auguſtanis obtinuit Nicolaus Radzivil Marſchalcus Magni Ducatus Lithvaniæ ſupre-

Duces ab Imperatoribus Romanis creati.

Radzivilii.

ſupremus, ut non ſolum ipſe, ſed & frater Germanus Joannes Dux in Olyka & Niesvviesz, & Patruelis ipſius Nicolaus nomine, Dux in Dubinki & Birze renunciarentur, atque in Collegium Principum Romani Imperii cooptarentur. Fuit autem, ultimo quem loco nominavimus, videlicet Nicolaus Dux in Dubinki & Birze Barbaræ Reginæ frater germanus. *Vid.* Kojalovvicz *Part. II. Hiſt. Lithv. lib. VIII. pag. 405. & 415.* Sic etiam initio hujus Seculi Sigiſmundus à Mirow MYSZKOWSKI ſupremus Regni Poloniæ Marſchalcus adoptatus eſt in familiam à Vincentio Gonzaga Duce Mantuano, creatusque eſt MARCHIO S. Rom. Imp. à Clemente VIII. Pontifice Romano, *Vid.* Auctor libelli Polniſche Kriegs- und Staats-Sachen *pag. 337.* Poſt ea tempora, anno videlicet 1633. contulit Urbanus VIII. Pontifex Romanus Georgio Oſſolinski Comiti in Tenczin & quidem abſenti dignitatem DVCIS in OSSOLIN. Privilegium ſuper hac re exhibet Simon Okolski *Tom. III. pag. 42.* Poſtea autem Anno 1637. idem honor collatus eſt Oſſolinio à Ferdinando II. Imperatore, ut Diploma docet, quod reperies apud Okolſcium *loc. cit. pag. 44.* Similiter cum GEORGIVS LVBOMIRSKI

Myſzkovii.

Oſſolinii.

Lubomirſcii.

MIRSKI Marſchalcus Regni ſupremus legatione ad Imperatorem Ferdinandum III. fungeretur, rediit inde S. Rom. Imp. Princeps, ut habet inſcriptio Sepulcralis apud Joannem Kwiatkievicium *in Phoenice Rhetorum pag. 136.*

V. COMITVM titulo illuſtres viros, habuit Polonia antiquiſſimis etiam temporibus non paucos, inter quos primas obtinuerunt multi ex familia Topororum oriundi, ex qua fuerunt Starzones, qui MAGNI COMITES vocabantur. Item Comites in Panigrodz, Comites in Peregnia, Comites in Tenczyn & Comites in Oſſolin, Comites de Pilca, Comites de Jablonna. Vid. Simon Okolski *Tom. III. ſub Inſignit. Topor. pag. 23.* His accenſendi ſunt & alii Comites, qui partim ab exteris oris in Regnum Poloniæ commigrantes Comitum titulum retinuiſſe dicuntur, ut fuerunt Comites in TARNOW, qui circa An. 1100. in Poloniam venerunt, & ab oppido Tarnow, quod Spicimirus eadem gente Comitum oriundꝰ condidit, Comites in Tarnow dicti ſunt. His addi poſſunt Comites de Gora, Comites Boguri Comites Godziembæ Comites Zarembæ, Comites de Bilatowice, Comites Manducæ: C. de Brodi. C. de C. de Wierzbna, C. Lariſſæ, Com. Roga-

Comites in Polonia.

Comites aliunde venientes.

Rogalæ de Biberſtein. Com. de Slopie. Com. de Czarnkow. Com. Vchanſcii, Com. Cembocii, de Trombki, de Labiszin, de Gulczow, & de Szawin, qui ultimi ſunt Armorum Prawdzic. Hi & alii plurimi partim ex aliis Regnis in Poloniam commigraſſe, partim etiam à Principibus & Regibus Poloniæ ad hunc Dignitatis gradum evecti eſſe dicuntur. Ita Boleslaus Criwouſtus Princeps Poloniæ creaſſe dicitur Petrum Duninum COMITEM in SKRZINNO. Simon Okolski *Tom. II. Orb. Polon. pag. 34.* Sic etiam ROZRAZEVII à Boleslao Duce Poloniæ Comitum ſunt inſigniti titulo, ut vult Okolski *Tom. I. Orb. Polon. pag. 162. pr.* Item Joannes Granowski, creatus eſſe fertur Comes in PILCA à Vladislao Jagellone, intercedente pro eo conjuge Regis, quæ fuit ex familia Pileciorum. Okolski *Tom. II. pag. 72.* Deinde præter jam enumeratos, dantur etiam in Polonia Comites ab Imperatoribus Germanicis hoc dignitatis titulo donati, quorum præcipui ſunt TENCZYNII. Cum enim tituli Comitum antiquiorum, ut quidam volunt, jam in deſuetudinem abiiſſent, Andreas de Tenczyn Comes S. Rom. Imp. creatus eſt à Carolo V. Imperatore An. 1527. Privile-

Comites à Ducibus Poloniæ creati.

Comites ab Imperatoribus Germanicis creati.

Tenczynii.

vilegium ſuper hac re invenies apud Barthol. Paprocki *in opere Stemmatum in inſignit. Topor pag. 19. ſeq.* & apud Okolſcium *Tom. III. Orb. Pol. pag. 18.* Jam antea quoque Raphael à GOLVCHOW dictus LESZCZINSKI, cum longo tempore in aula Cæſaris Friderici III. vixiſſet, creatus eſt ab illo Comes S. R. Imp. An. 1473. ut teſtis eſt Ckolski *Tom. III. ſub Inſign. Wieniawa ſive Perszten pag. 296.* Maximilianus I. Imp. contulit titulum Comitis LVCÆ de GORKA, ex qua familia ultimus fuit Stanislaus de Gorka Palatinus Poſnanienſis, qui ſub finem Seculi ſuperioris obiit. *Vid.* Polniſche Kriegs und Staats-Sachen. In Magno Ducatu Lithvaniæ cum Hieronymus Chodkiewicz Legatus ad Imperatorem mitteretur, dignitatem Comitis in SZKLOW & MYSZ obtinuit. Okolski *Tom. III. p. 139.* Ejusmodi Comites ab Imperatoribus Germanicis creati tempore Sigiſmundi Auguſti fuere præter quosdam modo dictos etiam Comites ab OSTROROG, Comites in TARNOW, Comites in WISNICZ, Comites in SZYDLOWIEC, teſte Matthia Dargodzki, *de titulata Nobilitate n. 14.* Poſt ea tempora creatus eſt Comes S. R. Imp. Matthias *à Konopat.* KONOPACKI Palati-

Leſzczynii

Gorkani.

Chodkivvicii.

Oſtrorogii. Tarnovii.

Comites in VViſenicz & in Szydlovviec.

Konopacii.

latinus Culmenſis & poſtea Epiſcopus Culmenſis à Rudolpho II. Cæſare, quemadmodum in Vita Joannis Caroli à Konopat deſignati Epiſcopi Varmienſis teſtatur Starovolscius. Sic etiam Ferdinandus II. Imperator Germanorum, Caſparum Erneſtum & Gerhardum Fratres DÖNHOFFIOS Sacri Rom. Imperii Comites creavit, ut eſt *in Statu Regiminis Ferdinandi II. pag. 208.* Similiter Ferdinandus III. Imp. Joannem à Lipie LIPSKI Epiſcopum Culmenſem, qui poſtea factus eſt Archiepiſcopus Gneſnenſis, & fratres ipſius cum omnibus poſteris Comites S. R. Imp. creavit. Privilegium vide apud Simonem Okolski *Tom. II. pag. 34.* Gaudent præterea titulo Comitum hodie & alii, quando tamen eum adepti ſint, nondum comperi, ut RADZIEIOVII, qui ſe ſcribunt Comites in Radziejowice & Krilow: WIELOPOLSCII, qui vocantur Comites de Pieskowa Skala. OGINSCII in Lithvania, qui ſunt Comites in Dambrowna OPALINSCII, qui vocantur Comites de Bnin, ut & ODROWONZII PIENIAZEK & fortaſſis etiam alii. Tertio ſunt etiam, qui neque ex Veteri aliqua Comitum familia ſunt oriundi, neque ab Imperatoribus Germanicis creati ſunt Comites, & tamen

Donhofii.
Lipſcii.
Radziejovii
VVielopolſcii.
Oginſcii.
Opalinſcii.
Odrovvoſii.

men titulo Comitum utuntur à Comitatibus, quos jure hæreditario adepti ſunt. Ita cum ultimus Tenciniorum Comitum, Stanislaus nomine, Anno 1634. extinctus eſſet, uſi ſunt ex illo tempore OSSOLINII titulo Comitum in Tenczyn, quia eum Comitatum jure hæreditario fuerant adepti. Simili modo poſt extinctos Chodkievicios titulo Comitum in Szklow & Myſz uti cœperunt hodieque utuntur SIENIAVII. Item SAPIEHÆ in Lithvania à Comitatu Bychow, quem à Chodkieviciis habent, appellantur Comites in Bychow. Tandem quarto ſunt etiam Comites, qui in aliis Regnis titulo Comitum jam antea gaviſi ſunt, poſtea vero hic in Polonia Indigenatum impetrarunt, ut Comites de SCHAFFGOTSCH, de quibus videatur Conſtitutio anni 1652. *pag.28.* item Comites de OPPERSDORF. *Conſtit. an. 1683. pag. 18.*

Comites à Bonis titulum hunc ſibi tribuentes.

Comites ex aliis Regnis.

VI. Vox BARONES apud Polonos aliosque populos olim ſæpiſſime uſurpabatur in Privilegiis, Diplomatis & Reſcriptis Regum. Non ſumebatur autem vocabulum illud pro Dignitate aliqua hæreditaria à Regibus collata, & ad poſteros transferenda: Sed Barones iidem dicebantur, qui Proceres Regni. Quapropter etiam quotiescunque vox hæc in Conſti-

Barones in Polonia.

Digitized by

tutionibus occurrite. Poloni eam per Polonicam vocem *Panowie*, i. e. *Domini* reddunt. Sunt tamen adhuc & fuerunt ſuperiore Seculo in Polonia & M. Duc. Lith. quidam BARONES S. Rom. Imperii. Etenim quidam ex familia Chodkiewiciorum ſubſcripſit Privilegium Civitati Vilnenſi à Sigiſmundo Auguſto Rege an. 1567. conceſſum ſequenti modo: *Joannes Chodkiewicz* LIBER BARO IN SZKLOW & BYCHOW, apud Aaronem Alexandrum Olizarovium *lib. II. de Politica hominum ſocietate cap. 1.* Videntur rego Chodkievicii primo impetraſſe titulum Baronum in Szklow & Bychow: poſtea autem Comitum in Szklow & Bychow. Meminit etiam Simon Starovolſcius BARONVM de Byki, qui aliquot ſtadiis ab urbe Petricovienſi in Palatinatu Siradienſi arcem habent, Byki dictam, à qua nomen familiæ fluxit. *Vid.* Starovolſc. *in Deſcript. Polon. pag. 28.* Obtinuit quoque Severinus FIRLEY Caſtellanus Biecenſis pro ſe & ſucceſſoribus ſuis utriusque ſexus, duplices Baronatus, ſcilicet de OGRODZINIEC, & de CAMIENIEC, teſte Nicolao Firley Caſtellano Woynicenſi Severini illius Nepote *in Epiſtola ad filium ſuum, quæ annexa eſt Matthiæ Dargodzy tractatui de titulata Nobilitate.* In illis,

Barones S. R. Imp.

Barones de Byki.

Firleii.

Digitized by Google

illis, qui jam antea extra Poloniam gaviſi ſunt titulo Baronum, & poſtea cum omnibus poſteris ſuis jus indigenatus in Regno Poloniæ ſunt adepti, numerantur OTTO LIBER BARO de SCHWERIN & JOANNES LIBER BARO ab HOVERBECKE ambo Electoris Brandeburgici Conſiliarii Status intimi. *Vid. Conſtitutio Anni 1658. pag. 50.* (47.) Item Georgius L. B. de DORFLINGER in *conſtitutione Anni 1685. pag. 21.* Barones ex aliis regionibus.

VII. Hactenus ſatis ſuperque à nobis probatum eſt, fuiſſe & olim & eſſe adhuc hodie in imperio Polonico Principes, Duces, Comites, Barones: jam ulterius nobis videndum eſt, utrum omnibus illis ſine ulla controverſia hi tituli à Republ. concedantur? Concedi eos, poſſet quispiam ſuſpicari ex recentiſſimis etiam Regum Diplomatis. Nam Denunciatio Regis Coronati à Sereniſſimo Rege Joanne III. Anno 1676. edita hoc modo, poſt Regium titulum, incipit: *Omnibus in univerſum Regni Noſtri Ducibus, Principibus, Comitibus, Baronibus, Spiritualibus & Secularibus; Archiepiſcopis, Epiſcopis, Palatinis, Caſtellanis, Capitaneis, Dignitariis, Officialibus* &c. *Vid.* Conſtitut. dicti anni *pag. 3.* Verum ex his nondum id, quod in quæſtione eſt, probabitur, quod ut manifeſtum An tituli hi omnibus his in Polonia tribuantur. Duces ex Magnis Ducibus oriundi.

id eſt, *hujus villæ Dominus vel hæres.* Licet igitur illi in Moſcovia dicti fuerint *Kniaze*, inde tamen ſequi negat Firley, ipſos propterea Duces eſſe appellandos. Verum non immerito quiſpiam Firlejo objiceret, etiam in ipſo Statuto Lithvanico, prout illud An. 1566. in Comitiis Vilnenſibus à Sigiſmundo Auguſto confirmatum eſt & adhuc MS. habetur, vocem *Kniaz* frequentiſſime pro Duce vel Principe uſurpari. Sic cap. 1. art. 17. *Dobra Kniazkie* id eſt bona Ducalia, ſumuntur pro ipſis Bonis Magni Ducis Lithvaniæ. Ita etiam cap. 1. art. 26. dicitur, *Kniaziom, Panom, Radom Duchovvnym y Svvieckim* i.e. *Ducibus, Dominis ſive Baronibus, Senatoribus Eccleſiaſticis & Secularibus.* Et cap. 3. art. 9. ipſe Magnus Dux Lithvaniæ vocatur: *Kniaz Wielkiego Xieſtvva Litevvslciego.* Accedit, quod etiam in ipſis Conſtitutionibus anni 1628. *tit. O Tatarach.* Matthias Oginslci ſimpliciter vocatur *Kniaz*, ſine ulla additione loci, cujus ille Dominus eſſet, ex quo deducitur, illum dicto loco Ducem vocari. Et ſic probavimus, multis in Polonia titulum Ducis non denegari. De antiquis etiam illis COMITIBVS, qui ſub primis Poloniæ Regibus & Ducibus fuiſſe perhibentur dubitat idem Firlejus, utrum hæc

Comites quinam olim fuerint.

 præ-

præeminentia quædam hæreditaria fuerit, ut nunc eſt? Exiſtimat enim, Comites olim in Polonia fuiſſe Magiſtratus ad dies vitæ munere aliquo fungentes, quæ ſententia adeo abſurda non videbitur, conſideranti, quid iis temporibus apud alias etiam finitimas gentes fuerit Comitatus. Nimirum non ab re quiſpiam, exiſtimaverit, *Comitatum* quondam in Polonia fuiſſe *Palatinatum* & *Caſtellaniam*, vel etiam ut apud Veteres Germanos, *officium Judicis*. Nam hæc Joannes Dlugoſſus crebro permutat, ita ut unum, eundemque virum mox appellet Comitem, mox Palatinum, mox Comitem PALATINVM. Exemplum habemus in Petro Dano ſive Dunino, quem vocat non tantum Comitem, ſed etiam Comitem Palatinum, & alio in loco tantum, Palatinum *Tom. I. Annal. Polon. lib. IV. pag. 418.* Criſlinum etiam quendam appellat Palatinum Maſoviæ *Tom. 1. lib. VI. pag. 418.* Criſlinum etiam quendam appellat Palatinum Maſoviæ *Tom. I. lib. VI. pag. 533.* Sed poſtea *pag. 574.* eundem, vocat Comitem Palatinum Plocenſem,. Diſtrictus denique quidam in Palatinatu Siradienſi ſitus, nomine *Chropi*, mox vocatur Comitatus, mox Caſtellania,. *Vid.* Dlugoſſ. *Tom. I. lib. IV. p. 280.* Sed in

in tanto vetuſtorum monumentorum defectu, quid vetuſtis temporibus hic obtinuerit, determinatu difficile eſt: hoc tamen, de vetuſtiſſimis ſaltem temporibus, certo aſſeri poſſe videtur, non fuiſſe hanc dignitatem hæreditariam. De BARONIBVS denique jam ſupra diximus quod nulli alii quondam fuerint, quam Regni Proceres, ſeu Senatores, ſeu alii in Dignitatibus conſtituti. Barones.

VIII. Quod autem ad DVCES, COMITES & BARONES ab Imperatoribus Germanorum in Polonia creatos attinet, iis ſe ſuperiore quoque ſeculo ſemper oppoſuit Reſpubl. Polonica, querelasque frequentiſſime contra illos movit, qui titulos illos extraneos affectarunt. Certe Radzivilium cauſam dicere oportuit, cur titulum Ducalem ab Imperatore Maximiliano impetraverit contra morem Reipublicæ Polonicæ, unde omnis titulata Nobilitas exularet. Fredro *in Hiſt. Henrici Regis pag.* 75. Matthias vero Dargodzki in ſcripto ſatis acerbo contra titulatam Nobilitatem anno 1634. edito *num.* 32. refert, Radzivilium cum undique ob titulum illum impeteretur, tandem Diploma Cæſareum ad pedes Regis projeciſſe, & ſi Rex juſſurus eſſet, voluiſſe aut Diplo- Duces, Comites & Barones ab Imp. creati impugnantur.

ma illud Cæſareum lacerare, aut ſaltem titulo iſto intra Regni Polonici pomœria prorſus abſtinere. Sed & illi Radzivilii, quos à Carolo V. in Principes Imperii evectos fuiſſe ſupra memoravimus, cauſam impetrati ab Imperatore tituli dicere coacti ſunt. *Vid.* Kojalowicz *Part. II. Hiſt. Lithvan. pag. 415.* Præterea cum Sigismundo Myskovio titulus Marchionis collatus, & tempore Comitiorum in quodam Scripto publico honoris cauſa appoſitus eſſet, inventus eſt in Conclavi Nunciorum, qui pennam non habens, digitum atramento immergeret, eoque titulum Marchionis expungeret, teſte Dargodzki *loc. cit. num. 36.*

Multi Poloni titulos externos acceptare detrectarunt.

IX. Ex hac ratione multi ambitioſos illos titulos ab Imperatoribus aliisque Regibus ſibi oblatos, acceptare noluerunt. Certe cum Sigismundus Senior ſuperiore Seculo ad viſendum fratrem Vladislaum Regem Hungariæ profectus, atque inde uterque Rex à Maximiliano Imperatore invitatus Viennam Auſtriæ ſe contuliſſet; *ibi Imperator crediderat digniſſima benevolentiæ teſtimonia obtuliſſe Polonis Senatoribus, qui cum Rege tum aderant, ſi primoribus Ducales, cæteris Comitum donaſſet titulos;*

verum

verum cum velut de nova re occultius ſecum diſceptarent Poloni, concluſum tandem, ſuorum Regum Majeſtati demptum iri, aut quoddam jus alieno Principi in Polonos concedi, à quo novos honores poſſe ſibi conferri acceptando teſtarentur. Immo liberæ Nobilitati injuria fieri debeat, quæ magnis titulis par eſſet. Reſponſum Imperatori, Polonos gratias habere Cæſareæ Majeſtati pro eo animo, quod ſibi offerret, quæ digniſſima dari poſſe ſecum penſaret. Cæterum nobilitate Patriæ contentos ſe velle vivere, abunde ſibi ornamentorum & honorum Regem ſuum atque Rempublicam conferre. Fredro *in Hiſt. Henr. pag. 75. ſeq.* Non alia mente fuit heros ille immortalitate digniſſimus Joannes Samoſcus, **Zamoſcius.** Regni Poloniæ ſupremus Cancellarius & ſupremus Exercituum Regni Dux, *cui vix unquam Polonia parem viderat, tot in unum cumulatis divino beneficio muneribus, quæ ſi in plures diſperſa fuiſſent, unumquemque magnum factura videbantur. Idem prudens*

Conſiliarius, idem bellator eximus, idem felix fortunatusque belli Dux, & quod mireris, cum toties arma cum diverſis Reipubl. hoſtibus contuliſſet, ſemper acie & bello victor, ut de illo loquitur Stanislaus Lubienski *lib. I. de motu Civili in Polonia pag. 33.* Immo cui non in Polonia tantum, verum in tota Europa inter multa ſecula pauci pares numerari poſſunt, ut dicit Paulus Piaſecius *in Chron. pag. 269.* Cum enim illi Legatus Hiſpaniarum Regis titulum Ducis & honorem aurei velleris nomine Regis ſui offerret, magno animo hæc recuſavit, ut auctor eſt Nicolaus Firley *in ſupra aliquoties laudata Epiſtola ad filium ſuum ſcripta.* Conf. Matthias Dargodzki *num. 24.* Eodem tempore oblatus eſt Firlejo titulus Comitis, quem itidem acceptare prorſus recuſavit, teſte ipſius frate Nicolao Firlejo *loc. cit.* Et cum tempore Wladislai IV. Regis Poloniæ Imperator Germanorum Joanni Stanislao *Sapiehæ* ſupremo Magni Ducatus Lithvaniæ Marſchalco, ſuique Regis ad Imperatorem Legato titulum Principis S. Rom. Imp. obtuliſſet, recuſavit eum modeſte, ſub uno nomine Poloni Nobilis, ſe omnes ſibi convenientes titulos Viennam ſecum inve-

Firlejus.

Sapieha.

invexiſſe cauſatus, ut hoc de ipſo teſtatur Matth. Caſimirus Sarbievius S. J. *in Concione Funebri eidem Marſchalco habita.* Quinimo licet aliquando titulos ejusmodi Poloni non recuſarint ſed ab exteris Principibus ſibi oblatos admiſerint, poſtea tamen in Poloniam reverſi eosdem ultro dimiſerunt. Sic MNISCII creati ſunt ab Imperatore Germanorum Comites in Magna Komczyce; cum tamen Sigismundi I. tempore Nicolaus Mniszek in Poloniam revertiſſet, illo titulo non eſt uſus. *Vid.* Simon Okolski. *Tom. II. pag. 302.* Similiter & Comites TENCZYNY, etſi ex vetuſtiſſimis Comitibus Topororum fuerint orti, videntur tamen (ſi modo hæreditaria fuit dignitas illa) titulum hunc labentibus annis neglexiſſe, adeo ut opus fuerit, de novo poſtea titulum hunc impetrare. Ad eorum exemplum etiam hodie *Polubinſcii, Maſſalſcii* & *Oginſcii* titulo Ducum non utuntur, velut ex quamplurimis Subſcriptionibus manifeſtum eſt. Imo inferiorem etiam titulum, nempe Comitum, hodie habent Oginſcii. *Vid.* Ladowski *in Dedicatione Collectionis ſuæ Conſtitutionum nuper editæ.*

Quidam titulum Comitum dimiſerunt.

X. Cauſa vero, cur Reſpubl. Polonica ſemper ſe oppoſuerit titulatæ Nobilitati, & cur Nobiles Poloni hos peregrinos titu-

Cauſa cur Poloni ſe oppoſuerint titulatæ Nobilitati eſt Nobilitatis æqualitas.

Digitized b

titulos ultro etiam ſibi oblatos non raro contempſerint, non alia eſt, quam ſumma Nobilium omnium in imperio Polonico æqualitas. In Polonia namque eo quod quis Princeps, vel Comes, vel Baro eſt, non plus juris habet ſive reſpectu ſuorum Subditorum, ſive etiam reſpectu aliorum Nobilium: ſed omnes Nobiles, ſive ſint Principes, ſive Comites, ſive Barones, ſive etiam titulis illis omnibus careant, inter ſe ſunt æquales. Idcirco cum Anno 1663. Georgio Lubomirſcio Marſchalco Regni Poloniæ ſupremo objiceretur, quod ſe ſupra civilem æqualitatem extollere laboret, inter alia tiara Ducali; Reſpondit Lubomirſcius: *Supra civilem æqualitatem voluiſſe me attolli, nemo dicet: ipſamet invidia deducere hoc mihi non poterit, nec unquam deducet, quaſi aliter vixerim, quam Civis Civibus, & in æquali Republ. æqualis &c.* De mitra illa Ducali reſpondet, ſe ea tantum uti in privato ſigillo, & id propterea, quia hæres eſſet fortunarum & honorum per maternam propaginem Ducum de Oſtrog. Vid. Lubomirski *in Manifeſto publicæ innocentiæ, quod, præterquam quod Latine & Polonice in Polonia prodiit, in ſertum etiam eſt Diario Europæo Continuas. XII. in Append. pag. 145. ſeq.* Immo in ipſis etiam Pactis Conventis promittunt

tunt Reges, quod velint omnes conſanguineos collaterales eodem jure cenſere, quo cætera Nobilitas Polonica cenſetur: Linea autem è lumbis Regiis directe deſcendens iisdem prærogativis gaudet, quibus gaviſi ſunt ſuperiorum Regum liberi, ſalvis juribus Reipubl. *Vid. Pacta Conventa Sereniſſ. Joannis III. §. Krewnych.* Hac æqualitate freti Magiſtratus ſingulorum etiam Diſtrictuum, prærogativam loci de jure concedere non coguntur Baronibus, Comitibus & Principibus, niſi ſi illi ſuperiore aliqua dignitate ſint ornati. Ex ea cauſa cum poſt obitum Sigiſmundi Auguſti legatio ad Henricum, Regem Poloniæ electum, in Galliam miſſa eſſet & Rex Comitem de Gorka propter titulum magis vellet honorare, quam Capitaneum Belzenſem, monitus eſt à Polonis, ne illud faceret. Et Berolini in Nuptiis Radzivilii, cum Germani ſuperiorem locum Comiti de Labyſzyn, inferiorem autem Succamerario Poſnanienſi vellent concedere, moniti ſunt, ut Succamerarium Comiti Polonorum more præferrent, teſte Matthia Dargodzki *in lib. de titulata Nobilitate num. 11.* Prærogativa Magiſtratuum præ Comitibus & Baronibus,

XI. Tentarunt quidem olim æqualitatem hanc Polonicæ Nobilitatis quidam Regni Proceres ſubvertere, cum Sigismun- AEqualitatem Nobilitatis quidam ſubvertere tentant,

tutionibus occurrite. Poloni eam per Polonicam vocem *Panowie*, i. e. *Domini* reddunt. Sunt tamen adhuc & fuerunt ſuperiore Seculo in Polonia & M. Duc. Lith. quidam BARONES S. Rom. Imperii. Etenim quidam ex familia Chodkiewiciorum ſubſcripſit Privilegium Civitati Vilnenſi à Sigiſmundo Auguſto Rege an. 1567. conceſſum ſequenti modo: *Joannes Chodkiewicz* LIBER BARO IN SZKLOW & BYCHOW, apud Aaronem Alexandrum Olizarovium *lib. II. de Politica hominum ſocietate cap. 1.* Videntur rego Chodkievicii primo impetraſſe titulum, Baronum in Szklow & Bychow: poſtea autem Comitum in Szklow & Bychow. Meminit etiam Simon Starovolſcius BARONVM de Byki, qui aliquot ſtadiis ab urbe Petricovienſi in Palatinatu Siradienſi arcem habent, Byki dictam, à qua nomen familiæ fluxit. *Vid.* Starovolſc. *in Deſcript. Polon. pag. 28.* Obtinuit quoque Severinus FIRLEY Caſtellanus Biecenſis pro ſe & ſucceſſoribus ſuis utriusque ſexus, duplices Baronatus, ſcilicet de OGRODZINIEC, & de CAMIENIEC, teſte Nicolao Firley Caſtellano Woynicenſi Severini illius Nepote *in Epiſtola ad filium ſuum, quæ annexa eſt Matthiæ Dargodzy tractatui de titulata Nobilitate.* In illis,

Barones S. R. Imp.

Barones de Byki.

Firleii.

Digitized by Google

illis, qui jam antea extra Poloniam gaviſi ſunt titulo Baronum, & poſtea cum omnibus poſteris ſuis jus indigenatus in Regno Poloniæ ſunt adepti, numerantur OTTO LIBER BARO de SCHWERIN & JOANNES LIBER BARO ab HOVERBECKE ambo Electoris Brandeburgici Conſiliarii Status intimi. *Vid. Conſtitutio Anni 1658. pag. 50.* (47.) Item Georgius L. B. de DORFLINGER in *conſtitutione Anni 1685. pag. 21.* Barones ex aliis regionibus.

VII. Hactenus ſatis ſuperque à nobis probatum eſt, fuiſſe & olim & eſſe adhuc hodie in imperio Polonico Principes, Duces, Comites, Barones: jam ulterius nobis videndum eſt, utrum omnibus illis ſine ulla controverſia hi tituli à Republ. concedantur? Concedi eos, poſſet quispiam ſuſpicari ex recentiſſimis etiam Regum Diplomatis. Nam Denunciatio Regis Coronati à Sereniſſimo Rege Joanne III. Anno 1676. edita hoc modo, poſt Regium titulum, incipit: *Omnibus in univerſum Regni Noſtri Ducibus, Principibus, Comitibus, Baronibus, Spiritualibus & Secularibus; Archiepiſcopis, Epiſcopis, Palatinis, Caſtellanis, Capitaneis, Dignitariis, Officialibus* &c. *Vid.* Conſtitut. dicti anni *pag. 3.* Verum ex his nondum id, quod in quæſtione eſt, probabitur, quod ut manifeſtum An tituli hi omnibus his in Polonia tribuantur. Duces ex Magnis Ducibus oriundi.

ſtum fiat, paulo fuſius nobis hæc materia erit exponenda. Quod atinet ad *Duces*, qui ex antiquis Ducum Lithvaniæ & Ruſſiæ familiis ſunt oriundi, illis neque olim à quoquam titulus Ducum eſt denegatus, neque hodie denegatur. Multo minus autem negatur titulus Principis Sereniſſimorum Regum filiis. Idem dicendum eſt de Archiepiſcopo Gneſnenſi, qui *primi Principis* titulo gaudet. Sic etiam Ducibus Radziviliis ab ipſa Republ. conceſſum eſt, ut titulo ab Imperatoribus adepto uti poſſit, quemadmodum poſtea probabitur. Sed neque illis quisquam Ducum aut Principum titulos denegaverit, qui jam in aliis Regnis Duces & Principes fuerunt, & poſtea jus Indigenatus in Polonia ſunt adepti; niſi dubium ſit, utrum illi antea in aliis Regnis gaviſi ſint illis titulis, nec ne. Exemplo nobis eſſe poſſunt Polubinscii, Maſſalſcii aliique Knezii in Magno Ducatu Lithvaniæ, quibus titulum Ducis abjudicat Nicolaus Firley Caſtellanus Woynicenſis *in Epiſtola ad filium ſuum ſupra citata*. Ratio ipſius hæc eſt, quoniam *Kniaz* Ruſſica lingva nihil aliud, ex ipſius ſententia, ſignificat, quam Dominum alicujus loci, quaſi dicas: *tey Kmeie Pan, albo Dziedzic*, id

Regum filii.

Radzivilii.

Duces ex aliis Regnis venientes.

Knesii Moscovitici.

id eſt, *hujus villæ Dominus vel hæres.* Licet igitur illi in Moſcovia dicti fuerint *Kniaze*, inde tamen ſequi negat Firley, ipſos propterea Duces eſſe appellandos. Verum non immerito quiſpiam Firlejo objiceret, etiam in ipſo Statuto Lithvanico, prout illud An. 1566. in Comitiis Vilnenſibus à Sigiſmundo Auguſto confirmatum eſt & adhuc MS. habetur, vocem *Kniaz* frequentiſſime pro Duce vel Principe uſurpari. Sic cap. 1. art. 17. *Dobra Kniazkie* id eſt bona Ducalia, ſumuntur pro ipſis Bonis Magni Ducis Lithvaniæ. Ita etiam cap. 1. art. 26. dicitur, *Kniaziom, Panom, Radom Duchovvnym y Svvieckim* i.e. *Ducibus, Dominis ſive Baronibus, Senatoribus Eccleſiaſticis & Secularibus.* Et cap. 3. art. 9. ipſe Magnus Dux Lithvaniæ vocatur: *Kniaz Wielkiego Xieſtvva Litevvslciego.* Accedit, quod etiam in ipſis Conſtitutionibus anni 1628. *tit. O Tatarach.* Matthias Oginſlci ſimpliciter vocatur *Kniaz*, ſine ulla additione loci, cujus ille Dominus eſſet, ex quo deducitur, illum dicto loco Ducem vocari. Et ſic probavimus, multis in Polonia titulum Ducis non denegari. De antiquis etiam illis COMITIBVS, qui ſub primis Poloniæ Regibus & Ducibus fuiſſe perhibentur dubitat idem Firlejus, utrum hæc præ-

Comites quinam olim fuerint.

Digitized by Google

præeminentia quædam hæreditaria fuerit, ut nunc eſt. Exiſtimat enim, Comites olim in Polonia fuiſſe Magiſtratus ad dies vitæ munere aliquo fungentes, quæ ſententia adeo abſurda non videbitur, conſideranti, quid iis temporibus apud alias etiam finitimas gentes fuerit Comitatus. Nimirum non ab re quiſpiam exiſtimaverit, *Comitatum* quondam in Polonia fuiſſe *Palatinatum* & *Caſtellaniam*, vel etiam ut apud Veteres Germanos, *officium Judicis*. Nam hæc Joannes Dlugoſſus crebro permutat, ita ut unum eundemque virum mox appellet Comitem, mox Palatinum, mox Comitem PALATINVM. Exemplum habemus in Petro Dano ſive Dunino, quem vocat non tantum Comitem, ſed etiam Comitem Palatinum, & alio in loco tantum Palatinum *Tom. I. Annal. Polon. lib. IV. pag. 418.* Criſlinum etiam quendam appellat Palatinum Maſoviæ *Tom. I. lib. VI. pag. 418.* Criſlinum etiam quendam appellat Palatinum Maſoviæ *Tom. I. lib. VI. pag. 533.* Sed poſtea *pag. 574.* eundem vocat Comitem Palatinum Plocenſem. Diſtrictus denique quidam in Palatinatu Siradienſi ſitus, nomine *Chropi*, mox vocatur Comitatus, mox Caſtellania. *Vid.* Dlugoſſ. *Tom. I. lib. IV. p. 280.* Sed

in

in tanto vetuſtorum monumentorum defectu, quid vetuſtis temporibus hic obtinuerit, determinatu difficile eſt: hoc tamen, de vetuſtiſſimis ſaltem temporibus, certo aſſeri poſſe videtur, non fuiſſe hanc dignitatem hæreditariam. De BARONIBVS denique jam ſupra diximus quod nulli alii quondam fuerint, quam Regni Proceres, ſeu Senatores, ſeu alii in Dignitatibus conſtituti. Barones.

VIII. Quod autem ad DVCES, COMITES & BARONES ab Imperatoribus Germanorum in Polonia creatos attinet, iis ſe ſuperiore quoque ſeculo ſemper oppoſuit Reſpubl. Polonica, querelasque frequentiſſime contra illos movit, qui titulos illos extraneos affectarunt. Certe Radzivilium cauſam dicere oportuit, cur titulum Ducalem ab Imperatore Maximiliano impetraverit contra morem Reipublicæ Polonicæ, unde omnis titulata Nobilitas exularet. Fredro *in Hiſt. Henrici Regis pag.* 75. Matthias vero Dargodzki in ſcripto ſatis acerbo contra titulatam Nobilitatem anno 1634. edito *num.* 32. refert, Radzivilium cum undique ob titulum illum impeteretur, tandem Diploma Cæſareum ad pedes Regis projeciſſe, & ſi Rex juſſurus eſſet, voluiſſe aut Diplo- Duces, Comites & Barones ab Imp. creati impugnantur.

ma illud Cæſareum lacerare, aut ſaltem titulo iſto intra Regni Polonici pomœria prorſus abſtinere. Sed & illi Radzivilii, quos à Carolo V. in Principes Imperii evectos fuiſſe ſupra memoravimus, cauſam impetrati ab Imperatore tituli dicere coacti ſunt. *Vid.* Kojalowicz *Part. II. Hiſt. Lithvan. pag. 415.* Præterea cum Sigismundo Myskovio titulus Marchionis collatus, & tempore Comitiorum in quodam Scripro publico honoris cauſa appoſitus eſſet, inventus eſt in Conclavi Nunciorum, qui pennam non habens, digitum atramento immergeret, eoque titulum Marchionis expungeret, teſte Dargodzki *loc. cit. num. 36.*

Multi Poloni titulos externos acceptare detrectarunt.

IX. Ex hac ratione multi ambitioſos illos titulos ab Imperatoribus aliisque Regibus ſibi oblatos, acceptare noluerunt. Certe cum Sigismundus Senior ſuperiore Seculo ad viſendum fratrem Vladislaum Regem Hungariæ profectus, atque inde uterque Rex à Maximiliano Imperatore invitatus Viennam Auſtriæ ſe contuliſſet; *ibi Imperator crediderat digniſſima benevolentiæ teſtimonia obtuliſſe Polonis Senatoribus, qui cum Rege tum aderant, ſi primoribus Ducales, cæteris Comitum donaſſet titulos;*

verum

verum cum velut de nova re occultius ſecum diſceptarent Poloni, concluſum tandem, ſuorum Regum Majeſtati demptum iri, aut quoddam jus alieno Principi in Polonos concedi, à quo novos honores poſſe ſibi conferri acceptando teſtarentur. Immo liberæ Nobilitati injuria fieri debeat, quæ magnis titulis par eſſet. Reſponſum Imperatori, Polonos gratias habere Cæſareæ Majeſtati pro eo animo, quod ſibi offerret, quæ digniſſima dari poſſe ſecum penſaret. Cæterum nobilitate Patriæ contentos ſe velle vivere, abunde ſibi ornamentorum & honorum Regem ſuum atque Rempublicam conferre. Fredro *in Hiſt. Henr. pag. 75. ſeq.* Non alia mente fuit heros ille immortalitate digniſſimus Joannes Samoſcus, Zamoſcius. Regni Poloniæ ſupremus Cancellarius & ſupremus Exercituum Regni Dux, *cui vix unquam Polonia parem viderat, tot in unum cumulatis divino beneficio muneribus, quæ ſi in plures diſperſa fuiſſent, unumquemque magnum factura videbantur. Idem prudens*

Conſiliarius, idem bellator eximus, idem felix fortunatusque belli Dux, & quod mireris, cum toties arma cum diverſis Reipubl. hoſtibus contuliſſet, ſemper acie & bello victor, ut de illo loquitur Stanislaus Lubienski *lib. I. de motu Civili in Polonia pag. 33.* Immo cui non in Polonia tantum, verum in tota Europa inter multa ſecula pauci pares numerari poſſunt, ut dicit Paulus Piaſecius *in Chron. pag. 269.* Cum enim illi Legatus Hiſpaniarum Regis titulum Ducis & honorem aurei velleris nomine Regis ſui offerret, magno animo hæc recuſavit, ut auctor eſt Nicolaus Firley *in ſupra aliquoties laudata Epiſtola ad filium ſuum ſcripta.* Conf. Matthias Dargodzki *num. 24.*

Firlejus. Eodem tempore oblatus eſt Firlejo titulus Comitis, quem itidem acceptare prorſus recuſavit, teſte ipſius frate Nicolao Firlejo *loc. cit.* Et cum tempore Wladislai IV. Regis Poloniæ Imperator Germanorum Joanni Stanislao *Sapiehæ* ſupremo Magni Ducatus Lithvaniæ Marſchalco, ſuique Regis ad Imperatorem Legato titulum Principis S. Rom. Imp. obtuliſſet, recuſavit eum modeſte, ſub uno nomine Poloni Nobilis, ſe omnes ſibi convenientes titulos Viennam ſecum inve-

Sapieha.

invexiſſe cauſatus, ut hoc de ipſo teſtatur Matth. Caſimirus Sarbievius S. J. *in Concione Funebri eidem Marſchalco habita.* Quinimo licet aliquando titulos ejusmodi Poloni non recuſarint ſed ab exteris Principibus ſibi oblatos admiſerint, poſtea, tamen in Poloniam reverſi eosdem ultro dimiſerunt. Sic MNISCII creati ſunt ab Imperatore Germanorum Comites in Magna Komczyce; cum tamen Sigismundi I. tempore Nicolaus Mniszek in Poloniam revertiſſet, illo titulo non eſt uſus. *Vid.* Simon Okolski. *Tom. II. pag. 302.* Similiter & Comites TENCZYNY, etſi ex vetuſtiſſimis Comitibus Topororum fuerint orti, videntur tamen (ſi modo hæreditaria fuit dignitas illa) titulum hunc labentibus annis neglexiſſe, adeo ut opus fuerit, de novo poſtea titulum hunc impetrare. Ad eorum exemplum etiam, hodie *Polubinſcii, Maſſalſcii* & *Oginſcii* titulo Ducum non utuntur, velut ex quamplurimis Subſcriptionibus manifeſtum, eſt. Imo inferiorem etiam titulum, nempe Comitum; hodie habent Oginſcii. *Vid.* Ladowski *in Dedicatione Collectionis ſuæ Conſtitutionum nuper editæ.* Quidam titulum Comitum dimiſerunt.

X. Cauſa vero, cur Reſpubl. Polonica ſemper ſe oppoſuerit titulatæ Nobilitati, & cur Nobiles Poloni hos peregrinos titu- Cauſa cur Poloni ſe oppoſuerint titulatæ Nobilitati eſt Nobilitatis æqualitas.

titulos ultro etiam ſibi oblatos non raro contempſerint, non alia eſt, quam ſumma Nobilium omnium in imperio Polonico æqualitas. In Polonia namque eo quod quis Princeps, vel Comes, vel Baro eſt, non plus juris habet ſive reſpectu ſuorum Subditorum, ſive etiam reſpectu aliorum Nobilium: ſed omnes Nobiles, ſive ſint Principes, ſive Comites, ſive Barones, ſive etiam titulis illis omnibus careant, inter ſe ſunt æquales. Idcirco cum Anno 1663. Georgio Lubomirſcio Marſchalco Regni Poloniæ ſupremo objiceretur, quod ſe ſupra civilem æqualitatem extollere laboret, inter alia tiara Ducali; Reſpondit Lubomirſcius: *Supra civilem æqualitatem voluiſſe me attolli, nemo dicet: ipſamet invidia deducere hoc mihi non poterit, nec unquam deducet, quaſi aliter vixerim, quam Civis Civibus, & in æquali Republ. æqualis &c.* De mitra illa Ducali reſpondet, ſe ea tantum uti in privato ſigillo, & id propterea, quia hæres eſſet fortunarum & honorum per maternam propaginem Ducum de Oſtrog. Vid. Lubomirski *in Manifeſto publicæ innocentiæ, quod, præterquam quod Latine & Polonice in Polonia prodiit, inſertum etiam eſt Diario Europæo Continuat. XII. in Append. pag. 145. ſeq.* Immo in ipſis etiam Pactis Conventis promittunt

tunt Reges, quod velint omnes conſanguineos collaterales eodem jure cenſere, quo cætera Nobilitas Polonica cenſetur: Linea autem è lumbis Regiis directe deſcendens iiſdem prærogativis gaudet, quibus gavîſi ſunt ſuperiorum Regum liberi, ſalvis juribus Reipubl. *Vid. Pacta Conventa Sereniſſ. Joannis III. §. Krewnych.* Hac æqualitate freti Magiſtratus ſingulorum etiam Diſtrictuum, prærogativam loci de jure concedere non coguntur Baronibus, Comitibus & Principibus, niſi ſi illi ſuperiore aliqua dignitate ſint ornati. Ex ea cauſa cum poſt obitum Sigiſmundi Auguſti legatio ad Henricum, Regem Poloniæ electum, in Galliam miſſa eſſet & Rex Comitem de Gorka propter titulum magis vellet honorare, quam Capitaneum Belzenſem, monitus eſt à Polonis, ne illud faceret. Et Berolini in Nuptiis Radzivilii, cum Germani ſuperiorem locum Comiti de Labyſzyn, inferiorem autem Succamerario Poſnanienſi vellent concedere, moniti ſunt, ut Succamerarium Comiti Polonorum more præferrent, teſte Matthia Dargodzki *in lib. de titulata Nobilitate num. 11.*

Prærogativa Magiſtratuum præ Comitibus & Baronibus.

XI. Tentarunt quidem olim æqualitatem hanc Polonicæ Nobilitatis quidam Regni Proceres ſubvertere, cum Sigismun-

Æqualitatem Nobilitatis quidam ſubvertere tentant.

tutionibus occurrite. Poloni eam per Polonicam vocem *Panowie*, i. e. *Domini* reddunt. Sunt tamen adhuc & fuerunt ſuperiore Seculo in Polonia & M.Duc.Lith. quidam BARONES S. Rom. Imperii. Etenim quidam ex familia Chodkiewiciorum ſubſcripſit Privilegium Civitati Vilnenſi à Sigiſmundo Auguſto Rege an. 1567. conceſſum ſequenti modo: *Joannes Chodkiewicz* LIBER BARO IN SZKLOW & BYCHOW, apud Aaronem Alexandrum Olizarovium *lib. II. de Politica hominum ſocietate cap. 1.* Videntur rego Chodkievicii primo impetraſſe titulum Baronum in Szklow & Bychow: poſtea autem Comitum in Szklow & Bychow. Meminit etiam Simon Starovolſcius BARONVM de Byki, qui aliquot ſtadiis ab urbe Petricovienſi in Palatinatu Siradienſi arcem habent, Byki dictam, à qua nomen familiæ fluxit. *Vid.* Starovolſc. *in Deſcript. Polon. pag. 28.* Obtinuit quoque Severinus FIRLEY Caſtellanus Biecenſis pro ſe & ſucceſſoribus ſuis utriusque ſexus, duplices Baronatus, ſcilicet de OGRODZINIEC, & de CAMIENIEC, teſte Nicolao Firley Caſtellano Woynicenſi Severini illius Nepote *in Epiſtola ad filium ſuum, quæ annexa eſt Matthiæ Dargodzy tractatus de titulata Nobilitate.* In

Barones S. R. Imp.

Barones de Byki.

Firleii.

illis,

illis, qui jam antea extra Poloniam gaviſi ſunt tituloBaronum,& poſtea cum omnibus poſteris ſuis jus indigenatus in Regno Poloniæ ſunt adepti, numerantur OTTO LIBER BARO de SCHWERIN & JOANNES LIBER BARO ab HOVERBECKE ambo Electoris Brandeburgici Conſiliarii Status intimi. *Vid. Conſtitutio Anni 1658. pag. 50.* (47.) Item Georgius L. B. de DORFLINGER in *conſtitutione Anni 1685. pag. 21.*

Barones ex aliis regionibus.

VII. Hactenus ſatis ſuperque à nobis probatum eſt, fuiſſe & olim & eſſe adhuc hodie in imperio Polonico Principes, Duces, Comites, Barones: jam ulterius nobis videndum eſt, utrum omnibus illis ſine ulla controverſia hi tituli à Republ. concedantur? Concedi eos, poſſet quispiam ſuſpicari ex recentiſſimis etiam Regum Diplomatis. Nam Denunciatio Regis Coronati à Sereniſſimo Rege Joanne III. Anno 1676. edita hoc modo, poſt Regium titulum, incipit: *Omnibus in univerſum Regni Noſtri Ducibus, Principibus, Comitibus, Baronibus, Spiritualibus & Secularibus; Archiepiſcopis, Epiſcopis, Palatinis, Caſtellanis, Capitaneis, Dignitariis, Officialibus &c. Vid.* Conſtitut. dicti anni *pag. 5.* Verum ex his nondum id, quod in quæſtione eſt, probabitur, quod ut manifeſtum

An tituli hi omnibus his in Polonia tribuantur.

Duces ex Magnis Ducibus oriundi.

Digitized by Google

id eſt, *hujus villæ Dominus vel hæres.* Licet igitur illi in Moſcovia dicti fuerint *Kniaze*, inde tamen ſequi negat Firley, ipſos propterea Duces eſſe appellandos. Verum non immerito quiſpiam Firlejo objiceret, etiam in ipſo Statuto Lithvanico, prout illud An. 1566. in Comitiis Vilnenſibus à Sigiſmundo Auguſto confirmatum eſt & adhuc MS. habetur, vocem *Kniaz* frequentiſſime pro Duce vel Principe uſurpari. Sic cap. 1. art. 17. *Dobra Kniazkie* id eſt bona Ducalia, ſumuntur pro ipſis Bonis Magni Ducis Lithvaniæ. Ita etiam cap. 1. art. 26. dicitur, *Kniaziom, Panom, Radom Duchovvnym y Svvieckim* i.e. *Ducibus, Dominis ſive Baronibus, Senatoribus Eccleſiaſticis & Secularibus.* Et cap. 3. art. 9. ipſe Magnus Dux Lithvaniæ vocatur: *Kniaz Wielkiego Xieſtvva Litevvslciego.* Accedit, quod etiam in ipſis Conſtitutionibus anni 1628. *tit. O Tatarach.* Matthias Oginslci ſimpliciter vocatur *Kniaz*, ſine ulla additione loci, cujus ille Dominus eſſet, ex quo deducitur, illum dicto loco Ducem vocari. Et ſic probavimus, multis in Polonia titulum Ducis non denegari. De antiquis etiam illis COMITIBVS, qui ſub primis Poloniæ Regibus & Ducibus fuiſſe perhibentur dubitat idem Firlejus, utrum hæc

Comites quinam olim fuerint.

Digitized by Google

præeminentia quædam hæreditaria fuerit, ut nunc eſt? Exiſtimat enim, Comites olim in Polonia fuiſſe Magiſtratus ad dies vitæ munere aliquo fungentes, quæ ſententia adeo abſurda non videbitur, conſideranti, quid iis temporibus apud alias etiam finitimas gentes fuerit Comitatus. Nimirum non ab re quiſpiam exiſtimaverit, *Comitatum* quondam in Polonia fuiſſe *Palatinatum* & *Caſtellaniam*, vel etiam ut apud Veteres Germanos, *officium Judicis*. Nam hæc Joannes Dlugoſſus crebro permutat, ita ut unum eundemque virum mox appellet Comitem, mox Palatinum, mox Comitem PALATINUM. Exemplum habemus in Petro Dano ſive Dunino, quem vocat non tantum Comitem, ſed etiam Comitem Palatinum, & alio in loco tantum Palatinum *Tom. I. Annal. Polon. lib. IV. pag. 418.* Criſlinum etiam quendam appellat Palatinum Maſoviæ *Tom. I. lib. VI. pag. 418.* Criſlinum etiam quendam appellat Palatinum Maſoviæ *Tom. I. lib. VI. pag. 533.* Sed poſtea *pag. 574.* eundem vocat Comitem Palatinum Plocenſem. Diſtrictus denique quidam in Palatinatu Siradienſi ſitus, nomine *Chropi*, mox vocatur Comitatus, mox Caſtellania. *Vid.* Dlugoſſ. *Tom. I. lib. IV. p. 280.* Sed in

in tanto vetuſtorum monumentorum defectu, quid vetuſtis temporibus hic obtinuerit, determinatu difficile eſt: hoc tamen, de vetuſtiſſimis ſaltem temporibus, certo aſſeri poſſe videtur, non fuiſſe hanc dignitatem hæreditariam. De BARONIBVS denique jam ſupra diximus quod nulli alii quondam fuerint, quam Regni Proceres, ſeu Senatores, ſeu alii in Dignitatibus conſtituti. Barones.

VIII. Quod autem ad DVCES, COMITES & BARONES ab Imperatoribus Germanorum in Polonia creatos attinet, iis ſe ſuperiore quoque ſeculo ſemper oppoſuit Reſpubl. Polonica, querelasque frequentiſſime contra illos movit, qui titulos illos extraneos affectarunt. Certe Radzivilium cauſam dicere oportuit, cur titulum Ducalem ab Imperatore Maximiliano impetraverit contra morem Reipublicæ Polonicæ, unde omnis titulata Nobilitas exularet. Fredro *in Hiſt. Henrici Regis pag. 75.* Matthias vero Dargodzki in ſcripto ſatis acerbo contra titulatam Nobilitatem anno 1634. edito *num. 32.* refert, Radzivilium cum undique ob titulum illum impeteretur, tandem Diploma Cæſareum ad pedes Regis projeciſſe, & ſi Rex juſſurus eſſet, voluiſſe aut Diplo- Duces, Comites & Barones ab Imp. creati impugnantur.

ma illud Cæſareum lacerare, aut ſaltem titulo iſto intra Regni Polonici pomœria prorſus abſtinere. Sed & illi Radzivilii, quos à Carolo V. in Principes Imperii evectos fuiſſe ſupra memoravimus, cauſam impetrati ab Imperatore tituli dicere coacti ſunt. *Vid.* Kojalowicz *Part. II. Hiſt. Lithvan. pag.* 415. Præterea cum Sigismundo Myskovio titulus Marchionis collatus, & tempore Comitiorum in quodam Scripto publico honoris cauſa appoſitus eſſet, inventus eſt in Conclavi Nunciorum, qui pennam non habens, digitum atramento immergeret, eoque titulum Marchionis expungeret, teſte Dargodzki *loc. cit. num.* 36.

Multi Poloni titulos externos acceptare detrectarunt.

IX. Ex hac ratione multi ambitioſos illos titulos ab Imperatoribus aliisque Regibus ſibi oblatos, acceptare noluerunt. Certe cum Sigismundus Senior ſuperiore Seculo ad viſendum fratrem Vladislaum Regem Hungariæ profectus, atque inde uterque Rex à Maximiliano Imperatore invitatus Viennam Auſtriæ ſe contuliſſet; *ibi Imperator crediderat digniſſima benevolentiæ teſtimonia obtuliſſe Polonis Senatoribus, qui cum Rege tum aderant, ſi primoribus Ducales, cæteris Comitum donaſſet titulos;*

verum

verum cum velut de nova re occultius ſecum diſceptarent Poloni, concluſum tandem, ſuorum Regum Majeſtati demptum iri, aut quoddam jus alieno Principi in Polonos concedi, à quo novos honores poſſe ſibi conferri acceptando teſtarentur. Immo liberæ Nobilitati injuria fieri debeat, quæ magnis titulis par eſſet. Reſponſum Imperatori, Polonos gratias habere Cæſareæ Majeſtati pro eo animo, quod ſibi offerret, quæ digniſſima dari poſſe ſecum penſaret. Cæterum nobilitate Patriæ contentos ſe velle vivere, abunde ſibi ornamentorum & honorum Regem ſuum atque Rempublicam conferre. Fredro *in Hiſt. Henr. pag. 75. ſeq.* Non alia mente fuit heros ille immortalitate digniſſimus Joannes Samoſcus, Regni Poloniæ ſupremus Cancellarius & ſupremus Exercituum Regni Dux, *cui vix unquam Polonia parem viderat, tot in unum cumulatis divino beneficio muneribus, quæ ſi in plures diſperſa fuiſſent, unumquemque magnum factura videbantur. Idem prudens* Zamoſcius.

Conſiliarius, idem bellator eximus, idem felix fortunatusque belli Dux, & quod mireris, cum toties arma cum diverſis Reipubl. hoſtibus contuliſſet, ſemper acie & bello victor, ut de illo loquitur Stanislaus Lubienski *lib. I. de motu Civili in Polonia pag. 33.* Immo cui non in Polonia tantum, verum in tota Europa inter multa ſecula pauci pares numerari poſſunt, ut dicit Paulus Piaſecius *in Chron. pag. 269.* Cum enim illi Legatus Hiſpaniarum Regis titulum Ducis & honorem aurei velleris nomine Regis ſui offerret, magno animo hæc recuſavit, ut auctor eſt Nicolaus Firley *in ſupra aliquoties laudata Epiſtola ad filium ſuum ſcripta.* Conf. Matthias Dargodzki *num. 24.* Eodem tempore oblatus eſt Firlejo titulus Comitis, quem itidem acceptare prorſus recuſavit, teſte ipſius frate Nicolao Firlejo *loc. cit.* Et cum tempore Wladislai IV. Regis Poloniæ Imperator Germanorum Joanni Stanislao *Sapiehæ* ſupremo Magni Ducatus Lithvaniæ Marſchalco, ſuique Regis ad Imperatorem Legato titulum Principis S. Rom. Imp. obtuliſſet, recuſavit eum modeſte, ſub uno nomine Poloni Nobilis, ſe omnes ſibi convenientes titulos Viennam ſecum inve-

Firlejus.

Sapieha.

invexiſſe cauſatus, ut hoc de ipſo teſtatur Matth. Caſimirus Sarbievius S. J. *in Concione Funebri eidem Marſchalco habita.* Quinimo licet aliquando titulos ejusmodi Poloni non recuſarint ſed ab exteris Principibus ſibi oblatos admiſerint, poſtea tamen in Poloniam reverſi eosdem ultro dimiſerunt. Sic MNISCII creati ſunt ab Imperatore Germanorum Comites in Magna Komczyce; cum tamen Sigismundi I. tempore Nicolaus Mniszek in Poloniam revertiſſet, illo titulo non eſt uſus. *Vid.* Simon Okolski. *Tom. II. pag. 302.* Similiter & Comites TENCZYNY, etſi ex vetuſtiſſimis Comitibus Topororum fuerint orti, videntur tamen (ſi modo hæreditaria fuit dignitas illa) titulum hunc labentibus annis neglexiſſe, adeo ut opus fuerit, de novo poſtea titulum hunc impetrare. Ad eorum exemplum etiam hodie *Polubinſcii, Maſſalſcii* & *Oginſcii* titulo Ducum non utuntur, velut ex quamplurimis Subſcriptionibus manifeſtum eſt. Imo inferiorem etiam titulum, nempe Comitum, hodie habent Oginſcii. *Vid.* Ladowski *in Dedicatione Collectionis ſuæ Conſtitutionum nuper editæ.*

Quidam titulumm Comitum dimiſerunt.

X. Cauſa vero, cur Reſpubl. Polonica ſemper ſe oppoſuerit titulatæ Nobilitati, & cur Nobiles Poloni hos peregrinos titu-

Cauſa cur Poloni ſe oppoſuerint titulatæ Nobilitati eſt Nobilitatis æqualitas.

Digitized by Google

tunt Reges, quod velint omnes conſanguineos collaterales eodem jure cenſere, quo cætera Nobilitas Polonica cenſetur: Linea autem è lumbis Regiis directe deſcendens iisdem prærogativis gaudet, quibus gaviſi ſunt ſuperiorum Regum liberi, ſalvis juribus Reipubl. *Vid. Pacta Conventa Sereniſſ. Joannis III. §. Krewnych.* Hac æqualitate freti Magiſtratus ſingulorum etiam Diſtrictuum, prærogativam loci de jure concedere non coguntur Baronibus, Comitibus & Principibus, niſi ſi illi ſuperiore aliqua dignitate ſint ornati. Ex ea cauſa cum poſt obitum Sigiſmundi Auguſti legatio ad Henricum, Regem Poloniæ electum, in Galliam miſſa eſſet & Rex Comitem de Gorka propter titulum magis vellet honorare, quam Capitaneum Belzenſem, monitus eſt à Polonis, ne illud faceret. Et Berolini in Nuptiis Radzivilii, cum Germani ſuperiorem locum Comiti de Labyſzyn, inferiorem autem Succamerario Poſnanienſi vellent concedere, moniti ſunt, ut Succamerarium Comiti Polonorum more præferrent, teſte Matthia Dargodzki *in lib. de titulata Nobilitate num. 11.*

Prærogativa Magiſtratuum præ Comitibus & Baronibus.

XI. Tentarunt quidem olim æqualitatem hanc Polonicæ Nobilitatis quidam Regni Proceres ſubvertere, cum Sigismun-

AEqualitatem Nobilitatis quidam ſubvertere tentant.

giſmundo I. Regi Anno 1537. auctores eſſent, ut diſcrimen inter Nobilitatem faceret, prout conſuetudo Bohemicæ gentis fert, efficere tamen nihil potuerunt. Adeo enim hoc ægre tulit Nobilitas (præſertim cum Senator quidam primarius Nobiles pauperiores, qui pedibus Leopolin ad Regem venerant, nauci feciſſet) ut ſeceſſionem à Rege & Senatu fecerit, & niſi divinitus Nobilitatis concitatæ conatus prodigioſa tempeſtate diſturbati fuiſſent, parum abfuerit, quin Nobiles in Senatores impetum feciſſent, ac Regi obedientiam renunciaſſent. Salom. Neugeb. *lib. VII. Hiſt. Polon. pag. 541.* Tectius atque occultius illi ſupra cæteros aſſurgere ſuperiore ſeculo laborarunt, qui titulos Comitum, Baronum & Principum more majorum ſuorum neglecto, ab exteris Imperatoribus & Regibus, aut ipſi petere cœperunt, aut etiam ſibi ultro oblatos primi admiſerunt. Quamvis neque hoc potuerit cordatioribus eſſe ignotum, qui propterea ſeſe novitati huic ſummis viribus oppoſuerunt curaruntque ne quid detrimenti hinc caperent Nobilitatis jura. Non tamen reperiuntur ullæ leges, quantum mihi conſtat, tunc temporis contra illos latæ, qui externos titulos

affe-

affectabant, ſed ſemper rei novitati mores Patrii opponebantur: donec tandem Anno 1638. in Comitiis Warſavienſibus, fortaſſis ex occaſione accepti à Georgio Oſſolinio Ducalis tituli, ut & Anno 1641. conſtitutum eſt, ut Principes & Comites, qui iis titulis gaudebant illo tempore, quo Magnus Ducatus Lithvaniæ, ut & Palatinatus Kiovienſis, Volhyniæ & Braclavienſis Regno Poloniæ incorporati ſunt (quod an. 1569. tempore Sigiſmundi Auguſti factum eſſe novimus) ut, inquam, illi titulos Principum, Comitum, & Baronum retinerent iisque uterentur, ſed non niſi his conditionibus: primum ut ſimul cum aliis Nobilibus paritate & æqualitate juris gaudeant, unumque Ordinem cum cætera Nobilitate conſtituant. Deinde ne poſthæc alii titulos ejusmodi expetant. Porro ne tituli hi ex Cancellaria Regia, Terreſtri vel Caſtrenſi cuiquam tribuantur. *Vid. Conſtitut. Anni 1638. pag. 11. & An. 1641. pag. 10.* Conſ. *& Conſtitut. anni 1673. pag. 28.* Itaque inter hos, quibus tituli illi permiſſi ſunt, repeRiuntur non tantum Duces Wiſniowiecii, Czartoryſcii, Czetvertinſcii Zbaraſſy, de Oſtrog, Korecii, Rozinſcii, Sanguſzkones, qui ex antiquis Ducibus Lithvaniæ & Ruſſiæ fuerant oriundi, & quibus nemo

Leges contra externos titulos latæ.

Multi retinent titulos Ducum & Comitum.

mo unquam de titulo illo controverſiam movit; ſed etiam Duces Radzivilii, quibus hoc & antea à Republ. jam fuerat conceſſum, ut ſupra jam diximus, teſtaturque Kojalovicius *Part. II. Hiſt. Lith. lib. VII. pag. 374. & lib. VIII. pag. 415.* Inter Comites, quibus titulus hic eſt permiſſus fuerunt Comites in Tenczyn, in Tarnow, de Gorka, in Szklou & Mysz, in Wysnicz, in Oſtrorog, de Leſzno & alii quidam. Licet autem veteres ſorum Comitatuum poſſeſſores, qui titulos illos acquiſiverunt pro ſe & poſteris ſuis, jam ſint plerique extincti; ſucceſſores tamen iisdem titulis gaudent, licet ex aliis familiis ſit oriundi, ut jam ſupra docuimus; neque quisquam ipſis hos titulos denegare videtur.

Ordo inter Polonos Nobiles.

XII. Cum autem, ut audivimus, ſumma ſit Polonicæ Nobilitatis æqualitas, poſſet quiſpiam quærere, quis inter Polonos obſervetur ordo? Reſpondet ad hanc quæſtionem ſæpe antea laudatus Nicolaus Firley Caſtellanus Voynicenſis *in Epiſtola ad filium ſuum* his verbis: *Apud nos unicus eſt Ordo Nobilium, quem juris ac libertatis communio æquat. Nihilominus familiarum vel perſonarum æſtimationem multa diſtinguunt:*

guunt: utpote munia & dignitates Reipubl. vel præſentes vel antiquius crebriusque in familia geſtæ. Tum virtutis vel meritorum opinio. Sæpe etiam præſens fortunarum ſplendor. Ætatis etiam ratio. Addo denique, quod ſæpe accidit, licet non ſemper juſte, honorantium, inter quos verſantur favor. His fere præcedentibus omnis ordo conſtat inter pares alioquin genere. Qui igitur noſtratium aliis modis præ concivibus ſuis priorem locum vel gradum Nobilitatis ſibi captant, ſibi inprimis; tum Patriæ legibus, tum exteris hominibus quodammodo imponunt. A nobis vero riſu & contemptu potius, quam contentione aut indignatione aliqua excipiendi ſunt. Hæc ille *loc. cit.*

XIII. Itaque quoniam Nobilitas Polonica eodem jure utitur univerſa, eademque dignatione habetur cum Baronibus, Comitibus & Ducibus, nemo non intelligit, magnas eſſe Nobilitatis Polonicæ immunitates, magnisque ipſam gaudere prærogativis præ aliorum Regnorum Nobilitate. Et quidem initio

Nobilium in Polonia Privilegia.

Rr Nobi-

Nobiles Poloni in ſibi ſubditos ruſticos ſummum jus vitæ & necis habent. *Quisque è nobis Polonis*, ait Fredro, *ſui vulgi & bonorum parvus quodammodo & abſolutus monarcha eſt.* Hæc ille *in fragmentis Politicis num. 14. pag. 292.* Non nudius tertius autem Nobiles Poloni in ſibi ſubditos ſummam adepti ſunt poteſtatem, ſed jam ante Jagellonis tempora illa gaviſi eſſe videntur. Diſcimus hoc ex Privilegio quodam Plazis & Zawiſſis à Caſimiro Magno dato vel potius tantum Anno 1366. Cracoviæ poſt Feſtum S. Galli Confeſſoris approbato. In illo enim Privilegio Rex teſtatur, quod Kmetones, id eſt, ruſtici Dn. Joannis Plazæ & Zawiſſæ & Dn. Joannis Necandæ de Grzegorzevvice fuerint citati per Cives Lelovienſes ob quoddam facinus ad Indicem Curiæ Regiæ: *Tunc Dn. Plaza*, verba ſunt Privilegii prout illud à Caſimiro Magno confirmatum eſt, *interceſſit pro Cmetonibus jure ſuo, quia omnes Bipenni & antiqui Equi eſſent, & proceſſiſſent de uno Avo & de una progenie, & quod haberent ab antiquo unum jus omnes, itaque nemo hominum haberet judicare eorum Cmetones & Servitores,*

Ius Vitæ & necis in ſubditos.

res, nec ipſe Dominus Rex, nec Judex, nec Subjudex, nec ullus judicum, nec Dominus Palatinus, nec aliquis Dominus, nec aliquis Inſtitiarius, niſi ſoli DD. Bipenni & antiqui Eqvi, & eorum Succeſſores habent judicare omnia jura & omnes ultiones & omnia judicia, cum iis facere & exercere. Confirmavit hoc Privilegium dictis Nobilibus etiam Wladislaus Jagello Anno 1428. ut eſt apud Simonem Okolski *Tom. III. Orb. Polon. tit. Topor. pag. 15. ſeq.* Ex his facile colligere poſſumus, quantis miſeriis expoſita fuerit & olim, & adhuc expoſita ſit gens Ruſtica apud Polonos. De antiquioribus temporibus hæc habet Cromerus: *Inoleverat*, inquit, *primorum Principum negligentia & conniventia pravus & barbarus mos apud Polonos Proceres & Equites, ut iter facientes, quotiescunque & ubicunque collibitum eſſet, agros & prata agreſtium & oppidanorum depaſcerentur, ac non modo pabulum, ſed etiam victum omnem ipſis imperarent.* Hæc Cromerus *lib. VI. de Ortu & Reb. geſt. Polon. pag. 509.* Refert deinde idem Cromerus, Caſimi-

Status & conditio Ruſticorum in Polonia.

Digitized by Google

Caſimirus Magnus fuit Rex plebejorum.

rum Magnum Regem, hunc barbarum morem in Polonia ſuſtuliſſe. Et certum eſt, Regem illum plebeis fuiſſe addictiſſimum. Quocirca unam rem miratur Chriſtophorus Warſevicius, quod videlicet, cum aliquando agricolæ de Dominis ſuis queſtum ad eum acceſſiſſent, ita reſponderit clementiſſimus ille Rex: *Deſuntne vobis ſambuci & ſilices, quibus eos ulciſcamini.* Hæc Varſevic. *lib. I. de opt. Statu Libert. pag. 120.* Extant etiam legis nonnullæ à Caſimiro illo in gratiam Cmetonum ſive Ruſticorum latæ, in quibus ſunt ſequentes: *Vt Cmetonum ſine prole decedentium bona non ad Dominos, ſed ad proximiores devolvantur: ut omnibus Cmetonibus liceat à Domino ſuo abire, ſi propter exceſſum Domini deprædentur; vel ſi Dominus filiam uxoremque Cmetonis oppreſſerit; vel ſi ſententiam excommunicationis per annum ſuſtinuerit: Cmeto vel ſubditus pro pœna, obligatione aut cautione Domini ne pignoretur.* Hæc & alia plura videantur apud Joannem Herburtum *in Statuto Regni Polon. idiomate Latino ſcripto tit. Kmetho. pag. 252. ſeqq. & in Statuto Polonica lingua*

Leges pro Ruſticis.

ſcripto

ſcripto pag. 344. ſeqq. Paulus Szerbic. *Part. 1. Conſtitut. cap. 12. pag. 48. ſeq.* Sed harum legum vix hodie aliquis eſt uſus, ut praxis etiam ipſa docet. De hodierna Ruſticorum (ſive ut leges antiquæ habent Cmetonum,) Polonicorum conditione ſic ſcribit Varſevicius: *Age verò colonorum oppreſſionem gravem & quotidianos à Dominis laniatus. Vitam hi inopem & miſeram ducunt, ſine foro, ſine judice, ſine lege, addam & ſine Rege & religione aliquando, cum pecudum modo etiam diebus ſacris alicubi laborare cogantur, & nihil minus quam audeant vel à Rege ipſo in Dominos auxilia implorare.* Hæc ille *lib. 1. de optimo ſtatu Libertatis pag. 118.* Idem Polonis non raro aliæ quoque gentes objiciunt, quibus tamen reſpondet Andreas Maximilianus Fredro Caſtellanus Leopolienſis, poſtea Palatinus Podoliæ, ita ſcribens: *Etiam noſter Dominatus in plebeculam intra leges conſcientiæ eſt, dum ſcit quisque è ruricolis, quid operis ſeptimanatim quid tributi annuatim Dominis pendat, ut per æquitatem nihil extorquere liceat ſupra.*

Hodierna conditio Ruſticorum in Polonia.

Si vero ſint aliqui æquitatis violatores, tam iniquo jure tyranni eſſe poſſunt in ſuos quam veſtri (Germanos aliosque exteros ibidem alloquitur) *ſi eveniant mali in vos, cum Annales veſtri paſſim malos & Bonos Principes vobis fuiſſe palam teſtentur. Sunt aliis, ſunt item mihi pro ſorte mea* (*ſed magis per Dei gratiam*) *ſunt, inquam, caſtella, ſunt rura, ſunt ſubditi. Cur ego inſolentius meos habeam? cum ſciam, hos mihi datos à Deo, & me ſimul datum illis: illi mihi ſubjectionem, ego viciſſim juſtum in eos dominium* (*non extra leges conſcientiæ*) *debeam.* Hæc Fredro *in fragmento ſupra citato pag. 294. ſeq.* In Pruſſia Regia longe melior eſt Plebis conditio, quam in Polonia & M. Duc. Lithvaniæ. *Paulo meliore*, inquit Cromerus, *eſt conditione plebs in Pruſſia, quam in reliqua Polonia. Eodem quippe cum Nobilitate jure & iisdem legibus utitur, prærogativis modo quibusdam inferior: per quas tamen plebeji neque à Bonis terreſtribus neque ab bono-*

Plebejorum conditio in Pruſſia.

honoribus & Magiſtratibus neque à Sacerdotiis neque à Conſilio publico arcentur. Hæc Cromerus *in Deſcript. Pruſſiæ ante med.* Licet autem citatus Auctor in his verbis de Civitatibus tantum Pruſſicis earumque incolis loquatur, certum tamen eſt, colonos etiam in agris multo majoribus gaudere Privilegiis, quam ruſticos in Polonia & Magno Ducatu Lithvaniæ.

XIV. Ad abſolutum illud in ſibi ſubditos Cmetones dominium, referimus etiam abſolutum fere cujusque Nobilis in ſuas poſſeſſiones ſuaque Bona terreſtria imperium. Olim quidem penſitare ſolebant Nobiles Regni ſuo tributum *poradlne* dictum. Fuit autem illud in jugerum duodecim groſſorum & quidem latorum ſive Pragenſium, qui tempore Cromeri dimidio eos, qui tunc in uſu fuerunt, excedebant: quin ſi bonitatem & pondus argenti ſpectes, quadruplo. Cromer *in Deſcript. Polon. lib. II. pag. 128.* Ab hoc tributo poradlne (quod & *Kroleſtwo*, Latine verò *Regnum* vel *Regale* vocatur) Ludovicus Rex Poloniæ & Hungariæ Nobilitatem cum ipſorum adſcriptitiis ſive Cmetonibus liberavit, duos tantum groſſos in ſignum ſummi imperii

Abſolutum in Bona ſua imperium.

Poradlne ſive Kroleſtvvo Nobilitati remittitur.

& recognitionem Coronæ Regni Poloniæ de manſo ſive laneo pactus. Factum id eſt An. 1374. *Vid.* Jan. Januszov. *pag. 4. in lib. Privilegiorum.* Conſ. Neugebauer *lib. III. Hiſt. Polon. pag. 204.* Sed neque hoc tributum duorum groſſorum Regi poſthæc integrum manſit. Primò enim ab eo dubio procul liberata ſunt Bona Eccleſiaſtica. Deinde anno 1507. exemit Sigismundus I. ab eadem ſolutione Palatinos & Caſtellanos *Vid.* Januszov. *lib. IV. Conſtitut. Polon. Part. I. tit. 7. pag. 319. ſeq.* Tandem omnia Bona Nobilium ab hoc onere liberata ſunt, teſte Cromero *lib. II. Deſcript. Polon. pag. 130.*

Nobilium Bona liberata ſunt à ſtationibus militum.

Deinde omnia quoque Nobilium bona liberata ſunt à Stationibus militum ex Conſtitut. Sigismundi III. anno 1588. *pag. 480.* & Joannis Caſimiri Anno 1650. ſub pœna infamiæ, ſi quis eam legem transgredi audeat. Anno 1659. addita eſt pœna 2000. marcarum & refuſionis damnorum in triplo. *Vide & Conſtitut. anni 1661. pag. 14. in qua aliæ plurimæ conſtitutiones approbantur, & Conſtitut, an. 1676. in Comitiis Coronationis Joannis III. pag. 21.* Sed

Rex apud Nobiles ſtationes ſuas non habet.

& Rex ipſe in itinere apud Nobiles nullas ſtationes ſe habiturum lege lata promiſit anno 1374. & an. 1433. Herfurt. *in Statuto tit. Stationes. pag. 466. & in Statuto Poloniæ*

pag.

Digitized by Google

pag. 261. Porro ſi extraneus aliquis in Bonis Nobilium ſteriliter moriatur, Bona ipſius non Fiſco Regio aut Reipubl. ſed Domino fundi cedunt quod jus caduci alibi locorum inter Regalia recenſetur *Vid. Conſtit. an. 1588. pag. 458.* Sterilibus autem Nobilibus Bona ſua, ne jure Caducitatis ad Fiſcum Regium devolvantur, alienare licet; ex Conſtitutione Sigiſmundi Auguſti an. 1569. in Comitiis Lublinenſibus lata apud Paulum Szerbic *Part. II. Conſtit. cap. 8. pag. 127.* Nobilis viri ſine heredibus defuncti Bona non poteſt Rex alteri jure Caducitatis conferre, ſi cognati ſuperſint usque ad octavum gradum incluſive, ex Conſtitutione Sigiſmundi III. an. 1588. *pag. 458.* Liberum inſuper eſt Nobilitati in urbibus domos ſuas habere, ita tamen ne in iis opifices aliosque civitatibus noxios homines habitare patiantur. *Conſtitut. anni 1550. pag. 6.* Subeſſe etiam domus illæ debent jurisdictioni civili, ut vult Conſtitut. anni 1611. *pag. 27. tit. o Ludziach.* Sed hoc, quod poſtremo loco diximus non adeo ſtricte obſervatur, uti ſingulæ fere Conſtitutiones teſtari poſſunt, in quibus non raro legas, Nobilium domos in urbibus à jurisdictione civili liberari. Præterea Bona in urbibus & oppidis

Jus Caduci in Bonis propriis habent Nobiles.

Bona Nobilium cognatis usque ad octavum gradum cedunt.

Nobilium Bona in urbibus.

Digitized by Google

pidis Caduca poſſunt etiam Nobilibus à Rege conferri, ſecundum Conſtitutionem anni 1576. *pag. 280.* Bona autem Terreſtria jure Caducitatis ad Regem devoluta, Rex ſibi non retinet, neque plebeis confert, ſed lege lata promiſit, ſe ea Nobilibus bene meritis intra certum tempus collaturum. *ibid.* Præterea Domus Nobilis aſyli inſtar eſt, ubi facinoroſi arreſtari quidem poſſunt, vi tamen inde extrahi nequeunt; quod etiam de Domibus Nobilium in oppidis & urbibus intelligendum, unde non licet tales homines urbibus noxios vi adhibita prehendere, ſed jure illi ſunt repetendi. *Conſtitut. anno 1588. pag. 466. anno 1611. tit. o Ludziach. &c. pag. 27.* Conf. Statutum Lithvanicum. *cap. 3. art. 49. Edit. anno 1648. Varſaviæ impreſſæ.* Immo etiam in ſubditos Nobilium in urbibus & oppidis Judex Civitatis arreſta concedere non poteſt, nec in Bona Nobilium ratione quorumvis debitorum. Czaradzki *Proceſſ. Civil. Part. 1. tit. 8.* Non minoribus Nobiles Poloni gaudent Privilegiis circa vectigalia & telonia. Poſſunt enim greges, armenta, omne genus frumenti, ad exteras Nationes venum mittere, ſi tantum prius per ſe aut per miniſtrum ſuum in quocunque officio caſtrenſi, aut ut Statutum Lith-

Bona Caduca Rex Nobilibus confert.

Domus Nobilis aſyli inſtar eſt.

arreſta in Bona Nobilium.

Privilegia Nobilium circa vectigalia & telonia.

Digitized by Google

vanicum habet in officio terreſtri, vel in ejus defectu coram notario Vectigalium (*przed ſprawcą mytnym*) juraverint, non eſſe hæc bona empta, ſed proprio aut etiam ſubditorum labore quæſita. Et ſi Nobilis aut ejus miniſter ſemel juraverit, non cogitur iterum alio in loco, ubi vectigal exigitur, jurare, dummodo miniſtros ſuos inſtruat literis, atteſtantibus, quod jam uno in loco præſtitum ſit jusjurandum, uti hæc habentur in Statuto Lithvanico *cap. 1. art. 30. & cap. 3. art. 29.* item in Conſtitutionibus Regni compluribus, *præſertim anno 1569. pag. 151. anno 1576. p. 293. anno 1581. p. 575. anno 1588. p. 870. anno 1598. p. 693. & aliis non paucis.* Non ſoli autem nobiles à vectigalibus ſunt liberi, ſed etiam ipſorum ſubditi, ita ut neque telonia, neque foralia cum propriis rebus iter facientes ſolvant, ut habet Conſtitutio anni 1550. *pag. 3 §. Poniewasz Stan.* In Pruſſia majora adhuc ſunt hac in parte Privilegia. Non enim ſoli Nobiles Pruſſici ſunt à vectigalibus immunes, ita ut ſi in Polonia boves & equos & alia jumenta ad proprium uſum emant, non cogantur vectigalia ſolvere, ſi modo prius in Camera vectigalium, ut vocant, juraverint, propriis hæc uſibus deſtinari, ut habet Conſtitutio anni

Nobilium ſubditi liberi à vectigalibus.

Pruſſi non ſolvunt vectigalia.

anni 1581. *pag. 375. tit. Ola od Szlachty Pruſkiey.* Sed omnes etiam incolæ intra fines Pruſſiæ à vectigalibus ſint liberi, ex veteri Privilegio Culmenſi in quo expreſſa ſunt verba: *Abſolvimus etiam totam terram prædictam ab omni penitus telonei exactione.* Quamvis autem Nobilitas Polonica in Regno & Magni Ducatu Lithvaniæ tali libertate gaudeat, ita ut hoc ſe etiam extendat ad Pontalia (*Moſtowe*) foralia (*targowe*) aggeralia (*grobelne*) vectigalia cerevisiaria aliorumque liquorum ſive vectigalia & contributiones ducillorum (*czopowe*) ut hoc leges volunt jam ſupra laudatæ, & à Jano Januszovio *lib. IV. Conſtit.* Herburto, & aliis exhibitæ; ob urgentem tamen neceſſitatem Reipubl. conſtitui ſolet aliquando in Comitiis Regni Generalibus Omnium Ordinum conſenſu, ut Nobilitas ad certum tempus vectigalia ſolvat de omnibus Bonis, extra fines Regni exportandis. *Vid. Conſtitut. An. 1629. pag. 18. an. 1631. pag. 14. tit. Evecta. & pag. 15. §. Auctya Symmy.* Illud vero deniique Privilegium Nobilitatis Polonicæ ratione Bonorum longe maximum eſt, quod quilibet Nobilis in ſuis Bonis habeat jus fodinarum Salis & metallorum, ex Conſtitutione Stephani Regis anno 1576. *pag. 255. & 277.* Conf. Statutum Lithvani-

Ordinum conſenſu inſtituuntur aliquando vectigalia quæ à Nobilibus etiam ſolvuntur.

Ius fodinarum Nobiles in Bonis ſuis habent.

Digitized by Google

vanicum *in Additamentis ad cap. 3. art. 2.* Habetur idem in Pactis Conventis Sereniſſimorum Regum Michaelis & Joannis III. §. *Fodinas.* ubi etiam habetur exemplum Lubomirſciorum, qui in pago ſuo Swierc habent fodinas Salis.

XIV. Inter Privilegia Nobilitatis Polonicæ non poſtremum & illud cenſetur, quod neque Judices, neque Capitanei, neque Palatini, neque Rex ipſe poſſint Nobilem criminis alicujus reum prehendere, captivare, aut Bona ejus Fiſco addicere, niſi fuerit citatus & jure victus, ex Conſtitutione Jagellonis anno 1422. & 1433. item Caſimiri Jagellonidis an. 1454. apud Herburtum *in Statuto pag. 299.* & Paulum Szerbic *Part. II. Conſtit. cap. 8. p. 127.* Addit his Starovolſcius, quod ne in crimine quidem perduellionis Rex Nobilem captivare poſſit, niſi prius jure victum. Starovolſ. *in Polon. pag. 137.* Dantur tamen hic exceptiones quædam, permittuntq; leges Nobilem captivare, in publico aliquo maleficio, ut in raptu Virginum aut uxorum, villarum incendio aut depopulationibus, in furto, latrocinio, alioque recenti crimine deprehenſum. Similiter quoque excipitur caſus, ſi Nobilis noluerit debitam præſtare cautionem, ſecundum quantitatem deli-

Nobilis non captivatur niſi jure victus.

Quando Nobilem captivare liceat, etſi jure non ſit victus.

delicti. Item ſi quis in Regeſtris maleficorum ter deſcriptus fuerit. *Vid.* Conſtitut. Alexandri Regis anno 1505. Sigismundi Auguſti An. 1550. latas, apud Herburt. *in Statuto. tit. Nobiles pag. 300.* & Janum Januszovium *lib. I. Conſtitut. Polon. Part. III. tit. 9. pag. 122. ſeqq.* Conſ. & Statutum Lithvanicum *cap. 3. art. 10.* Promiſit præterea Rex Stephanus, ſe neminem punire velle ad delationem alterius privatam, etſi ſit crimen læſæ Majeſtatis, aut proditio Patriæ, niſi actor ſit certus, qui rem legitime probaverit, in Statuto Lithvan *cap. 1. art. 2.* Porro ſi Nobilis proſcriptus & capitis reus fuerit captus à Magiſtratu aliquo non poteſt ſupplicio affici ſine Regia informatione. Sic Joannes Samoſcius Cancellarius Regni & Exercituum Regni ſupremus Dux cum Samuelem Zborovium proſcriptum cepiſſet, non niſi conſulto prius Rege, capite eum plecti juſſit. Vide hac ſuper materia egregie diſſerentem Paulum Piaſecium *in Chron. pag. 16.* (14.)

Rex Nobilem non punit ad delationem alicujus privatam.

Nobilis capitis reus captus ſine Regia informatione non poteſt ſupplicio affici.

XV. Super hæc ad Dignitates omnes qua Eccleſiaſticas, qua ſeculares ſoli Nobilitati patet aditus, adeo ut Archiepiſcopi, Epiſcopi, Palatini, Caſtellani, Magiſtratus majores ordinis Senatorii, & alii extra Senatum exiſtentes; immo & Magiſtra-

Nobilitas aditum ſola habet ad Dignitates Eccleſiaſticas & Seculares.

giſtratus ſingulorum Diſtrictuum, ut Succamerarii, Capitanei, Judices, ſubjudices Notariique Terreſtres & Caſtrenſes, immo etiam Vicepalatini & Vicecapitanei aliique; item in ordine ſacro Canonici & Abbates debeant eſſe Nobiles. Quod primum ad Epiſcopos attinet, admittebantur quidem antiquis temporibus etiam plebei ad hanc dignitatem, cum illi plerumque à Pontificibus Romanis miſſi ſint ex Italia aliisque Regionibus, nullo fere habito generis reſpectu, ut ex Hiſtoria Polonorum probari poteſt *in lib. de Epiſc. Poſnanienſib.* Stanislaus Lubienski *in Vitis Epiſcop. Plocenſ.* In Pruſſicis Epiſcopatibus etiam hoc non eſt obſervatum, ut tantum Nobiles ad eam dignitatem admitterentur, ut Indices Chronicis Schützii præfixi, aliaque documenta teſtari poſſunt. Multo magis vero id de Abbatiis, Canonicatibus & præbendis dicendum eſt, quod etiam plebeis fuerint collatæ. Sed creſcente ſub imperio Jagellonidarum Nobilitatis libertate etiam leges latæ ſunt, ut Nobiles tantum ad Abbatias & Canonicatus Præbendasque admitterentur. Audiamus de Canonicatibus & Præbendis Joannem Albertum, Regem in Comitiis anni 1496. loquentem.

Epiſcopi Nobiles eſſe debent.

Abbates & Canonici debent eſſe Nobiles.

Quam

Quamvis per Divos olim Reges Poloniæ Prædeceſſores noſtros ex antiquo fuerit conſtitutum & aliquanto tempore inviolabiliter obſervatum, ut propter defenſionem Eccleſiarum & Bonorum Eccleſiaſticorum, in principalibus, videlicet Gneſnenſi, Vladislavienſi, Poſnanienſi & Plocenſi Eccleſiis non ſuſciperentur (prout non ſuſcipiebantur) ad dignitates, perſonatus & officia ac Canonicatus & Præbendas, ignobiles plebejæque perſonæ, ſed duntaxat recipiendi erant Barones generoſi & Nobiles, è quibus prompta & facilis Eccleſiarum defenſio eſſet; tamen cum per diſſimulationem quandam in obſervando Statuto & Privilegio veteri habitam quamplures ignobiles ad Eccleſias prædictas his temporibus ſumerentur. Pro tanto nos indemnitati non minus Reipubl. quam Eccleſiarum Regni noſtri in hac parte providere cupientes ſtatuimus, ut in ſingulis Capitulis Eccleſiarum ſupradictarum ad Dignitates, Perſonatus & Officia & Canonicatus & Præbendas recipiantur perſonæ tantum

Nobi-

Nobiles ex utroque Parente. Quoniam autem ob diverſas cauſas plebeji penitus non poterant à Canonicatibus excludi, ideo idem Rex Joannes Albertus certum præſcribit numerum plebejorum, quot Theologiæ, Juris & Medicinæ Doctores ex iis aſſumi debeant in illis Collegiis, ubi habentur dictarum facultatum Doctores & Lectores. Confirmavit hoc Alexander Rex *An. 1505.* Sigiſmundus I. *an. 1510. & 1538.* Sigiſmundus Auguſtus *an. 1550. pag. 4. ſeq.* Sigiſmundus III. *An. 1607. tit. 21. pag. 835. ſeq. an. 1633. pag. 25. an. 1638. pag. 35.* De Abbatibus vero ita loquitur Sigiſmundus I. in Conſtitutione anni 1538. *Statuimus, ut deinceps futuris perpetuis temporibus nemo in Abbatem cujuscunque Monaſterii in Regno noſtro, aut etiam in Præpoſitum eligi debeat, aut poſſit, niſi qui ſit natione Polonus, hac cautione adjecta, ut ſi in eodem Monaſterio aliquis ex Nobili genere procreatus & idoneus Monachus reperiatur, in Abbatem ante alios eligi & recipi debeat: atque per nos loci ordinario præſentari. Ubi vero nullus Nobilis idoneus, in eodem Monaſterio reperietur: tunc ex alio Monaſterio*

Certus numerus Canonicorum plebejorum.

 ejus-

ejusdem ordinis & Religionis vir Nobilis & idoneus erit deligendus ſeu poſtulandus. In defectu autem Nobilis idonei, licitum erit, & liberum plebejum idoneum natione Polonum in Abbatem eligere. Vid. Herburt. *in Statuto tit. Abbates. pag. 3.* Ex illis temporibus jam ſtrictius illud obſervari in Polonia cœpit, ut nullis niſi Nobilibus dictæ dignitates conferrentur. Propterea jam ſuperiore Seculo tempore Sigismundi I. Regis Petrus Gamratus Archidiaconus Pultovienſis, Decanus Varſavienſis nulli Eccleſiæ Cathedrali adſcribi potuit, quod in Nobilitate probanda aliquis nævus & defectus interceſſit, teſte Stanislao Lubienski *in Vita Gamrati p. 375. Operum.* Prævaluit tamen tandem gratia Regis, quæ Gamratum ad Epiſcopatum Præmislienſem, deinde Plocenſem & tandem Cracovienſem evexit. Cæterum & hic ipſum à Nobilitate ludibrio habitum eſſe, una oſtendet Hiſtoria, quam, quoniam lepida eſt, referre placet: Speraverat Gamratus, cum adhuc eſſet Epiſcopus Præmislienſis, Pro-Cancellariatum Regni, paratusque in Senatum ita venerat, ut eo nomine Regi gratias ageret: ſed à Marſchalco Regni egregie deluſus eſt.

Petrus Gamratus plebejus ad Epiſcopatum evectus.

Digitized by Google

eſt, Is enim cum tradendus eſſet Cancellariatus, longiori uſus, oratione facie ad Gamratum verſa, cum multa præclare de illius magiſtratus dignitate dixiſſet, & poſtremo veluti Gamratum renunciaturus, verba illa: *Tibi Domine Epiſcope*, ſine tamen nomine illius proprio protuliſſet & aliquantum hæſiſſet, Gamratus quaſi id ſibi dictum eſſet ſurrexit: ſed Rex hujus ironiæ non ignarus, manu extenſa: *Sedete*, inquit, *Domine Epiſcope, non vos eſtis*. Tum demum Marſchalcus eluſo & in ruborem dato Gamrato, Joanem Choinium Pro-Cancellarium Regni renunciavit. *Vid.* Stanislaus Lubienski *in vita Gamrati pag. 374. ſeq.* Adeo tunc temporis ægre tulit & adhuc ægre fert Nobilitas Polonica, ſi Plebejus aliquis ad dignitates ejusmodi Eccleſiaſticas admittatur. In pruſſia tamen facilior ſemper fuit & adhuc eſt ad dignitates ſacras aditus, ut tot Epiſcopi, Abbates & Canonici comprobant, & nos alibi copioſius diduximus. De Stanislao Hoſio quidem ſic ſcribit Fredro: *Hoſius Romam perficiendis artibus diſceſſit, inde pro honeſtiori indole Cardinalium irrepſit notitiæ, mox per doctrinam familiaritati, tum per palatium Pontificis increbuit fama virtutum Hoſii, jam Prælatus, jam Cardinalis à Pontifice creatur*:

In Pruſſia facilior eſt plebeis aditus ad Dignitates.

Poſthæc moriente in Polonia (menſe Pontificis) Epiſcopo Varmienſi, contulit Pontifex eundem Epiſcopatum Hoſio, licet Reſpublica primum ægre ferente, quod ad plebejum deferretur Epiſcopatus ac proinde Senatoria dignitas, quæ titulum infulæ noſtro more ſequitur. Sed vicit poſtea virtus Hoſii, ut illuſtraret ſanguinis plebeji obſcuritatem. Hæc Fredro *in Hiſt. Henr. pag. 133. ſeq.* Verùm ut quædam alia ſunt, quæ aſſenſum in his verbis non merentur: ita quoque illud de Republica Epiſcopatum Hoſii Varmienſem ægre ferente ſimpliciter ita admitti non poteſt. Utcunque enim hoc tulerint Poloni, Pruſſi certe, eo quod erat plebejus, ipſi negotium faceſſere noluerunt. Nam cum primo Culmenſis Epiſcopus à Rege eſſet deſignatus, oppoſuerunt ſe ei aliquatenus Ordines Pruſſiæ, non quod eſſet ignobilis, ſed quod non eſſet Pruſſus, adeo ut eis Rex Sigiſmundus Auguſtus ſcripto promiſerit, in poſterum neminem niſi Pruſſum ad Epiſcopatus aliasque Dignitates in Pruſſia admiſſum iri. Multo minus difficultatis ſenſit Hoſius, cum An. 1551. infulam adeptus eſſet Varmienſem, quia nemo ipſi adverſus fuiſſe in Actis publicis Pruſſicis deprehenditur, etiamſi tunc temporis nondum fuerit Cardinalis, ut alibi à nobis

nobis probatum. Quid in noviſſimis Comitiis Regni Varſavienſibus Anno 1685. celebratis actum ſit circa negotium cujusdam Abbatiæ Pruſſicæ, cum in omnium ſit recenti memoria, hic non memoro. In Dignitatibus Secularibus Regni & Magni Ducatus Lithvaniæ id, & quidem multo ſtrictius obſervatur, ut non niſi Nobilibus, Indigenis & poſſesſionatis à Rege concedantur. Olim quidem, ad minora præſertim officia admittebantur etiam plebeii & extranei, quandoquidem etiam in Hiſtoria Polonica legimus, Conſulem Cracovienſem, nomine Verinum, natione Germanum, theſaurarium Regis Caſimiri Magni fuiſſe. Neugebauer. *lib. III. Hiſt. Polon. pag. 208.* Radlicium quoque Medicum Regis Poloniæ Cancellarium fuiſſe legimus apud eundem Neugebauerum *lib. IV. in Ludovico Vngariæ Rege pag. 221.* Immo ſuperiore adhuc ſeculo in Pruſſia quosdam ex urbibus oriundos dignitatem Capitaneatus geſſiſſe, teſtantur vetuſta monumenta. Sed hodie nemo prorſus è plebejo genere ad Dignitates & Officia Regni, vel etiam aulæ Regiæ Magiſtratus majores, vel ſingulorum Diſtrictuum admittitur, exceptis duobus Scabinis Terreſtribus ex urbe Thorunen-

Dignitates ſeculares.

ſi, de quibus jam ſupra egimus. Itaque Senatores omnes ſeculares & Eccleſiaſtici debent eſſe Nobiles, ut habetur in Conſtitutione Anni 1550. *pag. 7. tit. Izſtan.* Hoc etiam requiritur in Magiſtratibus aliis Regni & Diſtrictuum, & inter hos etiam in Vicepalatinis, ViceCapitaneis aliisque, ut plurimæ leges exigunt. Immo nullus etiam Procurator ſive Cauſarum Patronus ex plebejo genere (licet ſit honore Doctoris decoratus admittitur, ut cauſas agat in judiciis Terreſtribus & Summi Tribunalis, ut ſcribit Matthias Dobracki *in lib. cui titulus: Wydworny Polytik pag. 293.* ubi etiam addit, Patronos cauſarum aliquando ſejugibus vehi ad dicta judicia, ut cauſas agant. Contra vero Nobili Polono licitum eſt, cauſas agere in judiciis urbium. Quod autem diximus de Cauſarum Patronis in Summis Tribunalibus Regni & Magni Ducatus Lithvaniæ, hoc non eſt extendendum ad judicia, quæ vocantur poſt curiam, in quibus etiam plebeji generis Advocati ſunt. Vid. de hac materia, nempe de dignitatibus & Magiſtratibus non niſi Nobilibus conferendis, & Statutum Lithvanicum *cap. 3. art. 12.* Item Conſtitut Anni 1633 *pag. 25.* & Pacta Conventa Regum recentiorum *ſſ. Cudzoziemcow.* Herburt. *in Stat. p. 327. ſeqq.*

Cauſarum Patroni Nobiles.

XVI

Digitized by Google

XVI. Neſcio an inter Privilegia Nobilitatis & illud ponere debeam, quod Nobiles homicidium exigua poena expiant. Hac enim de re Caſimirus Magnus Anno 1368. ita loquitur: *Quamvis occidens hominem ſecundum Dei & Legum ſanctiones eſſet capitali pœna plectendus; Nos tamen rigorem illum temperantes ſtatuimus, quod occidens militem* (id eſt nobilem) *triginta marcas parentibus, pueris vel amicis; mutilans autem in pede, manu vel naſo quindecim marcas; in pollice vero mutilans octo marcas; digitum vero quemlibet alium amputans tres marcas groſſorum ipſi mutilato vel in digito læſo ſolvere teneatur.* Idem tamen Caſimirus Magnus poſtea mulctam auxit, conſtituens, *ut miles* (id eſt nobilis) *parem ſibi militem occidens, pro capite, 60. marcas ſolveret.* Joannes Albertus Rex Anno 1496. decrevit, ut Nobilis Nobilem occidens pro capite ſolveret 120. marcas, & per annum ſexque hebdomadas jure victus in carcere lueret poenas. Approbatum hoc eſt à Sigiſmundo I. Anno 1539. & Anno 1543. ut & Sigiſmundo Auguſto Anno 1550. *pag. 4.* Auxit deinde

Privilegia Nobilium in homicidiis.

Si Nobilis Nobilem occidat.

Digitized by Google

pœnam Sigiſmundus Auguſtus conſtituitque, ut qui Nobilem pila è bombarda emiſſa occiderit, ad duos annos & duodecim hebdomadas in carcere detineatur. *Vid.* Conſtitut. Anni 1557. *pag.* 10. Sigiſmundus III. poſthæc conſtituit, ut ſi Nobilis Nobilem interficiat, præter ordinariam pœnam carceris, ſolveret pro capite 240. marcas. *Vid.* Conſtitut. Anno 1588. *pag.* 463. Sed cum neque his Conſtitutionibus publicæ ſecuritati ſatis cautum eſſe videretur, ſancita eſt Anno 1601. lex, ut ſi quis alium interficiat in loco privilegiato (v. g. ubi judicia Caſtrenſia, Terreſtria, Commiſſorialia, Succamerarialia, Tribunalitia aliaque exercentur, vel etiam ubi publici Nobilitatis Conventus aguntur) ſine evaſione capite plectatur. *Vid. Conſtitut. ejus anni pag.* 759. *ſeq. Conf. Conſtitut. an.* 1598. *pag.* 706. *& An.* 1611. *pag.* 3. Extra loca privilegiata eadem pœna relicta eſt, quæ antiquioribus legibus definitur. Sin autem Nobilis plebejum aliquem interficiat, ſtatutum eſt Anno 1581. ut 30. marcas ſolvat homicida; quarum 15. marcæ Domino interfecti, & 15. uxori liberisque occiſi dentur. *Vid.* Conſtit. ejus anni *pag.* 372. Poſthæc Sigiſmundus III. taxam plebeii capitis auxit ad centum marcas Anno. 1631. *tit.*

31 Nobilis plebejum occidat.

33. tit.

33. tit. 33. Taxa capitis. Idem ut in Lithvania quoque obſervetur conſtituit Wladislaus IV. Rex Anno *1638. pag. 50.* Quando hic auctam eſſe dicimus mulctam, intelligimus hoc fere tantum de numero marcarum, non vero de precio & valore. Nam 60. marcæ, quæ tempore Caſimiri Magni pendebantur pro capite Nobilis occiſi longe ſuperant bonitate & precio ducentas & quadraginta marcas, quas Sigiſmundus III. in eodem caſu dare juſſit. Item triginta marcæ, quibus Anno 1581. caput plebejum taxatum eſt, non multo minus valent quam centum marcæ, quas in eodem caſu pendere Sigismundus III. Conſtitutione anni 1631. juſſit. Poſtremo Cmeto Cmetonem, id eſt Ruſticus Ruſticum occidens ex Conſtitutione anni 1368. Caſtellano, ad quem olim hæc judicia pertinebant, quatuor marcas, liberis vero occiſi ſex marcas ſolvere jubebatur: ſi non erat ſolvendo, capite plectebatur. Poſtea vero tempore Stephani Regis Conſtitutione anni 1581. *pag. 373. init.* de omnibus plebeis hoc ſtatuitur, ut ſi plebejus plebejum occiderit, capite plectatur. Quod ſi vero plebejo plebejum interficienti pœna capitis dictatur, multo magis hoc intelligendum erit de plebejo, ſi Nobilem occiderit. *Vid.*

Qualis hic auctio intelligenda ſit.

Si Ruſticus Ruſticum occidat.

 hic

hic Herburt. *loc. cit.* Szerbic. *Part. IV. Conſtitut. cap. 5. pag. 264.* Theod. Zawacki *in Memoriali Proceſſus judiciarii. tit. Homicidium in fin.* Auctor Defenſæ Poloniæ contra Barclajum & alii. Præter illa, quæ hactenus de homicidiis allata ſunt, & hoc Nobiles Poloni gaudent Privilegio, quod ſine accuſatione proximi cognati ſeu conſanguinei ex more forenſi homicida condemnari non poſſit, ut aſſerit Paulus Piaſecius *in Chron. pag. 16. fin.* (14.) Quid pro harum Conſtitutionum libertatisque hujus Nobilium defenſione Poloni in medium proferant, videatur apud Auctorem Defenſæ Poloniæ contra Barclajum. Attamen illa, quæ de pœnis homicidiorum dicta ſunt, in Pruſſia præſertim in urbib⁹ majoribus, locum non habent, cum ibidem homicidia ſecundum jus Divinum & Civile Romanum puniantur, à quocunque tandem perpetrentur.

Cognatus occiſi proximus Nobilem accuſare debet.

In Pruſſia homicidia aliter puniuntur.

XVII. Præterea hoc quoq; Privilegium Polon. Nobilitatis non exiguũ eſt, quod in Polonia ſoli Nobiles poſſint poſſidere Bona Terreſtria, id eſt, villas & agros extra urbes. Neque enim privati homines plebeji in oppidis & urbibus Polon. & Magni D. L. habitantes neq; urbes ipſæ bona Terſtria aut hereditario, aut obligatorio modo poſſidere poſſunt, ut habent Conſtitutio-

Soli Nobiles poſſidere poſſunt Bona Terreſtria.

ſtitutiones Joannis Alberti de an. 1496. Sigismundi Senioris de anno 1538. Sigismundi Auguſti de anno 1550. quas vide apud Januszovium *lib. VIII. Conſtitut. Part. II. pag. 1031. ſeq.* Renovatæ ſunt hæ Conſtitutiones in Comitiis anni 1611. ſub Sigismundo III. ut Conſtitutiones ejus anni docent *pag. 14. tit. Majaſta abii.* pœna quoque tunc dictata eſt, ſi quis plebejus, aut ſi qua urbs contra hoc edictum bona terreſtria ſibi acquirere auſa fuerit, nempe amiſſio illorum Bonorum. Propterea in noviſſimis Comitiis Anno 1685. habitis nonnulli nuncii urbem quandam majoris Poloniæ eo nomine maxime inſectati ſunt, quod ſibi duos pagos emerit, rogaruntque Regem, ut pagi illi pro vacantibus declararentur, uti docet Diarium Comitiorum *ad diem 28. Martii.* Excipiuntur tamen hic primum Civitates Pruſſicæ, in quibus privatis etiam civibus Bona Terreſtria poſſidere licet. Extat enim caput in Conſtitutionibus Pruſſicis An. 1538. à Sigismundo Seniore latis, quod ita habet: *Civibus Bona Terreſtria & Nobilibus Civilia Bona liberum ſit deinceps emere; ita tamen, quod ad paria onera utrinque ferenda ſint obligati. Quod ſcili-*

Pruſſi cives poſſidere poſſunt Bona Terreſtria.

ſcilicet Cives ratione Bonorum terreſtrium omnia Nobilitatis onera æquis paſſibus ferant. Vid. jura municipalia Pruſſiæ Excipitur deinde etiam urbs Cracovienſis, cujus incolæ Bona Terreſtria ſecundum privilegia ſua ſibi acquirere & poſſidere poſſunt, ut habet Conſtitutio anni 1611. *pag. 14.* Tertio idem Privilegium datum eſt Conſulibus ſive Viris Conſularibus Civitatis Vilnenſis eorumque poſteris, quod habetur apud Alexandrum Aaronem Olizarovium loco infra citando. Tandem quarto Leopolienſis quoque urbs Cracovienſi & Vilnenſi urbibus non ita pridem in omnibus exæquata adeoque ſine dubio hoc etiam jus adepta eſt, ut privati quoque Cives Bona terreſtria poſſidere poſſint. *Vid. Conſtitut. Anni 1676. pag. 29. tit. Miaſto Lwow.* Quamvis autem privatis civibus dictis in urbibus adhuc liceat Bona ejusmodi emere & poſſidere; Civitatibus tamen ipſis citata jam aliquoties Conſtitutio anni 1611. interdicit, ne præter Bona, quæ tunc poſſidebant, plura ſibi acquirant.

Vrbs Cracovienſis.

Vrbs Vilnenſis.

Leopolienſis urbs.

Vrbes plura Bona præterea quæ habent, emere nequeunt.

XVIII. Ut tandem reliqua paucis complectamur, obſervandum eſt, Nobilitatem in Palatinatu Siradienſi primum olim

Rubræ ceræ uſus,

olim obtinuiſſe Privilegium, ut teſtamenta, contractus, obligationes, rubra cera ſignare poſſent, de quo videatur Bartholomæus Paprocki *in opere Stemmatum Polonicorum pag. 707.* Hoc ipſum vero poſtea omnibus Nobilibus Polonis conceſſum eſt, ut habet Albertus Alexander Paprocki *in Hiſtorica Narratione Originis Stemmatis Trzyglow.* Cives autem in urbibus ut & ipſæ Civitates non rubra ſed viridi cera in publicis inſtrumentis ſignandis utuntur, ut idem Albertus Alexander Paprocki teſtatur. Excipiuntur hic rurſus Prusſiæ Regiæ Civitates majores, Thorunium, Elbinga & Gedanum, ubi itidem ex ſingularibus Regum Privilegiis ceræ rubræ uſus eſt. Et Civitati quidem Gedanenſi hoc jus Caſimirus Jagellonides Anno 1457. dedit, ut Præconſules, Conſules, Scabini & omnes incolæ Civitatis rubra cera ſignare poſſent. Privilegium ipſum videatur apud Eliam Conſtantinum à Trevven. Schroder *lib. II. Jur. Publ. Gedan. Tit. I. cap. 10. & 11.* Ad inſignia & Sigilla pertinet & illud, quod Poloni Nobiles inſignia ſua coronis ornant, teſte citato Alberto Alexandro Paprocio. Sed hoc ipſum etiam Civitatibus Pruſſicis majoribus conceſſum eſt, ut de Civitate Geda-

Civitates Pruſſicæ majores rubra cera utuntur.

Coronæ in ſigillis.

Gedanenſi expreſſum eſt in allegato Privilegio teſtimonium. Deinde & hoc inter Privilegia Equeſtris Ordinis in Polonia non minimum eſt, quod Nobiles Poloni in Comitiis Electionis Regem ſibi eligunt, non jam per Delegatos Provinciales, ſed per ſe, ita ut vel unicus Nobilis cæterorum omnium ſuffragia de jure, ut ajunt, irrita reddere queat. Immo non tantum Regem ſibi Nobiles eligunt, ſed etiam quilibet eorum habet aditum ad Regnum, ſi per libera Fratrum ſuffragia ad faſtigium hoc evehatur, ut recentiorum Regum docent exempla. Bono ergo jure quilibet nobilium uti poteſt Joannis Zamoſcii Cancellarii & Ducis Exercituum Regni, verbis, quæ ad Carolum Sudermanniæ Ducem ſcripſit. *Quod ſcribis de genere, eo par ſum omnibus Nobilibus, vel ex quibus Reges ſunt prognati: & ita honeſtiſſime natus, ut quivis Regum honeſtiſſime: Titulos Ducum nec appetivi, nec oblatos accepi: contentus ſum Nobilitatis Polonæ libertate.* Reinhold. Heidenſtein. *lib. ult. Rerum Polon. pag. 383. col. 1.* Præterea etiam in ſale emendo prærogativis quibusdam gaudet Nobilitas. Nam in Maſovia Lomzæ & Rozanæ emporia ſatis

Ius eligendi ſibi Regem.

Nobiles habent aditum ad Regnum.

Privilegia Nobilium circa ſalem.

Digitized by Google

tis Zupparum Cracovienſium pro Lomzenſi, Rozanenſi & Viſnenſi Diſtrictibus inſtitutæ ſunt, ad quæ advectus ſal publicatur, & poſt publicationem quatuor hebdomadis nemini alteri præterquam Nobilitati, in uſus tamen tantum domeſticos venditur: poſt decurſum autem quatuor hebdomadarum plebeis demum vendi jubetur in Conſtitut anni 1567. *tit. Sol na Komorach. pag.* 137. & anno 1589. *tit. Solne Sklady pag.* 521. Deinde etiam circa ſalem, qui dicitur *Sol Suchodniowa,* prærogativa Nobilitatis conſpicitur, ubi Reges promittunt, ſe ſalem illum ex Salinis, Wielicenſibus & Bochnenſibus, & ex Oeconomia Samborienſi ſecundum antiqua Regeſtra Palatinatibus & terris extradi quotannis curaturos, ita ut eum propinquiores ſibi inde petant: remotioribus autem ſal regiis ſumptibus ad loca ſolita devehatur. *Vid. Conſtitut. anni 1647. pag. 11. & 13. item Pacta Conventa Sereniſſimorum Regum Michaelis & Joannis III. §. Poniewaz tey.* Ad extremum in Comitiis Regni & Magni Ducatus Lithvaniæ generalibus tam Ordinariis quam extraordinariis cum ſinguli Nobiles adeſſe nequeant, idcirco *tuentur jura ſua per Delegatos Provinciales*: *Bella vicinis indi-*

In Comitiis Nobiles ſua jura tuentur per Delegatos ſuos.

indicunt: Fœdera cum illis ſtatuunt: tributa imponunt: cudendæ monetæ modum præſcribunt & omnem penitus Reipubl. adminiſtrationem in manibus ipſi habent: Rex tantum cum Senatu judiciis & Deliberationibus præſidet, & quæ illi concluſerunt, moderatur, & ſua auctoritate pondus addit, nomenque tabulis & titulum Regium præſcribit, ut ait Simon Starovolſcius *in Deſcript. Polon. pag. 237.* Et hæc fere ſunt Privilegia Nobilitatis Polonicæ, ex quibus facile animadvertas, quanta ſit ejus præ aliarum gentium Nobilitate prærogativa. Comprehendit ſummatim horum privilegiorum pleraque Joannes Zamoſcius in literis ad Carolum Sudermanniæ Ducem ſcriptis, quando ita ſcribit: *Neque tu æſtimare debes Nobilitatem Polonam ad modum Nobilium aliarum nonnullarum Provinciarum, in quibus ſervitutem ſerviunt, ubi pro lubitu ad necem trahuntur, in vincula rapiuntur, bonis mulctantur à Regibus & Senatu cauſa inaudita. Sunt quidem antiquæ gentes Nobilium tot ſeculum intervallo jam inde à Paganiſmo*

Privilegia Nobilium ſummatim comprehenſa.

in

in familias ac ſtirpes complures diducta & ideo quidem tenuiores; campus tamen virtutis exercendæ omnibus patet & virtuti præmia à majoribus propoſita ſunt, ut non ægre quivis dignus ad opes perveniat. In bonis quisque ſuis ſubditorum ſuorum pleno jure eſt Dominus. Sunt vero & tales etiam, qui & oppidorum & pagorum numero & latitudine finium & ubertate agrorum & Magnitudine fructuum Ducibus multis externis non cedant. Vid. Heidenſtein *lib. 12. Rer. Polon. pag. 380. b.* Egit de Præmiis, Honoribus, Prærogativis & Libertatibus Nobilitatis Polonicæ etiam Venceslaus Kunicius Canonicus Lovicienſis *in Equite Polono. pag. 23. & ſeqq.* Unum tantum onus longe graviſſimum Nobilibus Polonis incumbit, dum ipſos propriis ſumptibus in bellum proficiſci oportet, quando in Comitiis Regni expeditio generalis (*Poſpolite Ruszenie*) indicitur. Sed hac de re poſtea ſumus acturi.

Onus quod ſuſtinet Nobilitas.

XIX. Cum ergo tantæ ſint Nobilitatis in Polonico imperio prærogativæ, quæri poteſt, quomodo illas à Regibus ſuis ſit adepta, cum ſatis conſtet, du-

Quomodo Nobilitas tanta Privilegia ſit adepta.

Tt riuſcu-

riuſculam olim fuiſſe ſortem Nobilium in Polonia? Ut etenim alia jam ſicco pede prætercam, oportuit olim ipſos Principibus ſuis canes ad venationes alere, ut teſtatur Cromerus *lib. IX. de Ortu & Reb. geſt. Polon. pag. 560.* Dum autem ſingula circumſpicimus, initium libertatis illius dubio procul à Bonis Eccleſiaſticis factum eſſe deprehendimus inter alia ex Privilegio à Boleslao Pudico Eccleſiæ Cracovienſi conceſſo apud Cromerum *lib. IX. de Reb. geſt. Polon. in fin. pag. 563.* Creverunt deinde Nobilium immunitates illis maxime temporibus, cum Polonia in multas partes diſtracta bellis civilibus conflictaretur. Non pauci enim ex ſtirpe Ducum Poloniæ oriundi, ut favore Procerum Principatum præ aliis competitoribus obtinerent, multa dubio procul Nobilitati Privilegia conceſſere Maximum autem incrementum immunitatum ſuarum Nobilitas Polonica debet liberæ Regum Electioni. *Nam ſoliti ſunt jam diu ſubditi ſophiſtica quadam fallacia uti, ut non admittant ad imperium, niſi certis legibus circumſcriptum, quas non facile aſpernaturus eſt, qui præter electionem nullum regnandi jus habet,* ait Henningius Arniſæus *lib. II. Doctrin. Polit. cap. 3.* Lithvani libertates ſuas debent Regi Vladislao Jagelloni

Digitized by Google

gelloni & Alexandro Vitoldo Magno Duci Lithvaniæ. Hi enim Principes, ut facilius Nobilitatem Lithvanicam ad Religionem Chriſtianam amplectendam allicerent, iisdem eam Privilegiis, quibus gaudebant Poloni, donavere: Poloni quoque Proceres facile ad uſum inſignium ſuorum Nobilitatem Lithvanicam, admiſere. *Vid.* Alb. Mijuk Kojalowicz *Part. II. Hiſt. Lithv. Lib. II. ad an. 1413. pag. 91. ſeq.* Januszov. *lib. VII. Conſtit. Part. I. tit. 2. pag. 848.* Joan. Herburt. *in Statuto tit. Unio pag. 527. ſeq.* Ruſſica Nobilitas & Podolica ſub Vladislao Jagellonide ad pares cum Polonis prærogativas equeſtres admiſſa eſt, antiquata vetere Ducum Ruſſiæ conſuetudine, quibus Nobiles certam frumentorum penſionem ſolvebant, propriisque ſtipendiis militabant. Kojalowicz *Part. II. lib. IV. pag. 165.* Pruſſi jam ſub Cruciferorum imperio magnis gaudebant Privilegiis, ut vel unicum Culmenſe Privilegium teſtari poteſt. Cum enim Cruciferi veteres Pruſſos oppugnare cœpiſſent, Germani magno numero ſe huc cum integris familiis transferebant, immunitatesque magnas, fortiter ſe contra hoſtem gerendo ſanguine ſuo ſibi acquirebant, ut alio in loco probavimus. Cum vero poſtea ab ordine illo Teuto-

Lithvanicæ Nobilitatis privilegia.

Ruſſicæ Nobilitatis Privilegia.

Pruſſorum Privilegia ab Ordine Teutonico.

nico contra antiqua Privilegia oppreſſi, ſpontanea deditione ſe Caſimiro Jagellonidi Regi Poloniæ ſubjeciſſent, non exiguum Prutenicorum Privilegiorum tunc temporis acceſſit augmentum. Ex his tandem omnibus, quæ hactenus adducta ſunt cognoſcimus, jure meritiſſimo Civem Polonum dicere poſſe: LIBER SVM, ut dicit Stanislaus Orichovius apud Andream Maximilianum Fredro *in Fragm. Polit. num. 14. pag. 299.*

Vox Nobilis Poloni.

Modi Nobilitatem acquirendi.

XX. Acquiritur autem in Imperio Polonico Nobilitas primum NATIVITATE. Quorum enim Majores virtutis ergo in hunc Ordinem allecti, gentilitio ſigno donati ſunt, ii demum vere Nobiles eſſe cenſentur, & quidem ſi ex utroque parente Nobili procreati ſint. Quamvis & per leges & per longam conſuetudinem ii quoque ſint Nobiles, qui, licet mater plebeia ſit, Patre Nobili orti ſunt, ut hoc ipſum determinat Alexander Rex Anno 1505. apud Herburt. *in Stat. tit. Nobilus pag. 298.* Conf. Statutum Lithvan. *cap. 3. art. 10.* Hodiernis temporibus inter Nobiles tenuiores nihil eſt frequentius, quam ut ducant uxores ex urbibus majoribus opulentiores, quod tamen ipſorum Nobilitati nihil derogat. Illegitimi autem ſive vulgo quæſiti ad jura Nobilitatis

tatis non admittuntur, ex Conſtitutione Stephani Regis *an.* 1578. *pag.* 334. & Vladislai IV. *an.* 1633. *tit. de prole illegitima pag.* 40. Deinde acquiritur etiam Jus Nobilitatis in Polonia NOBILITATIONE ſive cooptatione in numerum Nobilium, quod olim tempore Jagellonidarum dependebat à Regum voluntate: ſed poſtea Stephanus Rex in Conſtitutione anni 1578. *pag.* 334. legem poſuit, ut Nobilitatio fieret à Rege cum ſcitu Senatus aut in Comitiis aut in expeditione bellica ob res præclare pro patria geſtas. Poſthæc Sigiſmundus III. promiſit, ſe neminem ad jura Nobilitatis admiſſurum, niſi quem commendarit Senatus & Nuncii Terreſtres, & in bello Duces Exercituum. Conſtitut. *anni* 1601. *pag.* 736. Quid nunc obtineat, diximus jam ſupra *lib. II. cap. II. num. XII.* Præſtantius tamen habetur Nobilem natum eſſe, quam factum, ex qua ratione ejusmodi creatis recens Nobilibus obtinere & poſſidere Bona Terreſtria ſtatuto quodam novo non licuiſſe, dicit de ſuo tempore Martinus Cromerus *lib. I. Deſcript. Polon. pag.* 102. Hodie quoque recens creati Nobiles ad Dignitates & Magiſtratus non admittuntur, usque ad tertiam progeniem, neque Legationes novi Nobiles obire poſſunt.

Nobilitatio.

Præſtantius eſt Nobilem eſſe natum quam factum.

Nobiles recens creati ad multa non admittuntur.

nico contra antiqua Privilegia oppreſſi, ſpontanea deditione ſe Caſimiro Jagellonidi Regi Poloniæ ſubjeciſſent, non exiguum Prutenicorum Privilegiorum tunc temporis acceſſit augmentum. Ex his tandem omnibus, quæ hactenus adducta ſunt cognoſcimus, jure meritiſſimo Civem Polonum dicere poſſe: LIBER SVM, ut dicit Stanislaus Orichovius apud Andream Maximilianum Fredro *in Fragm. Polit. num. 14. pag. 299.*

Vox Nobilis Poloni.

XX. Acquiritur autem in Imperio Polonico Nobilitas primum NATIVITATE. Quorum enim Majores virtutis ergo in hunc Ordinem allecti, gentilitio ſigno donati ſunt, ii demum vere Nobiles eſſe cenſentur, & quidem ſi ex utroque parente Nobili procreati ſint. Quamvis & per leges & per longam conſuetudinem ii quoque ſint Nobiles, qui, licet mater plebeia ſit, Patre Nobili orti ſunt, ut hoc ipſum determinat Alexander Rex Anno 1505. apud Herburt. *in Stat. tit. Nobilis pag. 298.* Conf. Statutum Lithvan. *cap. 3. art. 10.* Hodiernis temporibus inter Nobiles tenuiores nihil eſt frequentius, quam ut ducant uxores ex urbibus majoribus opulentiores, quod tamen ipſorum Nobilitati nihil derogat. Illegitimi autem ſive vulgo quæſiti ad jura Nobilitatis

Modi Nobilitatem acquirendi.

tis non admittuntur, ex Conſtitutio-
e Stephani Regis *an. 1578. pag. 334.* &
ladislai IV. *an. 1633. tit. de prole illegitima*
g. 40. Deinde acquiritur etiam Jus No-
litatis in Polonia NOBILITATIONE
ve cooptatione in numerum Nobili-
n, quod olim tempore Jagellonidarum
pendebat à Regum voluntate: ſed
oſtea Stephanus Rex in Conſtitutione
nni 1578. *pag. 334.* legem poſuit, ut No-
litatio fieret à Rege cum ſcitu Senatus
it in Comitiis aut in expeditione belli-
ob res præclare pro patria geſtas. Poſt-
ec Sigiſmundus III. promiſit, ſe nemi-
m ad jura Nobilitatis admiſſurum,
i quem commendarit Senatus & Nun-
Terreſtres, & in bello Duces Exerci-
um. Conſtitut. *anni 1601. pag. 736.* Quid
nc obtineat, diximus jam ſupra *lib. II.*
. II. num. XII. Præſtantius tamen ha-
tur Nobilem natum eſſe, quam fa-
um, ex qua ratione ejuſmodi creatis
cens Nobilibus obtinere & poſſidere
na Terreſtria ſtatuto quodam novo
n licuiſſe, dicit de ſuo tempore Marti-
s Cromerus *lib. I. Deſcript. Polon. pag. 102.*
odie quoque recens creati Nobiles ad
gnitates & Magiſtratus non admit-
ntur, usque ad tertiam progeniem, ne-
e Legationes novi Nobiles obire poſ-
Tt 3 ſunt.

Nobilitatio.

Præſtantius eſt Nobilem eſſe natum quam factum.

Nobiles recens creati ad multa non admittuntur.

ſunt. *Vid. Pacta Conventa Sereniſſimi Joannis III. §. Cadzoziemcow.* Aliquando tamen in Conſtitutione, qua ipſis Nobilitatis jura conceduntur, expreſſe additur, quod ejusmodi Nobiles recens creati ſint ob merita in Rempubl. capaces omnium munerum & Magiſtratuum, non obſtante lege de novis Nobilibus, qua ratione quidam Anno 1676. ad jura Nobilitatis admiſſi ſunt ut habet Conſtitutio ejus anni *pag. 59. ſeqq.* Quod etiam novi Nobiles non omnibus ſtatim immunitatibus fruantur, quibus gaudet antiqua Nobilitas, vel ex eo patet, quod non raro Novæ Nobilitati novæ & peculiares imponuntur contributiones præter ordinarias illas, quas in Comitiis communi ordinum conſenſu in Declarationibus Palatinatuum promiſſas pendit antiqua Nobilitas. Videantur *Univerſales* de anno 1613. An. 1620. & aliæ. Inprimis autem obſervationem meretur, quod in Comitiis anni 1685. conſtitutum ſit, ut omnes illi, qui ab anno 1653. ad prærogativas Nobilium in Polonia admiſſi ſunt, ſinguli tres equos cum phaleris & armis cataphracto militi competentibus inſtruant, ipſi etiam in bellum eant, & hoc in tribus expeditionibus continuent: pauci tantum ab hoc onere eximuntur, quos enumerat

Onera majora novorum Nobilium.

nerat Conſtitutio anni illius 1685. *pag. 9.* ěq. Moris autem eſt à vetuſtis tempori-ous, ut eos, qui Nobilitatis jura conſe-quuntur, alii Proceres in familias ſuas idoptent, ſuiſque gentilitiis Armis ſive nſignibus uti permittant, ut teſtantur Firleji in literis Chriſtophoro Treteo da-is, quem à Rege Nobilitate donatum in uam familiam adoptarunt, apud Okols-:i *Tom. II. Orbis Poloni pag. 137.* Alia exempla paſſim invenies. Conf. Cro-neri *Deſcript. Polon. lib. 1. p. 102.* Ne autem privato auſu Nobilis ignobilem in fami-iam ſuam ſuſcipiat, cautum eſt Conſti-utione anni 1633. *pag. 32.* Sed præter hos luos, quos expoſuimus, datur adhuc ertius Nobilitatis acquirendæ modus, quando quis nec ortus eſt claris Natali-us, nec Nobilitatis jura conſecutus eſt n Comitiis à Rege omnibus Ordinibus onſentientibus: Sed conſequendo ali-quem Magiſtratum in urbe privilegiata, eo ipſo fit Nobilis, ut in Cracovienſi & Vilnenſi urbibus, ubi Conſules, eo ipſo quod ſunt Conſules, Nobilium jura cum poſteritate ſua habent. Conſules autem ibidem dicuntur, quid apud Germanos vocantur Senatores aut viri Conſulares, idque ad differentiam Senatorum Regni & Magni Ducatus Lithvaniæ. Hoc ta-

Novi Nobiles adoptantur in alias familias Nobilium veterum.

Modus peculiaris jura Nobilitatis adipiſcendi.

Conſules ſunt Viri Conſulares.

men requiritur, ut ſi horum Conſulum liberi prærogativis Nobilium velint uti, vitam etiam Nobilibus dignam agant. Vid. Privilegium Magiſtratui Vilnenſi An. 1568. datum apud Aaronem Alexandrum Olizarovium *lib. II. de Polit. hominum ſocietate cap. 1.* Conf. & Additamenta ad Statut. Lithvan. *cap. 3. art. 35.*

Pœnæ eorum qui Nobilitatem mentiuntur.

XXI. Quanto major autem eſt libertas Nobilium in Polonia, tanto gravior rigidiorque eſt pœna in eum conſtituta, qui Nobilitatem mentitus, agros ſive Bona Terreſtria ſibi acquirit aliisque Nobilium Privilegiis frui vult. Ille enim omnia Bona ſua amittit, quorum dimidia pars Fiſco & in ſpecie proventibus quartæ partis, de qua infra: dimidia vero delatori cedit. Sin autem ille, qui Nobilem ſe immerito ferebat, impoſſeſſionatus fuerit, ad Caſtrenſe judicium, aut ad ſummum Tribunal delatus convictusque, in carcere per dimidium annum pœnas luit, ut conſtituit Sigiſmundus III. an. 1589. *ff. Jesliby. pag. 517.* Quinimo licet ejusmodi hominem quis occidat, nullam tamen mulctam propterea ſolvit. Quin potius iſte, qui hoc modo occiſum in foro vindicare voluerit, centum & viginti marcis mulctatur, addita pœna carceris per integrum annum & ſex

Cædes hominis Nobilem ſe mentientis non vindicatur.

ex hebdomadas , ex Conſtitut. Sigi-
mundi Auguſti Anno 1557. *p. 10. §. Gazie-
ykto.* Ne tamen quis vere Nobilis op-
rimatur ab aliis, igitur in Comitiis Co-
onationis Vladislai IV. conſtitutus eſt
ertus deducendæ Nobilitatis modus,
t videlicet ille, cui controverſia Status
novetur , Nobilitatem ſuam deducat
vtenticis, (ut expreſſa ejus Conſtitu-
onis habent verba) teſtimoniis litera-
oriis, Reformationibus , Diviſionibus,
onorum Terreſtrium Diſpoſitionibus,
tque id genus aliis actis geſtisque &
utenticis documentis. Non enim hic
ufficit alicujus Nobilis ſimplex teſtimo-
ium. Immo conſtituitur , ut ſi quis
lobilis auſus fuerit ignobilem in fami-
am ſuam ſuſcipere , inſignia ſua cum
pſo communicare, pro ipſo teſtimoni-
m falſo perhibere, ut ille, inquam, pro-
riam amittat Nobilitatem. *Vid.* Conſti-
ut. Anno 1633. *pag. 32. ſeq.* Deductio
utem Nobilitatis in dubium vocatæ fie-
ſolet in Conventu Equeſtris Ordinis
rovinciali ejus terræ unde generis origo
ucitur. Quando ibidem documenta
unt producta , fit in ultimæ inſtantiæ
udicio, nempe Tribunali Regni, trutina,
enſura, ac in negotio principali juſta
ecisio, ut docet Venceslaus Kunicius

Modus Nobilitatis probandæ.

Vbi fiat Nobilitatis deductio.

in Equite Polono pag. 35. Qui vero ſemel dicto modo, & ſine fraude Nobile genus ſuum probavit, ei ne amplius moleſtia creetur, jubet inter alia, quæ hic brevitatis cauſa prætermittimus, citata Conſtitutio anni 1633. *pag. 33.*

Nobilitas amitti poteſt.

XXII. Quoniam autem Privilegia tantum dignis conferri & ſervire debent, ideo legibus conſtitutum eſt, ut qui nobili nomine indigna patraverit, Nobilitatis etiam juribus & prærogativis privetur, Amittitur autem Nobilitas duobus modis. Primum quando cui ſcelere aliquo atroci commiſſo per decretum Principis abjudicatur Nobilitas, ut tradit Simon Starovolſcius *in Polonia pag. 235. ſeq.* Huc referimus iſtud facinus, cujus paulo ante mentionem fecimus, ſi quis Nobilis hominem ignobilem ad uſurpationem ſuorum inſignium admittat, pro eoque, quod vere ſit Nobilis, falſum teſtimonium perhibeat: ille enim Conſtitutione anno 1633. ipſe Nobilium prærogativis excidit. Deinde amittitur quoque Nobilitas, ſi quis militiæ & agriculturæ ſtudiis deſertis mercaturam civibus in urbibus uſitatam, aut cauponariam, aliamve ſordidam artem exerceat, ut habet Conſtitut. Alexandri Regis Anno 1505. apud Janum Januszovium

Primum ſcelere aliquo atroci.

Deinde exercitio mercaturæ.

lib.

Digitized by Google

lib. II. Conſtit. Polon. Part. II. pag. 196. ſeq. Herburt. *in Statuto tit. Nobilis pag. 298.* Conſ. Starovolſc. *loc. cit.* & Cromerus *lib. I. Deſcript. Polon. pag. 103.* Immo ſi etiam Nobilis Magiſtratus Civiles in urbe aliqua gerat (excipiuntur tamen hic Civitates privilegiatæ, de quibus ſupra) Nobilitatem amittit, nec poteſt ſibi deinde Bona terreſtria acquirere, ut habet Conſtitutio anni 1633 *pag. 33.* Idcirco non raro in Conſtitutionibus legas, multos, quorum majores paupertate preſſi vitam civicam in urbe aliqua elegere, jura Nobilitatis in Comitiis Regni & M. Duc. Lithvaniæ generalibus repetere, quibus etiam ſe non adeo difficilem præſtat Respubl. ſed eos frequentiſſime iterum gremio ſuo excipit, probe ſciens, egeſtatem quidvis & facere & pati, ut indigenti conſulatur. Quodſi igitur non plane turpem quispiam vitam egit, ſed aut Magiſtratus plebejorum geſſit, aut alio honeſtiori modo in urbe vitam traduxit, tunc ei, aut etiam ejus poſteris hoc debito modo petentibus, jura priora haud ex difficili redduntur. Videantur exempla in Conſtitut. anni 1676. *pag. 59. ſeq.*

Porrò magiſtratuum Civilium adminiſtratione.

XXIII. Expoſitis illis propemodum omnibus, quæ ad hanc materiam de Nobilitate Polonica pertinent, jam accedimus

Digitized by Google

in Equite Polono pag.35. Qui vero ſemel dicto modo, & ſine fraude Nobile genus ſuum probavit, ei ne amplius moleſtia creetur, jubet inter alia, quæ hic brevitatis cauſa prætermittimus, citata Conſtitutio anni 1633. *pag.33.*

Nobilitas amitti poteſt.

XXII. Quoniam autem Privilegia tantum dignis conferri & ſervire debent, ideo legibus conſtitutum eſt, ut qui nobili nomine indigna patraverit, Nobilitatis etiam juribus & prærogativis privetur, Amittitur autem Nobilitas duobus modis. Primum quando cui ſcelere aliquo atroci commiſſo per decretum Principis abjudicatur Nobilitas, ut tradit Simon Starovolſcius *in Polonia pag. 235. ſeq.* Huc referimus iſtud facinus, cujus paulo ante mentionem fecimus, ſi quis Nobilis hominem ignobilem ad uſurpationem ſuorum inſignium admittat, pro eoque, quod vere ſit Nobilis, falſum teſtimonium perhibeat: ille enim Conſtitutione anno 1633. ipſe Nobilium prærogativis excidit. Deinde amittitur quoque Nobilitas, ſi quis militiæ & agriculturæ ſtudiis deſertis mercaturam civibus in urbibus uſitatam, aut cauponariam, aliamve ſordidam artem exerceat, ut habet Conſtitut. Alexandri Regis Anno 1505. apud Janum Januszovium

Primum ſcelere aliquo atroci.

Deinde exercitio mercaturæ.

lib.

Digitized by Google

b. II. *Conſtit. Polon. Part. II. pag. 196. ſeq.* Ierburt. *in Statuto tit. Nobilis pag. 298.* Conf. tarovolſc. *loc. cit.* & Cromerus *lib. I. Deript. Polon. pag. 103.* Immo ſi etiam Nobilis Magiſtratus Civiles in urbe aliqua gerat (excipiuntur tamen hic Civitates privilegiatæ, de quibus ſupra) Nobilitaem amittit, nec poteſt ſibi deinde Bona erreſtria acquirere, ut habet Conſtituio anni 1633 *pag. 33.* Idcirco non raro in Conſtitutionibus legas, multos, quorum najores paupertate preſſi vitam civicam n urbe aliqua elegere, jura Nobilitatis in Comitiis Regni & M. Duc. Lithvaniæ geeralibus repetere, quibus etiam ſe non deo difficilem præſtat Respubl. ſed eos requentiſſime iterum gremio ſuo excibit, probe ſciens, egeſtatem quidvis & acere & pati, ut indigenti conſulatur. Quodſi igitur non plane turpem quispiam vitam egit, ſed aut Magiſtratus plebejorum geſſit, aut alio honeſtiori modo in urbe vitam traduxit, tunc ei, aut etiam ejus poſteris hoc debito modo petentibus, jura priora haud ex difficili redduntur. Videantur exempla in Conſtitut. anni 1676. *pag. 59. ſeq.*

Porrò magiſtratuum Civilium adminiſtratione.

XXIII. Expoſitis illis propemodum omnibus, quæ ad hanc materiam de Nobilitate Polonica pertinent, jam accedimus

mus ad difficillimam quæſtionem de SCARTABELLIS, quorum in antiquis legibus fit mentio, quinam illi ſint, paulo curatius inquiſituri. Sunt qui Scartabellos exiſtimant vocari novos homines, qui ex plebejo in Nobilium ordinem evecti ſunt, ut vocem hanc accipit Matth. Dargodzki *in lib. de titulata Nobilitate num. 48.* Et ſic etiam uſurpata eſt vox illa in noviſſimis Comitiis anni 1685. ab Illuſtriſſ. Dn. Grzymultovio Palatino Poſnanienſi, ut ejus Orationes in Comitiis illis habitæ & poſtea typis impreſſæ teſtantur. Affinis huic acceptioni eſt illa, quando nonnulli ſcribunt, Sculteos olim & Kmetones in militarem ordinem cooptatos Scartabellorum nomen accepiſſe. Denique non deſunt, qui Scartabellos putant fuiſſe Nobiles natos, ſed qui poſtea civicam vitam in urbibus elegere. *Scartabellos ego,* ait Paulus Szerbic, *ſemper fuiſſe ex pleriſque nobiliſſimis ſenibus intellexi, qui nati Nobiles bonis terreſtribus venditis in civitatem tranſeunt, & victum ibi quærunt.* Hæc Szerbic. *Part. IV. Statuti cap. IV. pag. 262.* Ut autem controverſum eſt, quinam olim fuerint Scartabelli, ita etiam de origine vocis illius inter Scriptores non convenit. Jacobus Przyluſius, qui Scartabellos putat fuiſſe ex Sculteis & Kmetonibus

Scartabelli.

Quidam Scartabellos dicunt eſſe novos homines.

Quidam dicunt fuiſſe milites ex Sculteis & Kmetonibus factos.

Quidam dicunt eſſe Nobiles in urbibus viventes.

Vnde vox Scartabelli deducatur.

bus

Digitized by Google

us factos Nobiles, ita hac de re ſcribit: *σκαρθμὸς, id eſt Scartmos Græce, Latinis ſignificat agilitatem pedum, ſaltationem, motum, curſum. Hinc apud nos Scartabelli ex Græca & Latina voce, ut putamus dicti ſunt vel pedites, vel agiliores equites in bello, ad omnem uſum currendi vel recurrendi celeres atque expediti.* Suſpicari etiam quispiam hujus ſententiæ aſſertor poſſet, ex Germanica & Latina lingua compoſitam illam eſſe vocem, nempe ex vocabulis Schaar & bellum; quod eo probabilius videri poſſet, ex eo quoniam aliæ quoque gentes ſimili voce hac in materia uſæ ſunt. Nam apud Francos ſive Gallos, corrupta jam prorſus Latinitate, *Scara* erat turma, aut cohors aut manipulus militum, aut aliquid ſimile. Ita enim Hincmarus Rhemenſis *in Epiſtola ad Diœceſis Rhemenſis Epiſcopos cap. 3.* ſcribit: *Bellatorum acies, quas vulgari ſermone Scaras vocamus.* Et Aimoinus *lib. IV. Hiſt. cap. 26.* hac de re ita loquitur: *Collegit è Franciæ bellatoribus Scaram, quam nos Turmam vel cuneum appellare poſſumus.* Qui Scartabellum dicunt eſſe novum hominem, id eſt, ex plebejo factum nobilem, poſſent hanc vocem ex Polonico dedu- Scara.

cere,

cere, ita ut Scartabellus dicatur, quaſi *Szlacheic Zkarty*, id eſt, Nobilis ex charta, quoniam ejusmodi Nobiles recens creati ad diplomata Principum ſibi conceſſa provocare ſolent. Inter hæc ſententiarum divortia, vix apparet, quid certo de Scartabellts ſtatui poſſit. Hoc tamen ſine ullo dubio certum eſt, errare

Error Priluſii.

Jacobum Priluſium, non tantum in eo, quod Scartabellum ſtatuit eſſe Nobilem ex Sculteto aut Kmetone factum, ſed etiam quod vocem illam ex Græco ſermone derivat. Quod enim ad prius attinet, deprehendimus in antiquis Caſimiri Magni legibus, Scartabellos opponi militibus & Scultetis & Cmetonibus factis. Ita enim Caſimirus Magnus hac de re loquitur: *Militi pro una plaga vel pluribus à Kmetone facta vel factis pœna quindecim alias piatnadzieſta, percuſſo, & judicio ſimilis alia pœna perſolvi teneatur. Si vero fuerit baculo cruentatum vulnus illatum, ſicut pro gladiali vulnere declaramus ſatisfaciendum. Pro capite vero militi famoſo, alias Szlacbcie, 60. marcæ: Scartabello 30. marcæ: militi autem creato de Sculteto vel de Kmetone 15. marcæ*

narcæ pro capite. Item militi, Schlach- ie, pro vulnere decem marcæ: Scar- abello vero quinque marcæ: Sculteto vel Kmetoni militibus factis tres mar- cas ſtatuimus pro vulneribus eſſe per- ſolvendas. apud Herburtum *in Statuto pag. 543. tit. Vulnus.* Ex his igitur mani- feſtum eſt, Scartabellos Sculteтis & Kme- tonibus militibus factis opponi, & alte- ro tanto illos his digniores cenſeri. De- rivatio autem vocis, quam Przyluſius af- fert, probari nequit, non tantum ideo, quod Græca vox habet. *d.* quod in lati- na lingua idem valet, quod *th.* ſed etiam propterea, quia ſimplicitas illius Seculi multum aberat à vocabulis ex Græco & Latino componendis, ut loquitur Szer- bicius loco citato. Adhuc igitur proba- bilior eſſe videtur ſententia Szerbicii, qui Scartabellos veros Nobiles, ſed qui ad ci- vicam vitam tranſierant, fuiſſe arbitratur. Non poſſum tamen, quin & meam hic conjecturam ſubjiciam, Cui tamen quis- que pro lubitu addere vel demere fidem poterit. Obſervamus in Germania olim Nobilitatem diſtingui ſolitam in Ritter und Knechte / quamvis quod fuerit inter hos diſcrimen, determinatu difficil- limum ſit: Quid ſi igitur dicamus, & a- pud

Diſtinctio Nobilium apud Germanos.

pud Polonos olim fuiſſe duplicem Nobilium ordinem, quorum alii dicti ſint *milites famoſi*, ſive Polonico vocabulo *Szlachta*, iidemque fuerint, qui apud Germanos die Ritter: alii vero *Scartabelli*, qui Germanis vocabantur Knechte. Neque improbabilis videri poterit ſententia hæc illis, qui aut ipſi norunt, aut ex ſuperioribus didicerunt, tempore Caſimiri Magni, à quo vox Scartabelli uſurpatur, Poloniam à Germanis aut ſponte huc commigrantibus aut etiam à dicto Rege accepiſſe cultum. Item quodſi Poloni omnia fere vocabula artium à Germanis petierunt, quidni & Scartabellos potuiſſent vocare eos, quos Germani vocarunt Schaarmänner? Et fortaſſis etiam *milites famoſi*, ſive *Szlachta*, obligati erant ad militiam equeſtrem, unde Germanicum vocabulum, die Ritter/fluxit: cæteri autem Nobiles, Polonis Scartabelli, Germanis autem die Knechte vocati, obſtricti erant ad militiam pedeſtrem. Sed, ut jam dixi, pro veris hæc venditare nolim.

Familiæ Polonorum Nobiles.

XXIV. Antequam capiti huic finem imponamus, placet adhuc nonnullas Nobilium familias Dignitatibus & Magiſtratibus in Polonico imperio frequentius geſtis illuſtriores ſine ullo tamen ordine

Digitized by Google

rdine recenſere. Eminent verò inter alios quamplurimos adhuc Visniowiecii, Czartoriiſcii, Lubomirſcii, Oſſolinii, Opalinii, Leſzczynii, Potocii, Dzialinii Vielopolſcii, Koniecpolſcii, Kraſinii, Gembicii, Lubienſcii, Lipſcii, Radziеovii, Sieniavii, Jablonovii, Reii, Praznovii, Gninſcii, Dönhoffii, Grudzinii, Zamoſcii, Zawadzcii, aliique quorum etiam in hoc libro paſſim facta eſt mentio. SOBIESCIORVM familia, licet antea quoque habuerit, qui ſummis in Reipubl. dignitatibus & honoribus functi ſunt, nunc tamen maxime ſupra cæteras caput exſeruit, cum ex ea domo ad Regium faſtigium thronumque ſit evectus Sereniſſimus ac Potentiſſimus Joannes III. heros incomparabilis, Orientis terror, Turcarumque malleus, cui veteri formula vitam longævam & tranquillam, Senatum fidelem, populum probum, exercitus fortes ego cum univerſa Europa comprecor, ut continuare victorias, contexere laurus, cumulare triumphos, jam de jurato Chriſtiani nominis hoſte crebro reportatos, ei deſuper concedatur. In Magno Ducatu Lithvaniæ ſunt adhuc Radzivilii, Sapiehæ, Pacii, Polubinii, Oginſcii, Kotovicii, Kopecii, Hlebovicii, Wolovicii, Lackii, Sluszcæ, aliique plu-

Sobieſciorum familia.

Uu rimi,

Familiæ jam extinctæ. rimi, quos hic enumerare longum eſſet. Extinctæ autem jam ſunt complures Nobilium familiæ, quæ olim inter alias maxime floruerunt, ut Tarnovia, Tencinia, Gorkana, Oſtrogia, Melslinia. Szczebrzezinia, Dembnia, Odrovvorarum, Kmitarum, Stadnicia, Szidlovviecia, Rythviania, Curosvanscia, Lubranſcia & aliæ non paucæ de quibus videatur Chriſtophorus Varſevicius *lib. I. de optimo Statu Libertatis pag. 49.* In Magno Ducatu Lithvaniæ notiſſima Chodkieviciorum familia jam quoque extincta eſt.

Cap. VI.

De

Comitiis Polonicis.

I.

Cauſæ Comitiorum. Comitia Polonica duas ob cauſas indici ſolent, videlicet ut de Bono & ſalute Reipubl. conſultationes inſtituantur, & judicia certa exerceantur. Comitia togata & paludata. Sunt autem Comitia in Regno Polonico vel Togata, vel paludata. Ad togata, quæ plerumque habentur, conveniunt Ordines pacate, nullo milite ſtipati aguntque conventus in ipſa urbe. Sagata ſeu paludata ſunt, quando Ordines arma-

rmati ad Comitia confluunt, & in cam- Conventus agunt, quod præcipue in iterregnis fieri ſolet, factionibus Ele- ionem Regis turbantibus. Contigit oc ipſum in Interregno poſt obitum- ephani Regis, cum Anno 1587. Si- ſmundus III. Rex eligeretur, ut teſta- ır Paulus Piaſecius *in Chron. pag. 68. (58.)* abita quoque ſunt ejusmodi Comitia nno 1592. in quibus in Acta Regis in- uirebatur. Piaſecius *pag. 117. (100.) & ad m. 1607. pag. 294. (246.) ſeq.* Similiter et- m cum extremis Joannis Caſimiri Re- s temporibus Comitia ſæpe diſturba- ntur, agitatum eſſe comperimus, ut omitia paludata ſub dio in campis ha- erentur. Deinde dividuntur etiam- omitia Polonica in Ordinaria & extra- rdinaria. Ordinaria ſunt, quæ quovis ennio elapſo ſecundum leges indicun- ır. Extraordinaria ſunt, quæ urgente eceſſitate etiam biennio nondum ela- ſo indicuntur, ut frequentiſſime fieri onſvevit. Hæc Extraordinaria Comi- a iterum ſunt duorum generum. Aut nim omnes Ordines ad ea convocantur, t fit plerumque: Aut Senatus tantum- onvocatur (antecedente Ordinum o- nium Conſenſu) ut cum Rege urgen- bus ſummis periculis de Bono publico

Comitia Ordinaria & Extraordinaria.

Extraordinaria.

Comitia bifariam dividuntur.

Digitized by Google

conſilia conferat. Et hic Conventus peculiari nomine CONVOCATIO appellatur, qualem Anno 1680. habitam vidimus. Hæc tamen Convocatio non eſt confundenda cum CONVOCATIONE ſub tempus Interregni haberi ſolita, ubi non tantum Senatus, ſed etiam Provinciarum Delegati Varſaviæ conveniunt, de tempore Regis eligendi deliberaturi.

Convocatio duplex.

II. Olim Rex Poloniæ pro lubitu, ubicunque commodum videbatur, Comitia celebrabat, cum Senatu. Quare frequenter Comitia habita eſſe legimus Radomiæ, Siradiæ, Lencitiæ, Cracoviæ, Corcini, Lublini, Petricoviæ, vel aliis etiam in locis, ut ex Hiſtoria Polonica notum eſt. Nullum etiam fuit certum tempus conſtitutum, quo Comitia celebrari deberent: ſed hoc in arbitrio Regum erat, ut neceſſitate exigente tempus, quod commodiſſimum erat, ipſi determinarent. Peragebantur autem olim Comitia bidui vel tridui ſpacio, ut notat Martinus Cromerus *lib. II. Deſcript. Polon. pag. 199. & 204.* Conſ. Neugeb. *lib. VI. Hiſt. Polon. pag. 396.* Verum hæc ſequentibus temporibus, mirum quantum immutata ſunt. Quod enim primum ad LOCVM Comitiorum attinet, omnium primam de

Locus Comitiorum non erat olim determinatus.

Tempus Comitiorum non erat determinatum.

Comitia peragebantur bidui vel tridui ſpacio.

zed by Google

le eo Conſtitutionem tulit Vladislaus agello Anno 1413. Hrodlæ, & quidem iac occaſione: Cum ille Regnum Poloiæ & Magnum Ducatum Lithvaniæ in num corpus conjunxiſſet, quo comodius Senatores utriusque gentis ad Comitia confluere poſſent, voluit ut Comitia Polonorum & Lithvanorum LVBLINI aut PARCZOVIÆ ſemper aberentur. *Vid.* Herburt. *in Statut. voce. omitia. pag. 92.* Sed fœdere illo ob varias olonorum & Lithvanorum contentioes diſſoluto, rurſus pro lubitu Reges Comitia in Regno & ſeparata Magni Duces Lithvaniæ in Lithvania variis in ocis indicebant, donec tandem in Reno Rex Sigiſmundus I. Anno 1540. ea d unum adſtringeret locum in medillio Regni Poloniæ, quatenus Magno Ducatui Lithvaniæ opponitur, ſitum, empe ad urbem PETRICOVIAM. *Vid.* Herburtus *loc. cit.* Januszov. *lib. I. Part. II. pag. 113.* Quamvis neque hoc adeo tricte fuerit poſt illam Conſtitutionem bſervatum, ut Hiſtoria Polonica & ipſæ Conſtitutiones teſtantur. Ad extrenum cum Anno 1569. in Comitiis Lubnenſibus Lithvania Poloniæ perpetuo œdere eſſet conjuncta, VARSAVIA, in neditullio Imperii Polonici ſita, Comitiis

Locus certus determinatus eſt a Vladislao Iagellone.

Lublinum aut Parczovia.

Sigismundus I. Petricoviam determinat.

Varſavia Comitiis habendis deſtinatur.

Digitized by Google

tiis celebrandis in gratiam Lithvanorum deſtinata eſt; ita tamen, ut Rex urgente neceſſitate & in alio loco de conſenſu Senatus utriusque gentis Comitia indicere poſſet. *Videatur Confirmatio Fœderis hujus in Volumine Legum pag. 179.* Tandem non ita pridem, Anno videlicet 1673. tempore Regis Michaelis conſtitutum eſt, ut tertia quæque Comitia in Lithvania GRODNÆ habeantur, exceptis tamen Convocatione Generali ſub Interregni tempus, Comitiis Electionis, & Comitiis Coronationis, quæ ſolitis in locis, nempe Convocatio Generalis & Comitia Electionis Varſaviæ; Comitia vero Coronationis Cracoviæ, celebrari debent. Confirmavit hoc ipſum Sereniſſ. Joannes III. promiſitque inſuper, ſe tertio quovis anno in Magno Ducatu Lithvaniæ ſedem ſuam habiturum. *Vid. Pacta Conventa circa finem, §. Privilegia y Prawa.* Idem de Comitiis in Lithvania Grodnæ habendis habent etiam Conſtitutiones Anni 1677. *pag. 10. inter Conſtitut. Lithvan.* Immo & actu ipſuo jam Comitia ſunt Anno 1678. Grodnæ in Lithvania celebrata. Et cum An. 1685. ordine Lithvaniam tangente Comitia propter bellum Turcicum non Grodnæ ſed Varſaviæ eſſent indicta, novimus, quan-

Grodnæ in Lithvania Comitia haberi debent.

Comitia Coronatione peracta habentur Cracoviæ.

quantis animorum motibus fuerit hæc-
e controverſia ſub incudem revocata.
Neque quieverunt Lithvani, donec ſibi
hoc publica Conſtitutione iterum eſſet
promiſſum, ſicut ex ipſo Conſtitutionum
Anni 1685. poſtea impreſſarum initio
manifeſtum fit.

III. Sed & TEMPVS certum poſtea determinatum eſt, quando Comitia indici convocarique deberent. Etenim An. 1567. Sigiſmundus Auguſtus lege lata promiſit, ſe ſingulis bienniis præterlapſis ordinarie Comitia indicturum. *Vid. Conſtitut. an. 1567. pag. 255.* At vero quoniam non raro negotia occurrunt, præſens Conſilium totiusque Reipubl. auctoritatem requirentia, ideo biennio etiam nondum elapſo Comitia Extraordinaria poſſunt indici. Temporibus Wladislai IV. Joannis Caſimiri & Michaelis Regum tanta fuit negotiorum in Comitiis determinandorum moles, ut vix annus præterlapſus fuerit, quo Comitia non fuerint habita. Imo bis etiam uno anno aliquando habita eſſe, teſtantur Conſtitutiones in iis factæ, publicisque typis expreſſæ. Deinde circa tempus hoc etiam determinatum eſt, quousque Comitia debeant extendi. Cum etenim tempore Sigismundi I. & Sigismundi

Tempus certum a Sigismundo Auguſto determinatum eſt.

Digitized by Google

Auguſti Comitia in quartum quintum & ſextum menſem extraherentur (ut teſtatur Cromerus *lib. II. Deſcript. Polon. pag. 199. & 204.*) concluſit ea tandem Henricus An. 1573. intra ſex hebdomadarum ſpacium, in Confirmatione articulorum ſibi oblatorum. *Vid. Volumen Legum pag. 255.* Confirmavit hoc ipſum poſtea Stephanus Rex an. 1576. *ibid.* & Sigiſmundus III. anno 1591. *pag. 615.* Attamen hoc tempus ſex ſeptimanarum prolongari & reſtringi poteſt omnium Ordinum conſenſu, prout negotia Reipubl. expedienda illud exigunt. Et licet conſtitutione anni 1635. *ſtatim ab initio* tempus hoc ita exrendi & contrahi prohibeatur, obſervari tamen hoc non potuit, neque nunc poteſt, ſicut praxis ipſa oſtendit, & Conſtitutiones etiam Anni 1642. & 1647. docent. De tempore Comitiorum Extraordinariorum variæ & inter ſe diverſæ extant Conſtitutiones. Antea namque ultra duas aut ad ſummum ultra tres hebdomadas non extrahebantur, volentibus ita Ordinibus. Sed poſtea ut & Extraordinaria Comitia ſex hebdomadarum eſſent, iidem Ordines urſerunt. Quare cum Wladislaus IV. in Annum 1637. Comitia Extraordinaria duarum hebdomadarum indixiſſet, non miſit

Sex hebdomadæ Comitiis ordinariis deſtinantur.

Comitiorum Extraordinariorum tempus.

miſit ad eadem Nuncios ſuos Polonia Major, qua de cauſa Rex dicto anno conſtituit, ut ſi impoſterum Comitia Extraordinaria neceſſitas exigeret, illa cum conſenſu Senatorum utriusque gentis indicta, non duarum, neque trium, ſed ſex eſſent hebdomadarum. *Vid. Conſtitut. anni 1637. init.* Verum anno proxime ſequente conceſſerunt iidem Ordines, ut Rex Comitia Extraordinaria ad duas hebdomadas duratura indicere poſſet, ſed ſine ullis ſolennitatibus habenda, & in quibus nulla judicia privata, ſolis cauſis Fiſci exceptis, exerceri deberent. *Conſtitut. anni 1638. pag. 5.* Poſthæc Anno 1647. habita ſunt Comitia Extraordinaria trium hebdomadarum, in quibus conſueta judicia non fuerunt omiſſa. *Vid. Conſtitut. anni 1646. pag. 7. ſeq.* Item Anno 1677. in Comitiis Extraordinariis Nuncii Terreſtres ipſi Regem ſolicitarunt, ne Comitia ultra duas hebdomadas prorogari pateretur; non potuerunt tamen intra illud tempus omnia negotia expediri. Poſtremo ad tempus Comitiorum recte cognoſcendum, notandum eſt & illud, quod nequeant in diem Dominicum, neque in alium diem feſtum indici, *ex Conſtitut. Sigiſmundi III. An. 1591. pag. 615.*

IV. Quod ad jus Regis circa convocatio- Jus convocandi Ordines ad Comitia.

cationem Ordinum attinet, illud licet antea, ut ſupra jam diximus, fuerit abſolutum; variis tamen modis procedente tempore circumſcriptum eſt. Etenim Anno 1573. Henricus Rex & ejus ſucceſſor Stephanus promiſerunt, quovis biennio præterlapſo Comitia ſe ordinarie indicturos, ut hoc paulo ante jam à nobis monitum eſt. Hæc tamen Juris Regii limitatio eodem tempore facta non obſtitit, quo minus Adamus Komarſcius Legatus Polonicus ad Henricum Valeſium Poloniæ Regem electum in Gallia verba faciens, dicere potuerit, jus indicendi Comitia Regibus Poloniæ eſſe adhuc integrum, de quo videatur Andr. Maximil. Fredro *in Hiſt. Henrici I. pag. 97.* Poſt illa tempora jus hoc Comitia indicendi magis magisqne limitari cœpit, quoniam etiam extraordinaria Comitia in Ordinariis Comitiis Ordines à Rege poſtulare cœperunt, adeo ut eorum etiam indictionem vindicare ſibi videantur. Hodie ergo illud obtinet, ut ſingulis bienniis elapſis ordinaria Comitia habeantur haberique de jure debeant. Quodſi autem in iis omnium deſideriis non eſt ſatisfactum, rogant Ordines Regem, ut extraordinaria Comitia commodo tempore indicantur, quod etiam à Rege concedi,

con-

conceſſioque illa Volumini Legum inſeri conſuevit. Exemplum ejus rei, præter alia vetuſtiora, habemus in Conſtitutionibus Anni 1676. *pag. 21*. Nihilominus tamen & alias, etiamſi Status & Ordines in ordinariis Comitiis alia extraordinarie indici non petierint, Rex neceſſitatis ratione flagitante dimiſſis ad Dnn. Senatores literis, eorumque ſenſu explorato, Comitia extraordinaria poteſt indicere, iisque tempus commodum arbitratu ſuo præſtituere. *Videantur literæ univerſales An. 1676. d. 3. Octobr. ad Senatores, Officiales omnemque Nobilitatem à Rege miſſæ.*

V. Cum ordinaria vel etiam extraordinaria ſex hebdomadarum habenda ſunt Comitia, indicit prius Rex per literas CONVENTUS PARTICULARES, ſive ut vulgo vocant COMITIOLA (Polonis *Seymiki* à voce *Seym*, quæ Comitia ipſa ſignificat, dicuntur) ſingulis in Palatinatibus, majoribus terris & in certis Diſtrictibus. Hi Conventus particulares Palatinatuum & Diſtrictuum universalia Regni Comitia ſex hebdomadis antecedere debent, ex conſtitutione Sigiſmundi I. Anno 1525. & Sigiſmundi III: anno 1613. *tit. O Seymach pag. 10.* Verum in Comitiis extraordinariis quæ ob ſubitos motus & magna Reipubl. pericu- Conventus particulares Comitia præcedentes.

la

la moram non patiuntur, etiam paucioribus hebdomadis antecedere poſſunt. Exemplum habemus in Conſtitutione, Anni 1638. *pag.* 5. ubi conceſſum eſt, ut tribus tantum ante Comitia Regni generalia, hebdomadis, particulares Conventus indicerentur. Loca autem ubi Palatinatus & Terræ ſuos habere Conventus particulares conſveverunt, ſunt ſequentia.

Loca Conventuum particularium.

I. IN MAIORE POLONIA omnes Conventus particulares una die indicuntur, & quidem ita, ut eos habeant.

Poſnanienſis & Kaliſſienſis Palatinatus in oppido *Sroda*.

Siradicenſis in oppido *Sadek* (alias Schadkovia dicitur.)

Terra Vielunenſis in oppido *Vielun*.

Lancicienſis Palatinatus in oppido *Lancitia*.

Breſtenſis & Inovladislavienſis Palatinatus in oppido *Radzieiowo*, ſecundum Conſtitut. anni 1510. apud Herburt. *voce: Comitia pag. 92. & in Editione Polonica. pag. 257.*

Terra Dobrinenſis in oppido *Lipno*, ut habet Conſtitutio anni 1567. *pag. 135.*

Plocenſis Palatinatus in oppido *Raciaz*.

Raven-

Ravenſis Palatinatus tribus in locis habet conventus particulares, nimirum.

Diſtrictus Ravenſis in oppido *Rava.*

Diſtrictus Sochaczovienſis in oppido *Sochaczowo.*

Diſtrictus Goſtinenſis *Gombini.*

Conſtitutum quidem fuerat Anno 1667. *pag.* 18. ut in Palatinatu Ravenſi omnes illæ tres terræ uno tantum in loco, nempe in oppido *Bolemowo* Comitiola Ante- & Poſt-Comitialia haberent; in quo loco ex omnibus tribus Diſtrictibus congregata Nobilitas ſecundum pluralitatem ſuffragiorum & Marſchalcum ſive Conventus illius Directorem & Nuncios eligeret. Sed hæc Conſtitutio An. 1673. *pag.* 30. *tit. Declaratio O Seymikach.* ſublata eſt, ſingulæque terræ Conventus ſuos particulares ſupra enumeratis in locis ſeorſum habere cœperunt, uti exemplum ejus rei occurrit in Declarationibus Palatinatuum Anno 1667. factis, ubi ſingulis illis tribus diſtrictibus peculiaria indicuntur Comitiola Relationis,

tionis, ſive Conventus Poſt-Comitiales.

Podlachiæ Palatinatus habet tres Terras, inter quas.

Terra Drohicienſis Conventus agit *Drohicini.*

Terra Mielnicenſis in oppido *Mielnik*,

Terra Bielſcenſis in oppido *Bransk.*

Maſoviæ Palatinatus uno itidem die habet Conventus, diverſis in locis, & quidem

Terra Cyrnenſis, *Cyrnæ.*

Terra Varſavienſis *Varſaviæ.*

Terra Viſnenſis, *Viſnæ.*

Terra Wiſſogrodienſis, *Wiſſogrodiæ.*

Terra Zakrocimenſis, *Zakrocimi.*

Terra Ciechanovienſis, *Ciechanoviæ.*

Terra Lomzenſis, *Lomzæ.*

Terra Rozanenſis, *Rozanii.*

Terra Livenſis, *Livæ.*

Terra Nurenſis in oppido, *Nur.*

In PRVSSIA quid obtineat poſtea dicetur.

II. In MINORE POLONIA uno itidem die celebrantur Conventus Particulares, & quidem

Cracovienſis Palatinatus duos habet conventus. Nimirum

Ducatus Oſvviecimenſis & Zatorienſis in oppido *Zator.*

Et

Digitized by Google

Et poſtea totus Palatinatus Crocovienſis *Proſſoviæ*.

Anno 1667. conceſſa ſunt Ducatui Zatorienſi peculiaria Comitiola Relationum. Vid. Conſtitut. dicti anni *pag.16.tit. Aſſecuratya*,

Præcedere autem debuit Conventus Zatorienſis ex Conſtitutione anni 1616. generalem Conventum Proſſovienſem tribus diebus,ut eſt in Conſtitutione ejus anni *pag.20*. Quoniam autem intra hoc tam auguſtum temporis ſpacium Nuncius Zatorienſis & Oswiecimenſis ad Conventum Palatinatus Cracovienſis generalem ſe ſiſtere non potuit, igitur ex Conſtitutione anni 1635. *pag.37*. Conventus Zatorienſis Proſſovienſem integro octiduo præcedere debet.

Sendomirienſis Palatinatus in oppido *Opatow*.

Conceſſus quidem huic Palatinatui fuit à Sigiſmundo I. etiam Conventus Skrzynnenſis: ſed anno 1519. iterum abrogatus eſt. *Vid*. Herburt.*Polon.p.257*.

Lublinenſis Palatinatus *Lublini*, ſecundum Conſtitutionem An. 1532.

Antea

Antea autem habebatur *Vrzedoviæ*. Vid. Szerbic Part. III. Conſtitut. cap. III. *pag. 13.*

Ruſſiæ Palatinatus aliquot habet Conventus, nimirum

Terra Leopolienſis *Leopoli.*

Terra Præmislienſis *Præmisliæ.* Conventus Poſt-Comitiales terræ Præmislienſi in Declarationibus Palatinatuum aliquoties *Viſnæ* indictos deprehendi.

Terra Sanocenſis *Sanociæ.*

Terra Halicienſis *Haliciæ.*

Terra Chelmenſis *Chelmæ.*

Poſt actos autem Conventus Particulares, ſaltem Terram Halicienſis & Chelmenſis, generalis illius Palatinatus Conventus ſemper habetur *Viſniæ.* Vid. Conſtitut. an. 1563. *pag. 46.* an. 1581. *pag. 375.* an. 1616. *pag. 27.* an. 1635. *pag. 36.*

Belzenſis Palatinatus in oppido *Belz.*

Podoliæ Palatinatus Conventus ſuos agere ſolebat *Kamenecia.*

Capta autem à Turcis Kamenecia, Conventus particulares Ante-& Poſt-Comitiales Palatinatus Podoliæ celebrare debuit Leopoli, donec Halicia inſtauraretur. *Conſtitut. anno 1677.*

Digitized by Google

1677. pag. 18. tit. Seymiki. Conf. Conſtit. Anni 1673. p. 32.

Kioviæ Palatinatus *Zytomiriæ*: poſtea *Vlodimiriæ* in Volhynia, ut poſtea dicetur

Volhyniæ Palatinatus *Luceoriæ.*

Braclavienſis Palatinatus *Winnicæ* poſtea *Vlodimiriæ* in Volhynia ut poſtea dicetur.

Czernichovienſis Palatinatus antea ſimul cum Diſtrictu Novogrodenſi habuit Conventus *Czernichoviæ.* Vid. Conſtitut. An. 1635. *pag. 17. tit. Ordinatya.* At vero occupato illo Palatinatu à Moſcis, An. 1659. *pag. 48.* conſtitutum eſt, ut Palatinatus Kijovienſis, Braclavienſis & Czernichovienſis Couventus ſuos celebrarent *Vlodimiriæ* in Volynia, donec ipſis Bona reſtituerentur.

III. In MAGNO DVCATV LITHVANIÆ Conventus particulares agunt.

Vilnenſis Palatinatus *Vilnæ.*

Osmianenſis Diſtrictus *Osmianæ.*

Lidenſis Diſtrictus *Lidæ.*

Wilkomirienſis Diſtrictus *Wilkomiriæ.*

Braclavienſis Diſtrictus *Braslaviæ.*

Trocenſis Palatinatus in Civitate *Troki.*

Grodnenſis Diſtrictus *Grodnæ.*

Xx Cau-

Caunenſis Diſtrictus *Caunæ.*
Vpitenſis Diſtrictus *Ponienwiezya.*
Samogitiæ Ducatus conventus ſuos habet *Roſienis.*
Smolenſcenſis Palatinatus
Starodubenſis Diſtrictus
{ *Vilnæ* durantibus induciis cum Moſcovitarum Duce per Conſtitut. Anni 1667. *pag.* 78.
Polocenſis Palatinatus *Polociæ.*
Novogrodenſis Palatinatus *Novogrodici.*
Slonmienſis Diſtrictus *Slonimi.*
Wolkoviſcienſis Diſtrictus *Wolkowiſciæ.*
Witepſcenſis Palatinatus *Witepſciæ.*
Otszanenſis Diſtrictus *Orszæ.*
Breſcenſis Palatinatus, *Breſciæ* in Lithvania.
Pinſcenſis Diſtrictus *Pinſci.*
Mſcislavienſis Palatinatus *Mſcislaviæ.*
Minſcenſis Palatinatus *Minſciæ.*
Mozirenſis Diſtrictus *Moziriæ.*
Rzeczycenſis Diſtrictus *Robaczíviæ.*
Livoniæ Palatinatus Comitia particularia habet *Duneburgi* ex Conſtitutione anni 1673. *pag.* 24. quod confirmatum eſt Conſtitut. anni 1677. *pag.* 33.

VI. Antequam Conventus particulares enumeratis in locis agantur, mitti ſolent

ſolent literæ Regiæ ad Senatores Regni, quibus ad Comitia invitantur. Mitti etiam conſueverunt Univerſales literæ ad Officia Caſtrenſia ſingulorum Diſtrictuum, duabus vel tribus hebdomadis ante Conventus illos particulares. (Ipſa vero Comitia indici debent ſex hebdomadis poſt Conventus particulares, ut vult Conſtitutio anni 1613. *pag.* 10. & Statutum Lithvanicum *cap.* 3. *part.* 6.) Univerſales illæ literæ poſthæc ab officio caſtrenſi per miniſterialem, qui Polonis *Wozny* vocatur, mittuntur ad Principes, Magiſtratusque omnes; in foris etiam urbium, oppidorumque per eundem Miniſterialem ſive Præconem alta voce publicantur & templis ubique affiguntur. In his literis Rex Senatoribus & Nobilitati proponit futurorum Comitiorum cauſas. Mittitur præterea à Rege Nuncius ad hos Conventus Particulares cum peculiari inſtructione, in qua ſpecialius deliberanda proponuntur. Convenire autem die à Rege præfixo in locis conſuetis ex legibus debent non tantum Nobiles, ſed etiam Epiſcopi, Palatini, Caſtellani aliique Magiſtratus omnes ejus Diſtrictus vel Palatinatus, in quo Conventus celebratur. *Vid.* Conſtit. an. 1510. apud Herburt. *in Statuto Polonica lingua*

Vniverſales literæ.

Nuncii Regii ad Conventus particulares miſſi.

Ad conventut Particulares & Senatores pertinent.

ſcripte pag. 208. & in Latino exemplari pag. 93. tit. Comitia. Conf. Statutum Lithvanicum *cap. 3. art. 6. pag. 52. ubi & alias Conſtitutiones ſubjunctas reperies.* Interea dum Nobilitas ad Conventus hos particulares confluit, Capitaneus ejus loci ſuum cuilibet aſſignat hoſpitium ex Conſtitutione Sigiſmundi Auguſti de Anno 1565. *pag. 85.* Quando Equeſtris Ordo jam in locum Conventus confluxit, priusquam ad Conſultationes deſcendatur, à ſacris fit initium. Prima deinde cura eſt circa electionem Marſchalci ſive idonei Conventus illius Directoris, qui eadem fere munia obit, quæ Marſchalcus Nunciorum Terreſtrium ad Comitia generalia confluentium in Conclavi Nunciorum, & Marſchalcus Regni in Senatu tempore Comitiorum obire ſolens. Sed in Magno Ducatu Lithvaniæ hic diſcrimen aliquod obſervamus, quoniam non ubique ſemper novus eligitur Conventuum particularium Director. Nam in Diſtrictibus, qui Palatinatibus adjunguntur, quosque paulo ante enumeravimus, nempe in Oſmianenſi, Lidenſi, Wilkomirienſi, Braslavienſi, Grodnenſi, Caunenſi, Upitenſi, Starodubenſi, Slonimenſi, Wolkoviſcienſi, Orszanenſi, Pinſcenſi, Mozirenſi, Rrzczycenſi perpetui ſunt

Capitaneus hoſpitia aſſignat.

Marſchalci Conventus particularis.

In Lithvania perpetui ſunt Marſchalci.

Mar-

Marſchalci, qui hoc munere ad dies vitæ funguntur, tituloque Marſchalcorum, ubique utuntur, ut inter alia documenta etiam ex variis ſubſcriptionibus liquet. *Conf.* Albertus Alexander Paprocki *in Narratione Historica Originis Stemmatis Trzygtow.*

Electo Marſchalco Nuncius Regis ad Conventum illum particularem miſſus à primo Senatore vel officiali excipitur & honore primi loci afficitur. Hic igitur cauſas Comitiorum exponit, inſtructionemque ſuam poſt habitam orationem Nobilitati prælegit. Attamen notandum eſt, ad quoſdam particulariſſimos Conventus Nuncium à Rege non mitti. Exempli gratia, quando Zatorienſis Conventus ante generalem Palatinatus Cracovienſis Conventum habendus eſt, tunc Rex tantum Inſtructionem mittit ad Capitaneum Oſwiecimenſem, ut Equeſtris Ordo ſciat de quibusnam rebus ſit conſultandum. *Vid.* Conſtitut. An. 1581. *pag.* 375. *tit. Seymik &c.*

Nuncius Regius deliberanda proponit.

VII. Legatione Regia audita, aut etiam Inſtructione tantum Regia perlecta, conſultat præſens Nobilitas de Rebus à Rege partim in literis univerſalibus, partim per Nuncium & in Inſtructione propoſitis: deinde etiam de aliis rebus, in futuris Comitiis Regni & Magni Ducatus

Conſultationes Nobilium in Conventibus particularibus.

 Lith-

Lithvaniæ generalibus, nomine totius Palatinatus aut Diſtrictus illius, ubi conventus agitur, proponendis. Suffragia non eodem ubique ordine dantur, quia non ubique iidem reperiuntur Magiſtratus. In Magno Ducatu Lithvaniæ hic præſcribitur Ordo, ut primum ſuffragium habeat Epiſcopus, deinde ſubſequantur Palatinus, Caſtellanus, Marſchalcus Diſtrictus illius, Succamerarius, Vexilliſer, Judex, Subjudex, Tribunus, Dapifer, Subdapifer Notarius Terreſtris; hos tandem excipiant Magiſtratus Caſtrenſes, aliique Barones & Nobiles. ut habetur in Statuto Lithvanico *cap. III, art. 6.* Verum recentioribus Conſtitutionibus & hic ordo mutatus eſt. Nam præterquam quod Tiwuni in Palatinatibus quibusdam, omnes officiales Terreſtres præcedunt, multi etiam Magiſtratus Terreſtres Caſtrenſibus Magiſtratibus poſtpoſiti ſunt Conſtitutio a. 1677. *p.18.* de quo jam ſupra *lib.II.cap.IV.num.V.* egimus, adeoq; hic repetere ſupervacaneum ducimus. Ex iisdem autem, quæ jam citatato capite IV. propoſita ſunt, elucet, quo ordine Nobiles in Regno ſententias dicant. Hic unicum tantum repetimus, quod etiamſi Magiſtratus Terreſtres Caſtrenſibus præferantur, Capitaneus tamen locum

Ordo ſuffragiorum.

ſuum

Digitized by Google

ſuum in Conventibus particularibus aliiſque congreſſibus habeat proxime poſt Succamerarium ante Vexilliferum & Judicem Terreſtrem. *Vid.* Conſtitut. *an.* 1613. *pag.* 20. *an.* 1647. *pag.* 18. *an.* 1658. *pag.* 45. Poſtquam in certa puncta conſenſerunt omnes, conſignantur illa trutinanturque iterum ab omnibus, donec tandem conſenſu communi capita certa ſtatuantur. Hunc Actum moderari juſſi ſunt Senatores non in hoſpitio, ſed in templo, ut variæ turbæ, quæ alioquin excitari ſolent, hoc modo evitentur. Receperunt etiam hoc Palatinatus Pruſſici & Lithvanici. In Majore minoreque Polonia, licet hoc Anno 1616. receperint Cracovienſis, Poſnanienſis & Caliſſienſis Palatinatus, ut ex dicti anni Conſtitutionibus *tit. Spoſob concludowania pag.* 11. conſtat, biennio tamen poſt, nempe anno 1618. hoc iterum repudiarunt Palatinatus Poſnanienſis & Caliſſienſis. *Vid. Conſtitut. ejus anni pag.* 6. Subſcribunt conſcripta dicto modo Equeſtris ordinis placita Senatores & Marſchalcus Conventus illius particularis, ut Conſtitutio anni 1616. *pag.* 11. de Cracovienſi, Poſnanienſi & Caliſſienſi Palatinatibus agens, hoc requirit.

Conventus Particulares ubinam habeantur.

VIII. His ita peractis eliguntur Nun-

Nuncii Terreſtres eliguntur pluralitate ſuffragiorum.

cii Terreſtres, ſive Delegati Provinciales ad Comitia generalia mittendi. In electione vero ipſorum per totum Magnum. Ducatum Lithvaniæ pluralitas ſententiarum obtinet, ut vult Conſtitutio anni 1613. *pag. 40.* In Regno cum antea omnium & ſingulorum conſenſus requiſitus fuerit, ſenſim ob varia incommoda Palatinatus pluralitate ſuffragiorum Nuncios eligere cœperunt. Et quidem Palatinatus Maſoviæ hoc ipſum jam ante Lithvanos receperat Anno 1598. ut Conſtitutiones dicti anni *pag. 702.* teſtantur. Palatinatus autem Kiovienſis, ut & Pruſſici Palatinatus, & Mielnicenſis Diſtrictus eodem anno ſimul cum Lithvanis hunc morem receperunt, ut habent Conſtitutiones anni 1613. *pag. 13. & pag. 24.* Poſtea anno 1631. hoc ipſum toti Palatinatui Podlachiæ indultum eſt, ut pluralitas calculorum ederet Delegatos Provinciales ad Comitia mittendos. *Vid. Conſtit. an. 1631. pag. 34.* Similiter jam antea anno 1611, hoc ipſum, ut pluralitate ſententiarum eligerentur Nuncii, receperunt Palatinatus Siradicenſis cum Terra Vielunenſi, & Cracovienſis Palatinatus, ut & terra Chelmenſis in Palatinatu Ruſſiæ. *Vid.* Conſtitut. anni 1611. *pag. 11.* Conceſſum id quoque eſt Palatinatui Raven-

Digitized by Google

Ravenſi Conſtitutione anni 1667. *pag. 18.* Denique hunc morem Nuncios per plura ſuffragia eligendi more Majoris Poloniæ receperunt etiam Breſtenſis & Inovladislavienſis Palatinatus, ut eſt in Conſtitutione anni 1685. *pag. 19.* Hoc autem in plerisque allegatarum jam Conſtitutionum ſtatuitur, ut poſſeſſionati tantum Nobilis ſententia in eligendo Nuncio valeat: in quibusdam etiam additur Nuncium ipſum debere eſſe poſſeſſionatum. Ad numerum Nunciorum quod attinet, ſciendum eſt in Magno Ducatu Lithvaniæ ex ſingulis Diſtrictibus, ubi judicia Terreſtria habentur, binos eligi Nuncios ut ſtatuitur in Statuto Lithvanico *cap. III. art. 6. & 7.* In Palatinatu Lublinenſi antea duo mitti ſolebant, ſed anno 1654. conſtitutum eſt, ut tres mitterentur, videlicet ex ſingulis Diſtrictibus illius Palatinatus (Lublinenſi, Vrzendovienſi & Lukovienſi) unus. *Vid. Conſtitut. dicti anni pag. 15.* In Palatinatu Czernichovienſi, mitti jubentur duo ex Diſtrictu Novogrodenſi Severiæ, in Conſtitut. an. 1635. menſ. Februar. & Mart. *ante med. tit. Ordinatia.* Palatinatus Podoliæ ſex Nuncios antea ſolebat mittere, ut teſtantur Acta Comitiorum anni 1685. *ad diem 27. Martii.* De aliis Palatinatibus non extant

Quinam dent ſuffragia, & quis ſit Marſchalci ſtatus & conditio.

Numerus Nunciorum ex ſingulis Palatinatibus & Diſtrictibus.

Digitized by Google

tant certæ leges in Volumine Conſtitutionum, ſed quilibet Palatinatus antiquas conſuetudines obſervat, ad quas jam olim Sigiſmundus I. in Comitiis Cracovienſibus anno 1540. provocavit his ferè verbis: *Ad Comitia Regni non plures Nuncii eligantur, quam ut olim eligi conſveverunt, & tales, quibus lites judiciariæ in Conventu non intercedant.* Vid. Herburt. *in Statuto. voce: Nuncii. pag. 304. ſeq.* Mitti autem ſolent ex Palatinatu Poſnanienſi nuncii duodecim, ex Siradienſi quatuor, ex terra Vielunenſi duo, Palatinatu Lancicienſi quatuor, Breſtenſi & Inovladislavienſi quatuor, ex terra Dobrinenſi duo ex Palatinatu Plocenſi tres, ex Maſovienſis Palatinatus ſingulis decem terris bini. Ex Palatinatu Podlachiæ ſex, ex Ravenſi ſex, ex Cracovienſi ſex, Sendomirienſi ſex, Ruſſiæ quatuordecim, Belzenſi quatuor, Kiovienſi ſex, volynienſi ſex, Braclavienſi duo Livoniæ ſex. *Vid.* Nic. Chwalkowskci *Jur. Publ. Polon. cap. 8. pag. 175. ſeqq. edit. recentioris.* In Pruſſia nunquam fuit determinatus Nunciorum Terreſtrium numerus, ideoque plurimi ſemper ad Comitia provinciæ hujus Delegati mittuntur. Non enim

In Pruſſia numerus Nunciorum non eſt determinatus.

in

in uſitatum eſt viginti, triginta & plures mittere. Immò An. 1685. ſeptuaginta amplius Nuncii fuerunt deſignati. Frequenter autem in Comitiis multi conqueruntur, quod ex multis Palatinatibus, præſertim ex Maſovia, plures mittantur, quam per antiquas conſuetudines licet. Quod ſi autem numerum illum qui ordinarius eſt, reſpiciamus, in univerſum centum & ſeptuaginta quatuor Nuncii Terreſtres in Comitiis numerantur, præter Pruſſicos, quorum numerus non eſt definitus. Numero Nunciorum expenſo, cætera quoque Nunciorum requiſita conſideremus. Non poſſunt in Delegatos Provinciales eligi Senatores, quamvis antea per pravam conſuetudinem ex Caſtellanorum ordine non raro ſint ad hoc munus lecti, ut teſtis eſt Chriſtophorus Warſevicius *lib. I. de Optimo Statu libertatis pag. 107.* Hoc obſervatur, ut majoris auctoritatis gratia Nuncii plerumq; eligantur ex iis, qui in dignitatibus ſunt conſtituti, nempe ex Magiſtratibus (qui ſunt extra ordinem Senatorium) Regni & Magni Ducatus Lithuaniæ, ut ſunt Dapiferi, Pincernæ, Gladiferi, Stabuli præfecti aliique Magiſtratus: Item ex magiſtratibus ſingulorum Diſtrictuum & Palatinatuum, ut Succamerarii, Capitanei, Vexilliferi

Nunciorum requiſita.

liferi aliique Deinde in Legibus cavetur, ne Nuncii eligantur, qui in Comitiis litem vel aliud privatum habent negotium, & ſi tales contradicentibus quibusdam eligantur, ne locum in Comitiis habeant. *Conſtitut. anni 1601. pag. 757.* Conf. Cromer. *lib. II. Deſcript. Polon. pag. 201.* Excluduntur ex numero Nunciorum Terreſtrium etiam Judices ſive Aſſeſſores, ſive ut vulgò vocantur, Deputati ſummorum Tribunalium. *Conſtitut. 1616. pag. 3.* Præterea hinc excluduntur Exactores contributionum (*Proborcy*) aliique qui publicos Reipubl. proventus adminiſtrant, niſi facta plenaria ſatisfactione theſauro, obtentaque quietantia à Theſaurario. Si contingat eos à ſuis diſtrictibus eligi, in Comitiis non debent admitti, per Conſtitut. *An. 1631. pag. 34. an. 1633. pag. 20. an. 1661. inter Conſtitut. Lithv. pag. 13. Anno 1679. pag. 9.* Sed etiam hoc de nunciis Terreſtribus notandum eſt, quod ipſis ad Comitia proficiſcentibus conſtituta ſint certa ſalaria, ut ex Conſtitutione anni 1540. manifeſtum eſt apud Herburt. *in Statuto tit. Nuncii pag. 304.* Conf. Cromer *lib. II. Deſcript. Polon. pag. 205.* Statut. Lithvan. *cap. III. art. 7. p. 55.* Tandem notetur, morem illum Nuncios terreſtres ad Comitia generalia mittendi

Salaria Nunciorum.

Nuncii tempore Caſimiri Jagellonidis ad Comitia mitti cœperunt.

tendi Sec. XV. ſub Caſimiro Jagellonide cœpiſſe atque invaluiſſe. Cum enim finito tredecim annorum bello in Pruſſia contra Cruciferos geſto, tributum ad exſolvenda ſtipendia à Nobilitate minoris Poloniæ exigeretur, non abnuebat id quidem Equeſtris ordo, ſed ſine majoribus Polonis illud ſciſcendum non putavit; quare placuit è Palatinatibus ſive Satrapiis Legatos ad Comitia Petricovienſia mitti, qui decernendi in commune cum cæteris moderati tributi poteſtatem haberent. Hoc poſtea ſic inolevit, ut ſine iis Legatis, ſive Nunciis Provincialibus nulla legitima Comitia haberentur, neque tributum imperari, ac ne lex quidem ulla fieri poſſe videretur. *Vid.* Cromerus *lib. XXVII. de Ort. & Reb. geſt. Polon. pag.* 779. Neugeb. *lib. VI. Hiſt. Polon. in Caſimiro Jagellonide pag. 391. ſeq. & pag. 499.*

IX. Actis dicto modo Conventibus particularibus (quæ ne ultra quatriduum protrahantur, cavetur in Statuto Lithvanico *cap. III. art. 6.*) antequam ad Comitia Regni univerſalia Senatores & Nuncii pergant, adhuc tribus hebdomadis ante Comitia Regni & Magni Ducatus Lithvaniæ generalia, ſive, ut ea paulo ante vocavimus, univerſalia, certis in

Conventus Provinciarum generales.

locis

locis ad Conventus ſingularum gentium generales (Polonis vocantur *Seymiki generalne*) convenire debent, ut leges requirunt. Et quidem Majoris Poloniæ Senatores cum Nunciis Terreſtribus convenire jubentur COLI. In Minore autem Polonia Senatores & Nuncii ex omnibus Palatinatibus & diſtrictibus minoris Poloniæ CORCINI, quæ & NOVA CIVITAS appellatur. *Conſtitut. Anno 1613. pag. 10.* In Magno Ducatu Lithvaniæ antea convenire ſolebant WOLKOWISCIÆ, ut habet Conſtitut. anni 1573. *pag. 255.* Poſtea vero SLONIMI. *Vid.* Statut. Lithvan. *cap. III. art. 8. pag. 56.* & Conſtitut. anni 1631. *pag. 40.* In Pruſſia Conventus ejuſmodi generales habentur GRVDENTI & MARIÆBVRGI alternatim, de quibus paulo poſt fuſius acturi ſumus. Ad Conventum Corcinenſem in minore Polonia pertinent Cracovienſis, Sendomirienſis, Ruſſiæ, Podoliæ, Belſenſis & Lublinenſis Satrapiæ. Ad Majoris Poloniæ conventum generalem referuntur Poſnanienſis, Kaliſſienſis, Siradienſis, Lancicienſis, Breſtenſis, Inovladislavienſis, Plocenſis & Ravenſis Palatinatus cum Vielunenſi & Dobrinenſi terris ut hoc Cromerus tradit *lib. II. Deſcript. Polon. pag. 202.* Ad Conventus

Conventus Majoris Poloniæ Colenſis.

Conventus Minoris Poloniæ Corcinenſis.

Conventus Lithvaniæ Slonimenſis.

Conventus Pruſſiæ Grudenti & Mariæburgi.

Pruſ-

Pruſſicos generales pertinent tres Palatinatus ſive tota Pruſſia Regia, nempe Palatinatus Culmenſis, Mariæburgenſis & Pomeraniæ, ut & Epiſcopus Varmienſis. Reliqui Palatinatus qui in hac generali diviſione non commemorantur peculiares habere aut habuiſſe videntur conventus generales, licet hoc de quibusdam tantum ex legibus probari poſſit. Nimirum in Maſovia Conventus omnium decem terrarum generales haberi debent WARSAVIÆ, ut vult Conſtitutio anni 1565. *pag. 84.* In Interregno Anni 1673. Archiepiſcopus Gneſnenſis in literis ſuis univerſalibus Palatinatui Podlachiæ indixit Comitiola generalia ſimul cum Palatinatu Maſoviæ in urbe Varſavienſi celebranda, quod non reperitur in aliis Archiepiſcoporum Gneſnenſium univerſalibus de an. 1632. & 1648. Aliquando etiam Palatinatus Podlachiæ in ſuo Palatinatu elegit ſibi Comitiola generalia Poſt-Comitialia, ut ex Declarationibus Palatinatuum anni 1635. apparet. In Palatinatu Volhyniæ ſecundum Privilegium Incorporationis An. 1569. datum, prius Conventus Particulares conſuetis in locis agi, deinde vero Nuncii ex toto Volyniæ Palatinatu VLODIMIRIÆ convenire debeant, *Vid. Incorporatio Palati-*

Conventus Maſoviæ generalis.

Conventus Podlachiæ generalis.

Conventus Volyniæ generalis.

natus Volhyniæ in Volum. Conſtitut. pag. 160. Sed Conventus hi integrarum gentium & quorundam Palatinatuum generales excepta Pruſſia jam fere nunquam habentur, partim propterea, quod conventus particulares ob urgentes neceſſitates conſueto tempore, nempe ſex hebdomadis ante Comitia Regni generalia, haberi non poſſunt, ſed brevius ſæpe tempus conſtituitur, adeo ut Conventibus illis generalibus nullum tempus relinquatur; partim etiam quod non adeo neceſſarii Conventus illi eſſe putentur, atque Conventus Particulares. In Conſtitutionibus tamen publicis ſæpius inculcatur, ut Conventus illi generales habeantur. Ut enim antiquiores Leges omittam, extant ea de re Conſtitut. anni 1609. *tit. Seymiki generalne.* anni 1613. *pag. 10.* anni 1631. *pag. 40.* Conf. Statut. Lithvan. *cap. III. art. 8.* Quin etiam in Comitiis anno 1678. Grodnæ habitis urgetur, ut Conventus Magni Ducatus Lithvaniæ generalis ſemper Comitia Regni & M. Duc. Lithv. generalia duabus hebdomadis præcedat, & Slonimi habeatur. *Vid.* Conſtitut, Lith. de an. 1678. *pag. 12.* Celebratus etiam eſt ille conventus Slonimenſis, ante Comitia Regni generalia Anni 1685. qui tamen à quibusdam Polonis

lonis eſt impugnatus, Lithvanis eum defendentibus, ut acta Comitiorum illorum teſtantur.

X. Sed de Pruſſiæ Regiæ Conventibus particularibus & generalibus ſpeciatim quædam nobis notanda erunt. Cum habenda ſunt Comitia Regni generalia, mittuntur ad duos Pruſſiæ Epiſcopos, nempe Varmienſem & Culmenſem, & ad omnes alios Conſiliarios, ut ad Culmenſes, Mariæburgenſes & Pomeraniæ Palatinos, Caſtellanos & Succamerarios, ut & ad Thorunenſem, Elbingenſem & Gedanenſem urbes ſingulæ literæ, quæ omnes monent, ut more conſueto certis in locis conventus particulares in ſingulis Palatinatibus & diſtrictibus agantur. Immo tales literas etiam Rex ad urbes Pruſſiæ minores mittit, illasque ſimul ad Conventus dictos convocat. Acceptis illis literis, rurſus Palatini quisque in ſuo Palatinatu univerſalis ſuo nomine ſcriptas dimittunt, ut in urbibus & aliis conſvetis in locis publicentur & affigantur. In his iterum Palatini Epiſcopum, Caſtellanum, ſuccamerarium, Nobilitatem & urbes Pruſſicas ad Conventus tum particulares tum generalem aut Grudenti aut Mariæburgi ſecundum alternatam habendum certo tempore determinato invi-

Pruſſici Conventus.

Literæ Regiæ.

vitant. Tum Conventus particulares à Nobilitate aguntur in Palatinatu Culmenſi *Kovalevia*, quo etiam Nobilitas Michalovienſis confluit; in Palatinatu Mariæburgenſi. *Stuma*; in Palatinatu autem Pomeraniæ prius in ſingulis ſex diſtrictibus, poſtea *Stargardia*, quo Nobilitas Pomeranica, actis prius Conventibus Diſtrictuum particularibus ad Conventum Palatinatus totius Pomeranici generalem ſe confert. Inde tandem, omnes totius Pruſſiæ ordines ad Conventum Pruſſiæ generalem Grudentium, aut Mariæburgum, prout hanc vel illam urbem ordo tangit, pergunt. In loco Conventus generalis antequam publice inter ordines Conſultationes inſtituantur, Delegati Elbingenſes & Gedanenſes, Delegatos Thorunenſes conveniunt, itidemq; Inſtructiones ſuas conferunt. Conventus omnium ordinum initium fit à ſacris, quibus rite in templo peractis itur ad ipſas conſultationes inſtituendas in Curiam Civitatis. Tum præparatoriis quibusdam factis Nuncius Regius (ad quem à Rege literæ Polonico, Credentiales autem Latino idiomate exaratæ mittuntur) in plenum omnium Pruſſiæ Statuum conſeſſum ſolenni cum pompa per Succameraraios & aliquot Delegatos Civita-

Conventus particulares in diſtrictibus.

Conventus Palatinatus Pomeranici generalis.

Conventus Pruſſiæ generalis Mariæburgi aut Grudenti inſtitutus.

Delegati urbium majorum Inſtructiones ſuas conferunt.

Nuncius Regius auditur.

vita-

vitatum multoſque alios ex Equeſtri Ordine ex hoſpitio ſuo in Curiam plenumque Ordinum omnium conſeſſum deducitur. Facta ibidem Regio nomine propoſitione, Legatus eâdem cum pompa domum reducitur, nec poſtea in Conſeſſum Ordinum, niſi ſub ipſum Conventus exitum, venit, eodem modo ſolenniter eo deductus. Poſt primum autem illum Regii Nuncii diſceſſum totus Ordinum Pruſſiæ Conſeſſus in duo conclavia, alterum ſuperius, inferius alterum, dividitur. Ad ſuperius pertinent duo Epiſcopi, tres Palatini, tres Caſtellani, tres Succamerarii, & Civitatum trium majorum Delegati, ſive, ut communiori ab ipſis Ordinibus vocabulo vocantur, Internuncii. Hic ad caput menſæ aſſident duo Epiſcopi: Ex altera parte menſæ Palatini, Caſtellani & Succamerarii: ex oppoſito vero ipſorum locum habent Civitatum majorum Internuncii, ita ut primo loco Thorunenſes, deinde Elbingenſes & poſtremo Gedanenſes menſæ aſſideant. Ad conclave inferius pertinent primum Nobilitatis Nuncii in Conventibus Palatinatuum Particularibus electi, deinde etiam Civitates Minores. Magna quidem contentione quondam hæc controverſia agitabatur, utrum Nobili-

Conclavia dividuntur.

Civitates Minores pertinent ad conclave inferius.

bilitas & Civitates minores ad Conſiſia hæc publica admitti deberent, ut videre licet ex Schüzii *lib. VIII. Chron. Pruſſ. fol. 358.* Tandem tamen & Equeſtris ordo & Civitates minores ad Comitia Pruſſica admitti cœperunt. Cromerus certe cum de Conſilio Pruſſico ex Epiſcopis, Palatinis, Caſtellanis, Succamerariis & trium Civitatum Majorum Delegatis conſtante verba feciſſet, addit: *Non ita pridem in Pruſſia quoque Nuncii Nobilitatis & minorum Civitatum in Comitiis adhiberi cœperunt tributi ſciſcendi cauſa: cujus decernendi poteſtatem neque Rex neque Conſiliarii ſoli uſurpant.* Hæc ille *in Deſcript. Pruſſ. circa fin.*

Hodie ſola Nobilitas in inferiore Conclavi coſilia tractat.

Diſſimulare tamen non poſſum, hodiernis temporibus ſolam Nobilitatem per Nuncios ſuos in hoc inferiore Conclavi ſuffragia ferre, omniaque conſilia, excluſis Civitatibus minoribus, licet Regiis literis eo convocentur, expedire.

Marſchalco electo conſilia tractantur.

Diviſis ita Conclavibus & Marſchalco ſive Equeſtris Ordinis Directore electo Nobilitatis Nuncii Inſtructiones ſuas à Fratribus ſibi in Conventibus particularibus datas ordine punctatimque prælegunt. Lecto uno capite, ſi omnes in illud conſentiunt, acclamatur undique *zgoda* i. e. *conſenſus* eſt. Si qui contradicere velint, petita prius à Marſchalco Equeſtris Ordinis

dinis (ſolenni formula: *prosze o glos*) dicendi facultate, rationes ſuas proferunt. Tunc aut ipſe Marſchalcus, aut alii ingenio dexterrimi, non tamen niſi impetrata à Marſchaco dicendi poteſtate, contradicentes ad concordiam reducere conantur. Si contrariam ſententiam defendentes meliora ſvadentibus cedunt, ſcribit Marſchalcus articulos illos ſeparatim, in quos omnes conſenſerunt: controverſa autem capita in peculiari charta conſignata, *do gory*, id eſt ad ſuperius conclave reſervat. Collatis eo modo in inferiore conclavi omnium Palatinatuum & Diſtrictuum Inſtructionibus, iterum duo illa conclavia conjunguntur. Ibi Marſchalcus ad menſam Senatoriam conſidet, aliique juxta ipſum Nuncii quoad ſpacium ſupereſt: reliqui Nuncii in appoſitis ſubſellis ſeſſum capiunt. Hic iterum puncta illa controverſa eousque tractantur, donec in certa capita omnes Ordines conſentiant. Poſthæc Inſtructio per SecretariosCivitatum, maxime autem Thorunenſem latino ſermone (quo etiam idiomate Civitatum Internuncii ſua ſuffragia ferunt & alia deſideria in conclavi ſuperiori proponunt) conſcripta publice prælegitur, ubi iterum quædam adduntur, detrahuntur, mutan-

tur, prout Ordinibus placet, donec tandem ea omnium reſpondeat votis. Hæc Inſtructio datur in hoc ipſo conventu recens electis Nunciis (quorum etiam nomina Inſtructioni inſeruntur) ad Comitia Regni & Magni Ducatus Lithvaniæ generalia euntibus. Tum demum Ordines Pruſſiæ Varſaviam, aut alium locum, ubi Comitia habenda ſunt, petunt, ita tamen, ut Succamerarii & Civitatum majorumi Internuncii eo ſe tanquam Conſiliarii Pruſſici non conferant, adhuc ſibi jus de rebus Pruſſicis in ſola Pruſſia conſultandi reſervantes. Conſtat enim Pruſſos quondam, cum ſe Caſimiro Jagellonidi Poloniæ Regi ſubjeciſſent, noluiſſe de Republ. ſua in publicis Regni Comitiis conſultari, idcirco continuis precibus Regem fatigaſſe, ut de Salute Pruſſiæ conſultaturus in Pruſſiam veniret, ibique ſecum conſilia conferret. Tandem tamen Epiſcopi, Palatini, Caſtellani & Nobilitatis Delegati eo fuerunt adducti, ut Comitia Regni Poloniæ generalia frequentarent. Quando igitur hodie Succamerarii Pruſſici in Comitiis Regni Generalibus in Conclavi Nunciorum Terreſtrium comparent, non faciunt hoc, ut ſunt Succamerarii & Conſiliarii Pruſſici, ſed ut Nuncii a Fratribus ſuis electi.

Pruſſi antea in Pruſſia tantum de rebus Pruſſicis conſultabant.

Sed

Sed de rebus Pruſſicis alibi ex profeſſo à nobis actum eſt. *Vid.* Privilegium Incorporationis anno 1454. datum *inter Jura Municipalia Pruſſiæ.*

XI. Ex dictis jam liquido patet, quam ſollicito Equeſtris Ordo res ſuas agat, antequam ad Comitia generalia confluat. Non ſufficit enim ipſi uno in loco de negotiis ad publicam Reipubl. ſalutem facientibus deliberare, ſed duobus minimum in locis de iisdem agit. Imo quibusdam in Provinciis ter convenire ſolet Nobilitas, ut ex jam dictis elucet. Sic enim Oſwiecimenſis & Zatorienſis Ducatus agunt prius Conventum particularem in oppido Zator. Deinde Nuncius ex his Ducatibus pergit ad Comitia Palatinatus Cracovienſis generalia (quæ Conventus Zatorienſis tribus antea diebus antecedebant, per Conſtitut. anni 1681. *pag.* 375. & An. 1616. *pag.* 20. nunc autem octo diebus præcedere debet, ut vult Conſtitutio anni 1635. *tit. O Seymiku Zatorskim*) & tandem tertio idem Nuncius Zatorienſis pergit, aut ſaltem pergere debet, cum aliorum Palatinatuum minoris Poloniæ Nunciis ad Conventum Crocinenſem; Similiter Terra Halicienſis & Chelmenſis agunt primo Conventus particulares in ſuis quæque ter-

Aliquot Conventus Antecomitiales aguntur.

terris: deinde mittunt Nuncios ſuos ad Conventum totius Ruſſiæ Palatinatus generalem, qui Viſnæ haberi ſolet. *Vid.* Conſtitut. *an. 1563. pag. 46. An. 1581. pag. 376. an. 1616. pag. 27. an. 1635. pag. 36. tit. O Seymiku Wisnienskiem.* Conf. Cromer. *lib. II. Deſcript. Polon. pag. 201.* Tandem hi ipſi Nuncii Chelmenſes & Halicienſes ad Conventum generalem minoris Poloniæ Corcinum ire in legibus jam ſupra citatis jubentur. Ad minorem enim Poloniam hoc in caſu Palatinatum Ruſſiæ pertinere jam ſupra ex Cromero docuimus. Non ſecus ſe res in Pruſſia habet. Nam ibidem Palatinatus Pomeraniæ primo agit Conventus particulares in ſingulis Diſtrictibus. Deinde mittit Nuncios ſuos ex omnibus diſtrictibus ſuis ad Conventum totius Palatinatus Pomeraniæ generalem Stargardiam, unde tandem Nuncii ad conventum totius Pruſſiæ generalem eunt; id quod hodieque in Pruſſia ſemper obſervatur. Sed jam ad ipſa Comitia Regni generalia properemus.

XII. Dum ad Comitia (Poloni vocant *Seym Walny*) Regni & Magni Ducatus Lithuaniæ generalia confluunt Ordines, nempe Rex, Senatores & Nuncii Terreſtres, (inter quos etiam Nuncii Craco-

vien-

vienſis & Vilnenſis urbium,) Marſchalcus Regni ſupremus, vel in ejus abſentia Marſchalcus Curiæ Regni, ut Oeconomus Regni, cuncta diſponit, pretia rerum venalium conſtituit, hoſpitia Legatis exterorum Principum aliisque diſtribuit, jus quoque tempore Comitiorum omnibus exteris aliisque dicit. *Vid.* Cromer. *lib. II. Deſcript. Polon. pag.* 144. Krzyſtanowicz & alii. Si Comitia in Magno Ducatu Lithvaniæ celebrantur, tunc Marſchalco Magni Ducatus Lithvaniæ ſupremo, & in ejus abſentia Marſchalco Curiæ Magni Ducatus Lithvaniæ, hæc munia incumbunt. Præfinito Comitiis generalibus die, à ſacris fit initium. Re ſacra ſolenni more peracta & concione audita ſecedunt Senatores in Senatum ibique Regem ſalutant. Nuncii autem Terreſtres in libertatis ſuæ ſacrarium, ſive in conclave Nunciorum (Polonis *Izba Poſelska* vocatur) ſeſe conferunt. Hic ille qui fuit in proxime præcedentibus Comitiis Marſchalcus, ſive Director Collegii Nunciorum Terreſtrium, interea omnia dirigit, donec novus Marſchalcus plurimorum ſuffragiis eligatur. Si autem prior ille Marſchalcus aut mortuus aut in Ordinem Senatorium interea cooptatus fuerit, ſolet initio Comitio-

Marſchalci munia ante Comitia.

Initium Comitiorum.

Senatus ſalutat Regem.

Nuncii in Conclavi Nunciorum eligunt Marſchalcum.

Digitized by Google

mitiorum alius quiſpiam ad tempus Marſchalcus eligi, donec ex ea gente, quam tangit Ordo, novus Collegii Nunciorum eligatur Director. Exemplum hujus rei habemus in Comitiis anni 1677. Cum enim Nicolaus Hieronymus à Granow Sieniawski Comes in Szklow & Myſz Director Nunciorum in Comitiis An. 1676. celebratis ad Senatoriam dignitatem evectus creatusque eſſet Marſchalcus Curiæ Regni, non intravit anno 1677. conclave Nunciorum, ſed electus eſt alius Marſchalcus ad tempus, donec munus hoc tandem ad Wladislaum Michaelem Skoroszewski Vexilliferum Poſnanienſis Palatinatus deferretur. Sin autem in ipſis Comitiis Marſchalco Equeſtris Ordinis dignitas Senatoria conferatur, functionem ſuam in Conclavi Nunciorum non intermittit, ſed ad exitum usque Comitiorum Collegium illud dirigit. Exemplo eſt idem ille Hieronymus à Sranow Sieniawski, qui licet Anno 1676. in Comitiis Coronationis Sereniſſimi Regis Marſchalcus Curiæ Regni creatus eſſet, per totum tamen illud Comitiorum Coronationis tempus Directoris Nunciorum Provincialium munere functus eſt, licet poſtea. Anno 1677. ut jam Senator, conclave Nunciorum non ſit ingres-

greſſus, ut antea jam dictum eſt. Alii autem Nuncii ſi durantibus Comitiis ad Senatoriam dignitatem evehantur, ſtatim Collegio Nunciorum, cujus hucusque membra fuere valedicunt, locumque ſibi in Senatu aſſignatum occupant. Sed jam ad electionem Marſchalci revertimur, de qua primo Nuncii Terreſtres ſunt ſoliciti. Non ſolet autem Marſchalcus ex una ſemper gente eligi, ſed per gentes alternatim.] Primo enim ex Minori, deinde ex Majori, Polonia & tertio tandem ex Magno Ducatu Lithvaniæ Marſchalcus Equeſtris Ordinis eligitur. Marſchalco plurium calculis electo, baculum, inſigne muneris illius, ſolenniter tradit prior Marſchalcus oratione ad hoc ipſum accomodata: cui deinde recens electus ille Marſchalcus gratias pro fideliter in præcedentibus Comitiis adminiſtrato munere agit. Aliquando autem, ſi Marſchalcus prior male munere ſuo functus eſſe putatur, exigunt Nuncii ab ipſo rationes officii male geſti. Antea in Comitiis Directores Delegatorum Provincialium nullo jurejurando obligabantur, licet hoc ipſum An. 1666. menſe Martio, irrito tamen conatu, fuerit tentatum. *Vid.* Diar. Europ. *Continuat. XIV. pag. 68*. Immo Anno 1667. multæ in Comi-

Iusjurandum Nunciorum.

Comitiis non ſolum de Marſchalci, ſed & Nunciorum Terreſtrium jurejurando controverſiæ fuerunt agitatæ, quas vide in Diario Europæo ad dict. an. *Continuat. XVI. pag. 3. fin.* Sed tamen nihil effectum eſt. In Interregno poſt ſpontaneam Sereniſſimi Joannis Caſimiri Regis Poloniæ ceſſionem omnes Senatores, Delegatique Provinciales jurejurando fidem Reipubl. obſtrinxerunt; ubi & Marſchalcus Equeſtris Ordinis juravit, *quod à nemine niſi ab Equeſtri Rota dependere, cum nemine Competitorum ſive Candidatorum Regni ſive per ſubordinatos homines alios conſilia conferre; aliorum etiam Conſilia Reipublicæ noxia Ordinibus manifeſtare velit. Item quod munera eo nomine neque à Civibus neque ab externis acceperit, neque in poſterum ſit accepturus, neque promiſſis eorum inductus, eos ad Regnum promoturus; porro quod inſtrumentum authenticum liberæ Electionis nemini ſit ſubſcripturus ſine conſenſu totius Rotæ Equeſtris,* velut hoc jusjurandum Polonicis verbis conceptum reperitur *in Actis Electionis Regis Michaelis.* In Interregno etiam poſt obitum Regis Michaelis hæc formula Latino ſermone fuit Marſchalco Rotæ Equeſtris præſcripta: *Ego N. juro Deo omnipotenti, quia in officio moderno Marſchalcatus fidelis ero, nec inſtrumentum Electionis futuræ*

Formula jurisjurandi, quod præſtat Marſchalcus tempore Interregni.

extra-

extradam, niſi ex legitimo conſenſu omnium & ſingulorum electo. Ita me Deus adjuvet & ſancta crux Chriſti, ut hoc jusjurandum in Actis Electionis Sereniſſimi Joannis III. habetur. Verum hæc ad Comitia alia ſive Ordinaria ſive extraordinaria trahi non debebant. Quare etiam in ſequentibus Comitiis Anni 1670.1673.1676. nullum à Marſchalco Equeſtris Ordinis Præſtitum eſt jusjurandum. At vero in Comitiis Anni 1677. menſe Januario & Februario habitis, poſt multas controverſias hac de re agitatas, tandem certis legibus munus Marſchalci jam eſſe circumſcriptum videbatur, ut Diarium illorum Comitiorum teſtatur: Sed ab aliis hoc fuit impeditum, ne Conſtitutionibus Regni lex illa insereretur. Tandem in Comitiis Anni 1678. certa jurisjurandi formula in Conſtitutionibus eſt præſcripta, ſecundum quam Marſchalcus recens electus, antequam ſcipionem Marſchalcalem accipiat, præeunte verba Marſchalco ſuperiorum Comitiorum, fidem ſuam Reipubl. adſtringere debet. In eo autem jurejurando hæc continentur: *quod Marſchalcus Nobilitatis nullam legem, niſi ad trinam interrogationem ab omnibus fuerit approbata, Voluminí legum*

Formula Jurisjurandi quod Marſchalcus Ord. Equeſtris præſtare debet in Ordinariis Comitiis.

legum inſerere: quod à nemine dependere: quod leges unanimi conſenſu approbatas cuivis ex Senatu & Nunciis, illud requirenti, cum ſua ſubſcriptione extradere; & denique quod easdem leges ad ſummum quarto die poſt Comitia finita Officio Caſtrenſi offerre velit. Vid. Conſtitut. illius anni *ſtatim ab initio*, ubi etiam ſancitur, ut Electo Marſchalco cauſæ Nunciorum, quibus controverſia de loco in Conclavi Nunciorum mota eſt, dijudicentur.

Marſchalcus Ordinis Equeſtris Regem ſalutat.

XIII. Electo à Nunciis Terreſtribus Marſchalco dijudicatisque Nunciorum controverſorum cauſis, mittuntur ex Nunciis, ut Regem ea de re certiorem faciant. Tunc conſtituto à Rege tempore, Nuncii per Marſchalcum Regni in Senatum introducuntur, ubi Regem Marſchalcus Nobilitatis ſive Nunciorum Terreſtrium Director, ſolenni oratione ſalutat. Reſpondet ei nomine Regis in Regno Cancellarius, vel Pro-Cancellarius Regni: In Lithvania autem Cancellarius vel Procancellarius Magni Duc. Lithvaniæ. Poſthæc admittitur Marſchalcus ad oſculum Regiæ manus, & poſt ipſum ſinguli Nuncii à Marſchalco ſuo ex ſchedula vocati. *Vid.* Diar. Europ.

Nuncii admittuntur ad oſculum Regiæ manus.

Con-

Continuat. XX. pag. 79. & Continuat. XI. pag. 400. Salutato ſic à Delegatis Provincialibus Rege, Conſiliariis in Corona conſidentibus adſtantibusque pone Secretariis & Nunciis jam memoratis, puncta futuræ Deliberationis nomine Regis proponuntur. Et quidem in negotiis, quæ ad Regnum pertinent, Cancellarius Regni; in rebus autem quæ Lithvaniam tangunt, Cancellarius Magni Ducatus Lithvaniæ, proponit in medium, quibus de rebus Ordines in Comitiis præſentibus agere debeant. *Vid.* Conſtitut. *de an. 1673.* & Diarium Comitiorum *anni 1677.* Poſthæc jusjurandum Regium, & Pacta Conventa ſummariter collecta prælegantur, ut volunt Pacta Conventa Sereniſſ. Regum Michaelis & Joannis III. *§. Przyſieganaſza.* Lectio hæc fieri plerumq; ſolet per Referendarium Regni, quemadmodum Acta Comitiorum teſtantur. Hæc tamen ſolennitas in Comitiis Extraordinariis duarum vel trium hebdomadarum omitti conſuevit, cujus rei documentum in Comitiis Anni 1677. habemus. Cum enim Ordines illa Comitia ultra duas hebdomadas non extendere ſibi propoſuiſſent, omiſſa eſt ab initio Pactorum Conventorum lectio ob temporis defectum; ſed poſtea, prærogatis

Propoſitio in Comitiis.

Jusjurandum Regium & Pacta conventa prælegantur.

præter opinionem ultra tempus conſtitutum Comitiis, lecta quoque ſunt publice Pacta Conventa. Inter Præliminaria Comitiorum numeratur etiam hoc, quod Marſchalcus Nunciorum Terreſtrium, ſtatim initio Regem, volentibus ita legibus, orat, ut Dignitates & Magiſtratus vacantes aliis bene meritis conferat, ſique jam paratum habet vacantiarum per ſingulos Palatinatus & terras à Nunciis Terreſtribus conſignatarum catalogum, publice eum prælegit. Tum Rex aut ſtatim Dignitates illas bene meritis pro lubitu diſtribuit, aut negotium ob rationes varias ad aliquot dies differt; quo merita cujusque rectius ponderare queat. Poſt lectionem Pactorum Conventorum indicatosque Vacantes Magiſtratus, Senatores in præſentia Nunciorum Terreſtrium ſuffragia ſua expediunt, ex Conſtitut. Regis Stephani An. 1578. *pag. 328. ſeq. tit. Scrutinium.* Conf. Jauuszov. *lib. I. Conſtitut. Part. III. tit. 7. pag. 119.* In Comitiis, Anno 1607. celebratis, poſt propoſitionem, cum de Regia cauſa ſententiæ eſſent dicendæ, Rex è Senatu diſceſſit, ne ſua præſentia Senatores à ſententia libere dicenda deterrentur, teſte Stanislao Lubienski *lib. III. de motu Civili pag. 115.* Primo hic loco ſententias longis

Marſchalcus à Rege petit, ut Dignitates vacantes aliis conferat.

Suffragia Senatorum præſentibus Nunciis dicuntur.

gis

gis ſæpe orationibus dicunt Archiepiſcopi & Epiſcopi, deinde Palatini, poſt eos Caſtellani & tandem Senatorii Ordinis Magiſtratus, nimirum Marſchalci Cancellarii, Theſaurarii, & Marſchalci Curiæ. His omnibus, quæ hactenus diximus, multi ſæpius conteruntur dies, præſertim quando inter Nuncios Terreſtres magno animorum motu diſceptatur, cuinam moderandi dirigendique ſui Collegii partes deferri debeant. *Vid.* Staniſl. Lubienski Epiſc. Plocenſ. *in Profectione Sigiſmundi III. in Sueciam pag.* 4. Operum. Addantur & *Diaria Comitiorum.*

Ordo, quem in Sententiis dicendis obſervant Senatores.

XIV. Antequam ad Conſilia tractanda Nuncii in conclave ſuum regrediantur, urgent denuo per Marſchalcum ſuum, ut Rex Dignitates & Magiſtratus vacantes (niſi jam ſint antea diſtributi) aliis bene de Republ. meritis conferat. Sic enim Conſtitutiones Regni diſponunt, ut Rex extra Comitiorum tempus Dignitates & officia poſt fata eorum, qui illas Dignitates geſſerunt, intra ſex hebdomadas (antea hoc intra dimidii anni decurſum fieri ſolebat) aliis Nobilibus benemeritis, poſſeſſionatis & quidem in eo Palatinatu, & terra etiam in quibus magiſtratu ſuo fungi debent Bona Terreſtria poſſidentibus conferat. Si quæ

Vacantes Dignitates & Magiſtratus diſtribuuntur.

Digitized by Google

autem Vacantiæ paulo ante Comitia inciderint, eas, ad inſtantiam Nunciorum, ut ſtatim in principio Comitiorum Rex aliis diſtribuat, volunt Conſtitutiones *anni 1567. pag. 280. & an. 1588. pag. 468. Conf. Pacta Conventa Regum recentiorum.* Sic etiam ſi Bona Terreſtria jure Caducitatis, jure donato, inſcripto ſeu alio quocunque modo ad FiſcumRegium juſte & legitime fuerint devoluta, intra dimidii anni ſpacium ea Rex aliis Nobilibus confert: Sin autem paulo ante Comitia Fiſco Regio accedant, ſtatim ſub initium Comitiorum hoc fieri debet, ſed ita, ut qui beneficia id genus percipiunt, ſint Nobiles Poloni vel Lithvani, vel ex Provinciis Regno Polonico annexis, alias exteris ea conferre leges prohibent. Cæterum Bona Civium in urbibus ad Fiſcum Regium devoluta Rex etiam ignobilibus poteſt donare. Videantur Conſtitutiones paulo ante citatæ, & quæ nos ſupra tradidimus *lib. II. cap. II. n. X.* Renunciatio Dignitariorum & Officialium fit per Cancellarios, ut habetur in Pactis Conventis Joannis III. §. *Wacantiæ.* Hoc autem ita ſe habet: Marſchalcus Nunciorum, quando primo Regem ea de re ſolicitat, tradit ei ſtatim Catalogum vacantium Dignitatum & Magiſtratuum

Bona ad Fiſcum Regium devoluta diſtribuuntur.

Caduca in urbibus Bona etiam plebeis donari poſſunt.

Renunciatio Dignitariorum.

in

n Conclavi Nunciorum antea conſcri-
ptum. Tum Rex ponderatis cujusque
ex Nobilitate meritis, Dignitates Eccle-
iaſticas & Seculares pro lubitu, cui vult,
ttribuit, jubetque duos Catalogos con-
cribi (ſi magnus eſt vacantium Digni-
atum numerus, ut plerumque fit poſt
liuturnius Interregnum) quorum alte-
um, in quo dignitates Regni Polonici
onſcriptæ ſunt, Cancellarius Regni: al-
erum, in quo Dignitates Magni Duca-
us Lithvaniæ diſtribuuntur, Cancella-
ius Magni Ducatus Lithvaniæ præſen-
ibus Nunciis prælegunt. Illi, quibus
ignitates Senatoriæ collatæ ſunt, tem-
ore commodo Regi publice in Senatu
ratias agunt, ubi pro ſua quisque de-
evotione in Regem demiſſum animum
uum teſtatur, adeo ut quidem etiam ad
pſum thronum accedant, ibique gratæ
oluntatis ſigna edant. In renuncia-
onibus Marſchalcorum & Cancellario-
um ritus quidam obſervari ſolent, quos
t cognoſcamus, exemplum unicum de
Marſchalci renunciatione ex Piaſecio ap-
onere lubet. Sigiſmundus III. Rex Si-
iſmundo Myſzkovio contulerat digni-
atem Marſchalci in Regno ſupremi ob-
itente Petro Tylicio minore Cancella-
o, *qui vocatus à Rege ad tradendum illud offi-*

Renunciatio Marſchalcorum & Cancellariorum.

 cium,

cium, (ut ejus fuit muneris) valetudine infirma ſe excuſavit; iterum tamen monitus, quod ſi non veniret, ipſemet Rex functionem renunciandi Marſchalci obire vellet, vel invitus adfuit ac multa præfatus in laudem Myſceviorum, nomine Regis baculum inſigne illius Magiſtratus ipſi tradidit. Hæc Piaſecius *in Chron. ad an. 1603. init.* Quando Cancellarius in Comitiis renunciandus eſt, Marſchalcus ſupremus præmiſſa pro more oratione ſolenni eundem renunciare ſolet. Facta renunciatione Rex ipſe Cancellario recens renunciato ſigillum tradit. Similiter ſi ProCancellarius ad Cancellariatum ſupremum promovendus eſt, prius ſolenniter ſigillum minus Regi reddit, gratiasque pro eodem munere ſibi antea commiſſo agit: poſtea renunciatur Cancellarius ſupremus, accipitque ſigillum majus. *Vid.* Diar. Europ. *Continuat. XV. pag. 429.* Exemplum etiam hujus rei ſupra *lib. II. cap. V. num. XV.* de Gamrato habuimus. Præterea urgent quoque Nuncii ſtatim in principio Comitiorum, ut Senatus conſultorum inter Comitia præterita & præſentia latorum à Senatoribus lateri Regio ex lege adhærentibus, aliisque in aula degentibus Magiſtratibus ratio reddatur Reipublicæ, ſecundum Conſtitutiones *Anni 1641. pag. 3.*

SenatusConſultorum ratio redditur.

ſeq

ſeq. & An. 1662. pag. 2. ubi & aliæ leges, nempe an. 1576. 1588. 1607. hac de re latæ citantur approbanturque.

XV. His omnibus expeditis Nuncii Terreſtres in ſuum ſe Conclave recipiun (quamvis etiam dum vacantium Digni :atum Diſtributio urgetur, atque ſuffragia Senatorum per complures dies protracta expediuntur, Nuncii in ſuo conclavi convenire matutino tempore ſoleant, de Præliminaribus illis, de quibus ı nobis actum eſt, consultaturi) ibidemque aut de Propoſitione Regia, aut de aliis etiam rebus à Fratribus id eſt à cætera Nobilitate domi in Conventibus Particularibus ſibi commiſſis deliberant. Auctoritas & poteſtas horum Nunciorum non exigua eſt. Nam quoniam Senatus & Nuncii ſeparatos jam habent Conventus, ſæpe tamen neceſſaria eſt mutua utriusque buſterii opera, ideo cum nuncii ex ſuo Ordine ſive ex Conclavi Delegatorum Provincialium ad Regem in Senatum mittunt, etiamſi Rex aliis negotiis ſit intentus, tamen eos admittit, auditisque petitis aut ſtatim per Cancellarium votis orum reſpondet, aut etiam deſideria la ulteriori deliberationi ſe reſervaturum poſtea reſponſionem daturum polli-

Nuncii ſe in conclave ſuum conferunt.

Legationes mutuæ inter duo conclavia.

cetur. Frequenter etiam viciſſim ex Senatu ad Nuncios in conclavi ſuo deliberantes mittuntur, qui Regis & Senatus nomine ipſis aliquid proponant, aut diſcordantes ipſorum ſententias concilient aut etiam ut aliquem ex Senatu accuſent mutuamque Nunciorum operam adverſus ipſum poſtulent. Tunc vero Nuncios titulo hoc dignantur: *Moſci Panowie Bracia*, id eſt, gratioſi Domini Fratres: qui titulus cum eſſet Anno 1667. omiſſus, querelæ inde maximæ ortæ ſunt. *Vid.* Diar. Europ. *Continuat. XVI. pag. 217.* Poſſunt iidem Nuncii Magiſtratus coram Rege & Senatu reos agere muneris male adminiſtrati, puta Theſaurarium ratione Quartæ, & ratione exactionis Contributionum in Comitiis ſuperioribus laudatarum. *Conſtitut. 1562. pag. 22. An. 1567. pag. 129.* Idem facere poſſunt contra alios Magiſtratus, qui munere ſuo negligenter funguntur. *Conſtit. 1562. p. 21. an. 1565. pag. 84. An. 1607. pag. 832.* Conf. Januszov. *lib. III. part. V. tit. 1. pag. 301. & 305. & lib. IV. part. I. tit. 5. pag. 310.* Quid, quod ipſi etiam Regi in memoriam revocare poſſunt, quod promiſerit, ſe Leges & Privilegia obſervaturum. *Conſtitut. an. 1609. tit. Deklaratia Artikulu pag. 886. ſeq.* Porro Auctoritas & poteſtas Nun-

Nuncii poſſunt reos agere Magiſtratus muneri male adminiſtrati.

Nunciorum Terreſtrium elucet etiam ex eo, quod nulla Conſtitutio valeat, quæ non è conclavi Nunciorum originem traxit. Marſchalcus enim Nunciorum Leges & Conſtitutiones à Nunciis approbatas primo delineat, easque deinde, ut poſtea memorabitur, in Senatu prælegit. Eam ob cauſam Anno 1668. Conſtitutionem quandam de externorum Principum Legatis nolebat Marſchalcus Ordinis Equeſtris acceptare, eo quod à Senatu fuit condita. *Vid.* Diarium Europæum *Continuat. XVIII. pag. 179.* Quapropter etiam in CONVOCATIONE, quando Rex cum ſolo Senatu conſultat, nullæ Conſtitutiones in publicum eduntur. Et quod majorem adhuc admirationem meretur, vel uno Nunciorum in re aliqua diſſentiente & cum Proteſtatione abeunte Comitia aliquando eſſe diſſoluta legimus; & ſic ſi nusquam alias, in Polonia certe una hirundo facit ver. Memorabile exemplum contigit Anno 1672. Cum enim unus Nunciorum cum proteſtatione diſceſſiſſet, ſvaſerunt poſt ejus abitum non pauci, ut Comitia nihilominus continuarentur, quoniam Proteſtatio non fluxerat ex ipſius Inſtructione: alii tamen contra obtendebant, contradictionem liberam eſſe pupillam liberta-

Conſtitutiones in Conclavi Nunciorum concipiuntur.

In Convocatione nullæ Conſtitutiones conduntur.

Vnus Nobilis Comitia turbare poteſt.

tis Polonicæ , qua ſemel læſa, de tota libertate actum eſſe. Et hæc poſterior ſententia prævaluit, ſolutaque ſunt Comitia. Ad auctoritatem & ſecuritatem Nunciorum conſervandam pertinet illud quoque, quod Sigiſmundus I. Anno 1510. conſtituit, ut etiam violatores Conſiliariorum, ut & Nunciorum Terreſtrium, tanquam criminis læſæ Majeſtatis rei judicarentur. Quamvis autem idem Rex poſtea, videlicet Anno 1539. ad ſolam Regis perſonam crimen hoc reſtrinxerit; renovaſſe tamen quodammodo eam legem videtur Joannes Caſſimirus Rex Anno 1649. *inſtitut. tit. o Sadach Poslow. pag. 6.* Priores autem illas leges Sigiſmundi I. *vide* apud Januszov. *lib. I. part. I. tit. 8. pag. 23.* & Herburt. *in Statut. tit. Crimen læſæ majeſtatis pag. 127. & tit. Nuncii pag. 305.* Nuncius ipſe in Comitiis delinquens habet forum in Collegio Nunciorum; ſi vero abierit in conſveto & competenti judicio Terreſtri. *Conſtitut. an. 1649. menſ. Octobr. pag. 6. ſeq.* Incipit hæc ſecuritas Nunciorum quatuor hebdomadis ante Comitia & extendit ſe ad quatuor hebdomadas poſt Comitia, ut in Conſtitutione anni 1667. *pag. 6.* habetur. Quo tempore autem in judiciis com-

Securitas Nunciorum.

Nuncii Terreſtris ſuorum in Comitiis.

comparere ipſos oporteat, poſtea ſuo loco dicetur.

XVI. Occurrunt autem alia quoque in Conclavi Nunciorum expedienda, de quibus maximam partem egimus, cum de Comitiis Electionis nobis eſſet ſermo. Illud hic omittendum non eſt, quod non ſemper Nuncii in pleno Conſeſſu, ſive in præſentia omnium Nunciorum Terreſtrium omnia negotia tractent, ſed quod aliquando Marſchalcus Nunciorum quosdam ex toto Collegio deſignet, qui ſecretius Conſilium conſtituant, ſibique commiſſa expediant. Aliquando tamen illi, ſi negotium ſit magni momenti, totam rem ad Collegium Delegatorum Provincialium tandem devolvere jubentur, ut teſtari poteſt Diarium Comitiorum anni 1677. Modus tractandi Negotia in hoc Conclavi idem eſt, qui in Conventibus Particularibus: nemo & hic ſententiam dicit, aut aliquid proponit, niſi petita prius à Marſchalco Nunciorum venia, qui etiam totum illum Actum moderatur, Legatos ſive à Rege & Senatoribus, ſive ab Exercitu, ſive etiam ab exteris Principibus miſſos cum aliis quibusdam ex Collegio Nunciorum ſibi adſcitis introducit, illisque nomine Collegii reſpondet. Si contentiones inter

Multa Nuncii tractant per Deputatos.

Modus tractandi negotia in Conclavi Nunciorum.

Marſchalci munia.

Nuncios aut alii tumultus à Spectatoribus oriuntur, ſilentium, ſcipione terram feriens, præſtat, & alia, quæ ad ordinem decentem faciunt, peragit. Commorantur autem Nuncii in Conclavi ſuo usque ad ultimam Comitiorum hebdomadam. Quinto namque ante Conclusionem Comitiorum die Nuntii terreſtres Senatum adire, & ſic Comitia ad Patres transferre jubentur in Conſtitut. *de anno 1632. pag. 12.* Attamen ſi intra conſtitutum legibus tempus in Conclavi Nunciorum omnia expediri non poſſunt, petunt Nuncii à Rege, ut Comitia prorogentur. Sin autem elapſo illo tempore Collegium Nunciorum nondum omnibus transactis Senatum intrat, ſolet prius præcavere, ut ſibi in Conclave ſuum regredi liceat, quod tamen Conſtit. *Anno 1678. pag. 2. tit. O Seymach.* prohibitum eſt.

Translatio Conſiliorum ad patres.

XVII. Interea dum Nuncii Terreſtres in Conclavi ſuo de Reipubl. Bono deliberant, Rex interea cum Senatu non otioſe tempus transmittit, ſed in certis etiam negotiis expediendis occupatur. Statim enim poſt Propoſitionem Comitiorum per Cancellarios factam, poſt expedita Senatorum ſuffragia & poſt Nunciorum in ſuum Conclave diſceſſum, dijudi-

Negotia, quæ in Senatu tractantur.

Digitized by Google

judicat cum Senatoribus Actiones Criminales per totam hebdomadam. Finita quoq; hac hebdomada certis diebus certæ ſunt deſtinatæ cauſæ, quæ diſputari & decidi debent, & hoc eo usque durat, donec Nuncii Terreſtres Senatum iterum ingrediantur & Comitia ad Senatum transferant. De judiciis illis non eſt, quod hoc loco multis agamus, cum infra commodius de illis agendi futurus ſit locus. Videantur interea Conſtitutiones anni 1641. *pag. 8. & ſeq.*

XVII. Sub finem Comitiorum, antequam Conclavia, Senatorum nempe & Nunciorum, in Senatorio conjungantur Marſchalcus Nunciorum Senatum ingreſſurus, prius in Conclavi Nunciorum meditata oratione gratias Delegatis Provincialibus pro ſibi commiſſo munere præſtitoque in Conclavi Nunciorum favore agit. Reſpondet ei aliquis ex Nunciorum collegio, gratiasque ipſi viciſſim agit pro fideliter adminiſtrato munere. Poſtea omnes eunt in Senatum, in Conclave ſuum non amplius reverſuri. Hic Marſchalco Nunciorum inter Marſchalcos Senatorii Ordinis in humiliore ſella conſidente, Nunciis autem Terreſtribus pone Senatores ſedentes ſtantibus, iterum de negotiis Reipubl. Ordines conjun-

Ante Diſceſſum ex Conclavi Nunciorum Marſchalcus gratias agit.

Conjunctis conclavibus negotia tractantur.

junctim agunt, legesque in Conclavi Nunciorum conceptas ſublimam revocant. Nemo hic, ut alias etiam ſententiam ſuam extra Ordinem proloquitur, niſi petita prius à Marſchalco ſupremo Regni, ſi in Regno Comitia habentur, aut à Marſchalco ſupremo magni Ducatus Lithvaniæ, ſi Comitia in Lithvania habentur, dicendi facultate, idque uſitatâ formula: *Proſze oglos.* Marſchalci Nunciorum munus hoc in caſu jam ceſſat, cum omnia Marſchalcus ſupremus, aut ipſo abſente alius officialium Senatorii Ordinis ſcipione ſumpto moderetur. Cum cuiquam dicendi poteſtatem facit, hoc utitur diſcrimine, ut ſoli Archiepiſcopo Gneſnenſi titulum honoris apponat hoc fere modo: *Jego mosc Xiadz Arcibiskup ma glos.* Aliis Senatoribus & Nunciis dicendi facultatem tribuens omittit titulum, *Jego mosc.* Immo tanta Marſchalcus ſupremus pollet auctoritate, ut habeat jus admonendi non tantum Nuncium, ſed etiam Senatorem,) ſuo tamen modo) quando limites modeſtiæ transgreditur, ut dicit Illuſtriſſ. Dn. Chriſtophorus Grzymultowski Palatinus Posnaniæ *in Oratione 4. quam in Comtiis Anni 1685. habuit. Lit. D. 2.* Alias autem contentionibus aut aliis clamoribus ortis,

Marſchalci ſupremi munia.

tis, baculo terram ferit eoque ſigno ſilentium imperat. In ipſis autem conſultationibus Rex ſuam ſuſpendit ſententiam, donec inter Senatores & Nuncios majoremve illorum partem de re controverſa conveniat. Tunc annititur diſcrepantes ſententias conciliare, vel ſi conciliari nequeunt, pro ea parte concludit, quæ juribus & Privilegiis Regni eſt conformior. Id enim ſe obſervaturos promiſerunt Henricus & Stephanus Reges *in Volum. legum pag. 254.* Hæc Conſilia, ut jam num. XV. diximus, ultra quintum poſt Conjunctionem Conclavium diem prorogari legibus prohibentur; vix tamen hoc ob multitudinem negotiorum obſervari poteſt. Propterea non raro tempus Comitiorum prolongatur, ut Comitia præſertim recentiora omnia teſtari poſſunt. Regis munia in Controverſiis exortis.

XIIX. De Conſtitutionibus Regni & Magni Ducatus Lithvaniæ licet ſupra cap. II. num. V. quædam dicta ſint, quomodo illæ in Comitiis conſcribantur; hic tamen fuſius ea materia nobis erit pertractanda. Conſtitutiones omnes, ut jam ſupra monuimus, Conclavi Nunciorum ſua debent incunabula. Ibi enim leges, in quas Nuncii conſenſere, Marſchalcus ipſorum primo delineat. Conſtitutiones quomodo ſcribantur.

Dein-

Deinde in omnium Ordinum præſentia eaſdem proponitur ut à Rege totoque, Senatu approbentur. Quæ igitur hîc concors omnium ſententia decernit, ea deinde in Volumen Conſtitutionum relata vim Legum habent. Ne autem, hic aliquis contingat error, varias cautiones adhibent Ordines. Videlicet eliguntur duo vel tres ex Senatu, ita ut ex ſingulis gentibus (Minori, majorique Polonia, ut & Magno Ducatu Lithvaniæ) ſint ſinguli Senatores: adduntur his ex ſingulis gentibus bini Nuncii, ita ut numerus eorum ſit ſenarius, qui omnes cum Marſchalco Nunciorum Terreſtrium Conſtitutiones conſcriptas revideant, & nomina ſua iiſdem ſubſcribant. His tamen non ſemper reſpondent ipſæ Conſtitutionum Subſcriptiones, in quibus mox major mox minor Deputatorum numerus reperitur. De his Deputatis ad Conſtitutiones revidendas & ſubſcribendas electis, controverſia An. 1677. in Comitiis agitata eſt inter Nuncios Terreſtres, utrum eſſent jurejurando obſtringendi, nec ne, nihil tamen certi tunc determinatum eſt. In Comitiis autem Grodnenſibus An. 1678. habitis hæc præſcripta eſt Deputatis illis jurisjurandi formula: *Ego N. juro DEO*

Iusjurandum Deputatorum ad Conſtitutiones revidendas.

omni-

Digitized by Google

omnipotenti & Triuni, quod diligeneer ſum curaturus, ne ulla Conſtitutio in Volumen Legum irrepat; & quod eam Conſtitutionem non ſum ſubſcripturus, quam omnium Ordinum conſenſus non approbaverit: ita me Deus adjuvet. Subſcriptæ dicto modo à Marſchalco Nunciorum, ut & Deputatis illis, ut vocantur, tam Senatorii quam Equeſtris Ordinis Conſtitutiones, in præſentia omnium Ordinum & ita in facie totius Reipublicæ à Marſchalco Nunciorum Terreſtrium præleguntur, cum Interrogatione per Cancellarios, utrum Rex, Senatores & Nuncii Terreſtres easdem ſigillo jubeant muniri. *Vid.* Conſtitut An. 1588. *pag.* 457. An. 1613. *pag.* 7. In Comitiis an. 1677. voluerunt Nuncii, ut Conſtitutiones ter publice à Marſchalco Equeſtris Ordinis prælegerentur, ut habet Diarium Comitiorum dicti anni *ad d.* 25. *Januarii*, Proximo poſt Concluſionem Comitiorum die Marſchalcus Nunciorum Conſtitutiones dictas ad Acta Caſtrenſia Varſavienſia referendas curare jubetur Conſtitutione anno 1613. *pag.* 7. Si Officium Caſtrenſe vacat, tum ut in Metricam Regni Conſtitutiones referantur jubet Conſtitutio anni 1661, *pag.* 15. Quod-

Conſtitutiones publice præleguntur.

Conſtitutiones referuntur ad Acta.

Quodſi autem in Magno Ducatu Lithvaniæ Comitia habentur, Conſtitutiones referuntur ad Acta Caſtrenſia Grodnenſia, & eo Officio vacante, in Metricam Magni Duc. Lith. Sed recentiore lege anni 1678. p. 1. & 2. tempus ampliatum eſt, ita ut jam ad ſummum quarto poſt Comitiorum Concluſionem die Conſtitutiones à Marſchalco Nunciorum Caſtrenſi Officio ad acticandum, ut vocant, offerantur. Tandem Conſtitutiones ſumptibus Theſauri Regni in Regno, vel Theſauri Lithvanici in Lithvania, curante quodam Secretario, quem itidem vel Cancellarius Regni vel Cancellarius Lithvaniæ ſecundum alternatam conſtituunt, typis mandantur, impreſſæque ſub ſigillo Regni & Magni Ducatus Lithvaniæ ad Comitiola Relationum ſive ad Conventus particulares Poſt Comitiales transmitti jubentur Conſtitutione 1661. Quapropter in Declarationibus Palatinatuum præſertim Lithvanicorum frequenter legas, Palatinatus & Diſtrictus certum diem Conventuum particularium Poſt comitialium acceptare, hac tamen lege & conditione, ſi Conſtitutiones typis excuſæ fuerint transmiſſæ. Quodſi autem Comitia ab aliquo rumpuntur, ita ut ſine fructu diſſolvantur,

Cõnſtitutiones typis mandantur.

tur, tunc nullæ Conſtitutiones typis mandari poſſunt. Quapropter Anno 1665. menſe Martio exigebant Nuncii Terreſtres à ſuo Marſchalco, ut rationem redderet, cur Pacta & Decreta diſſolutis Comitiis ſcribi permiſiſſet. *Vid.* Diar. Europ. *Continuat. XI. pag. 401.* De Decretis Comitialibus An. 1667. ejusmodi lex lata eſt, ut ſtatim poſt promulgationem eorum per Referendarios à latere Regio in facie Reipubl. Officium Terreſtre omnia Decreta ad Protocollum referat, nil addendo, nihilque detrahendo; poſtea ut iidem Referendarii ipſa ſubſcribant. Decreta vero in cauſis Fiſci Notarius Decretorum conſignet. *Vid.* Conſtitut. an. 1667. *pag. 13. ubi etiam Conſtitutio Anni 1641. ea de re renovatur.* Circa hanc materiam Conſtitutionum & Decretorum notandum eſt, quando Comitia à quoquam rumpuntur, irritas reddi omnes Conſtitutiones ante Diſſolutionem Comitiorum conceptas, eo quod à Deputatis non ſunr reviſæ, non Ordinibus in facie totius Reipubl. à Marſchalco nunciorum prælectæ, non denique ab omnibus approbatæ: at vero Decreta in cauſis judicialibus ante Diſſolutionem lata, cum totius Reipubl. approbationem non requirant, ſed ſimulac ſunt facta vim

Decreta Comitialia.

Decreta Comitiis etiam ruptis rata ſunt. Conſtitutiones non item.

Aaa ſuam

Digitized by Google

ſuam habeant, irrita non redduntur, licet Comitia poſtea rumpantur.

XXX. Sic omnia, quæ de Conſtitutionibus notabiliora videbantur, colligere, & ſimul Lectori Benevolo proponere, placuit. Præter Conſtitutiones autem, Comitiorum ultimas curas exercent etiam Palatinatuum Declarationes, in quibus ſinguli Palatinatus & iisdem adjunctæ Terræ contributiones ſciſcunt promittuntque. Hic ſæpius Ordines in Comitiis Pruſſicos Palatinatus ſolicitant, ut & ipſi Contributiones certas, ſaltem pro hac vice, determinent: Sed Pruſſi Privilegia ſua prætendentes, negotium illud ad Fratres in Pruſſiam referunt, ibidemque demum certum Contributionum modum conſtituunt. His negotiis omnibus pertractatis Ordines à Rege dimittuntur, ita ut Nuncii Terreſtres Regi per Marſchalcum ſuum ultimum dicant vale, quibus nomine Regis in Regno Cancellarius Regni, in Lithvania Cancellarius Lithvaniæ reſpondet. Poſthæc Nuncii ſtatim eodem modo, ut initio Comitiorum, ad oſculum Regiæ manus admittuntur. His omnibus peractis, Comitia Regni & Magni Ducatus Lithvaniæ univerſalia finem ſuum ſortiuntur.

Declarationes.

Pruſſia de Contributionibus agunt.

Marſchalcus Ordinis Terreſtris Regi valedicit.

XXXI. Fine hic omnibus impoſito, ſimulac

ſimulac Nuncii è Comitiis illis qui ſunt cum Jnrisdictione. In Magno Ducatu Lithvaniæ indicare hoc jubentur Palatinis (in Palatinatibus) vel Capitaneis cum Jurisdictione (in Diſtrictibus, qui Palatinatibus adhærent.) Palatini vero vel Capitanei vel eorum locum tenentes, nempe Vice palatini vel Vice Capitanei indicant per miniſteriales, ut vocant, adventum Nunciorum Nobilitati in iisdem locis, prout antea factum eſt, invitantque ſimul Nobilitatem ad Conventum Poſt Comitialem ſive ad Comitia Relationum. Solet autem tempus Conventuum PoſtComitialium in Conſtitutionibus Regni & Magni Ducatus Lithvaniæ ſingulis Palatinatibus & Diſtrictibus præfiniri, ut ex Declarationibus Palatinatuum ſingulis fere Conſtitutionibus annecti ſolitis cognoſcimus. Pruſſi, quoniam non in Comitiis Contributiones ſuas Promittunt, ſed jus ad Fratres ea de re referendi habent; propterea eodem modo, ut ante ipſa Comitia, ad Conventus in Pruſſia habendos convocantur: denuo igitur Conventus particulares in ſingulis Palatinatibus & in Palatinatu Pomeraniæ etiam in ſingulis Diſtrictibus inſtituuntur, & poſtea demum Conventus PoſtComitialis Pruſſiæ generalis aut Gru-

Conventus Poſt - Comitiales.

Digitized by Google

Nuncios aut alii tumultus à Spectatoribus oriuntur, ſilentium, ſcipione terram feriens, præſtat, & alia, quæ ad ordinem decentem faciunt, peragit. Commorantur autem Nuncii in Conclavi ſuo usque ad ultimam Comitiorum hebdomadam. Quinto namque ante Concluſionem Comitiorum die Nuntii terreſtres Senatum adire, & ſic Comitia ad Patres transferre jubentur in Conſtitut. *de anno 1632. pag. 12.* Attamen ſi intra conſtitutum legibus tempus in Conclavi Nunciorum omnia expediri non poſſunt, petunt Nuncii à Rege, ut Comitia prorogentur. Sin autem elapſo illo tempore Collegium Nunciorum nondum omnibus transactis Senatum intrat, ſolet prius præcavere, ut ſibi in Conclave ſuum regredi liceat, quod tamen Conſtit. *Anno 1678. pag. 2. tit. O Seymach.* prohibitum eſt.

Translatio Conſiliorum ad patres.

XVII. Interea dum Nuncii Terreſtres in Conclavi ſuo de Reipubl. Bono deliberant, Rex interea cum Senatu non otioſe tempus transmittit, ſed in certis etiam negotiis expediendis occupatur. Statim enim poſt Propoſitionem Comitiorum per Cancellarios factam, poſt expedita Senatorum ſuffragia & poſt Nunciorum in ſuum Conclave diſceſſum, dijudi-

Negotia, quæ in Senatu tractantur.

judicat cum Senatoribus Actiones Criminales per totam hebdomadam. Finita quoq; hac hebdomada certis diebus certæ ſunt deſtinatæ cauſæ, quæ diſputari & decidi debent, & hoc eo usque durat, donec Nuncii Terreſtres Senatum iterum ingrediantur & Comitia ad Senatum transferant. De judiciis illis non eſt, quod hoc loco multis agamus, cum infra commodius de illis agendi futurus ſit locus. Videantur interea Conſtitutiones anni 1641. *pag. 8. & ſeq.*

XVII. Sub finem Comitiorum, antequam Conclavia, Senatorum nempe & Nunciorum, in Senatorio conjungantur Marſchalcus Nunciorum Senatum ingreſſurus, prius in Conclavi Nunciorum meditata oratione gratias Delegatis Provincialibus pro ſibi commiſſo munere præſtitoque in Conclavi Nunciorum favore agit. Reſpondet ei aliquis ex Nunciorum collegio, gratiasque ipſi viciſſim agit pro fideliter adminiſtrato munere. Poſtea omnes eunt in Senatum, in Conclave ſuum non amplius reverſuri. Hic Marſchalco Nunciorum inter Marſchalcos Senatorii Ordinis in humiliore ſella conſidente, Nunciis autem Terreſtribus pone Senatores ſedentes ſtantibus, iterum de negotiis Reipubl. Ordines conjun-

Ante Diſceſſum ex Conclavi Nunciorum Marſchalcus gratias agit.

Conjunctis conclavibus negotia tractantur.

junctim agunt, legesque in Conclavi Nunciorum conceptas ſublimam revocant. Nemo hic, ut alias etiam ſententiam ſuam extra Ordinem proloquitur, niſi petita prius à Marſchalco ſupremo Regni, ſi in Regno Comitia habentur, aut à Marſchalco ſupremo magni Ducatus Lithvaniæ, ſi Comitia in Lithvania habentur, dicendi facultate, idque uſitatâ formula: *Proſze oglos.* Marſchalci Nunciorum munus hoc in caſu jam ceſſat, cum omnia Marſchalcus ſupremus, aut ipſo abſente alius officialium Senatorii Ordinis ſcipione ſumpto moderetur. Cum cuiquam dicendi poteſtatem facit, hoc utitur diſcrimine, ut ſoli Archiepiſcopo Gneſnenſi titulum honoris apponat hoc fere modo: *Jego mosc Xiadz Arcibiskup ma glos.* Aliis Senatoribus & Nunciis dicendi facultatem tribuens omittit titulum, *Jego mosc.* Immo tanta Marſchalcus ſupremus pollet auctoritate, ut habeat jus admonendi non tantum Nuncium, ſed etiam Senatorem,) ſuo tamen modo) quando limites modeſtiæ transgreditur, ut dicit Illuſtriſſ. Dn. Chriſtophorus Grzymultowski Palatinus Posnaniæ *in Oratione 4. quam in Comtiis Anni 1685. habuit. Lit. D. 2.* Alias autem contentionibus aut aliis clamoribus ortis,

Marſchalci ſupremi munia.

tis, baculo terram ferit eoque ſigno ſilentium imperat. In ipſis autem conſultationibus Rex ſuam ſuſpendit ſententiam, donec inter Senatores & Nuncios majoremve illorum partem de re controverſa conveniat. Tunc annititur diſcrepantes ſententias conciliare, vel ſi conciliari nequeunt, pro ea parte concludit, quæ juribus & Privilegiis Regni eſt conformior. Id enim ſe obſervaturos promiſerunt Henricus & Stephanus Reges *in Volum. legum pag. 254.* Hæc Conſilia, ut jam num. XV. diximus, ultra quintum poſt Conjunctionem Conclavium diem prorogari legibus prohibentur; vix tamen hoc ob multitudinem negotiorum obſervari poteſt. Propterea non raro tempus Comitiorum prolongatur, ut Comitia præſertim recentiora omnia teſtari poſſunt.

Regis munia in Controverſiis exortis.

XIIX. De Conſtitutionibus Regni & Magni Ducatus Lithvaniæ licet ſupra cap. II. num. V. quædam dicta ſint, quomodo illæ in Comitiis conſcribantur; hic tamen fuſius ea materia nobis erit pertractanda. Conſtitutiones omnes, ut jam ſupra monuimus, Conclavi Nunciorum ſua debent incunabula. Ibi enim leges, in quas Nuncii conſenſere, Marſchalcus ipſorum primo delineat.

Conſtitutiones quomodo ſcribantur.

Dein-

Deinde in omnium Ordinum præſentia eaſdem proponitur ut à Rege totoque Senatu approbentur. Quæ igitur hîc concors omnium ſententia decernit, ea deinde in Volumen Conſtitutionum relata vim Legum habent. Ne autem hic aliquis contingat error, varias cautiones adhibent Ordines. Videlicet eliguntur duo vel tres ex Senatu, ita ut ex ſingulis gentibus (Minori, majorique Polonia, ut & Magno Ducatu Lithvaniæ) ſint ſinguli Senatores: adduntur his ex ſingulis gentibus bini Nuncii, ita ut numerus eorum ſit ſenarius, qui omnes cum Marſchalco Nunciorum Terreſtrium Conſtitutiones conſcriptas revideant, & nomina ſua iisdem ſubſcribant. His tamen non ſemper reſpondent ipſæ Conſtitutionum Subſcriptiones, in quibus mox major mox minor Deputatorum numerus reperitur. De his Deputatis ad Conſtitutiones revidendas & ſubſcribendas electis, controverſia An. 1677. in Comitiis agitata eſt inter Nuncios Terreſtres, utrum eſſent jurejurando obſtringendi, nec ne, nihil tamen certi tunc determinatum eſt. In Comitiis autem Grodnenſibus An. 1678. habitis hæc præſcripta eſt Deputatis illis jurisjurandi formula: *Ego N. juro DEO*

Iusjurandum Deputatorum ad Conſtitutiones revidendas.

omni-

omnipotenti & Triuni, quod diligeneer ſum curaturus, ne ulla Conſtitutio in Volumen Legum irrepat; & quod eam Conſtitutionem non ſum ſubſcripturus, quam omnium Ordinum conſenſus non approbaverit: ita me Deus adjuvet. Subſcriptæ dicto modo à Marſchalco Nunciorum, ut & Deputatis illis, ut vocantur, tam Senatorii quam Equeſtris Ordinis Conſtitutiones, in præſentia omnium Ordinum & ita in facie totius Reipublicæ à Marſchalco Nunciorum Terreſtrium præleguntur, cum Interrogatione per Cancellarios, utrum Rex, Senatores & Nuncii Terreſtres easdem ſigillo jubeant muniri. *Vid.* Conſtitut An. 1588. *pag. 457.* An. 1613. *pag. 7.* In Comitiis an. 1677. voluerunt Nuncii, ut Conſtitutiones ter publice à Marſchalco Equeſtris Ordinis prælegerentur, ut habet Diarium Comitiorum dicti anni *ad d. 25. Januarii*, Proximo poſt Concluſionem Comitiorum die Marſchalcus Nunciorum Conſtitutiones dictas ad Acta Caſtrenſia Varſavienſia referendas curare jubetur Conſtitutione anno 1613. *pag. 7.* Si Officium Caſtrenſe vacat, tum ut in Metricam Regni Conſtitutiones referantur jubet Conſtitutio anni 1661. *pag. 15.*

Constitutiones publice præleguntur.

Conſtitutiones referuntur ad Acta.

Quod-

Quodſi autem in Magno Ducatu Lithvaniæ Comitia habentur, Conſtitutiones referuntur ad Acta Caſtrenſia Grodnenſia, & eo Officio vacante, in Metricam Magni Duc. Lith. Sed recentiore lege anni 1678. p. 1. & 2. tempus ampliatum eſt, ita ut jam ad ſummum quarto poſt Comitiorum Concluſionem die Conſtitutiones à Marſchalco Nunciorum Caſtrenſi Officio ad acticandum, ut vocant, offerantur. Tandem Conſtitutiones ſumptibus Theſauri Regni in Regno, vel Theſauri Lithvanici in Lithvania, curante quodam Secretario, quem itidem vel Cancellarius Regni vel Cancellarius Lithvaniæ ſecundum alternatam conſtituunt, typis mandantur, impreſſæque ſub ſigillo Regni & Magni Ducatus Lithvaniæ ad Comitiola Relationum ſive ad Conventus particulares Poſt Comitiales transmitti jubentur Conſtitutione 1661. Quapropter in Declarationibus Palatinatuum præſertim Lithvanicorum frequenter legas, Palatinatus & Diſtrictus certum diem Conventuum particularium Poſt comitialium acceptare, hac tamen lege & conditione, ſi Conſtitutiones typis excuſæ fuerint transmiſſæ. Quodſi autem Comitia ab aliquo rumpuntur, ita ut ſine fructu diſſolvantur,

Conſtitutiones typis mandantur.

tur,

tur, tunc nullæ Conſtitutiones typis mandari poſſunt. Quapropter Anno 1665. menſe Martio exigebant Nuncii Terreſtres à ſuo Marſchalco, ut rationem redderet, cur Pacta & Decreta diſſolutis Comitiis ſcribi permiſiſſet. *Vid.* Diar. Europ. *Continuat. XI. pag. 401.* De Decretis Comitialibus An. 1667. ejusmodi lex lata eſt, ut ſtatim poſt promulgationem eorum per Referendarios à latere Regio in facie Reipubl. Officium Terreſtre omnia Decreta ad Protocollum referat, nil addendo, nihilque detrahendo; poſtea ut iidem Referendarii ipſa ſubſcribant. Decreta vero in cauſis Fiſci Notarius Decretorum conſignet. *Vid.* Conſtitut. an. 1667. *pag. 13. ubi etiam Conſtitutio Anni 1641. ea de re renovatur.* Circa hanc materiam Conſtitutionum & Decretorum notandum eſt, quando Comitia à quoquam rumpuntur, irritas reddi omnes Conſtitutiones ante Diſſolutionem Comitiorum conceptas, eo quod à Deputatis non ſunr reviſæ, non Ordinibus in facie totius Reipubl. à Marſchalco nunciorum prælectæ, non denique ab omnibus approbatæ: at vero Decreta in cauſis judicialibus ante Diſſolutionem lata, cum totius Reipubl. approbationem non requirant, ſed ſimulac ſunt facta vim

Decreta Comitialia.

Decreta Comitiis etiam ruptis rata ſunt. Conſtitutiones non item.

ſuam habeant, irrita non redduntur, licet Comitia poſtea rumpantur.

XXX. Sic omnia, quæ de Conſtitutionibus notabiliora videbantur, colligere, & ſimul Lectori Benevolo proponere, placuit. Præter Conſtitutiones autem, Comitiorum ultimas curas exercent etiam Palatinatuum Declarationes, in quibus ſinguli Palatinatus & iisdem adjunctæ Terræ contributiones ſciſcunt promittuntque. Hic ſæpius Ordines in Comitiis Pruſſicos Palatinatus ſolicitant, ut & ipſi Contributiones certas, ſaltem pro hac vice, determinent: Sed Pruſſi Privilegia ſua prætendentes, negotium illud ad Fratres in Pruſſiam referunt, ibidemque demum certum Contributionum modum conſtituunt. His negotiis omnibus pertractatis Ordines à Rege dimittuntur, ita ut Nuncii Terreſtres Regi per Marſchalcum ſuum ultimum dicant vale, quibus nomine Regis in Regno Cancellarius Regni, in Lithvania Cancellarius Lithvaniæ reſpondet. Poſthæc Nuncii ſtatim eodem modo, ut initio Comitiorum, ad oſculum Regiæ manus admittuntur. His omnibus peractis, Comitia Regni & Magni Ducatus Lithvaniæ univerſalia finem ſuum ſortiuntur.

Declarationes.

Pruſſia de Contributionibus agunt.

Marſchalcus Ordinis Terreſtris Regi valedicit.

XXXI. Fine hic omnibus impoſito, ſimulac

ſimulac Nuncii è Comitiis illis qui ſunt cum Jurisdictione. In Magno Ducatu Lithvaniæ indicare hoc jubentur Palatinis (in Palatinatibus) vel Capitaneis cum Jurisdictione (in Diſtrictibus, qui Palatinatibus adhærent.) Palatini vero vel Capitanei vel eorum locum tenentes, nempe Vicepalatini vel Vice Capitanei indicant per miniſteriales, ut vocant, adventum Nunciorum Nobilitati in iisdem locis, prout antea factum eſt, invitantque ſimul Nobilitatem ad Conventum Poſt Comitialem ſive ad Comitia Relationum. Solet autem tempus Conventuum PoſtComitialium in Conſtitutionibus Regni & Magni Ducatus Lithvaniæ ſingulis Palatinatibus & Diſtrictibus præfiniri, ut ex Declarationibus Palatinatuum ſingulis fere Conſtitutionibus annecti ſolitis cognoſcimus. Pruſſi, quoniam non in Comitiis Contributiones ſuas Promittunt, ſed jus ad Fratres ea de re referendi habent; propterea eodem modo, ut ante ipſa Comitia, ad Conventus in Pruſſia habendos convocantur: denuo igitur Conventus particulares in ſingulis Palatinatibus & in Palatinatu Pomeraniæ etiam in ſingulis Diſtrictibus inſtituuntur, & poſtea demum Conventus PoſtComitialis Pruſſiæ generalis aut Gru-

Conventus Poſt-Comitiales.

denti aut Mariæburgi ſecundum alternatam habetur. Et hi ſunt Conventus Relationum (Polonis *Seymiki Relatyine*) à referendo ita dicti, quia in illis Nuncii Fratribus ſuis referunt, quid in Comitiis ſit actum, rationesque adminiſtrati muneris reddunt. Proponunt igitur Conſtitutiones Comitiorum ſub ſigillo ſibi à Cancellariis traditas, librisque tam Terreſtribus quam Caſtrenſibus ad perpetuam rei memoriam inſerendas curant. Ad extremum etiam Exactores Contributionum (*Poborcy* vocantur) in Comitiis Regni generalibus decretarum Nobilitas eligit. *Vid. Conſtitut. an. 1589. pag. 518. an. 1591. pag. 617. an. 1635. tit. o Relacyinych.* Conf. & Statutum Lithvanicum *cap. III. art. 9.* Et hæc legibus exigentibus tractari ſolent in Conventibus particularibus PoſtComitialibus. Sed Ordines Regni ſæpius conqueruntur de perverſo illo more, quod Nobilitas in ComitiolisRelationum aliquando Conſtitutiones Comitiorum retractet. *Vid.* Diarium Domitiorum anni 1677. *inter ſuffragia ſenatorum.* Quamvis Pruſſici Palatinatus, quoniam peculiaria habent jura & Privilegia, in his ſibi plus indulgeant, quam alii Palatinatus Regni & Magni Ducatus Lithvaniæ. Comitiolis Relationum finitis, oportet Se-

Proteſtationes contra Conſtitutiones.

nato

Senatores & Terrreſtres Nuncios in judiciis, ſi cauſam aliquam in iis habent, parte inſtante poſt duas hebdomadas reſpondere. Nam alias conſtitutum eſt, ut actus omnes juridici in quibuscunque ſubſelliis contra Senatores & Nuncios Terreſtres à prima die Conventuum Ante-comitialium usque ad duas hebdomadas poſt Comitiola Relationum formati & Decreta lata ſint nulla. *Vid.* Conſtitut. *an. 1653. pag. 14. An. 1659. pag. 5. ſeq. Anni 1661. pag. 29. An. 1667. pag. 13.*

XXXII. Hactenus docuimus, quomodo ſecundum Leges & Conſtitutiones Comitia Regni & Magni Ducatus Lithvaniæ haberi debeant: Sed praxis non ſemper hodie Legibus illis reſpondet, neque ſemper laudabiles majorum Conſvetudines obſervat. Primum enim quando Nuncii Terreſtres Conclave ſuum initio Comitiorum ingrediuntur, complures ſæpe dies immo & hebdomadas conſumunt, antequam Marſchalcum ſive Ordinis ſui Directorem eligant. Deinde Marſchalco jam electo, quando ipſis à Rege certum tempus ſtatuitur, quo Senatum ingredi Regemque ſalutare queant, ſæpius intercedentibus aliis negotiis, ſæpe etiam mutuis contentionibus tempus illud transmittunt, ut Rex

Praxis ſæpe Legibus adverſatur.

Digitized by Google

cum Senatu ipſos fruſtra exſpectet. In ipſis Conſultationibus multi itidem non pauca deſiderant. Certe in turbas & tumultus Comitiorum Regni generalium & inprimis in Nuncios Terreſtres, acerbius, quam Civem decet, invehitur Chriſtophorus Varſevicius *in lib. I de Opt. Statu Libertatis*, idque ſub perſona Joannis Ocieſſii Regni Poloniæ Cancellarii ſupremi, quem ibidem introducit loquentem: Sed ea hic recenſere nolo, ne, licet ſint aliena, recenſendo tamen mea facere videar. Alii hic argutias tolerabiliore inſtituto quæſiverunt, ſatisque ſalſe turbas illas notaverunt. Sic Joannes Franciſcus Commendonus Cardinalis & Pontificis Romani ad Ordinis Poloniæ poſt Obitum Sigiſmundi Auguſti Legatus acute dixiſſe fertur, *Poloniam laborare morbo comitiali*, teſte Povodovio in Panegyrico ad Stephanum Regem & Senatum tempore Comitiorum ipſo die S. Stephani habito. In eodem Panegyrico Povodovius applicat illa verba Evangeliſtæ ad Regem & quosdam Polonos: STEPHANVS *plenus gratia & fortitudine faciebat ſigna & prodigia magna in populo: Surrexerunt autem quidam de Synagoga, quæ appellatur* LIBERTINORVM, *& diſputabant cum Stephano.* Alias jam argu-

Poloni ipſi invehuntur in turbas Comitiorum.

argutias dictam ob rationem omitto. Præſertim autem ipſi cordatiores Poloni hoc improbant, quod ſero ad Conſilia multi conveniant, agnoſcuntque vere olim dixiſſe Tacitum de Germanis: *Illud ex libertate vitium, quod non ſimul nec juſſi conveniunt.* Vt remedium huic malo pararetur, conſtitutum eſt An. 1678. *pag. 2. tit. O Seymach Declaratia* ne Conſultationes luminibus illatis inſtituerentur: ſed neque hoc ſufficiens eſſe remedium docuerunt noviſſima Comitia, in quibus etiam veſperi ſine lumine Conſilia ſunt continuata. Quo loco leges illæ de Comitiis ultra ſex hebdomadas non continuandis habeantur, docent tot eorundem prorogationes, ut ad dimidium fere annum extendantur. Pertinet huc etiam inſcriptio Orationis Grzymultovianæ, in qua dicitur, habitam illam eſſe *eo tempore, quo inaudito in Polonia exemplo, quarto die ante Comitiorum Concluſionem ſuffragia Senatorum ferebantur. lit. A. fac. 2.* Maximum autem illud eſt, quod aliquando tot curæ laboresque unius viri cum proteſtatione abeuntis voluntate irriti redduntur: cum vero in hoc jure pupilla libertatis ſita eſſe putetur, prohiberi illud nequit. Ne tamen diſſolutis ita ſine fructu Comitiis Reſpubl. detri- Conſilia poſt Comitialia.

 men-

mentum capiat, Rex cum Senatoribus Conſilia Poſt-Comitialia habere ſolet, in quibus præter alia ad bonum publicum conſervandum pertinentia, etiam tempus aliorum Comitiorum, ſi hoc neceſſitas poſtulat, determinare ſolet. Quamvis ejusmodi Conſilia Poſt-Comitialia etiam Comitiis ex voto finitis haberi non ſit inuſitatum.

XXXIII. Et hæc de Comitiis communibusque omnium Ordinum Conſiliis dicta ſunto. Verum quoniam ejusmodi Comitia generalia quovis tantum biennio præterlapſo ordinarie celebrantur, Regi vero præſenti ſemper Conſilio opus eſt, conſtituerunt Poloni perpetuum quoddam Conſilium ex aliquot Senatoribus Regni & Magni Ducatus Lithvaniæ conſtans. Sumpſit hæc res initium tempore Caſimiri Jagellonidis, cui quatuor adjuncti fuere Senatores à Republica, ne omnia ex Lithvanorum ſuorum ſententia ageret. *Vid.* Neugebauer *lib. VI. Hiſt. Polon. pag. 333.* Poſtea in electione Henrici Valeſius conſtitutus eſt SEDECIMVIRATVS Senatorius, Regio lateri pro conſilio adfuturus, conſiliorumque rationem Reipubl. redditurus. *Vid.* Fredro *in Hiſt. Henr. pag. 65.* Conf. Volumen Conſtitutionum *pag. 254.* Hoc autem

Perpetuum Regis Conſilium.

Sedecimviratus Senatorius.

Digitized by Google

tem ita intelligendum eſt: Singulis bienniis elapſis quando Comitia celebrabantur, ſimul etiam ſexdecim Senatores deſignabantur inter quos erant quatuor Epiſcopi ſeſe ordine ſubſequentes, deinde quatuor Palatini itidem ſeſe ordine ſubſequentes & poſtremo octo Caſtellani. Ex his ſedecimviris quatuor (nempe unus Epiſcopus, unus Palatinus & duo Caſtellani) cum Rege ſimul cum aliquot Officialibus majoribus Ordinis Senatorii per dimidium annum manebant. His ex aula diſcedentibus, alii quatuor in ſubſequens ſemeſtre ſuccedebant, & ſic deinceps, donec in ſequentibus Comitiis alii Sedecim Senatores Reſidentes, ut vocari ſolent, deſignarentur. Verum ſucceſſu temporis, licet ratione Epiſcoporum nihil fuerit mutatum, Senatores tamen Seculares ſingulis quadrantibus anni mutari cœperunt. Initium hujus rei factum eſt Anno 1641. ut ex Conſtitutionibus dicti anni apparet, quæ videantur *pag. 3. ſeq. & in ipſo fine*. Deſignantur igitur hodie ſingulis in Comitiis Ordinariis viginti & octo Senatores, inter quos quatuor ſunt Epiſcopi ſeſe ordine ſubſequentes, ita ut neque Archiepiſcopi excipiantur, quando ipſos ordo ad Reſidentiam vocat: deinde octo

Hodie non ſedecim ſed viginti octo viri eligun tur ad Reſidentiam.

octo Palatini ſeſe ſubſequentes, in quorum numero ſunt etiam Cracovienſis, Vilnenſis & Trocenſis Caſtellani, ut & Capitaneus Samogitiæ, quando ipſos ordo, quem in ipſo Senatu ſervant, tangit. Porro ſunt octo Caſtellani Majores ordine ſe ſubſequentes: Et tandem octo Caſtellani minores eodem ordine, quem in Senatu habent, ſe ſubſequentes. Ex his per primum anni quadrantem commorantur in Aula Regis unus Epiſcopus aut Archiepiſcopus, unus Palatinus, unus Caſtellanus Major & unus Caſtellanus minor. Per ſecundum anni quadrantem non mutatur Epiſcopus vel Archiepiſcopus, ſed ipſi tantum alii tres Seculares Senatores adduntur. Hoc modo Senatores & poſtea mutantur, donec biennio, præterlapſo, in Comitiis ordinariis alii viginti octo Reſidentes eligantur. Eximuntur tamen hinc, qui vel Reipubl. cauſa abſunt, vel ſenio confecti rebus gerendis minus jam ſunt apti, vel etiam quibus aliquod aliud legale intercedit impedimentum; excuſari vero hi debent in ipſa nominatione, ut alii ipſis ſubſtituantur: alias ſublato illo impedimento, vel etiam ſi ex morbo, ob quem à reſidentia liberi ſunt pronunciati, convaleſcant, muneri ſuo & poſtea ipſos

ſatis-

Digitized by Google

ſatisfacere oportet. *Vid.* Conſtitut. An. 1607. *pag.* 828. *ſeq.* Secularibus Senatoribus ad reſidentiam in Aula Regia deſignatis, ut & Epiſcopis ex oris Ruſſicis, conſtitutum eſt ſingulis quingentorum florenorum ſalarium ex theſauro Regio per Theſaurarios utriusque gentis exſolvendum: Epiſcopis vero ex Majori Minorique Polonia nullum ſalarium conſtitutum eſt, quoniam opimiores ſunt ipſorum ex Bonis Epiſcopalibus Proventus. Conſtitut. an. 1576. *pag.* 276. & An. 1573. *pag.* 254. Contra qui officio ſuo defuerint, illis 1000. marcarum mulcta in ſolutionem ſtipendiorum militarium impendenda conſtituitur, per Conſtitut. an. 1607. *pag.* 830. *ſeq.* Poſtea in ſubſequentibus Comitiis Anni 1609. aucta eſt illa mulcta ad 200. marcas. Conſtitut. dict. an. *pag.* 887. *ſeq.* Hanc mulctam ſolvere debent ad inſtantiam Nunciorum Terreſtrium intra duas hebdomadas, poſtquam initium Comitiorum factum eſt; idque ſub pœna amiſſionis dignitatis & 2000. marcarum, ſi ſint ſeculares, ſin autem ſint ſpirituales ſive Eccleſiaſtici, ſub pœna 6000. marcarum. Conſtitut. *anni* 1607. & 1609. Confirmantur etiam hæc, quæ diximus in Conſtitut. *an.* 1641. *pag.* 3. In Comitiis Anni 1678. addi-

Salarium Reſidentium Senatorum.

Mulcta conſtituta in eos qui officio ſuo deſunt.

Digitized by Google

additum eſt,ut Inſtigator Regni contra Senatores ad latus Regium reſidere negligentes jure agat pœnasque in legibus expreſſas urgeat, idque ipſi ſub privatione officii injungitur. Permittitur etiam hoc Nunciis Terreſtribus, ut in Concluſione Comitiorum illud ipſum urgeant. *Vid. Conſtitut. dicti anni 1678. pag. 29.* Adeo autem dicti Senatores Regio lateri adhærent, ut etiam Regem in bellum euntem comitentur. Exempla petantur ex Conſtitut. *anni 1673. tit. Deputati.* & Conſtitut. *anno 1676. pag. 20.* Extra fines tamen Regni & Magni Ducatus Lithvaniæ reſidentia illa Senatorum in aula Regis non eſt extendenda, ut habet aliquoties laudata Conſtitutio anni 1609. *p. 888. pr.* Si periculoſiora immineant Reipubl. tempora, ſolet hic numerus Reſidentium augeri, adeo ut etiam ex Equeſtri ordine complures, nempe ex ſingulis Palatinatibus ſinguli, adjungantur. Verum de his, cum ad bellicum tantum conſilium conſtituendum deſignentur, poſtea commodior erit dicendi locus. Alias autem etiam ordinarie, præter quatuor illos Reſidentes Senatores & Magiſtratus Ordinis Senatorii, licitum quoque eſt unicuique Senatorum, quicunque tantum voluerit

Reſidentes etiam in bellum euntem Regem comitantur.

Numerus Reſidentium augetur.

Magiſtratus Majores ad Reſidentiam præter quatuor illos obligantur.

Digitized by Google

luerit, in Aula Regis habitare, cumque præſentibus Senatoribus conſilia conferre. *Vid. Conſtitut. an. 1567. pag. 276. anno 1564.* Quænam autem ſit Senatusconſultorum ratio, expoſuit non ita pridem Nicolaus Chwalkovius in ultima Juris publici ſui Polonici editione *lib. 1. cap. VIII. num. XIV.* Nimirum omnia illa S. C. inſcribuntur libris, & quidem Cancellariæ Regni per Secretarium Majorem, vel eo abſente per Referendarium: Lithvanica vero, libris Cancellariæ M. Duc. Lithvaniæ itidem per Referendarium vel quemcunque alium Notarium. Hic primo notatur occaſio, & res, de qua conſilium ſuſcipitur, item breviſſime adjicitur, quodnam conſilium quisque ſive per literas abſens, ſive oretenus ipſe coram dederit, quibusque rationibus ſententiam ſuam ſtabiliverit. Præſentium ſenatorum quilibet ſententiam ſuam in libro ipſo Senatusconſultorum ſubſcribit: abſentiam autem literæ loco teſtimonii aſſervantur, ut volunt Puncta An. 1632. Caſtro Varſavienſi oblata. Tantum de Comitiis Regumque Poloniæ Conſilio Aulico.

Senatus Conſultorum ratio.

CAP.

CAP. VII.

De Judiciis Polonicis.

I.

QUomodo antiquis temporibus in Polonia jus fuerit dictum, jam ſupra cap. II. num. VI. diximus. Nunc de recentioribus potiſſimum judiciis erimus ſoliciti. Poſſunt autem judicia Polonica hodierna varie dividi. Alia namque ſunt ſecularia, alia Eccleſiaſtica. Secularia ſunt aut Nobilium, aut Plebejorum, aut communia utriusque ordinis. Item alia judicia ſunt Criminalia, alia Civilia. Quoniam verò hæc varie ſunt confuſa, dilucidius ea, quo meliùs intelligantur, ob oculos Benevolo Lectori ponere annitemur.

II. Primò Nobilitas Polonica in ſingulis Palatinatibus & Diſtrictibus habet, judicium proprium, in quo omnes cauſas Civiles ex Bonis Terreſtribus ortas, niſi quæ ſint exceptæ, de quibus poſtea agemus, diſceptat. Appellatur illud JUDICIUM TERRESTRE, ſive etiam TERMINI TERRESTRES. Polonicè autem vocantur *Sady Ziemskie*, ſi-

Iudicia Terreſtria.

ve

ve *Roki Ziemskie.* Quamvis verò cauſæ ex Bonis menſæ Regiæ ortæ eo trahi non poſſint, licitum tamen eſt Capitaneis, Nobilem ad hæc judicia deferre, ſi damnum aliquod Bonis Regiis intulerit. Item Subditi Regii in pagis citare poſſunt Nobilem ad judicium Terreſtre de damnis ſibi illatis cum aſſiſtentia Capitanei vel Tenutarii: Subditi verò Regii ex oppidis & Vrbibus ſine aſſiſtentia ſecundum Conſvetudinem. *Vid.* Januszov. *lib. V. Conſtitut. Part. I. tit. 2. pag. 408.* Ad hos terminos pertinent etiam Actiones Contractuum, ut & debitorum, quantacunque ſumma pecuniæ fuerit. Conſtitut. Sigismundi I. an. 1523. apud Januszov. *lib. V. Part. V. tit. 4. pag. 491.* Denique ad judicium Terreſtre pertinent, etiam injuriæ ſimplices. Sunt autem injuriæ ſimplices, quæ nulla Conſtitutione vel privatotorum conſenſu contra Judicium Terreſtre ad aliud quoddam judicium vel officium pertinent, ut explicat Theodorus Zawacki *in Proceſſu Judiciario Regni Polon. tit. ult.* In Pruſſia Regia ad judicia Terreſtria pertinere dicuntur omnes cauſæ Nobilium Civiles, in jure Correcto Nobilitatis Pruſſicæ *tit. V. num. 17.* Attamen limitationes hic quædam habentur, quas ex poſtea dicendis cogno-

Injuriæ ſimplices.

cognoſces. Non tantum autem Secularium cauſæ ex bonis Terreſtribus ortæ, his Judiciis Terreſtribus dijudicandæ relinquantur, ſed etiam Eccleſiaſtici ratione talium Bonorum ibidem forum habent. Ita namque Alexander Rex an. 1505. Radomiæ decrevit: *Spirituales pro bonis, ſive injuriis Bonorum juri communi ſubjectorum Jure Terreſtri experiantur.* apud Herburt. *in Statuto tit. Spirituales pag. 453.* Ita etiam non ita pridem conſtitutum eſt, ut in Lithvania Eccleſiaſtici ratione Bonorum Terreſtrium in judicio Terreſtri compareant, deinde verò cauſas ſuas per appellationem ad Tribunal devolvant. *Vid. Conſtitut. An. 1678. inter Conſtitut. Lithvan. pag. 19.* Vrbes etiam, quæ Bona Terreſtri jure poſſident, ut & privati Cives in urbe Cracovienſi, Vilnenſi & aliis, qui bona Terreſtria ſibi acquirunt, ratione illorum in hoc judicio forum agnoſcant oportet. De Pruſſicis autem Vrbibus majoribus infra erit agendi locus.

Judicii Terreſtris aſſeſſores.

III. Aſſeſſores hujus Judicii Terreſtris in Regni Poloniæ & Magni Ducatus Lithvaniæ Diſtrictibus ſunt *Judex, Subjudex* & *Notarius*, qui omnes dicuntur *Terreſtres.* Cum aliquis horum trium decedit, vel ad majorem dignitatem evehi-

vehitur, ſignificat hoc ipſum Nobilitas illius Diſtrictus Palatino, vel in abſentia ejus Caſtellano primario illius Palatinatus vel terræ. *Conſtitut. an. 1588. pag. 460.* In Magno Ducatu Lithvaniæ jubetur hoc ipſum indicari Regi, ſi ipſe præſens eſt. *Statut. Lithvanicum cap. IV. art. 1.* Palatinus, vel in defectu ejus Caſtellanus illius Palatinatus primarius, intra ſex hebdomadarum ſpacium poſt ceſſum vel deceſſum dicti Judicis, vel Subjudicis, vel Notarii, convocat Nobilitatem ad locum Electionis, ſeu locum Judicii exercendi conſuetum. Ibi Nobilitas quatuor idoneos viros Nobiles poſſeſſionatos in illa terra ex ſuo medio eligit, eosque Regi commendat, ex quibus deinde Rex unum, quemcunque libuerit, confirmat. Extant hac de re Conſtitutiones non paucæ Alexandri, Sigiſmundi I. II. & III. Regum, quas collectas habes apud Januſzovium *lib. V. Conſtitut. Part. V. tit. IV. pag. 485.* Hi Judices, ſubjudices & Notarii recens electi, jurant in primis Terminis coram Palatino vel Caſtellano, vel in horum abſentia coram aliis Magiſtratibus Terreſtribus & Nobilitate ex Conſtitutione Sigiſmundi I. An. 1519. apud Januszov. *l. c. pag. 486.* & Herburt. *in Statut. tit. Judex, pag. 226.* Hoc autem in

Electio horum aſſeſſorum.

Iusjurandum aſſeſſorum.

Incompatibilia.

in legibus cavetur, ne viri Eccleſiaſtici, item Palatini, Caſtellani, Marſchalci, Succamerarii, Capitanei cum Jurisdictione, Vexilliferi aliique jam in Officio Terreſtri aut Caſtrenſi conſtituti ad judicium, Subjudicium & Notariorum Terreſtrium munera ſive officia admoveantur. Extant hanc in rem Conſtitutiones Vladislai Jagellonis de An. 1422. Sigiſmundi Anno 1538. aliæque, quas apud Herburtum *loc. cit.* & in Statuto Lithvanico *ad cap. 1. art. 1.* citatas invenies. Recentioribus tamen legibus Subjudicibus Terreſtribus aditus ad Officia Caſtrenſia conceſſus eſt, ita ut ea ſimul cum munere ſuo ſimul habere poſſint. *Conſtit. an. 1659. pag. 45.* Præter dictos tres, nempe Judicem, Subjudicem & Notarium Terreſtrem, aſſidebant olim in Regno habebantque in Judiciis Terreſtribus facultatem ſententiæ cum cæteris ferendæ duo Camerarii, quorum alter erat Judicis, alter Subjudicis; item alii duo Camerarii, alter Palatini, alter Succamerarii. Vide Conſtiturionem Vladislai Jagellonis apud Januszov. *lib. V. Part. V. tit. 1. pag. 453.* Sed jam Judex, Subjudex, & Notarius ſoli jus ſententiæ dicendæ habent. *Vid. conſtitut. an. 1616. tit. o Komornicach.* Uno horum judicum abſente non poſſunt in

Camerarii duo.

Regno

Regno Judicia Terreſtria exerceri, teſte Theodoro Zawacki *in Proceſſu Judiciario tit. 12.* In Magno Ducatu Lithvaniæ uno Judicum abſente ob morbum aut Legationem aliquam, licet reliquis Aſſesſoribus tertium ad tempus abſenti ſubſtituere, ut eſt in Statuto Lithvanico *cap. IV. art. 4.* Si Judex, vel Subjudex, vel etiam Notarius ipſe in judicio, cujus membrum eſt, actionem habet, poteſt ſibi alium quendam Nobilem in illa terra posſeſſionatum ſubſtituere, ſine ulla ſurrogatione Regia, qui nobilis etiam injuratus admitti debet ex Conſtitut. Sigismundi Auguſti an. 1557. *pag. 9. ſeq.* Hæc ita conſtituta ſunt in Regno & Magno Ducatu Lithvaniæ. Sed in Pruſſia notabiles quædam differentiæ hic occurrunt. Præter judicem & Notarium asſident huic judicio octo Scabini, Nobiles, poſſeſſionati & jurati, qui Polonice vocantur *Lawnici*, aut etiam *Sadowi*. In Palatinatu Culmenſi inter illos octo Scabinos ſunt etiam duo Conſulares Viri ex Civitate Thorunenſi. *Vid.* Jus, Terreſtre Nobilitatis Pruſſ. *tit. V. num. 21.* Quando ibidem eligendus eſt judex, vel Scabinus, vel Notarius, tum Palatinus Nobilitatem convocat in locum conventibus Particularibus deſtinatum: In Pala-

Vno judicum abſente judicia Terreſtria exerceri nequeunt.

In Pruſſia qui ſint Aſſeſſores judicii Terreſtris.

Electio judicum & Scabinorum ut & Notarii.

tinatu vero Pomeraniæ & in Terra Michalovienſi in loca, in quibus judicia Terreſtria exerceri conſueverunt. Ibi Nobilitas pluribus calculis eligit judicem, vel Scabinum, vel Notarium. In electione judicis requiritur Confirmatio Regia: Scabini vero & Notarii electi etiam ſine confirmatione Regis ad judicia admitti jubentur. *ibid. num.* 15. & 17.

Electio Scabini ex Magiſtratu Thorunenſi.

Quando in Palatinatu Culmenſi Scabinus eligendus eſt ex Thorunenſi urbe, tunc omnium Conſulum & Præconſulum nomina Nobilitati Kowaleviam transmittuntur, ut ex toto Magiſtratu Thorunenſi Nobilitas plurium ſuffragiis unum eligat. Etiamſi autem ſint octo Scabini in Judiciis Terreſtribus Prufficis, tamen in aliorum abſentia tres ad Judicia adminiſtranda ſufficiunt. *ibid. num.* 22. Superiore Seculo Judiciis Terreſtribus in Pruſſia Palatini etiam Pruſſici, quisque in ſuo Palatinatu ſimul cum Judice præſidebant, quemadmodum. Cromerus in ſua Pruſſiæ deſcriptione teſtatur: ſed diſtinctis poſtmodum in jure correcto judiciis, hic mos jam exolevit.

Loca judiciorum Terreſtrium.

IV. Quod ad loca Judiciorum Terreſtrium, ut & tempora eorundem attinet, illa recenſet Cromerus *lib. II. Deſcript. Polon. pag.* 182. & *ſeqq.* Sed quoniam ſucceſſu

ceſſu temporis quædam ſunt mutata per Conſtitutiones præcipue Stephani & Sigiſmundi III. aliorumque Regum; propterea ex Theodori Zawacki Proceſſu judiciario Regni Poloniæ quem anno 1619. ſcripſit, & ex Alberti Madalinski Inventario Conſtitutionum Polonicarum, quod anno 1632. edidit, loca & tempora Judiciorum Terreſtrium recenſebimus, ita tamen, ut & recentiores ſubinde mutationes non omittamus. Habentur ergo Judicia Terreſtria: I. IN MAJORE POLONIA.

PALATINATVS POSNANIENSIS habet terminos Terreſtres.

Poſnaniæ, primos feria ſecunda poſt feſtum S. Bartholomæi, ſecundos poſt feſtum Nativitatis B. Virginis.

Koſtæ, à Poſnonienſibus Terminis ſemper poſt duas hebdomadas.

Wſchoviæ, à ſingulis koſtenſibus poſt hebdomadam unam.

PALATINATVS KALISSIENSIS habet Terminos.

Caliſſiæ, primos die Lunæ ſive feria ſecunda poſt Dominicam Exaudi, ſecundos die lunæ poſt feſtum Michaelis.

Conini, primos poſt feſtum SS. Trinitatis, ſecundos à Caliſſienſibus, qui

poſt S. Michaelis exerceri ſolent, poſt duas hebdomadas.

Gneſnæ, ſemper una hebdomada poſt terminos Coninenſes.

Kczyni, una ſemper hebdomada poſt Gneſnenſes.

Nacli, primos die lunæ, ſive uſitato in praxi nomine feria ſecunda poſt terminos Kczynenſes una hebdomada elapſa: ſecundos die Jovis eadem hebdomada cum Kczynenſibus.

PALATINATVS SIRADIENSIS habet Terminos.

Siradiæ, primos poſt Trium Regum feria ſecunda: ſecundos feria ſecunda poſt Dominicam conductus; tertios feria ſecunda poſt Nativitatem B. Virginis.

Schadkoniæ, una ſemper hebdomada poſt Siradienſes.

Piotrkoviæ, una ſemper hebdomada poſt Schadkovienſes die lunæ, ſive ut praxis forenſis in Polonia vocat, feria ſecnnda.

Radomiæ, una ſemper hebdomada poſt Piotrkovrenſes die Lunæ.

TERRA WIELVNENSIS ad Siradienſem Palatinatum pertinens.

Wieluni, à ſingulis Siradienſibus poſt duas hebdomadas. *Oſtryſ-*

Digitized by Google

Oſtryszoviæ, à ſingulis Wielunenſibus poſt unam hebdomadam.

PALATINATVS LANCICIENSIS habet Terminos.

Lanciciæ, feria ſecunda, poſt S. Agnetis, ſecundos feria ſecunda poſt Aſcenſionis, tertios feria ſecunda poſt S. Michaelis.

Brzezini, à Lanciciensibus ſemper poſt duas hebdomadas.

PALATINATVS BRESTENSIS habet terminos ex Conſtitut. An. 1678. *p. 38.*

Breſtæ, quo etiam pertinent Diſtrictus Covalienſis & Prædecenſis, primos die Lunæ poſt S. Joannis, ſecundos poſt Nativitatis B. Virginis, tertios primo die Martis poſt S. Agnetis.

Radzieiovia, quo pertinet Diſtrictus Cruſcicienſis.

TERRA DOBRSYNENSIS habet terminos:

Dobrini, primos die Martis ſive feria tertia poſt Dominicam Invocavit: ſecundos die Martis ante S. Joannis, tertios die Martis poſt S. Matthæi.

Lipnæ, primos & ſecundos habet poſt octiduum, tertios vero primo die Lunæ poſt tertios Dobrinenſes.

Ripini, eodem modo ut Lipnenſes. Conſtit. An. 1593. *p.* 647.

PALATINATVS INOWLA DISLAVIENSIS omittitur à Madalinio. Cromerus tamen dicit, haberi ibidem terminos.

Inovladislaviæ, *Bidgoſtiæ*. } Vid. Conſtit. An. 1581, *p.* 375. *ſeq.*

PALATINATVS PLOCENSIS habet terminos.

Plociæ, primos poſt Dominicam Vocem Juc. ſecundos die lunæ poſt feſtum S. Crucis, tertios die Lunæ ante S. Agnetis.

Rancionſii proximo die Mercurii ſive feria quarta poſt feſtum Pentecoſtes.

Plonſci die lunæ poſt SS. Trinitatis.

DISTRICTVS ZAWKRZEVIENSIS habet proprium Judicem & terminos.

Srenſci, primos die Lunæ poſt feſtum Corporis Chriſti, ſecundos poſt S. Lucæ, tertios die Lunæ poſt Dominicam Invocavit. Alii Diſtrictus more ſolito.

PALATINATVS MASOVIÆ habet terminos Terreſtres:

In terra CZERSCENSI.

Czerſci, primos feria ſecunda poſt miſericordias, ſecundos feria ſecunda poſt

poſt Joannis Baptiſtæ, tertios feria ſecunda poſt Franciſci.

Groiciæ, altera poſt Czerſcenſes terminos| hebdomada, die mercurii & Jovis ſive feria quarta & quintâ.

Warcæ altera, poſt Czerſcenſes hebdomada, die Lunæ & Martis.

Garwolini, altera poſt Czerſcenſes hebdomada, die Jovis & veneris.

In terra WARSZAVIENSI.

Warſaviæ, primos feria ſecunda poſt Invocavit, ſecundos poſt Trinitatis, tertios poſt Franciſci,

Bloniæ, proxima hebdomada die lunæ poſt Varſavienſes terminos.

Tarczyni, proxima hebdomada poſt Bolonenſes.

In terra WISNENSI

Viſnæ, die Martis poſt S. Stanislai, ſecundos die Martis poſt S. Matthiæ, tertios die Martis poſt S. Matthiæ, tertios die Martis poſt trium Regum.

Wonſoſſiæ, poſt duas hebdomadas à Wiſnenſibus terminis.

Radzieloviæ, duabus hebdomadis poſt Wonſoſſienſes. Etiamſi autem Viſnenſes non judicarentur, tamen Wonſoſſienſes & Razielovienſes judicari debent Conſtitut. An. 1616. pag. 25.

 In

In terra WISSOGRODIENSI.

Wiſſogrodiæ, proximos poſt Dominicam Quaſimodogeniti Martis, ſive feria tertia. Secundos die Martis poſt Feſtum Corporis Chriſti, tertios die Martis poſt S. Michaelis

In terra ZAKROCIMENSI

Zacrocimi, primos die Mercurii ſive feria quarta poſt Invocavit, ſecundos feria quarta poſt SS. Trinitatis, tertios poſt S. Matthæi itidem feria quarta.

In terra CIECHANOVIENSI

Sachocini, primos die lunæ poſt S. Matthæi, ſecundos die lunæ poſt S. Bartholomæi, tertios poſt Trium Regum die Lunæ.

In terra LOMZENSI

Lomzæ, primos poſt Reminiſcere die Lunæ, ſecundos poſtridie SS. Trinitatis, tertios poſt S. Matthæi

Kolnæ, primos die Veneris ſive feria ſexta poſt Lætare, ſecundos die Jovis poſt S. Johannis, tertios die Jovis poſt S. Lucæ.

Ziembroviæ, qui diſtrictus cum Diſtrictu Oſtrolencenſi proprium habet judicem, primos feria ſecunda ſive die Lunæ ante S. Nicolai, ſecundos

feria

feria ſecunda poſt Viſitationis, tertios poſt Reminiſcere.

Oſtrolencæ, primos die Martis poſt Reminiſcere, ſecundos die Martis poſt Petri & Pauli, tertios die Martis ante S. Nicolai. *Diſtrictus hi, Zembrovienſis & Oſtrolencenſis habent ſimul unum Judicem.*

In terra ROZANENSI.

Rozani, primos poſt Dominicam Invocavit, ſecundos die lunæ poſt Corporis Chriſti, tertios die lunæ poſt S. Michaelis.

Makoviæ, Hi termini Rozanenſes terminos ſequuntur poſt quatuor hebdomadas.

In terra LIVENSI,

Livæ, primos die Jovis poſt SS. Trinitatis. Secundos die Jovis poſt S. Hedwigis, tertios poſt. S. Agnetis.

IN TERRA NVRENSI.

Nuri, primos poſt Circumciſionis Domini die Martis, ſecundos die Martis poſt Dominicam Quaſimodogeniti, tertios die Martis ſive feria tertia poſt S. Matthæi.

Camenециæ, primos feria ſecunda poſt Purificationis Mariæ, ſecundos poſtridie SS. Trinitatis, tertios feria ſecunda poſt S. Simonis.

Oſtro-

Oſtroviæ, feria tertia poſt Dominicam Lætare, ſecundos feria tertia poſt S. Joannis tertios feria tertia ſive die Martis poſt S. Eliſabethæ.

PALATINATUS RAVENSIS habet Terminos Terreſtres.

In diſtrictu RAVENSI *Ravæ*, primos feria ſecunda poſt Reminiſcere, ſecundos poſt Pentecoſtes, tertios poſt Michaelis.

In diſtrictu SOCHACZOVIENSI.

Sochaczoviæ primos feria tertia poſt Corporis Chriſti, ſecundos poſt feſtum undecim millium Virginum, tertios ſecundum morem antiquum poſt feſtum aſſumptionis B. Virginis feria tertia.

Mſzczonoviæ, ſemper duabus hebdomadis elapſis poſt terminos Sochaczovienſes.

In diſtrictu GOSLINENSI.

Goslini, primos feria ſecunda poſt Dominicam Oculi, ſecundos poſt octavam Corporis Chriſti, tertios poſt S. Michaelis.

Gombini, ſemper à Goslinenſibus hebdomada proxima.

PALATINATUS CULMENSIS habet terminos Terreſtres.

In ipſo Palatinatu Culmenſi.

Raczi

Radzini, primos poſt feſtum Corporis Chriſti.

Thorunii, ſecundos feria ſecunda poſt S. Hedvigis.

In terra MICHALOVIENSI.

Brodniciæ, *Neoſori*, { alternatim, ſeptimana una poſt Culmenſes.

PALATINATVS MARIÆBVRGENSIS habet Terminos Terreſtres.

Stumæ, primos feria ſecunda poſt Conductus Paſchæ, ſecundos feria ſecunda Lamberti.

PALATINATVS POMERANIÆ, habet Terminos.

Dirſavienſes, *Dirſaviæ*, primos feria ſecunda poſt Circumciſionis, ſecundos feria ſecunda poſt S. Lucæ.

Svecenſes *Sveciæ*, duabus hebdomadis poſt Dirſavienſes.

Tucholienſes *Tucholiæ*, una hebdomada poſt Svecenſes.

Schlochovienſes *Schlochoviæ*, una hebdomada poſt Tucholienſes.

Mirachovienſes *Mirachoviæ*, una hebdomada poſt Schlochovienſes.

Pucenſes *Pucki*, una ſemper hebdomada poſt Mirachovienſes. *Conſ. Conſtitut. an. 1638. pag. 40.*

II. IN POLONIA MINORE.

PALA-

PALATINATVS CRAGOVIENSIS habet unum Judicem, qui judicat.

Cracoviæ, 1. Feria ſecunda poſt Circumciſionis. 2. Poſt invocavit. 3. poſt Trinitatis. 4. poſt Michaelis, ſemper feria ſecunda.

Proſſoviæ, una hebdomada poſt Cracovienſes terminos.

Xianſiæ feria quinta, una hebdomada poſt Proſſovienſes.

Leloviæ feria ſecunda poſt Xianſenſes.

Czchoviæ feria tertia poſt unam hebdomadam à Lelovienſibus.

Bieciæ feria ſecunda poſt Czchovienſes. Si Czchovienſes vel Biecenſes termini in feſtum Paſchatos incidant, haberi debent feria ſecunda poſt Dominicam Conductus.

Ducatus OSWIECIMENSIS & ZATORIENSIS habet Terminos.

Zatoriæ, quater in anno, nempe quavis feria ſexta inter dies quatuor temporum. Habent hi Ducatus proprium judicem.

PALATINATVS SANDOMIRIENSIS habet unum judicem, qui judicat.

1. *In Sendomirienſibus* diſtrictibus feria ſecunda poſt feſtum S. Priſcæ.
2. *In Radomienſibus* diſtrictibus feria ſecunda poſt Dominicam Reminiſcere.

3. *In*

3. *In Sendomirienſibus* Diſtrictibus feria ſecunda poſt Conductus Paſchæ.
4. *In Radomienſibus* feria ſecunda poſt Corporis Chriſti.
5. *In Sendomirienſibus* feria ſecunda poſt S. Matthæi.
6. *In Radomienſibus* poſt 5. Martini Pontificis. *Vid. Conſtitutio Anno 1685. pag. 12.*

In terra STEMCICENSI proprium, habent judicem, qui judicat.

Stenciciæ. 1. feria ſecunda poſt Conductus. 2. feria ſecunda poſt S. Matthæi. 3. feria ſecunda poſt Invocavit.

PALATINATVS RVSSIÆ habet aliquot judices, nimirum.

In LEOPOLIENSI terra eſt judex, qui judicat.

Leopoli, 1. feria quinta poſt trium Regum. 2. feria quinta poſt S. Johannis. 3. feria quinta poſt S. Michaelis.

Zydaczoviæ, 1. poſt Leopolienſes hebdomadis tribus & dimidia, ita ut feria ſecunda incipiantur. 2. feria ſecunda poſt Dominicam Miſericordias. 3. feria ſecunda poſt S. Hedvigis. *Vid. Conſtitut. anno 1647. pag. 17.*

In PRÆMISLIENSI terra unus eſt judex, qui judicat.

Præ-

Præmisliæ, 1. feria tertia poſt Agnetis. 2. feria tertia poſt Conductus. 3. feria tertia poſt Margaretæ. 4. feria tertia poſt Lucæ.

Przeworſciæ, 1. poſt primos terminos Præmislienſes tribus hebdomadis. 2. feria tertia poſt Cantate 3. feria tertia poſt Petri vinculati 3. feria tertia poſt Martini.

In SANOCENSI terra unus eſt judex, qui terminos habet.

Sanoci 1. feria tertia poſt S. Dorotheæ. 2. poſt Trinitatis 3. feria tertia poſt S. Michaelis.

In CHELMENSI terra unus judex judicia exercet.

Chelma, 1. feria ſecunda proxima ante Agnetis. 2. feria ſecunda poſt Philippi & Jacobi. 3. feria ſecunda ante octavam Corporis Chriſti. 4. feria ſecunda ante Nativitatem B. Virginis.

Craſnoſtaviæ quater judicia exercentur, ſemper duabus hebdomadis poſt Chelmenſes.

In HALICIENSI terra judex unus judicat.

Haliciæ, 1. feria ſecunda poſt Purificationis. 2. feria ſecunda poſt Jubilate, 3. poſt Martini feria ſecunda.

Trem-

Trembowliæ, duabus ſemper hebdomadis poſt Halicienſes. Habebantur etiam antea Termini Koloniæ, qui tamen Haliciam tranſlati ſunt.

PALATINATVS PODOLIÆ habet Terminos Terreſtres.

Camenecie, 1. feria quinta poſt Invocavit. 2. Poſt Stanislai feria quinta. 3. Poſt omnium Sanctorum feria quinta. *Vid. Conſtitut. an. 1677. pag. 18.*

Laticzoviæ, tribus ſemper hebdomadis poſt Camenecenſes, per eundem judicem. *Conſtitut. an. 1641. pag. 32. ſeq. tit. Roki Ziemskie Latyczowskie.*

PALATINATVS LVBLINENSIS habet Terminos.

Lublini, 1. feria ſecunda poſt Franciſci. 2. feria ſecunda poſt Circumciſionis. 3. feria ſecunda poſt Dominicam Invocavit. *Conſt. an. 1635. p. 38. & an. 1631.*

Urzedoviæ, à Lublinenſibus poſt duas hebdomadas.

TERRA LVKOVIENSIS habet proprium judicem qui judicat.

Lukoviæ. 1. feria ſecunda poſt trium Regum 2. feria ſecunda poſt octavas Corporis Chriſti. 3. feria ſecunda poſt lucæ. *Conſtitut. An. 1635. p. 46. tit. Przelozenie.*

Digitized by Google

PALATINATVS BELZENSIS habe[t]
Terminos unus judex.

Belzæ, 1. feria ſecunda poſt trium Re-
gum. 2. feria ſecunda poſt Alberti
3. feria ſecunda poſt S. Johannis. 4
feria ſecunda poſt S. Hedvigis.

Grabovecjæ, duabus ſemper hebdomadi[s]
à Belſenſibus. *Hrodlenſes* Termin[i]
Conſtitutione An. 1616. *pag.* 25. Gra-
boveciam tranſlati ſunt ut ſimul &
iisdem temporibus judicentur.

TERRA BVSCENSIS proprium habe[t]
judicem, qui judicat.

Buſci, ſemper à Belſenſibus poſt unam
hebdomadam.

PALATINATVS PODLACHIÆ habet
judices in ſingulis terris.

In terra DROHICIENSI judicat unus
judex.

Drohiciæ, 1. feria ſecunda proxima poſt
S. Michaelis. 2. feria ſecunda pro-
xima poſt Circumciſionis. 3. feria
ſecunda poſt SS. Trinitatis.

Miedzileſſiæ, ſemper una hebdomada
poſt Drohicienſes Terminos. Con-
ſtitut. an. 1631. *p.* 29. *tit. Rokiziemskie*
& Conſtit. an. 1678. *pag.* 31.

In terra MIELNICENSI habentur Ter-
mini.

Mielı

Mielnici, 1. feria ſecunda proxima ante S. Michaelis. 2. poſtridie feſtum S. Agnetis. 3. Feria ſecunda poſt S. Stanislai.

In terra BIELSCENSI judicat unus judex.

Branſci, 1. feria ſecunda proxima poſt Circumciſionis. 2. feria ſecunda poſt Conductus Paſchæ. 3. feria ſecunda poſt S. Michaelis.

Surazy, ſemper ſtatim poſt terminos Branſcenſes.

Tykocini, 1. poſt Martini. 2. poſt Invocavit. 3. poſt Trinitatis, ſemper ſecunda feria.

PALATINATVS KIOVIENSIS habet unum judicem, qui judicare debet.

Kiovia, ex Conſtitutione Anni 1607. *pag*. 854. & 1609. *pag*. 903. Sed Anno 1667. *p*. 17. *fin*. conſtitutum eſt ut Kiovienſes Termini celebrentur ZITOMIRIÆ & OWRVCIÆ, donec ad Regnum kiovia redeat.

PALATINATVS VOLHINIENSIS habet tres judices.

In Diſtrictu LVCEORIENSI.

Luceoria. 1. Circa trium Regum. 2. poſt SS. Trinitatis. 3. poſt S. Michaelis.

In Diſtrictu WLODIMIRIENSI.

Wlodimiriæ, tribus ſemper hebdomadis poſt terminos Luceorienſes.

In Diſtrictu Krzemenecenſi.

Kremeneciæ itidem tribus hebdomadis poſt terminos Wlodimirienſes.

PALATINATVS BRACLAVIENSIS habet terminos.

Winniciæ, 1. in craſtino Epiphanias. 2. in craſtino S. Trinitatis. 3. in craſtino ſive poſtridie S. Michaelis.

PALATINATVS CZERNICHOVIENSIS duos habet judices, quorum unus eſt in ipſo Palatinatu; alter in Diſtrictu Nowogrodcenſi, judicari igitur debent cauſæ Nobilium *Czernichoviæ* & *Novogrodci*, ita ut Novogrodcenſes poſt Czernichovienſes habeantur tribus hebdomadis.

TERRA LIVONICA terminos ſuos habet Düneburgi. *Conſt. anno 1673 pag. 24. & anno 1677. pag. 33.* Et quidem quotannis ter 1. in craſtino trium Regum. 2. in craſtino S. S. Trinitatis. 3. in caſtrino S. Michaelis.

II. IN MAGNO DVCATV LITHVANIÆ in ſingulis Palatinatibus ſingulisq; diſtrictibus ſingula ſunt judicia Terreſtria, ſed ſingula etiam duobus in locis exerceri viden-

tur

tur, ut colligo ex Conſtitutione Anni 1633. *circa fin. tit. Roki Ziemskie Reczychie.* Quantum autem ex Conſtitutionibus Regni ſciri poteſt WILKOMIRIENSIS Diſtrictus Terminos habet *Wilkomiriæ*, & *Onikszytis.* Conſt. Anno 1590. *p. 586.* RECZYCENSES termini *Reczysciæ* & *Robaczoviæ*, Conſtitut. Anno. 1633 *pag. 61. tit. Roki &c. SMOLENSCENSES* termini *Smolenſciæ* & *Neweliæ.* Conſtit. an. 1631. *p. 40. BRACLAVIENSES* termini in Palatinatu Vilnenſi *Braclaviæ* & *Dynemburgi*: ſed in hoc poſteriore loco tantum causæ inter Livones & Lithvanos intercedentes dijudicari debuerunt, ſecundum Conſtitutionem an. 1631. *pag. 40. tit. Spoſob czynienia Sprawiedliwosci.* De aliis judiciis vix quidquam in Conſtitutionibus occurrit. Hoc tamen frequenter legas quod termini Terreſtres SAMOGITIÆ habeantur *Roſienis*, VPITENSES *Poniewiziæ*. OSMIANENSES, Oſmianæ, LIDENSES Lidæ, WILNENSES Wilnæ, TROCENSES Trocis, GRODNENSES Grodnæ, POLOCENSES Polociæ; NOVOGRODENSES Novogrodei.

grodci. Sic etiam alii Diſtrictus & Palatinatus habent terminos in cognominibus ſibi urbibus, ut Wolkoviſciæ, Slonimi, Vitepſci, Orszæ, Breſtiæ, Pinſci, Mſcislaviæ, Minſci, Moziri, *Conf.* Statut. Lithvan. *cap. III. art. 6. & 7.*

In Lithvania bis tantum habentur termini.

Quoties in Lithvania termini terreſtres habeantur ex Conſtitutionibus vix haberi poteſt. Hoc tamen inde concluditur quod in plerisque Palatinatibus & Diſtrictibus tantum bis exerceantur: Primum enim ſoli Palatinatui Novogrodcenſi An. 1601. *pag. 761.* conceſſum eſt, ut ter exerceret judia Terreſtria, quod approbatum eſt. An. 1607. *pag. 862.* & quidem ut primi termini eſſent poſt SS. Trinitatis, ſecundi die S. Marci, tertii die omnium ſanctorum. In Lidenſi quoque Diſtrictu judicia Terreſtria ter haberi dicuntur in Conſtitut. an. 1633. *pag. 60. ſeq. tit. Roki Ziemskie Lidzkie.*

Iudicia Terreſtria exercentur etiam tempore Comitiorum.

Ad tempus etiam Terminorum Terreſtrium pertinet, quod in Comitiis Anni 1677. conſtitutum eſt, ut Judicia hæc Terreſtria & Caſtrenſia, exerceantur ſtatis temporibus, etiamſi in idem tempus incidant Comitia Regni generalia. Ita tamen ut illi, qui in Comitiis generalibus cauſam aliquam

aliquam habent, eximantur usque ad Conventum Poſt-Comitialem ſive ad Comitiola Relationum. Producere tamen illi à Marſchalco teſtimonium jubentur, quod Comitiis præſentes interfuerint. *Conſtitut. an. 1677. pag. 13.*

VI. Quod ad modum judicia hæc Terreſtria exercendi attinet, pauca quædam obſervabimus. Citationes mittuntur ad Reos per Miniſterialem (Polonice *Wozny* vocatur) quem ſolus Palatinus ejus loci inſtituit ex privilegio Caſimiri Magni An. 1368. conceſſo, & quem Palatinus jurejurando obſtringit, literisque inſtruit, quo ſecurius munere ſuo fungi queat. Confirmatur hoc etiam in Statuto Lithvanico *cap. IV. art. 8.* Cum igitur aliquis ad judicium Terreſtre citandus eſt, petit Actor à judicio Miniſterialem. Citatio ſcribitur hunc in modum: *Joannes III. Dei gratia Rex Poloniæ* &c. (Non ſcribitur integer Titulus) *Tibi generoſo N. N. de Bonis* &c. Vid. Zawacki *in Proceſſu loc. cit.* Sigillum addi debet Terreſtre ejus judicii, coram quo reus comparere debet. Joh. Nixdorff. *in Proceſſu Judiciario Part. I. pag. 59.* Conf. Jus Correctum Pruſſ. *tit. VI. num. 6.* Miniſterialis acceptis literis ad domum citandi ſeu ad portam ſaltem aulæ accepit, portam

Citationes ad judicia Terreſtria.

tam baculo pulſat, & clamando reum citat, literasque citatorias ei tradendo exponit citationis cauſam, & declarat ex cujus judicii mandato & ad cujus inſtantiam ipſum in jus vocet. *Conſtitut. Caſimiri Magni an. 1368* Miniſteriali ob ſecuritatem (in magno enim ſæpe verſantur periculo) & ob majorem fidem aliquis Nobilis aut etiam duo Nobiles ab Actore adduntur, quibus præſentibus citationem inſinuat aut Domino, aut ejus Tenutario, vel etiam Hortulano, publicando nihilominus citationis poſitionem in domo citati. *Conſtitut. an. 1523.* In villis vero deſertis poſſeſſoribus abſentibus citatio in lignum reciſum poſita terræque infixa publicatur, vel in aliqua villa viciniore vel in parochia ejusdem villæ deſertæ. Poſitio Citationis præcedebat antea terminum integra hebdomade, *ex Conſtituti modo citata:* jam autem conſtitutum eſt, ut relatio citationis poſitæ duabus hebdomadis ante judicia per miniſterialem inſcribatur actis proprii Diſtrictus. *Conſtitut. an. 1670. pag. 22. ſeq.* His miniſterialibus magna fides habetur à Judicibus, itidem ac Tabellionibus in Jure Civili Romano & Pontificio ut dicit Cromerus *lib. II. Deſcript. Polon. pag. 192.* Hi etiam jusjurandum teſtibus

Citatio per Miniſterialem & Nobiles inſinuatur.

ſolent

ſolent prælegere: hi mittuntur ad luſtranda vulnera, damna &c: Reliqua vide apud Theodor. Zawacki *in Proceſſu Judiciario.* Statut. Lithvan. *cap. IV. art. 10.* In Pruſſia idem fere circa citationes obſervatur quod in Regno. Nimirum eodem hic modo nomen Regium præponitur, Actoris deinde ac Regi prænomen & nomen ſujicitur, ſigilloque terreſtri Citatio illa conſignatur. Ponitur vero duabus hebdomadis ante terminum per Miniſterialem Terreſtrem in Bonis ejus qui citatur. Si abſens fuerit, domeſticis vel colonis inſinuatur, eisque denunciatur, in jus Dominum vocari. Sin citatus poſſeſſiones nullas habet, vel ipſi per Præconem in manum citatio traditur: vel ſi ejus copia haberi non poteſt, ad valvas templi ejus loci, in quo commorari eum conſtat, à Præcone affigitur, vel proclamatur, vel etiam hoc fit in parochia, in qua Bona aliquando posſedit. *Vid.* jus Terreſtre Correctum Nobilit. Pruſſicæ *tit. VI. num. 1. ſeqq.* Alia Citationum requiſita recenſet Nixdorff. *loc. cit.* Citationes in Pruſſia.

VII. Ad judicia Terreſtria referunt etiam Minores Poloni & Pruſſi judicium illud, quod dicitur POSITIO ACTORVM TERRESTIVM (Poloni *Xiag le-* Poſitio Actorum.

zenie vocant) De Palatinatibus Volhy-
nienſi, Kiovienſi & Braclavienſi, qui iti-
dem hæc judicia habent *Vid. Conſtitut. an.*
1601. pag. 744. O Lezeniu item an. 1607. pag.
854. an. 1647. pag. 17. Exercetur hoc ju-
dicium in illis locis, ubi judicia Terreſtria
exerceri ſolent: in Pruſſia vero jus Ter-
reſtre Correctum quædam loca omittit
tit. V. num. 24. Confer tamen Conſti-
tut. an. 1638. *pag. 40.* ubi etiam Gruden-
tum additur. Præſes hujus judicii Po-
lonia eſt Notarius Terreſtris (qui & in
Judiciis Terreſtribus locum & jus feren-
dæ ſententiæ habet) cum duobus Came-
rariis, quorum alter eſt judicis, alter ſub-
judicis. *Conſtitut.* anni 1616. *pag. 28. tit. O*
Komornikach. In his judiciis inſcriptio-
nes, Recognitiones, extractus, quietatio-
nes fiunt. *Vid. Volum. Legum. pag. 403.*
Judicant etiam dicti judices de tollenda
ſumma de Bonis obligatis (O Wykupno)
ex Conſtitut. Joannis Alberti an. 1496.
apud Januszov. *lib. V. Part. 5. tit. 5. pag.*
494. Addit Theodorus Zawacki cauſam
de ſervo profugo, quæ ad hoc judicium
pertinet, *in Proceſſu judiciario tit. 12. pag.*
217. Conf. Conſtitut. *An. 1647. pag. 17.* &
de Pruſſicis Actorum Poſitionibus Con-
ſtit. an. 1638. *p. 40.* Formula Citationum
eſt: *Quatenus coram judicio Terreſtri vel*
poſitio-

Aſſeſſores hujus judicii.

poſitione Actorum Terreſtrium legitime compareas. Vid. Zawacki *loc. cit.*

VIII. Deinde progredimur ad IVDICIA CASTRENSIA (*Sady Grodzkie*) & quidem ad ea primo, quæ in Polonia vocantur CAPITANEALIA, quia a Capitaneis exercentur: in Pruſſia vero PALATINALIA, quia Palatinis ibidem competunt. Vulgo Polonice hoc judicium Capitaneale vocatur *Juridika*. Præſes horum judiciorum in Regno eſt Capitaneus cum jurisdictione: in Pruſſia vero Palatinus. In Magno Ducatu Lithvaniæ quisque Palatinorum in ſuo Palatinatu eſt Capitaneus. Diſtrictus vero Palatinatibus adjuncti, proprios habent Capitaneos cum jurisdictione, qui judicia illa exercent. *Vid.* Statutum Lithvanicum *cap. 4. art. 30.* Capitaneus igitur in Regno judicare debet cauſas per ſeipſum: ſi autem aliquot legale impedimentum interceſſerit, conſtituere jubetur Judicem, Nobilem & poſſeſſionatum in eodem illo Capitaneatu domicilium ſuum habentem. *Conſtitut. an. 1496. & 1562.* apud Januszovium *lib. V. Conſtitut. Part. IV. tit. 2. pag. 433. & 434.* Quodſi autem diuturno morbo, Capitaneus aborat, aut peregre profectus eſt, tum ipſi in Comitiis datur Surrogator ad tempus, de quo jam

Judicia Caſtrenſia.

ized by Google

jam ſupra egimus. Tanta eſt Capitanei auctoritas, ut ſi quis coram ipſo aliquem vulneraverit, eodem modo puniatur, ac ſi id in facie Regis feciſſet. Theod. Zawacki *in Summa Legum. tit. Capitanei cum Jurisdictione.* Ut autem legitimus aliquis ſit Capitaneus cum jurisdictione, nonnulla in eo requiruntur ſecundum leges, quæ paucis delibabimus. Capitaneus nimirum poſſeſſionatus ſit neceſſe eſt in eadem terra, in qua officio Capitanei fungitur; quod non adeo ſtricte requiritur in eo Capitaneo, qui eſt ſine jurisdictione ſeu in Tenutario Bonorum menſæ regiæ. Conſtitut. an. 1562. *pag.* 24. an. 1613. *pag.* 33. Deinde Capitaneatus cum jurisdictione non debent dari, niſi ætate & diſcretione vigentibus. *Conſtitut. an.* 1589. *pag.* 529. *& anno* 1607. *pag.* 831. Præterea duos Capitaneatus cum jurisdictione ne quis habeat, cavetur *Conſtitutione anni* 1562. *pag.* 23. Dantur tamen hic quædam exceptiones, nempe in Generalatu Majoris Poloniæ, de quo jam ſupra: item in Capitaneo Camenecenſi & Lanticzovienſi *Conſtit. an.* 1581. *pag.* 376. Porro Capitaneus non poteſt eſſe ſimul Palatinus, Caſtellanus, Judex, Subjudex, vel Notarius Caſtrenſis in eo Diſtrictu in quo eſt Capitaneus. Excepimus tamen

Requiſita Capitanei.

jam

jam ſupra Capitaneum Cracovienſem, Kiovienſem, Czernichovienſem & Palatinatus Lithvanicos, de quibus videatur *cap. III. num. 16.* Sed regredimur ad judicia Caſtrenſia, in quibus notamus, quod etiam Notarii Caſtrenſes poſſeſſionati & jurati in Regno & Pruſſia eſſe debeant. *Vid. Conſtitut. 1565. pag. 102. an. 1589. pag. 517. an. 1609. pag. 909. an. 1611. pag. 31. an. 1989. an. 1616. pag. 25.* In quibusdam tamen Palatinatibus & Diſtrictibus ſufficit, ſi Notarii Caſtrenſes ſint jurati, etiamſi non ſint poſſeſſionati, ut in Breſtrenſi & Inovladislav. Palatinatibus, item in Kaliſſienſi & Poſnanienſi Diſtrictibus, ſecundum Conſtit. an. 1565. *p. 102.* Quod ad loca attinet judiciis Caſtrenſibus deſtinata, illa ubiq; ſunt in caſtris, à quibus Capitanei cum jurisdictione denominantur. In Pruſſia autem, cum ad Palatinum judicia ex toto Palatinatu pertineant, pro lubitu olim ſolebant eadem habere, donec anno 1611. *pag. 31.* conſtitutum eſt, ut in Palatinatu Culmenſi Kowaleviæ, in Mariæburgenſi Chriſtburgi, & in Pomeranico Skarszeviæ ſemper inpoſterum exercerentur, quod etiam hodie in uſu eſt.

Notarii Caſtrenſes quales eſſe debeant.

Pruſſicâ judicia Caſtrenſia ubi habeantur.

IX. Cauſæ, quas judicant Capitanei cum Jurisdictione in Judiciis Caſtrenſibus, jam ex Conſtitutione Wladislai Jagello-

Cauſæ ad judicia Caſtrenſia pertinentes.

gellonis Anno 1423. & ſequentium R-
gum ſunt tantum quatuor. Nimirum
primo Actio oppreſſionis mulieris ſive
actio ſtupri. Secundo Depravatio ſtra-
tæ ſive viæ publicæ. Tertio Incendium
& immiſſio ignis quarto invaſio violent
Domus. *Vid.* Januszov. *lib. V. Conſtit.*
Part. IV. pag. 430. ſeq. Herburt. *in Statu.*
tit. Capitaneus. pag. 59. Sed ſubſecutis tem-
poris plures aliæ cauſæ his judiciis add-
tæ ſunt. Nam ex Conſtitutione Sig-
ſmundi I. de anno 1540. judicant etiam
Capitanei in Polonia majore cauſas de
exemptione Bonorum. *Vid.* Januszov
lib. V. Part. V. tit. 4. pag. 494. ſeq. Porro Anno
1607. addita eſt Capitaneis judicanda
cauſa de raptu Virginum. *Vid.* Theod
Zawacki *in Proceſſ. Judic. tit. 12. pag. 217*
Præterea conceſſum eſt Capitaneis in Bel-
zenſi & Volhyniæ Palatinatibus, ut judi-
carent etiam ſubditos ex Regiis Boni
profugos, quod etiam receperunt Pala-
tinatus Sendomirienſis, Podoliæ, Lubli-
nenſis, Podlachiæ & Braclavienſis. *Vid.*
Conſtitut. Anni 1661. pag. 12. ſeq. Quod
ipſum Lithvanicis quoque Capitanei
conceſſum eſt Conſtitut. *anni 1667. pag. 79*
In Pruſſia amplior adhuc eſt Palatino-
rum, qui judiciis his Caſtrenſibus præ-
ſunt, jurisdictio, ut patet ex Jure Corre-

Et

ẞto *tit. V. num. 3. 8. 28.* nimirum omnes cauſæ criminales etiam ex Bonis terreſtribus fluentes, nimirum, ſi quis domum vel poſſeſſionem alicujus invaſerit, in publicis viis inſidias ſtruxerit, vim armata manu alicui intulerit, vulneraverit, vel occiderit, ad Palatini cognitionem illa pertinent. *conf. & num. 34.* Similiter in Lithvania ad judicia hæc Capitanealia referuntur, Deſpoliationes templorum, furta, incendia, veneficia &c. *Vid.* Statut. Lithvan. *cap. IV. art. 30.* Ratione eorum, qui judicantur, pertinent etiam ad judicia Caſtrenſia Nobiles impoſſeſſionati, ex Conſtitut. Sigiſmundi III. *an. 1588. pag. 465. ſeq.* Item Mercatores extranei in urbibus Regiis ad Nundinas accedentes. *Conſtitut. anno 1563. pag. 94.* Poro ad hæc judicia Capitanealia vocantur jure victi ad banniendum. Falſæ inſuper rei & alieno nomine aliquid recognoſcentes, tum ob non reſtitutionem arreſtatæ rei unius hebdomadæ ſpacio. Judicant tandem Capitanei ſine ſtrepitu juris otioſos, vagos, fures, profugos, judiciorum vel Conventuum violatores, infames, de Regno proſcriptos, ait Theodorus Zawacki *in Proceſſu judiciario tit. 12. pag. 217.*

X. Ci-

Citationes ad judicium Caſtrenſe.

X. Citationes ex his judiciis Caſtren-ſibus prodeunt non ſub nomine Regio ut ad judicia Terreſtria, ſed ſub nomin- Capitanei hoc fere modo: *N. Capitane- &c. Tibi Nobili &c. mandamus vigore Regi- & noſtra, qua in hac parte fungimur, auctori-tate.* Vel: *mandamus Regio & officii noſtri vi-gore.* In Maſovia autem nomen Regium præponitur teſte Nicolao Chwalkovi- *lib. III. Jur. Publ. Pol. cap. 10. pag. 459.* Ci-tationis autem ad Capitanealia judicia factæ ſive poſitæ, per Miniſterialem in-ſcribi debet relatio duabus hebdomodi- ante terminum, ita ut exprimatur eſſen-tia citationis coram Actis proprii Diſtri-ctus, ſicut præſcribit Conſtitutio Ann- 1670. *pag. 22. ſeq.* In Jure Correcto Nobi-litatis Pruſſicæ Citatio ad judicia Palati-nalia poni jubetur una tantum hebdo-mada ante terminum *tit. VI. num. 9.* Si-gillum in Polonia ad ejusmodi Citatio-nes adhibetur Capitanei, in Pruſſia ver- Palatini. Jus Correct. *tit. VI. num. 6.* In Lithvanico Statuto lex ea ponitur, ut i- locis, ubi Palatini ſunt judices, Citatio-nes ſub ſigillo Palatini: ubi autem no- ſunt Palatini, ut ſub ſigillo Capitane- non tamen ejus Vicesgerentis, mittan-tur. *Vid.* Statut Lithvan. *cap. 4. art. 34. pag.* 326. Poſſunt hæc judicia haberi etiam

tem

tempore Comitiorum, per Conſtitutionem Anni 1677. *pag.13.*

XI. Ad judicia Caſtrenſia referimus etiam illud judiciorum genus, quod vocatur OFFICIVM CAVSARVM, ſeu QVERELARVM (Polonice *Skargi*, & *Roczki*) item Judicium VICECAPITANEALE: in Pruſſia autem VICE-PALATINALE dictum. Differunt hæc judicia à Caſtrenſibus, quia Querelæ ſunt de cauſis levioribus, judicia Caſtrenſia de gravioribus: Deinde etiam Querelæ ordinarie ſingulis duabus hebdomadis exercentur: judicia Caſtrenſia ſingulis ſex hebdomadis. Cromer. *in Deſcript. Poloniæ lib. 2. pag. 185.* In Pruſſia Judicia Palatinalia habentur ſingulis trimeſtribus: judicia autem Vice palatinalia ſingulis menſibus. *Jus Terreſtre Pruſſ. tit. V. num. 2. & 6.* Cauſæ quæ ad judicia Querelarum pertinent, ſunt ſequentes: 1. Diviſio Bonorum inter Fratres. 2. Exdotatio & Proviſio Sororum. 3. Violenta expulſio de Tenuta. 4. Pœna trium marcarum abacti vel vagi, & ad fidejuſſoriam cautionem non extraditi pecoris. 5. ad inſcriptionem. 6. de famulo absque literis teſtimonialibus à priori Domino obtentis ſuſcepto. 7. de pœnalibus actionibus, ut de pœna trium marcarum:

Officium Querelarum.

Cauſæ ad judicium Querelarum pertinentes.

Digitized by Google

rum: de vadio Capitaneali centum viginti marcarum ob non factam diviſionem. 8. de teloneo inique extorto. 9. de non ſoluta Contributione & fumalibus 10. de portatione pixidum ſeu bombardarum. 11. de recenti crimine, quod durat anno & ſex hebdomadis. 12. Quæ pro Executione remittuntur & aliæ privata lege huc pertinentes cauſæ. Theodorus Zawacki *in Proceſſu Judiciarlo Regni Polon. tit. 12. pag. 218.* Conf. Statut. Lithvan. *cap. IV. art. 30.* Officio Vice Capitaneali in Terra Varſavienſi conceditur etiam, ut judicet Nobiles non poſſeſſionatos & Plebeios extraneos; ſalva tamen appellatione Nobilium ad Tribunal & plebeiorum poſt Curiam in cauſis taxam 300. marcas excedentibus. *Conſtitut. an: 1658. pag. 42. ſeq.* In Pruſſia omnes cauſas, quas judicant Vice-Palatini, poſſunt etiam judicare Palatini. Jus Correct. *tit. V. num. 8.* Vice Palatini autem tantum judicare poſſunt cauſas Civiles, recognitiones quoque atque inſcriptiones quaſcunque recipiunt & rem judicatam exequuntur. *ibid. tit. V. num. 3.* Libri Actorum Caſtrenſium à Joanne Alberto Rege aſſervari jubentur ſub tribus clavibus, quarum unam Palatinus, alteram Judex illius terræ, ubi eſt Capitaneatus & tertiam Capitaneus

Libri Caſtrenſes quomodo ſerventur.

taneus habeat. Conſtit. Joan. Alb. an. 1496. apud Januszov. *loc. cit.* Herburt. *in Statut. voce: Actorum libri pag. 12.* Poſt ea tempora plurimæ leges poſitæ eſſe leguntur de Actorum tam Caſtrenſium quam Terreſtrium aſſervatione & ſecuritate, quas hic cumulare non attinet.

XII. Judicia SVCCAMERALIA ſunt de finibus regundis inter Bona Nobilium, præſidetque ipſis Succamerarius illius Palatinatus vel Diſtrictus, in quo limites ſunt conſtituendi. Quapropter etiam Succamerarius à Kojalovicio vocatur *ſupremus limitum cognitor*, Part. II. Hiſt. Lithv. *lib. VII. pag. 336.* Ab aliis vocatur *Prætor finium regundorum.* Agitantur quidem & in judiciis Terreſtribus, & in ſummis Tribunalibus Regni Poloniæ cauſæ finium regundorum inter Nobilet, ex Conſtitut. Sigiſmundi I. An. 1523. apud Januszov. *lib. V. Pars. II. tit. 3. pag. 414.* Herburt. *tit. Succamerarii Officium.* Hæc tamen Terreſtria & Tribunalia judicia ſunt tantum præparamentum futuri campeſtris judicii. Nam ſemper fit à judicio Terreſtri & Tribunalitio in cauſa finium regundorum remiſſio in campum, ubi Officium Succamerarius ſeſe exſerit. Citationem Succamerarii mittit ſub nomine proprio hoc modo fere conceptam:

Iudicia Succameralia.

Citationes ad Iudicium Succameraiales.

ptam: *N. Succamerarius &c: Tibi Nobili innoteſcimus, quatenus coram nobis aut Camerario noſtro &c:* Apud Stanislaum Lothowski reperimus hanc formulam: *Joannes, N. Succamerarius Terræ Sandomirienſis generalis &c: Tibi Nobili N. N. in N. hæredi de Bonis tuis generaliter omnibus mandamus vigore Regio & noſtro Succameriali qua in hac parte fungimur auctoritate, ut coram nobis ſeu offitio noſtro Succamerariali campeſtri &c: &c:* Citationi huic ſigillum Succamerarii imprimitur, ut docet Joh. Nixdorff. *in Proceſſ. Judic. Part. 1. pag. 95.* Limitibus conſtitutis Succamerarius Decreti ſui ſeriem per literas patentes judicio terreſtri ſignificat, quas literas à Succamerario per Actorem præſentatas Judicium Terreſtre ad Acta Terreſtria refert, ſive, ut vocant, acticat ad perpetuam rei memoriam. *Conſtitut. an. 1523.* Quilibet Succamerarius ad hanc functionem habet Camerarium ſuum à ſe conſtitutum, Nobilem & poſſeſſionatum, qui in judicio Terreſtri jurejurando obſtringitur, ut vult Conſtitutio anni 1569. *pag. 191.* Immo & ipſe Succamerarius debet eſſe juratus ſecundum Conſtitutionem anni 1588. *pag. 460.* Hic Camerarius à Succamerario conſtitutus vocatur Camerarius limitaneus (*Komornik Graniczny*) ad differen-

Camerarius Succamerarii.

ferentiam Camerariorum Terreſtrium, quorum unum judex, alterum ſubjudex Terreſtres conſtituunt, ut ſupra dictum. In Palatinatu Sendomirienſi & Siradienſi Succamerarii tot habent Camerarios limitaneos, quot ſunt Palatinatuum illorum diſtrictus. *Conſtitut. An. 1677. pag. 14.* Habet præterea Succamerarius Notarium ſuum, qui in Palatinatibus Sendomirienſi & Cracovienſi debet eſſe poſſeſſionatus in ſuo quisque Palatinatu. Conſtitut. an. 1631. *pag. 35. ſeq. tit. Sklep na.* Si de ipſius Succamerarii Bonis lis ſit, ſurrogare ſibi debet Succamerarium viciniorem, vel ejus Camerarium, vel alium aliquem judicem, qui itidem jurejurando obſtrictus eſſe debet, ut ipſe Succamerarius. *Conſtitut. 1601. pag. 737.* Si controverſia ſit de limitibus inter Bona Regia, vel inter Bona Nobilium & Regia, tunc conſtituuntur alii judices, ut paulo poſt dicetur. De Officio Succamerarii ſcripſit peculiarem librum Stanislaus Lochowski Notarius Caſtrenſis Opocznenſis, quem inſcripſit hoc modo: *Proceſſus Judiciarius Granicialis Regni Poloniæ, Cracoviæ An. 1641.* Hæc autem, quæ diximus, de Succamerariis Polonicis & Lithvanicis intelligenda ſunt. In Pruſſia enim Succamerarii ſunt Conſiliarii Terrarum Pruſ-

Notarius Succamerarialis.

Succamerarius proprios limites conſtituere nequit.

Succamerarii Pruſſici non exercent judicia limitanea.

 ſiæ,

ſiæ, neque judicia ulla exercent. Controverſiæ autem finium Regundorum in Pruſſia ad Judicium Terreſtre pertinent. In campum etiam ad limites cognoſcendos Judex ipſe Terreſtris cum duobus Scabinis exit. Vel ſi Judex ob valetudinem vel alia aliqua impedimenta adeſſe non poteſt, Scabinorum primus aut ſequens vices ejus obit. Reum autem hi citant hac fere formula: *Mandamus tibi, ut coram Nobis tanquam à judicio deputatis &c: Vid.* jus Terreſtre Correct. *tit. 7. num. 7. ſeqq.* Poſſunt hæc judicia exerceri etiam tempore Comitiorum, ut habet Conſtitutio Anni 1677. *pag. 13.*

Judicia Commiſſorialia.

XIII. Judicia COMMISSORIALIA ſunt itidem de finibus regundis, quando controverſia incidit Nobili cum fundo Regio. *Conſtitut. anno 1633. pag. 39.* Tunc enim à Rege mittuntur Commiſſarii, qui terminos conſtituant, additur tamen & his Succamerarius. Exercentur etiam Judicia hæc Commiſſorialia de exemptione Bonorum Regalium, de diviſione inter fratres aut par jus habentes, niſi de juribus obſtet controverſia, tunc enim ad Jus Terreſtre illud remittendum eſt. Requiruntur autem ad Commiſſionem tria: I. Commiſſio Regia, qua negotium competens certis viris committitur. II.

Requiſita Commiſſionis.

Man.

Digitized by Google

Mandatum Regium, quo Tenutario, ut coram ipſis compareat, mandatur. III. Innoteſcentia Commiſſionis Tenutario per Commiſſarios ſub ſigillis & ſubſcriptione manuum edenda. Et hæc Innoteſcentia una cum mandato per miniſterialem & duos Nobiles mitti debet ad Capitaneum ſive Tenutarium duabus hebdomadis ante terminum ad limites: ad redimenda vero Bona Regalia ſex hebdomadis eſt inſerenda & ad manus citandorum tradenda. Innoteſcentiæ Commiſſorialis formula eſt talis: *Nos N.* (Titulus Comiſſariorum ſcribitur) *Comiſſarii per Majeſtatem Regiam ad infraſcripta dati & ſpecialiter deputati vobis Generoſis N. N. &c. innoteſcimus præſentibus, oblatas nobis eſſe literas Commiſſionis &c.* Vid. Theod. Zawacki *in Proceſſ. Judic. tit. 12. pag. 222.* Citationes tales ſignantur ſigillo Commiſſariorum. Nixdorff. *l. c.* Verum quando controverſia incidit de finibus regundis non inter Nobiles, neque inter Nobilis alicujus & Regia Bona, ſed inser Bona utrinque Regia, tunc limites conſtituuntur non per Commiſſarios, ſed per REVISORES, qui quinto quoque anno elapſo in Comitiis electi ad Bona luſtranda mittuntur. Vid. Theod. Zawacki *loc. cit.* Conf. & Conſtit. An. 1647. *pag. 28.*

Formula Innoteſcentiæ.

Reviſores mittuntur ad Regia Bona diſlimitanda.

 XIV.

Digitized by Google

Termini generales olim habebantur.

XIV. A judiciis Terreſtribus dabatur olim Provocatio ad TERMINOS GENERALES, ſive ad COLLOQUIA (Polonice dicuntur *Wieca*, item *Rokiglowne*) & quidem ſi hæc Colloquia ante Comitia generalia incidebant. Habebantur ſingulis annis ſemel autumni tempore, in omnibus Palatinatibus.

Judices in terminis generalibus.

Judices hic erant Palatinus, Caſtellanus, Judex, Subjudex, Vexillifer cæterique Magiſtratus illius Palatinatus ex Conſtitut. Caſimiri Jagellonidis *anno 1454.* & Sigiſmundi I. *anno 1543.* Si quis ex his judicibus, ſive Palatinus, ſive alius quiſpiam morbo impeditus aberat, cogebatur in ſequentibus Colloquiis jurare, quod vera non vero ficta infirmitate fuerit impeditus. *Conſtit. Sigiſm. I. citata & Sigiſmundi Auguſti anno 1565. pag. 88. ſeqq.* In abſentia Palatini in his Colloquiis Caſtellanus præſidebat, ut ex dicta Conſtitutione de anno 1565. apparet.

Acta Terminorum generalium.

Acta Colloquiorum ſive Terminorum generalium, quæ non libris Terreſtribus, ſed aliis peculiaribus inſcribebantur, aſſervari ſolebant ſub tribus clavibus, quarum unam judex Terreſtris, alteram Subjudex, tertiam Notarius Terreſtris habebat, ex Conſtitut. Vladislai Jagell an. 1433. apud Janum Januszov. *lib. V. Conſtitut. Part. V. tit. 8. pag. 505.* & Joan-

Digitized by Google

an. Herburt *tit. Colloquia pag. 85. ſeqq.* Eodem modo jubentur etiam aſſervari libri judiciorum Terreſtrium, non niſi cum Conſenſu omnium depromendi. *Vid.* Statut. Lithvan, *cap. IV. art. 13.* In Pruſſia ſuperiore ſeculo, & initio præſentis habebantur itidem Judicia totius Pruſſiæ generalia (Tagfahrten dicta) & quidem bis ſingulis annis nempe menſe Majo die S. Stanislai in urbe Mariæburgenſi, menſe autem Septembri in urbe Grudentina, poſtea vero conſentiente Rege in urbe Thorunienſi. Conveniebant ad hæc judicia exercenda omnes Conſiliarii Pruſſici, nempe duo Epiſcopi, tres Palatini, tres Caſtellani, tres Succamerarii, trium Civitatum majorum bini Delegati. Provocatio eo inſtituebatur ex tota Pruſſia, ſi prius hi Conventus Pruſſici incidebant, quam Comitia Regni generalia, & poſtea ſi prius hi Conventus incidebant quam Tribunal Regni. Sed de his alibi copioſius à nobis actum eſt. *Vid.* Jus Correct. *tit. VI. num. 45.* In Juribus Municipalibus Terrar. Pruſſ. *Privileg. Sigiſmundi I. anno 1538. datum. lit. G. 3.*

Iudicia Pruſſica generalia.

Iudices in Iudiciis Pruſſicis generalibus.

XV. A Terminis generalibus ſive à dictis Colloquiis dabatur ulterius Provocatio ad Regem. Sed & alias cauſa

Provocatio ad Regem.

Digitized by Google

coram judicio Terreſtri vel caſtrenſi agitata, ſi prius incidebant generalia Regni Comitia quam Colloquia, tum Provocatio inſtituebatur à Judicio Terreſtri & Caſtrenſi recta ad Regem omiſſis illis Colloquiis. *Vid.* Cromer. *lib. II. Deſcript. Polon. pag.* 188. Similiter ex Conventibus Pruſſiæ generalibus ad Regem dabatur appellatio, ut aliàs oſtenſum. Vnde facile cognoſcere poſſumus, quantis litium difficultatibus tum diſtrictus fuerit Rex, adeo, ut non ſit mirum, Henricum Regem dixiſſe: *Per meam fidem Poloni iſti faciunt, ut agam judicem juriſperitum, in brevi Volent, ut agam etiam cauſidicum*, teſte Paulo Piaſecio *in Chron. pag.* 55. *fin.* Itaque jam Sigiſmundi Auguſti tempore facta fuit in Comitiis mentio inſtituendæ in Polonia novæ judicum decuriæ, quæ de omnibus Provocationibus ſine provocatione cognoſceret, quale eſt in Gallia Parlamentum, ſed non placuit ſummam judiciorum cuiquam præter Principem concedere. Cromer. *lib. II. Deſcript. Polon. pag.* 189. Inſtituta nihilominus fuerunt ab Auguſto Anno 1563. judicia in Palatinatibus extraordinaria ad dijudicandas controververſias veteres, quoniam in Comitiis generalibus decidi non poterant. *Vid. Conſtitut. dicti anni pag.* 31. *ſeq.*

Conſilia de judicio generali inſtituendo.

Iudicia extraordinaria.

Tan-

Tandem Stephanus Bathori Rex ſvaſu magni Samoſcii Anno 1578. ſumma Tribunalia inſtituit in Polonia, & An. 1581. in Magno Ducatu Lithvaniæ, quo provocationes inſtituerentur ex omnibus judiciis Terreſtribus, Caſtrenſibus, Succamerarialibus & Commiſſorialibus, ſicque Colloquia illa ſublata ſunt. *Vid. Conſtit. anno 1578. pag. 325. ſeqq.* In Pruſſia Regia nulla antiquitus concedebatur Appellatio ad Regem, ſed omnes lites in Pruſſia finiebantur, donec tandem Anno 1521. ſub Sigiſmundo I. eandem primo Civitates, & ſucceſſu temporis etiam Equeſtris Ordo conceſſerunt. *Vid.* Caſp. Schuz. *lib. X. Chron. Pruſſ. pag. 479.* Salom. Neugebauer. *lib. VII. Hiſt. Polon. pag. 496.* Suſcipiebat autem Aula Regis Appellationes Pruſſicas usque ad Sigiſmundum III. Nam licet Stephanus, ut diximus, ſumma Tribunalia inſtituiſſet, expreſſe tamen lege initio cavit, ne cauſæ Pruſſicæ ad Tribunal recens inſtitutum, ſed ad ipſum Regem devolverentur. *Conſtitutio anni 1578. pag. 332.* Conf. Januszov. *lib. VII. Conſtit. Part. III. tit. 3. pag. 934.* Verum ſub Sigiſmundo III. Anno 1589. conceſſit Pruſſica Nobilitas appellationes ad Tribunal Petricovienſe, ad quod etiam Deputatos ſuos mittere juſſa eſt. Ita tamen hoc

Tribunalia ſumma inſtituuntur.

Provocatio ex Pruſſia ad Regem ſuperiore Seculo invaluit.

Pruſſi initio ſe Tribunali ſubjicere noluerunt.

Nobilitas ſe ſubjicit Tribunali *Petricovienſi.*

hoc fuit ordinatum, ut indifferenter ad Conventum generalem Terrarum Pruſſiæ, de quo antea dictum, vel ad Tribunal Regni, quod prius horum celebratum fuerit, inſtitueretur provocatio. Sed à Conventibus etiam his generalibus Pruſſiæ concedebatur appellatio ad Tribunal Regni, ut habetur in jure Correcto Nobilit. Pruſſ. *tit. VI. num. 45. ſeq.* Reſervavit autem ſibi in primo ad Tribunal acceſſu Nobilitas Pruſſica regreſſum, ſi vellet ad judicium Aulicum Regium. *Vid. Conſtit. an. 1589. tit. Pryſtapienie pag. 514. & Conſtit. Anno 1590. pag. 579.* Hodie Conventus generales Pruſſiæ ceſſant, ideoque Equeſtris Ordo ex Pruſſia tantum ad Tribunal Regni provocat. Verum Civitates Pruſſicæ tunc temporis ſolenniter in Conventu Pruſſiæ generali adverſus Tribunal illud proteſtatæ ſunt, quæ Proteſtatio etiam ab Ordinibus Pruſſiæ ipſis ex ſub ſigillo extradita. Ideo hodieque Pruſſicæ Civitates etiam ratione Bonorum Terreſtrium in Tribunali judicari nolunt, ſed forum ſuum habent in judicio Regis aulico, quod vocant poſt Curiam. Similiter in Livonia Regibus Poloniæ adhuc ſubjecta, licet eodem modo judicia Terreſtria & Caſtrenſia exerceantur, ut in Regno & Magno Ducatu Lith-

Nobilitas ſibi reſervat regreſſum à Tribunali ad judicium Regium.

Civitates Pruſſicæ proteſtatæ ſunt contra Tribunalia.

Livones non agnoſcunt Tribunalia ſed provocant ad Regem.

Digitized by Google

Lithvaniæ; illud tamen diſcriminis intercedit, quod Livones ex dictis illis judiciis provocationes non admittunt ad Tribunal Lithvanicum aut Polonicum: ſed ſi cauſa excedit quingentos florenos Polonicos, poſſunt litigantes provocare ad judicium Regium Aſſeſſoriale Regni. Et tunc cum Ordinariis judicibus aſſidet etiam Referendarius vel Notarius Magni Ducatus Lithvaniæ, cui Livones alium quempiam ſuæ Nationis Secretarium adjungunt. Judicantur illæ cauſæ Livonicæ ad judicium Aſſeſſoriale devolutæ quotannis in Januario & Februario. Decreta ſigillo Regni & Magni Ducatus Lithvaniæ ſignantur, quod etiam de aliis Mandatis, bannitionibus, ſublevationibus intelligendum. Scribi autem debent Proteſtationes, citationes & Decreta non niſi lingvâ Polonica, ut habet Ordinatio Livonica anno 1677. *pag. 32. ſeq.* edita *tit. Ordinacya.*

Cauſæ Livonicæ quod annis judicantur menſe Ianuario & Februario.

XVI. Judicia igitur ſecundæ & ultimæ (ſaltem in quibusdam, quia in nonnullis cauſis à judiciis terreſtribus aliisque provocare non licet, & quædam etiam cauſæ ab ipſis Tribunalibus ad Comitia, ut dicemus, remittuntur) inſtantiæ ſunt SVMMA TRIBVNALIA. Loci ubi ſumma Tribunalia habentur in

Tribunalia ſuprema.

Re-

Tribunalia ubi celebrentur. Petricovia.

Regno Polonico ſunt I. PETRICOVIA, quo pertinent Polnanienſis, Caliſſienſis, Siradicenſis, Lancicienſis, Breſtrenſis, Inowladislavienſis, Maſoviæ, Plocenſis Ravenſis Palatinatus, cum terris ad hos Palatinatus pertinentibus ut terra Wſchovienſi, Vielunenſi, Dobrinenſi. Acceſſerunt his, ut jam dictum eſt, Anno 1589. Pruſſici Palatinatus. *Vid. Conſtitut. an. 1589. pag. 514. anno 1590. pag. 579.*

Lublinum.

II. LVBLINVM, quo pertinent Cracovienſis, Sendomirienſis, Ruſſiæ, Podoliæ, Lublinenſis, Belzenſis, Podlachienſis Palatinatus. Additi ſunt Anno 1589. Palatinatus Volhyniæ & Braclavienſis, qui antea peculiare habuerunt Tribunal Luceonæ ſimul cum Palatinatu Kiovienſi. *Vid. Conſtitut. anno 1578. pag. 331. anno 1589. pag. 537. ſeqq.* Anno autem 1590. acceſſit ad Tribunal Lublinenſe etiam Palatinatus Kiovienſis. *Conſtitut. An. 1590. pag. 582.* Tandem anno 1635. additus eſt Palatinatus Czernichovienſis. *Vid. Conſtitut. dicti anni tit. Ordinacya Woiewodztwa.*

In Lithvania ubi Tribunalia habeantur.

In Magno Ducatu Lithvaniæ fuerunt antea à Stephano Rege quatuor loca conſtituta ad hæc judicia Tribunalitia exercenda. Nimirum. I. *Vilna,* quo pertinebat Palatinatus Vilnenſis cum Diſtrictibus Oſmianenſi, Lidenſi, Wilkomirienſi

Bra-

Digitized by Google

Braclavienſi, ut & Palatinatus Polocenſis. II. *Troki*, quo pertinebat Palatinatus Trocenſis cum Diſtrictibus Grodnenſi, Caunenſi & Vpitenſi. III. *Novogrodkum*, quo pertinebat Palatinatus Novogrodenſis cum Diſtrictibus Slonimenſi & Wolkoviſcienſi, item Palatinatus Breſtianenſis cum Diſtrictu Pinſcenſi. IV. *Minskum*, quo referebantur Palatinatus Vitepſcenſis cum Diſtrictu Orszanenſi; Palatinatus Mſcislavienſis & Minſcenſis, cum Diſtrictibus Mozirenſi & Rzeczycenſi. In Ducatu quoque Samogitiæ habebat Equeſtris Ordo poteſtatem conſtituendi Tribunatis in ſuo Ducatu, ubicunque placuerit. Cæterum hæc ſubſecutis temporibus prorſus mutata ſunt. Nam Sigiſmundus III. Anno 1588. d. 1. Febr. conſtituit, ut ad Vilnenſe Tribunal transferrentur illæ cauſæ, quæ antea judicabantur Trocis. Et ad Tribunal Novogrodenſe illæ cauſæ, quæ judicari ſolebant Minſci; ita tamen, ut alternatim, nempe uno anno Novogrodci, altero anno Minſci per ſemeſtre hybernum cauſæ judicarentur. Samogitia licet habuerit poteſtatem, Tribunal proprium erigendi, illo tamen non eſt uſa, ſed cauſas ſuas ad Vilnenſe Tribunal transtulit. *Vid. Statut. Lubvan. in Appendice.* Deinde

Mutatio facta eſt tempore Sigiſmundi III.

An-

Anno 1598. Diſtrictus Pinſcenſis additus eſt Tribunali Vilnenſi, qui antea pertinebat ad Tribunal Novogrodenſe & Minſcenſe. *Vid. Conſtit. dicti anni tit. czas y mieyſce*. Poſt hæc An. 1626. Equeſtris Ordo Smolenſcenſis Palatinatus ad Tribunal Vilnenſe provocationes inſtituere cœpit. *Vid. Conſtitut. dicti anni tit. Opatrzenie*. Habetur ergo hodie in M. Duc. Lithvaniæ Tribunal quotannis per dimidium annum Vilnæ, per alterum autem dimidium annum Nowogrodci aut Minſci alternatim. Sed ſpecialius etiam de tempore Tribunalium nobis agendum erit.

Tempus quo Tribunalitia judicia in Regno habentur.

XVII. Tempus igitur horum ſummorum Tribunalium ſic primo generatim diſtingvitur, ut in Regno hyberno tempore poſt feſtum S. Franciſci ad Paſcha judicia hæc celebrentur Petricoviæ: æſtivo vero tempore Lublini poſt Dominicam Conductus usque ad meſſem. In actis tamen Electionis Regis Michaelis prolongatum eſt Tribunal Lublinenſe ſecundum Conſtitut anni 1638. usque ad Feſtum S. Thomæ, idque ad ſeptem ſubſequentes annos valere debuit. *Vid. Acta illa Lit. 8. 2.* Sed nondum elapſis ſeptem illis annis alia ſubſecuta eſt Ordinatio Tribunalis Lublinenſis Anno 1670.

de

Digitized by Google

de qua infra num. XXI. Porro An. 1676. conſtitutum eſt, ut per totum annum in utroque loco nempe Petricoviæ & Lublini continuo curſu judicia exerceantur; ea tamen Conſtitutio non niſi ad duos annos valeat. *Vid. Conſtitut. dicti anni pag. 24.* In Magno Ducatu Lithvaniæ æſtivo tempore Tribunal ſemper eſt Vilnæ, hyberno autem tempore Novogrodci & Minſci alternatim.

Temp. Tribunalia in Lithvania habentur.

XVIII. Judices, ſive ut vulgo vocantur, Deputati, in ſummis Tribunalibus ſunt vel Seculares vel Spirituales. Spirituales Deputati a ſuis Capitulis, modo & tempore ſolitis eliguntur. Seculares autem in particularibus Conventibus Palatinatuum & Terrarum à Nobilitate eligi conſveverunt. Requirebatur hic olim, ut Deputati illi unanimi conſenſu omnium eligerentur: ſed paulatim cœperunt in multis Palatinatibus per plura ſuffragia conſtitui. Hunc morem recepit in Regno primò Maſoviæ Palatinatus ex Conſtitut. Anni 1598. *pag. 702.* Deinde Palatinatus Siradienſis cum Terra Vielunenſi, Item Palatinatus Cracovienſis & Terra Chelmenſis *Vid. Conſtitut. an. 1611. pag. 40.* Poſt hæc Magnus Ducatus Lithvaniæ. *Conſtit. an. 1613. pag. 41.* Eodem anno hunc morem receperunt Palatina-

Judices in judiciis Tribunalitiis.

Electio Judicum ſive Deputatorum.

Digitized by Google

tus Kioviensis & Districtus Mielnicenſis, ut patet *ex Conſtitut. an. 1613. pag. 13.* Item Palatinatus Plocenſis eodem anno. *ibid. pag. 22.* & tandem Palatinatus Pruſſici. *ibid. pag. 24.* Poſthæc anno 1631. hoc ipſum recepit Palatinatus Podlachiæ. *Vid. Conſtit. an. 1631. pag. 34.* Palatinatus Ravenſis anno 1667. ut eſt in hujus anni Conſtitut. *pag. 18.* Tandem etiam Palatinatus Breſtenſis & Inowladislavienſis hoc impetravit, ut plurium ſuffragiis Deputatos eligeret, *Conſtitut. an. 1685. pag. 19.* Quod ad numerum judicum ſive Deputatorum attinet, in Palatinatibus, Poſnanienſi, Sendomirienſi, Caliſſienſi, Ravenſi, Podlachiæ, Plocenſi conceſſi ſunt bini deputati. *Conſtitut. anni 1578. pag. 326.* Reliqui Palatinatus debuerunt tantum ſingulos ſibi eligere, quod etiam de Vielunenſi & Dobrinenſi terris intelligendum eſt, quæ ſingulos eligere juſſæ ſunt: Palatinatui Maſoviæ pro illa vice conceſſi fuerunt tres Deputati: Palatinatui Ruſſiæ vero duo, ita ut unus eligeretur Wiſnæ, alter Haliciæ. Verum ſubſecutis temporibus multis aliis Palatinatibus indultum eſt, ut binos Deputatos eligerent. Nam Conſtitutione Anni 1589. *pag. 538.* In Palatinatu Siradienſi duo præter Vielunenſem conceduntur An. 1598. In Palatinatu Volhyniæ

Numerus Deputatorum.

Digitized by Google

neæ ſex Deputari eligi jubentur, nempe ex ſingulis Diſtrictibus, Lucenſi, Wlodimirienſi & Cremenecenſi, bini: In Braclavienſi Palatinatu etiam duo. Similiter Conſtitut. an. 1611. *pag.* 18. in Palatinatu Kiovienſi duo eligi permittuntur. In Palatinatu Czernichovienſi ex duobus Diſtrictibus, nempe Czernichovienſi & Novogrodenſi ſinguli eliguntur per Conſtitut. Anni 1635. *ante med. tit. Ordynacya.* Cracovienſi Palatinatui An. 1631. conceſſum eſt, ut duos eligeret Deputatos. *Vid. Conſtit. ejus anni pag.* 37. In Palatinatu Lublinenſi tertio quoque anno ſecundum alternatam ex terra Lukovienſi Deputatus eligebantur: reliquis autem duobus ex Lublinenſi & Vrzendovienſi. *Conſtitut. An.* 1654. *pag.* 15. Sed An. 1677. conſtitutum eſt, ut ſemel duo Deputati ex ipſo Palatinatu eligantur: deinde vero alter ex ipſo Palatinaru Lublinenſi, alter ex terra Lukovienſi. *Conſtitut. dicti anni pag.* 12. *tit. Deputat.* Similiter Belzenſi Palatinatui hoc jus duorum Deputatorum mittendorum ad judicia Tribunalitia collatum eſt per Conſtitutionem anni 1677. *pag.* 12. *tit. Declaracya.* Ex Pruſſiæ Palatinatibus jam ab An. 1589. quo ad Tribunal acceſſerunt, mittuntur bini Deputati ſeculares, & duo Spiritua-

les. *Conſtitut. An. 1589. pag. 514.* Similiter in Magno Ducatu Lithvaniæ ex ſingulis Palatinalibus & Diſtrictibus bini ad Tribunal Magni illius Ducatus deſignantur, *ut eſt in Appendice ad Statutum Lithvanicum.* Oswiecimenſis autem & Zatorienſis Ducatus unum tantùm Deputatum ad Tribunal mittere juſſi ſunt Conſtitutione anni 1578 *pag. 326.* Requiruntur in his Deputatis varia, quæ his ſtrictim commemorabimus. Nimirum cavetur in legibus, ne quis Deputatorum, ſive ab eodem ſive ab alio Palatinatu in ſequentem, tertium vel quartum annum idem Deputati munus ſubeat, etiamſi nemo contradixerit. Quadriennio igitur demum elapſo iterum eligi poſſunt iidem Deputati, ut volunt Conſtitutiones anni 1611. *inter Conſtitutiones Lithvanicos pag. 40.* an. 1616. *pag. 40.* Deputati autem Spirituales biennio elapſo denuo Deputati eligi poſſunt. *Conſtitut. An. 1633. pag. 24. & Conſtit. an. 1670. pag. 50.* Deinde Deputatus in judiciis Tribunalitiis non poteſt eligi Nuncius ad Comitia. *Conſtitut. an. 1616. pag. 3.* Qui autem Deputatus, Nuncii munus, aut contra Nuncius Deputati officium ſibi oblatum amplexus fuerit, utroque munere privatur, per Conſtitutionem Anni 1678. *pag. 9.* Nuncius

Requiſita Deputatorum.

Digitized by Google

cius igitur non niſi poſt Comitiola Relationum eligi poteſt in Deputatum etiamſi functionem ſuam in Comitiis antea non obierit : & contra Deputatus qui eſt eo tempore, quo primæ univerſales Nobilitatem ad Conventus particulares Antecomitiales convocant, ille non poteſt eligi Nuncius, etiamſi Conventus illi particulares ſine fructu diſſolverentur & interea quoque Deputatus finito anno functione ſua liberaretur, ut hoc volunt declarantque Conſtitutiones anni 1683. *pag.* 5. & Conſtitut. an. 1685. *pag. 6. inter Conſtit. Lithv.* Præterea abſens eligi nequit Deputatus. Conſtit. an. 1616. *tit. O Deputatach.* Si Deputatus ipſe habet cauſam in Tribunali, differri ea debet usque in ſequentem annum ; niſi pars altera, nulla contradictione interpoſitâ, illud permiſerit. *Conſtitut. an. 1611. pag. 40. tit. O Deputatach.* Item ſi judex vel alius Aſſeſſor judicii Terreſtris, vel alterius alicujus, electus fuerit Deputatus, & ab ejus judicio Terreſtri, aut alio aliquo cui antea præerat, cauſa fuerit devoluta ad Tribunal, tum Deputatus ille in cauſa modo dicta in Tribunali jus nullum ſententiæ ferendæ habet. *Conſtit. an. 1578. pag. 236. tit. Obieranie.* Si autem judex Terreſtris, quod hic obiter ex occaſione noto, ele-

ctus fuerit Deputatus ad Tribunal, tum in judicio Terreſtri alium ſibi ſubſtituit, ſecundum Statutum Lithvanicum *cap. IV. art. 4. & in Appendice Statuti illius de Tribunali.* In hac ipſa Lithvania Procurator ſive Patronus cauſarum prohibetur eſſe Deputatus, in Conſtitut. 1601. *pag. 758. §. a na Electiey.*

Deputati conveniunt Petricoviam.

XIX. Electi ita in Conventibus cujusque Palatinatus & Diſtrictus particularibus Deputati, ſtatuto tempore in loco judicii nempe Petricoviæ conveniunt, auditoque prius ſacro curiam aſcendunt, ubi in conclavi, in quo judicium Tribunalitium haberi debet, Terreſtre Siradicenſe judicium (Petricovia namque eſt in Palatinatu Siradicenſi) ſupremo loco judiciali aſſidet menſæ, electosque judices ſive Deputatos, primo quidem Spirituales, poſtea Seculares ſecundum Ordinem Capitulorum & Palatinatuum, Terrarumque ad præſtandum jusjurandum vocat. *Vid.* Joh. Nixdorff. *de Judicio Tribunalitio.* In Statuto Lithvanico Deputati Tribunalitii jusjurandum præſtare jubentur coram Terreſtri Caſtrenſique judicio ut & coram Nobilitate ibidem præſente. *Vid.* Statut. Lithvanicum *loc. cit.* & Conſtitut. Anno 1647. *pag. 6. ſeq.* Jurisjurandi formula talis eſt:

Jusjurandum præſtant.

Jurisjurandi formula.

Ego

Ego N. juro, quia juſte ſecundum Deum, jus ſcriptum, æquitatem, partium controverſias judicabo; recognitionesque ſuſcipiam, divitis & pauperis, amici & inimici, Civis & peregrini, diſcrimine ſublato, & neque favorem, neque odium, neque præmium, neque pœnas mihi propoſita curabo, ſed in judicando ſolum Deum, jus ſcriptum æquitatem, partium controverſias & recognitiones in hiſce omnibus conſcientiæ meæ judicium ſequar & audiam aliaque negotia mihi incumbentia fideliter & pro poſſe meo faciam. Practicationes cauſarum cum nemine habebo, neque præmonitiones neque conſilium dabo, nec munera accipiam, & quod non ambitioſe quæſiveſerim ut ad hæc judicia eligerer & ſecreta judicii nemini revelabo. Sic me Deus adjuvet & Sancta Crux Chriſti.
In fine hujus jurisjurandi ante illa verba: *Sic me Deus &c:* addunt Palatinatûs Volhynienſis, Mariæburgenſis & Pomeraniæ Deputati, quod non ſint in clientela (*Rekodayni ſludzi* aliorum Magnatum. *Vid.* Andrèas Liſiecki *in judicii Tribuna-*

bunalitii Regni Poloniæ Splendore V. pag. 172. Conſ. Conſtitut. an. 1589. *tit. Przyſiega tych.* & an. 1616. *tit. ô Tribunale.* In Magno Ducatu Lithvaniæ Deputati hanc clauſulam jurisjurandi habent: *Ut juſte juro, ſic me Deus adjuvet in Trinitate unus: ſin autem injuſte, Deus mihi interficiat animam & corpus.* Circa hunc juris jurandi præſtandi actum licet Deputato illegitimè electo contradicere, quâ contradictione interveniente, is, cui contradicitur, à jurejurando præſtando tantiſper removetur, dum reliqui, qui ipſum ſequuntur, jurarint. His factis Deputati omnes jurati ſeculares judicii ſui Præſidem, qui vulgo Marſchalcus Tribunalis vocatur, concordibus ſuffragiis eligunt, qui Marſchalcus non raròeſt vir Senatorii Ordinis, aut etiam ex aliis Magiſtratibus Regni Majoribus, ad majorem huic Collegio auctoritatem conciliandam. Spirituales quoque Præſidem ſive Præſidentem habent, ex Archidiœceſi Gneſnenſi Prælatum aliquem. Jurisdictione fundata Marſchalcus & Deputati contradictionem illam contra Deputatum, de qua antea diximus, judicare poſſunt. Ea autem legitima vel illegitima cognita, is, cui contradictum vel removetur à jurejurando, vel ad præſtandum illud admittitur, &

Clauſula jurisjurandi in Lithvania præſtari ſoliti.

Marſchalcy eligitur à Deputatis.

Spiritualium Præſes mittitur ex Archidiœceſi Gneſnenſi.

Contradictiones judicantur.

Digitized by Google

& locus ipſi inter deputatos conceditur. Joh. Nixdorff. *loc. cit.* Locum autem judicii hujus, antequam Deputati conveniant, præparat Capitaneus: hoſpitia Deputatis diſtribuit, quod onus graviſſimum Cives urbium illarum ferre oportet.

Cives hoſpitia Deputatis præbere coguntur.

XX. Judicantur hic omnes cauſæ, quæ à judiciis Terreſtribus, Caſtrenſibus, Succamerarialibus, Commiſſorialibus illis, quæ ad Bonorum limitationes inſtitui ſolent, per appellationem, ſive ut antiquæ leges loqvuntur per motionem ad Tribunal devolvuntur. *Vid. Conſtit. Anno 1578. pag. 127. Conferatur Proceſſus judiciarius An. 1611. in Comitiis inſtitutus.* Non datur tamen appellatio ad Tribunal à judiciis illis inferioribus in executione rei judicatæ: ad inſcriptionem: Exemptionum liquidarum: Deductionis Scrutiniorum: inquiſitionum. Item in recognitione ſummæ tria millia florenorum non excedente: pro vulneribus pro taxa capitis plebei: pro extraditione ſubditorum: de decimis liquidi juris: de exemptionibus: de injuriis Terreſtribus: pro taxa 500. florenorum. In rapinis ſimilis taxæ: a levi quoque acceſſorio appellatio ordinarie concedi non debet, ut hæc determinat Conſtitutio Anni 1670. *pag. 22.*

Cauſæ ad Tribunal pertinentes.

Quando appellatio ad Tribunal non conceditur.

Cauſæ quædam prorſus ad Tribunal non pertinent.

Cauſæ etiam quædam hic prorſus excipiuntur, ut quæ ad Tribunal plane non pertinent. Nimirum (1) cauſæ mere criminales, illæ videlicet, quæ famam & caput alicujus Nobilis tangunt. Cavetur tamen legibus, ne quis ex cauſa Civili criminalem faciat, aliumque ſub hoc prætextu ad judicia Comitialia vel poſt Curiam evocet ſub pœna ſeſſionis turris & centum marcarum. Excipiuntur (2) cauſæ Fiſci Regii, Theſauri, Quartæ & de Bonis nullo jure receptis. Excipiuntur (3) cauſæ quædam, ad quas Commiſſarii mitti ſolent, qualis eſt cauſa de exemptionibus Bonorum regalium. Excipiuntur (4) in Magno Ducatu Lithvaniæ cauſæ in aliis inferioribus ſubſelliis nondum agitatæ. *Conſtitut. An. 1641. pag. 17. An. 1670. pag. 50.* Excipiuntur (5) Cauſæ juris Magdeburgenſis ſive Teutonici & Culmenſis. *Conſtit. An. 1578. pag. 328. an. 1633. pag. 23. ſeq.* Conſ. & Statut. Lithvan. *loc. cit.* De cauſis Livonicis & Pruſſicarum Civitatum, jam ſupra diximus, quod prorſus ad Tribunal, quæcunque illæ tandem ſint, non pertineant.

Ordo in cauſarum ventilatione obſervatur.

XXI. Cauſæ autem, quæ ad Tribunal pertinent, certo ordine ibidem ventilantur. Nam triduo ante ſeſſionem primam adeſt Notarius Terreſtris ejus loci,

ubi

Digitized by Google

ubi exercenda ſunt judicia Tribunalia, ut partes litigantes cauſas ſuas hoc triduo inſcribant. Qui igitur illud hoc triduo facere neglexerint, non poſſunt poſtea admitti. *Vid.* Statut. Lithvan. *in Appendice, ubi agitur de Judiciis Tribunalitiis.* Rediguntur illæ cauſæ in diſtincta Regeſtra, ita ut aliud ſit Regeſtrum cauſarum militarium & expeditionis bellicæ; aliud cauſarum capturalium; aliud paritatis ſuffragiorum: aliud ex quo judex: aliud cauſarum Palatinalium; aliud cauſarum extrapalatinalium: aliud cauſarum ſpiritualium, quod iterum eſt duplex, nempe vel compoſiti judicii, vel mixti fori: aliud ſummarii proceſſus, de quibus copiosè egit Joh. Nixdorff. *in lib. de Judic. Tribun.* Sed hæc aliquando mutari ſolent, ut conſtat ex Conſtitut. anni 1670. ex qua quam optime & varietatem Regeſtrorum paulo a prædicta enumeratione noſtra diverſam, & ordinem, qua cauſæ ex Regeſtris illis judicantur, cognoſcimus. Conſtituitur enim ibidem, ut Tribunal Lublinenſe (quoniam omnium Palatinatuum ad minorem Poloniam pertinentium cauſæ intra ſemeſtre ſpacium æſtivo tempore dijudicari non poterant) Palatinatus illos diſpeſcat in duas claſſes, ita ut cauſas ex Cracovienſi, Sendomirienſi,

Regeſtra.

Ordinatio Lublinenſis Ordinatio Tribunalis extraordinaria.

rienſi, Kijovienſi & Ruſſico Palatinatibus, ut & Diſtrictibus ad Palatinatus illos pertinentibus primo æſtivo ſemeſtri judicet: altero verò anno itidem intra æſtivum, ſemeſtre cauſas reliquorum Palatinatuum ad minorem Poloniam pertinentium expediat, quo pertinent Volhyniæ, Podoliæ, Belzenſis, Lublinenſis, Podlachiæ, Braclavienſis, Czernichovienſis Palatinatus cum ſuis diſtrictibus. Ordo ſpecialis tunc conſtitutus eſt ſequens: Primò die Lunæ poſt Dominicam Conductus Paſchæ judicari debent ex Regeſtro cauſarum militarium cauſæ merè militares, quo pertinent cauſæ ex hybernis vel expeditione publica ortæ, tam criminales, quam civiles. In eodem Regeſtro comprehendi jubentur cauſæ remiſſæ; ex quo judex: paritatis ſententiarum: Reſidentiarum: Suſpenſionum: Functionis Commiſſionum, Legationumque in Comitiis decretarum. Hæ cauſæ continuo curſu judicari jubentur usque ad diem, ultimum Maji incluſivè; ita ut ad diem 14. Maji incluſivè cauſæ ſpiritualium, ejusdem generis dijudicentur. Deinde die 1. Julii Cauſæ Palatinales inchoari jubentur, & primò quidem Palatinatus Cracovienſis, ejusque Diſtrictuum usque, ad 13. Auguſti incluſivè; ita ut cauſæ ſecu-

Digitized by Google

ſecularium usque ad diem 5. Aug. incluſive ventilentur. Eodem ordine cauſæ Palatinatus Sandomirienſis, poſtea Kiovienſis, inde Ruſſiæ judicari jubentur, ita ut judicia ad Feſtum S. Thomæ finiantur. Cauſæ autem dictorum Palatinatuum, quæ intra deſtinatum cuique Palatinatui tempus dijudicari non poſſunt, usque ad aliud Tribunal limitantur. Proximo annò eodem ordine ex reliquis Palatinatibus primo dijudicari mandantur cauſæ ex Regeſtro militari, item ex Regeſtro Caſſandarum, usque ad ultimum diem Junii. Poſtea expediri debebant cauſæ Palatinales eodem, quem ſupra deſcripſimus, ordine nempe primo Secularium, deinde Spiritualium. Initium fiebat à Palatinatu Volhyniæ, deinde progrediebantur Judices ad cauſas Palatinatus Podoliæ; inde ad cauſas Belzenſis, Lublinenſis, Podlachiæ, Braclavienſis & tandem Czernichovienſis Palatinatuum. Cauſæ verò, quæ præſentem requirunt vindictam, ut ſunt blaſphemiæ, apoſtaſiæ, Sacrilegia judaica, quovis die & menſe judicari punirique jubentur. Hæc Conſtitutio tamdiu erat valitura, donec Ordinibus aliud in Comitiis conſtituere viſum fuiſſet. *Vid. Conſtitut. An. 1670. pag. 19. ſeqq.* Subſecuta eſt dein-

Alia ordinatio extraordinaria, Iudicii Petricovienſis & Lublinenſis.

deinde, nempe An. 1676. alia ordinatio Tribunalis non tantum Lublinenſis, ſed etiam Petricovienſis in duas tantum annos valitura, cujus jam ſupra num. XVII. mentionem injecimus. Cæterum quoniam antea ſæpe judicia Spiritualium obiter commemoravimus, hic paulo exactius materia illa nobis excutienda erit. Sunt judicia Spiritualium duplicia, alia videlicet COMPOSITI JUDICII, alia MIXTI FORI. Compoſitum judicium conſtat in Regno ſex Eccleſiaſticis & ſex Secularibus Deputatis. In Lithvania quaternarius eſt numerus, ex Conſtitut. *An. 1641. pag. 17. fin.* Pertinent eo cauſæ omnes, quæ ad fundos & proventus Eccleſiaſticos pertinent, item ad Eccleſias, Conventus, monaſteria & Capitula: item ratione injuriarum exceſſuumque perſonis locisque religioſis illatarum, ait Dn. Nixdorff. *loc. cit.* Ad forum mixtum pertinent ſex ſpirituales & omnes Deputati Seculares. Pertinent huc cauſæ mere Terreſtres, juri & jurisdictioni Terreſtri ſubjectæ, rationeque Bonorum & injuriarum Terreſtrium, ſi inter litigantes, ſive ab utrinque ſive ab alterutra parte, ſit clericus. Sed ſi tantum inter litis comparticipes reperitur clericus, vel ſi cauſa agitari cœpit inter ſeculares, & dein-

Iudicia Spiritualium in Tribunalibus.

Compoſitum judicium.

Forum mixtum.

deinde Bona devoluta ſunt aliquo jure ad Clericum, tunc illam cauſam judicant ſoli Seculares. *Conſtit. anni 1607. pag. 833. ſeqq.* Conf. Herburt. *in Statuto. tit. Spirituales pag. ſeq.* Poſthæc An. 1670. hoc judicium mixti fori videtur eſſe reſtrictum ad ſolas cauſas prioritatum & taxationum Bonorum. *Vid. Conſtitut. dicta pag. 20. ante med.*

XX. Citationes ad Tribunalitium Judicium fiunt ſub integro titulo Regio (ut etiam Citationes ad Comitia & poſt Curiam) ſub ſigillo terreſtri illius terræ, in qua citandus eſt poſſeſſionatus, & in qua cauſam hanc in officio Terreſtri vel Caſtrenſi cœpit. *Conſtitut. an. 1578. pag. 331.* De Notario Tribunalis Magni Ducatus Lithvaniæ crebræ ſunt Conſtitutiones; ne plus quam par eſt, & jure permittitur à litigantibus per ſe, aut per ſcribas ſuos exprimat. *Vid. Conſtitut. An. 1616. pag. 42. an. 1635. pag. 30. an. 1641. pag. 18.* De Decretis conſtitutum eſt, *An. 1647. tit. o Decretach.* ut in Magno Ducatu Lithvaniæ Deputatus ex illo Palatinatu vel Terra, cujus cauſæ judicantur Marſchalco aſſideat & Decretum ſimul cum ipſo ſubſcribat. Similiter in Decretis ad Palatinatum Volhyniæ & Braclavienſem pertinentibus, ſubſcribere debeat duo

Citationes.

Decreta Tribunalitia.

les. *Conſtitut. An. 1589. pag. 514.* Similiter in Magno Ducatu Lithvaniæ ex ſingulis Palatinalibus & Diſtrictibus bini ad Tribunal Magni illius Ducatus deſignantur, *ut eſt in Appendice ad Statutum Lithvanicum.* Oswiecimenſis autem & Zatorienſis Ducatus unum tantùm Deputatum ad Tribunal mittere juſſi ſunt Conſtitutione anni 1578 *pag. 326.* Requiruntur in his Deputatis varia, quæ his ſtrictim commemorabimus. Nimirum cavetur in legibus, ne quis Deputatorum, ſive ab eodem ſive ab alio Palatinatu in ſequentem, tertium vel quartum annum idem Deputati munus ſubeat, etiamſi nemo contradixerit. Quadriennio igitur demum elapſo iterum eligi poſſunt iidem Deputati, ut volunt Conſtitutiones anni 1611. *inter Conſtitutiones Lithvanicos pag. 40.* an. 1616 *pag. 40.* Deputati autem Spirituales biennio elapſo denuo Deputati eligi poſſunt. *Conſtitut. An. 1633. pag. 24. & Conſtit. an. 1670. pag. 50.* Deinde Deputatus in judiciis Tribunalitiis non poteſt eligi Nuncius ad Comitia. *Conſtitut. an. 1616. pag. 3.* Qui autem Deputatus, Nuncii munus, aut contra Nuncius Deputati officium ſibi oblatum amplexus fuerit, utroque munere privatur, per Conſtitutionem Anni 1678. *pag. 9.* Nuncius

Requiſita Deputatorum.

cius igitur non niſi poſt Comitiola Relationum eligi poteſt in Deputatum etiamſi functionem ſuam in Comitiis antea non obierit: & contra Deputatus qui eſt eo tempore, quo primæ univerſales Nobilitatem ad Conventus particulares Antecomitiales convocant, ille non poteſt eligi Nuncius, etiamſi Conventus illi particulares ſine fructu diſſolverentur & interea quoque Deputatus finito anno functione ſua liberaretur, ut hoc volunt declarantque Conſtitutiones anni 1683. *pag.* 5. & Conſtitut. an. 1685. *pag.* 6. *inter Conſtit. Lithv.* Præterea abſens eligi nequit Deputatus. Conſtit. an. 1616. *tit. O Deputatach.* Si Deputatus ipſe habet cauſam in Tribunali, differri ea debet usque in ſequentem annum; niſi pars altera, nulla contradictione interpoſitâ, illud permiſerit. *Conſtitut. an.* 1611. *pag.* 40. *tit. O Deputatach.* Item ſi judex vel alius Aſſeſſor judicii Terreſtris, vel alterius alicujus, electus fuerit Deputatus, & ab ejus judicio Terreſtri, aut alio aliquo cui antea præerat, cauſa fuerit devoluta ad Tribunal, tum Deputatus ille in cauſa modo dicta in Tribunali jus nullum ſententiæ ferendæ habet. *Conſtit. an.* 1578. *pag.* 236. *tit. Obieranie.* Si autem judex Terreſtris, quod hic obiter ex occaſione noto, electus

ctus fuerit Deputatus ad Tribunal, tum in judicio Terreſtri alium ſibi ſubſtituit, ſecundum Statutum Lithvanicum *cap. IV. art. 4. & in Appendice Statuti illius de Tribunali.* In hac ipſa Lithvania Procurator ſive Patronus cauſarum prohibetur eſſe Deputatus, in Conſtitut. 1601. *pag. 758. §. a na Electiey.*

Deputati conveniunt Petricoviam.

XIX. Electi ita in Conventibus cujusque Palatinatus & Diſtrictus particularibus Deputati, ſtatuto tempore in loco judicii nempe Petricoviæ conveniunt, auditoque prius ſacro curiam aſcendunt, ubi in conclavi, in quo judicium Tribunalitium haberi debet, Terreſtre Siradicenſe judicium (Petricovia namque eſt in Palatinatu Siradicenſi) ſupremo loco judiciali aſſidet menſæ, electosque judices ſive Deputatos, primo quidem Spirituales, poſtea Seculares ſecundum Ordinem Capitulorum & Palatinatuum, Terrarumque ad præſtandum jusjurandum vocat. *Vid.* Joh. Nixdorff. *de Judicio Tribunalitio.* In Statuto Lithvanico Deputati Tribunalitii jusjurandum præſtare jubentur coram Terreſtri Caſtrenſique judicio ut & coram Nobilitate ibidem præſente. *Vid.* Statut. Lithvanicum *loc. cit.* & Conſtitut. Anno 1647. *pag. 6. ſeq.* Jurisjurandi formula talis eſt:

Jusjurandum præſtant.

Jurisjurandi formula.

Ego

Ego N. juro, quia juſte ſecundum Deum, jus ſcriptum, æquitatem, partium controverſias judicabo; recognitionesque ſuſcipiam, divitis & pauperis, amici & inimici, Civis & peregrini, diſcrimine ſublato, & neque favorem, neque odium, neque præmium, neque pœnas mihi propoſita curabo, ſed in judicando ſolum Deum, jus ſcriptum æquitatem, partium controverſias & recognitiones in hiſce omnibus conſcientiæ meæ judicium ſequar & audiam aliaque negotia mihi incumbentia fideliter & pro poſſe meo faciam. Practicationes cauſarum cum nemine habebo, neque præmonitiones neque conſilium dabo, nec munera accipiam, & quod non ambitioſe quæſiverim ut ad hæc judicia eligerer & ſecreta judicii nemini revelabo. Sic me Deus adjuvet & Sancta Crux Chriſti.
In fine hujus jurisjurandi ante illa verba: *Sic me Deus &c:* addunt Palatinatûs Volhynienſis, Mariæburgenſis & Pomeraniæ Deputati, quod non ſint in clientela (*Rekodayni ſludzi* aliorum Magnatum, *Vid.* Andrèas Liſiecki *in judicii Tribuna-*

bunalitii Regni Poloniæ Splendore V. pag. 172. Conf. Conſtitut. an. 1589. *tit. Przyſiega tych.* & an. 1616. *tit. ô Tribunale.* In Magno Ducatu Lithvaniæ Deputati hanc clauſulam jurisjurandi habent: *Ut juſte juro, ſic me Deus adjuvet in Trinitate unus: ſin autem injuſte, Deus mihi interficiat animam & corpus.* Circa hunc juris jurandi præſtandi actum licet Deputato illegitimè electo contradicere, quâ contradictione interveniente, is, cui contradicitur, à jurejurando præſtando tantiſper removetur, dum reliqui, qui ipſum ſequuntur, jurarint. His factis Deputati omnes jurati ſeculares judicii ſui Præſidem, qui vulgo Marſchalcus Tribunalis vocatur, concordibus ſuffragiis eligunt, qui Marſchalcus non raro eſt vir Senatorii Ordinis, aut etiam ex aliis Magiſtratibus Regni Majoribus, ad majorem huic Collegio auctoritatem conciliandam. Spirituales quoque Præſidem ſive Præſidentem habent, ex Archidiœceſi Gneſnenſi Prælatum aliquem. Jurisdictione fundata Marſchalcus & Deputati contradictionem illam contra Deputatum, de qua antea diximus, judicare poſſunt. Ea autem legitima vel illegitima cognita, is, cui contradictum vel removetur à jurejurando, vel ad præſtandum illud admittitur, &

Clauſula jurisjurandi in Lithvania præſtari ſoliti.

Marſchalcy eligitur à Deputatis.

Spiritualium Præſes mittitur ex Archidiœceſi Gneſnenſi.

Contradictiones judicantur.

Digitized by Google

& locus ipſi inter deputatos conceditur. Joh. Nixdorff. *loc. cit.* Locum autem judicii hujus, antequam Deputati conveniant, præparat Capitaneus: hoſpitia Deputatis diſtribuit, quod onus graviſſimum Cives urbium illarum ferre oportet.

Cives hoſpitia Deputatis præbere coguntur.

XX. Judicantur hic omnes cauſæ, quæ à judiciis Terreſtribus, Caſtrenſibus, Succamerarialibus, Commiſſorialibus illis, quæ ad Bonorum limitationes inſtitui ſolent, per appellationem, ſive ut antiquæ leges loqvuntur per motionem ad Tribunal devolvuntur. *Vid. Conſtit. Anno 1578. pag. 127. Conferatur Proceſſus judiciarius An. 1611. in Comitiis inſtitutus.* Non datur tamen appellatio ad Tribunal à judiciis illis inferioribus in executione rei judicatæ: ad inſcriptionem: Exemptionum liquidarum: Deductionis Scrutiniorum: inquiſitionum. Item in recognitione ſummæ tria millia florenorum non excedente: pro vulneribus pro taxa capitis plebei; pro extraditione ſubditorum: de decimis liquidi juris: de exemptionibus: de injuriis Terreſtribus: pro taxa 500. florenorum. In rapinis ſimilis taxæ: a levi quoque acceſſorio appellatio ordinarie concedi non debet, ut hæc determinat Conſtitutio Anni 1670. *pag. 22.*

Cauſæ ad Tribunal pertinentes.

Quando appellatio ad Tribunal non concedatur.

Digitized by Google

Cauſæ quædam prorſus ad Tribunal non pertinent.

Cauſæ etiam quædam hic prorſus excipiuntur, ut quæ ad Tribunal plane non pertinent. Nimirum (1) cauſæ mere criminales, illæ videlicet, quæ famam & caput alicujus Nobilis tangunt. Cavetur tamen legibus, ne quis ex cauſa Civili criminalem faciat, aliumque ſub hoc prætextu ad judicia Comitialia vel poſt Curiam evocet ſub pœna ſeſſionis turris & centum marcarum. Excipiuntur (2) cauſæ Fiſci Regii, Theſauri, Quartæ & de Bonis nullo jure receptis. Excipiuntur (3) cauſæ quædam, ad quas Commiſſarii mitti ſolent, qualis eſt cauſa de exemptionibus Bonorum regalium. Excipiuntur (4) in Magno Ducatu Lithvaniæ cauſæ in aliis inferioribus ſubſelliis nondum agitatæ. *Conſtitut. An. 1641. pag. 17. An. 1670. pag. 50.* Excipiuntur (5) Cauſæ juris Magdeburgenſis ſive Teutonici & Culmenſis. *Conſtit. An. 1578. pag. 328. an. 1633. pag. 23. ſeq.* Conſ. & Statut. Lithvan. *loc. cit.* De cauſis Livonicis & Pruſſicarum Civitatum, jam ſupra diximus, quod prorſus ad Tribunal, quæcunque illæ tandem ſint, non pertineant.

Ordo in cauſarum ventilatione obſervatur.

XXI. Cauſæ autem, quæ ad Tribunal pertinent, certo ordine ibidem ventilantur. Nam triduo ante ſeſſionem primam adeſt Notarius Terreſtris ejus loci, ubi

Digitized by Google

ubi exercenda ſunt judicia Tribunalia, ut partes litigantes cauſas ſuas hoc triduo inſcribant. Qui igitur illud hoc triduo facere neglexerint, non poſſunt poſtea admitti. *Vid.* Statut. Lithvan. *in Appendice, ubi agitur de Judiciis Tribunalitiis.* Rediguntur illæ cauſæ in diſtincta Regeſtra, ita ut aliud ſit Regeſtrum cauſarum militarium & expeditionis bellicæ; aliud cauſarum capturalium; aliud paritatis ſuffragiorum: aliud ex quo judex: aliud cauſarum Palatinalium; aliud cauſarum extrapalatinalium: aliud cauſarum ſpiritualium, quod iterum eſt duplex, nempe vel compoſiti judicii, vel mixti fori: aliud ſummarii proceſſus, de quibus copioſè egit Joh. Nixdorff. *in lib. de Judic. Tribun.* Sed hæc aliquando mutari ſolent, ut conſtat ex Conſtitut. anni 1670. ex qua quam optime & varietatem Regeſtrorum paulo a prædicta enumeratione noſtra diverſam, & ordinem, qua cauſæ ex Regeſtris illis judicantur, cognoſcimus. Conſtituitur enim ibidem, ut Tribunal Lublinenſe (quoniam omnium Palatinatuum ad minorem Poloniam pertinentium cauſæ intra ſemeſtre ſpacium æſtivo tempore dijudicari non poterant) Palatinatus illos diſpeſcat in duas claſſes, ita ut cauſas ex Cracovienſi, Sendomirienſi,

Regeſtra.

Ordinatio Lublinenſis Ordinatio Tribunalis extraordinaria.

rienſi, Kijovienſi & Ruſſico Palatinatibus, ut & Diſtrictibus ad Palatinatus illos pertinentibus primo æſtivo ſemeſtri judicet: altero verò anno itidem intra æſtivum, ſemeſtre cauſas reliquorum Palatinatuum ad minorem Poloniam pertinentium expediat, quo pertinent Volhyniæ, Podoliæ, Belzenſis, Lublinenſis, Podlachiæ, Braclavienſis, Czernichovienſis Palatinatus cum ſuis diſtrictibus. Ordo ſpecialis tunc conſtitutus eſt ſequens: Primò die Lunæ poſt Dominicam Conductus Paſchæ judicari debent ex Regeſtro cauſarum militarium cauſæ merè militares, quo pertinent cauſæ ex hybernis vel expeditione publica ortæ, tam criminales, quam civiles. In eodem Regeſtro comprehendi jubentur cauſæ remiſſæ; ex quo judex: paritatis ſententiarum: Reſidentiarum: Suſpenſionum: Functionis Commiſſionum, Legationumque in Comitiis decretarum. Hæ cauſæ continuo curſu judicari jubentur usque ad diem, ultimum Maji incluſivè; ita ut ad diem 14. Maji incluſivè cauſæ ſpiritualium, ejusdem generis dijudicentur. Deinde die 1. Julii Cauſæ Palatinales inchoari jubentur, & primò quidem Palatinatus Cracovienſis, ejusque Diſtrictuum usque, ad 13. Auguſti incluſivè; ita ut cauſæ ſecu-

Digitized by Google

ſecularium usque ad diem 5. Aug. incluſive ventilentur. Eodem ordine cauſæ Palatinatus Sandomirienſis, poſtea Kiovienſis, inde Ruſſiæ judicari jubentur, ita ut judicia ad Feſtum S. Thomæ finiantur. Cauſæ autem dictorum Palatinatuum, quæ intra deſtinatum cuique Palatinatui tempus dijudicari non posſunt, usque ad aliud Tribunal limitantur. Proximo annò eodem ordine ex reliquis Palatinatibus primo dijudicari mandantur cauſæ ex Regeſtro militari, item ex Regeſtro Caſſandarum, usque ad ultimum diem Junii. Poſtea expediri debebant cauſæ Palatinales eodem, quem ſupra deſcripſimus, ordine nempe primo Secularium, deinde Spiritualium. Initium fiebat à Palatinatu Volhyniæ, deinde progrediebantur Judices ad cauſas Palatinatus Podoliæ; inde ad cauſas Belzenſis, Lublinenſis, Podlachiæ, Braclavienſis & tandem Czernichovienſis Palatinatuum. Cauſæ verò, quæ præſentem requirunt vindictam, ut ſunt blaſphemiæ, apoſtaſiæ, Sacrilegia judaica, quovis die & menſe judicari punirique jubentur. Hæc Conſtitutio tamdiu erat valitura, donec Ordinibus aliud in Comitiis conſtituere viſum fuiſſet. *Vid. Conſtitut. An. 1670. pag. 19. ſeqq.* Subſecuta eſt

dein-

deinde Bona devoluta ſunt aliquo jure ad Clericum, tunc illam cauſam judicant ſoli Seculares. *Conſtit. anni 1607. pag. 833. ſeqq.* Conf. Herburt. *in Statuto. tit. Spirituales pag. ſeq.* Poſthæc An. 1670. hoc judicium mixti fori videtur eſſe reſtrictum ad ſolas cauſas prioritatum & taxationum Bonorum. *Vid. Conſtitut. dicta pag. 20. ante med.*

XX. Citationes ad Tribunalitium Judicium fiunt ſub integro titulo Regio (ut etiam Citationes ad Comitia & poſt Curiam) ſub ſigillo terreſtri illius terræ, in qua citandus eſt poſſeſſionatus, & in qua cauſam hanc in officio Terreſtri vel Caſtrenſi cœpit. *Conſtitut. an. 1578. pag. 331.* De Notario Tribunalis Magni Ducatus Lithvaniæ crebræ ſunt Conſtitutiones; ne plus quam par eſt, & jure permittitur à litigantibus per ſe, aut per ſcribas ſuos exprimat. *Vid. Conſtitut. An. 1616. pag. 42. an. 1635. pag. 30. an. 1641. pag. 18.* Citationes.

De Decretis conſtitutum eſt, *An. 1647. tit. o Decretach.* ut in Magno Ducatu Lithvaniæ Deputatus ex illo Palatinatu vel Terra, cujus cauſæ judicantur Marſchalco aſſideat & Decretum ſimul cum ipſo ſubſcribat. Similiter in Decretis ad Palatinatum Volhyniæ & Braclavienſem pertinentibus, ſubſcribere debent Decreta Tribunalitia.

duo

duo Deputati ex Regno & duo ex dictis illis Palatinatibus, ut habetur in Conſtitut. An. 1589. *pag. 538.* & An. 1607. *pag. 898. ubi etiam alia horum Palatinatuum privilegia reperies.* Scribuntur autem in Lithvania Decreta omnia Ruſſico ſermone, ut & multæ aliæ expeditiones publicæ in illis judiciis. Quod etiam in Judiciis Terreſtribus, Caſtrenſibus aliisque actionibus promiſerat jam ante Tribunalium inſtitutionem, Kiovienſi & Volhymiæ Palatinatibus Sigiſmundus Auguſtus, licet dicti Palatinatus tum non Lithvaniæ, ſed Regno Poloniæ fuerint adjuncti, ut diſcimus ex Conſtitutione Anni 1569. *pag. 160. princ.* Præterea notandum eſt, Decreta in ſummis Tribunalibus ſignari ſigillo terteſtri illius terræ, ubi Tribunal habetur. *Conſt. an. 1578. pag. 330.* Si reus parere nolit Decreto, condemnatur in duplum, quod *perlucrum* (Lithvani Ruthenico vocabulo *Pereſudy* appellant) vocatur: Prior enim condemnatio *lucrum* dicitur. *Vid.* Mart. Cromer. *lib. II. Deſcript. Polon. pag. 192.* Si duplum ad certum diem condemnatus non ſolverit, Præfecti arcium, ſive Capitanei (Executio namque decretorum Caſtrenſi & in Pruſſia Palatinali competit officio) in quo Reus Bona vel Domicilium habet,

Decreta in Lithvania Ruſſico ſermone ſcribuntur.

Digitized by Google

bet, opem Actor implorat. Ex Decreto autem Capitanei Bona Rei Actori poſſidenda traduntur, adjecta certa mulcta, quod vadium vocant, ſi is prohibuerit. Si denuo id fecerit, duplicatur mulcta, ſi tertium, triplicatur, quæ vadia duplicata, triplicata vocantur, ut Cromerus de antiquis judicialibus Polonorum mulctis agens loco citato docet. Recentiori lege ultra vadium Capitaneale ſimplex pro parte judicii progreſſus non datur, ſed pœnæ adjudicari debent parti injuriatæ juxta cauſarum merita. *Vid. Conſtit. an. 1670. num. 21. pag. 23.* Libri Cauſarum pro Tribunali agitatarum, inſcribi debent per Notarium Terreſtrem libris Terreſtribus. Quamobrem præter Notarium Tribunalis aſſidet etiam huic judicio Notarius Terreſtris, ut & Judex & Subjudex ejusdem loci, ſententiæ tamen ferendæ jus illi non habent. Et ſi Termini Terreſtres in illo Diſtrictu inciderint, ubi Tribunal habetur, tunc Termini Terreſtres tantiſper ſuſpendi debent. Quod ſi Notarius Tribunalibus vel ante vel intra curſum judiciorum moriatur, habent Deputati facultatem ex medio ſui Deputatum aliquem eligendi, qui ſacramento obſtrictus hoc munere fungatur. *Conſtitut. an. 1616. pag. 43.*

Inſcribuntur cauſæ agitatæ libris Terreſtribus.

Judicium Terreſtre aſſidet judicio Tribunali.

Notarius Tribunalitius quomodo ſubſtituatur.

Securitas judicii Tribunalitii.

XXIII. De ſecuritate judicii Tribunalitii ejusque auctoritate conſervanda, reperiuntur ſaluberrimæ leges, præſertim in Conſtitutionibus anni 1578. *pag.* 329. & anni 1589. *pag.* 540. an. 1615. *pag.* 11. an. 1616. *pag.* 3. Summa earum huc redit: Nemo cujuscunque fuerit ſtatus & Conditionis, etiamſi ſit Deputatus Tribunalis, in urbem, in qua Tribunal habetur, pluribus quam quinquaginta comitibus ſtipatus, in quibus etiam numerandi ſunt cognati aliique, ingredi debet, ſub pœna mille marcarum Polonicalium, ad inſtantiam Inſtigatoris judicii illius ex termino facto in eodem judicio repetenda. Deinde qui cauſam pro Tribunali habet, plures quam tres comites ſecum in ipſum locum judicii adducere non poteſt; & illi quidem omnes ſine armis, excepto acinace vel gladio, eo ingredi debent. Omnes autem alii, qui cauſſam nullam, liteſque nullas pro Tribunali habent, penitus inde arcentur. Nemini, niſi ſolis judicibus operto capite in loco judicii ſtare vel ſedere licet, niſi quis ab ipſis judicibus fuerit rogatus. Dum ſententias dicunt Judices, nemini plane, qui non eſt Deputatus, intereſſe conceditur. Judex autem & Subjudex, Terreſtres, etiamſi ſuffragio, ut ſupra dictum eſt, careant,

jurare

Digitized by Google

jurare tamen ipſos oportet ſuper ſecretis judicii non divulgandis aut revelandis. *Conſtit. An. 1578. pag. 330.* Porro Securitas illa, quæ judicii ipſius eſt, extendere ſe debet per totam urbem, in qua judicium illud eſt. Propterea nemini licet in urbe cum bombarda pulvere pyrio onerata per plateas vagari, multo minus eam exonerare diſplodendo, ſub pœna graviſſima. Tandem nemini licet quempiam ad ſingulare certamen provocare, ut ita omnia tuta & ſecura ſint. Si quis quempiam Nobilem ſpacio trium hebdomadarum ante inchoata vel etiam poſt finita judicia interfecerit aut vulneraverit, eidem pœnæ ſubiacet, qua afficitur in Comitiis Nobilem interficiens vel vulnerans, ut habet Conſtitut. an. 1578. *pag. 329. §. A gdzieby.* Eædem autem leges, quæ de Securitate judiciorum Tribunalitiorum in Regno latæ ſunt, ſervire etiam debent ſecuritati Tribunalium in Magno Ducatu Lithvaniæ, per Conſtitut. Anni 1620. *pag. 18. tit. Securitas.*

XXIV. Quamvis autem judicium Tribunalitium ſit ſupremæ inſtantiæ, adeo ut non liceat inde vel ad Regem vel ad Comitia provocare, aut etiam Decreta Tribunalitia mandatis Regiis aut Comitiorum irrita reddere. *Conſtitut. an. 1638.* **Remiſſæ ex Tribunalibus ad judicia Comitialia.**

pag.16. Duobus tamen in caſibus ex Conſtitutione Stephani Regis An. 1578. cauſæ à ſummis Tribunalibus ad judicia Comitialia antehac remittebantur. Nimirum primo quando pro Tribunali paritas erat ſententiarum: Plurium enim ſententiis cauſas decidi voluit Tribunalium parens Stephanus: ſi igitur ex utraque parte pares eſſent ſententiæ, ad ſuperius judicium cauſam devolvi juſſit. Deinde quando in Conſtitutionibus caſus, qui ventilari debebat, nondum erat deciſus. Verum poſtea Sigiſmundus III. Anno 1607. *tit.30. pag.838.* conſtituit, ut cauſæ Seculares, ex paritate votorum non ad Comitia, ſed ad proximum tribunal, remittantur, ubi ex ſpeciali harum cauſarum Regeſtro ſtatim, poſt præſtitum à Deputatis in Tribunali jusjurandum debeant, & ſolæ tantum cauſæ nondum publica Conſtitutione, deciſæ ad Comitia remittantur.

Quid hodie obtineat.

XXV. Progredimur jam ad JVDICIA COMITIORVM GENERALIVM. Dividit hæc Theodorus Zawacki ſequenti modo: Judicia Comitiorum ſunt vel Civilia vel Criminalia. I. CRIMINALIA iterum vel ſunt (1) Publica ad cujusvis delationem Inſtigatore accuſante, ut ſunt (*a*) Crimen læſæ Majeſtatis, quod in perſo-

Judicia Comitialia multiplicia.

perſonam Regis committitur machinatione, conſpiratione, violatione, conatu, &, quod abſit, ipſo facto. (*b*) Crimen perduellionis, nempe factæ cum Reipubl. hoſtibus conſpirationis. Huc pertinent arcanorum concreditorum, caſtri ſeu arcis proditio, Pactorum & Fœderum cum finitimis initorum convulſio, Rebellionis in actum deductio. (*c*) Crimen Peculatus, ut ſunt Theſauri Regii vel Reipubl. expilatio, monetæ adulteratio, inverſio proventuum Reipubl. &c. (*d*) Crimen violationis Comitiorum generalium vel particularium. &c. *Vid.* Theod. Zawacki *in Proceſſu judiciario. tit. ult.* (2) Privatorum ſunt homicidia à Nobilibus commiſſa; propinationes venenorum; injuridica punitio capitis ſibi æqualis: inceſtus: adulteria & alia plura. *Vid.* Zawacki *loc. cit.* II. CIVILIA ſunt (1) Inſtigatoris Regii, quo pertinent cauſæ de Bonis menſæ Regiæ, ex citatione vel remiſſione Tribunalis ſive Curiæ, ſive Comiſſorialis judicii: de Bonis nullo jure receptis: de ſummis in Bonis Regiis asſecuratis: de amiſſione Capitaneatus ob non ſolutionem Quartæ: de ſalisfodinarum curruptione: de extorto telonio non privilegiato: de Confiſcatione Bonorum Nobilium: de Bonis Regiæ Ma-

jeſtati inſcriptis: de Caducis Bonorum Nobilium: de non comparitione Theſaurarii vel Deputatorum ad Quartam percipiendam. (2) Ex delatione partium ſunt: de exactione telonei per Nobilem, jus nullum ad hoc habentem: de negligentia Magiſtratuum &c. (3) Privatorum ſunt vel ſpiritualia vel ſecularia. Spiritualia ſunt ex remiſſione Tribunalis, ut de decimis ex Bonis Nobilium; de profanatione templorum. Secularia ſunt de facultatibus jurisdictionum: honoribus & Officiis Terreſtribus: de incompatibilibus &c. *Vid.* Zawacki *loc. cit.* Conf. Proceſſus Judicarius *in Comitiis An. 1611. conſtitutus pag. 2. ſeqq.* ubi hac de re plura.

Ordo Comitialium judiciorum.

XXVI. In judiciis his ſequens obſervatur ordo. Primum omnium Notarius Terreſtris ejus loci, ubi Comitia celebrantur, cauſas omnes ad judicia hæc pertinentes, ut Criminales remiſſasque ab aliis judiciis Regeſtro inſcribit eodem ordine, quo partes eas deferunt, deinde tradit Regeſtrum Referendariis. Referendarii quoque eodem ordine cauſas judicandas proponunt; Nam neque Regi per leges recentiores licet extra ordinem cauſam admittere dijudicandam, ut ſupra *lib. II. cap. II. n. VI. in fine dictum eſt.*

Alias

Alias quoque cauſas ad Comitia pertinentes, ut de Quarta: de cauſis Fiſci: Bonis nullo jure receptis: de remiſſis à judicio Regio Poſt-Curiali, Notarius Decretorum Cancellariæ Regni eodem ordine inſcribit & Referendariis tradit. In Comitiis igitur, propoſitione Regio nomine facta, ſententiisque Senatorum auditis, prima Comitiorum, hebdomada tota actionibus Criminalibus diiudicandis impendi debet. Finita hac hebdomada diebus Lunæ judicantur actiones ſive cauſæ Theſauri, Quartæ, & de Bonis nullo iure receptis. Diebus Martis ventilantur cauſæ tam Criminales quam Civiles ex Magno Ducatu Lithvaniæ. Diebus Mercurii, Veneris & Saturni iterum, Criminales. Diebus Jovis cauſæ ab aliis judicii remiſſæ. In defectu autem aliarum cauſarum ſemper judicantur Criminales. *Vid. Conſtitut. Anni 1578. an. 1589. & præcipue Anni 1641. pag. 8. ſeqq.* Hic ita notandum eſt, uſu forenſi in Polonia, non dici die Lunæ Martis, Mercurii &c: ſed feriâ ſecundâ, tertiâ, quartâ &c. Nos autem hic notioribus vulgo vocabulis uſi ſumus.

XXVII. Judices in Comitialibus judiciis ſunt Rex & Senatores. Olim Rex ad hæc judicia aliquando Senatores aliquot deli- *Judices in Comitialibus judiciis.*

deligebat, qui quotidie ferè, feſtis diebus exceptis, judicabant, ab iis tamen provocatio dabatur ad ipſum Regem. Cromer. *lib. II. Deſcript. Polon. pag. 203. ſeq.* Deinde extremis Stephani temporibus cum cauſa Zboroviorum agitaretur, vel omnes vel aliquot ex Nunciis Terreſtribus in Collegio ipſorum electos Rex cenſuit admittendos, ut & ipſis æquitas Regii judicii plana eſſet, teſte Joanne Demetrio Solikovio *in Comment. rer. Polon. pag. 160.* Poſtea Sigiſmundus III. Conſtitut. An. 1588. ut in cauſis Criminalibus, quando de Crimine læſæ majeſtatis aut perduellionis ab aliquo Nobili commiſſo agitur, admitterentur octo Deputati, iique jurati ex Nunciis Terreſtribus, qui judiciis his adeſſent. *Vid. Conſtitut. an. 1588. initio.* Sic etiam cum An. 1655. culpa traditi Moſcis Smolenſci conjiceretur in Philippum Obuchovicium Palatinum Smolenſcenſem, ad Inquiſitionem Rex admiſit ex Nunciis Terreſtribus viginti quatuor, ita ut ex ſingulis gentibus eſſent octoni, qui in præſentia omnium Nunciorum in hoc crimen inquirerent, & hoc conceſſum erat ad illum tantum actum. *Conſtitut. an. 1655. pag. 2.* Sed poſtea patuit, Obuchovitium fuiſſe prorſus culpæ expertem. Ante tria & quod ex-

Deputati ex Nunciis Terreſtribus ad judicia de Crimine Læſæ Majeſtatis.

curri

currit luſtra, ſancitum eſt ut non amplius octo, ſed duodecim Nuncii (ex ſingulis gentibus quaterni) ad hæc judicia deſtinarentur. *Conſtitut. an. 1670. num. 9. pag. 15.* Præterea ad cauſas à ſummis Tribunalibus ad Comitia remiſſis admittuntur etiam Deputati ex Nunciis Terreſtribus à Marſchalco Nunciorum ſtatim poſt Senatorum vota nominati. *Conſtitut. Anni 1678. pag. 8.* In aliis autem judiciis Comitialibus Rex cum Senatu ſine Nunciis judicat.

Ad cauſas à Tribunalibus remiſſas dijudicandas admittuntur etiam Nuncii

XXVIII. Judicia hæcce Criminalia, præſertim læſæ majeſtatis & perduellionis ſæpe magno tumultu agitantur, ſi Reus eſt potens. Quando enim ejusmodi cauſa agitanda eſt, citatur Reus per Inſtigatorem cum ſcitu Marſchalci ſupremi ſex hebdomadis ante Comitia: Citatio valvis affigitur; Reus voce Præconis de more ter quaterque accerſitur: dicto judicii die ſæpe locus Comitiorum, quando Reus eſt potens, armatis completur, ut factum eſt in Zboroviorum judiciis apud Solikovium *in Comment. Rer. Polon. pag. 159.* Inſtigator (cui Delator adſiſtit vel ſi certa & evidentia ſunt contra Reum documenta, etiam ſine Delatore) cauſam proponit: Reus, qui non niſi viginti ad ſummum viris (in quibus

Modus procedendi adverſus Reum læſæ Majeſtatis.

& conſanguinei & miniſtri cenſentur) comitatus, urbem ipſumque locum judicii intrare poteſt, aut ipſe per ſe cauſam agit, aut Patronum cauſæ ſibi dari poſtulat, aut eum conſanguinei defendunt. Quando Senatores & Deputati ex Nunciis ſententias dicunt, Rex abſens eſt (quod etiam ex Conſtitutione anni 1588. in Actis Electionis Regis Michaelis repetitur.) Poſtquam ex pluralitate calculorum in abſentia Regia decretum ſtetit, tunc præſente ipſo Rege de ſcripto publicatur per Marſchalcum ſupremum, qui etiam jure victos præſentes vinculis mancipari & capitis damnatos extremo ſupplicio affici jubet. (*Vid. Conſtitut. An. 1588. in princip.*) Cum An. 1620. quidam nomine Michael Piekarski de villa Bienkowiec Palatinatus Sendomirienſis, ex illa Equeſtri familia quæ inſignia Topororum in ſcuto flavo defert, Regem Sigismundum III. (propterea quod ipſi uti furioſo Curatores aſſignaverat,) in templum S. Johannis Baptiſtæ euntem clavâ mucrone eminente munita (*Czekan* Poloni vocant) percuſſiſſet, & aliquot vulnera in capite dextraque faciei parte inflixiſſet; Senatus, qui tunc Varſaviæ præſens erat, adſcitis ex Conſtitutione anni 1588. octo Nunciis Terreſtribus iiſque

Decretum ex pluralitate ſententiarum.

Marſchalci ſupremi munia in judiciis Comitialibus de Crimine læſæ Majeſtatis.

Exemplum Piekarſcii.

que

Digitized by Google

que jurejurando adſtrictis, primò dictum Piekarski per Miniſterialem generalem publicari juſſit infamem: mox bona ipſius fiſco addixit: tum liberos & ſucceſſores dicti ſicarii ex lumbis ipſius in linea recta deſcendentes omnium Dignitatum incapaces declaravit. Prædium inſuper ſicarii Bienkowiec dictum in Palatinatu & Diſtrictu Sendomirienſi ſitum, ut domicilium ipſius, ſolo æquandum ibique in perpetuam rei memoriam columnam erigendam cenſuit. Cavit tamen ſimul, ne hæc ignominia aliis Piekarſciis Nobilibus ex diverſis familiis oriundis in Regno & Magno Ducatu Lithvaniæ fraudi eſſet. Negotium de pœna in corpore luenda Senatus cum Nunciorum Delegatis ad Marſchalcum Regni ſupremum remiſit, cui recentium criminum in Comitiis perpetratorum cognitio & animadverſio in delinqventes competit. Ex Marſchalci ergo ſententia Michael Piekarski ignitis forcipibus laniatus. Poſtea manu dextra & digitis articulatim præciſis, equis in diverſum incitatis pedibus diſtractum carnifex flammis conſumpſit, ejusque Cineres in profluentem Viſtulæ abjecit, ut hoc ipſum diſcimus ex ipſo Decreto contra Michaelem Piekarski feria quinta poſtridie Feſti S. Cathari-

tharinæ Virginis ac Martyris Anno Domini 1620. lato, & ex Paulo Piaſecio *ad dict. an. pag. 404.* Alias Decreti executio, ſi reus eſt abſens, Capitaneo loci, ubi Reus habitat, addito alio Nobili, demandatur; & ſi unus Capitaneus non ſufficit, & vicinus addi ſolet. Non raro etiam jure victi abſentes proſcribuntur ſive banniuntur. Proſcriptionis vero vis eſt hujusmodi, quod is, qui ei addictus eſt, intra fines Regni degere prohibetur, alioquin à quolibet impune occiditur Magiſtratus omnes, in quorum ditiones divertit, eum attinere, & ad capitis pœnam ſervare obligantur, ait Piaſecius *in Chron. pag. 15.* Supplicio tamen afficere non poſſunt Magiſtratus eo modo captum, niſi Regem ea de re conſuluerint. Piaſec. *loc. cit. pag. 16.* Attamen Republica & Rege jam placatis frequenter proſcriptis literæ ſecuritatis dantur, ut in Regnum redeant. Et hactenus etiam de Judiciis Comitiorum.

Executio Decretorum Capitaneis demandatur.

Proſcriptionis vis.

XXIX. Cum multa reperiantur in Regno, atque in Magno Ducatu Lithvaniæ contributionum genera, ut ſupra cap. II. num. VIII. diximus, peculiaria quoque judicia his ſunt deſtinata. Antea quidem in ipſis Comitiis ſolebant à Quæſtoribus rationes exigi, ne fraude & dolo

Iudicium in quo cauſæ contributionum agitantur.

Digitized by Google

dolo publica illa pecunia in privatos uſus converteretur: ſed cum ob alia negotia rationibus his exigendis Rex in Comitiis vacare non poſſet, conſtitutum eſt Anno 1613. extraordinarium Judicium, quod dicitur TRIBVNAL THESAVRI. Locus ubi hoc judicium ordinarie in Regno exercetur, eſt Radomia, oppidum Sendomirienſis Palatinatus, unde etiam appellatur TRIBVNAL RADOMIENSE. In Magno Ducatu Lithvaniæ ordinarie habetur Vilnæ. Signanter dico *ordinarie*, quia neceſſitate id exigente aliis etiam in locis exercetur, retento tamen nomine Tribunalis Radomienſis. Quinimo in ipſa urbe Vilnenſi frequenter audias, hoc judicium appellari Tribunal Radomienſe, etiamſi Vilnæ habeatur. Judices hujus Tribunalis ſunt præter Theſaurarium, aliquot Senatores in Comitiis Regni & Magni Ducatus Lithvaniæ generalibus ad hoc negotium electi, ut & ex ſingulis Palatinatibus & quibusdam Terris (ut Dobrinenſi, Vielunenſi, Chelmenſi, Halicienſi) ſinguli Nuncii Terreſtres, itidem in Comitiis electi. In Maſovia, Podlachiæ & Ravenſi Palatinatibus, quoniam multæ reperiuntur terræ, alternatio obtinet in Deputatorum electione, ita ut ſemel ex una

Tribunal Theſauri ſive Tribunal Radomienſe.

Judices in Tribunali Theſauri ex Senatu & Nunciis.

Digitized by Google

una terra, & deinde ex alia eligantur. In Maſſovia vero præter alternatam illam An. 1674. miſſus eſt unus Deputatus ex Generalatu, ut vocant. *Vid. Confœderatio generalis Anni 1674. pag. 26.* In Magno Ducatu Lithvaniæ tantum ex Palatinatibus, non vero ex Diſtrictibus Palatinatibus adjunctis aliquando Deputati deſignantur: aliquando etiam ex univerſa Lithvania non niſi ſex aut octo Deputati Equeſtris Ordinis conſtituuntur, ut cum Theſaurario, & uno Cancellariorum conſtituto loco conveniant, ut *Conſtitutiones anni 1683. pag. 9. inter Conſtitut. Lithv. anni 1685. pag. 3. inter Conſtit. Lithv.* teſtantur. Nonnunquam in Comitiis tantum Senatores nominantur, ex Nobilitate autem ex Palatinatibus & terris in Comitiolis Relationum ſinguli, aliquando etiam ex generalatibus bini eligi jubentur. *Vid. Conſt. an. 1638. pag. 24. an. 1670. pag. 17. 18. 1685. pag. 4.* Salaria Judicibus his conſtituuntur in Comitiis, ita ut Director habeat duo millia florenorum, Senatores alii ſinguli mille florenos, Deputati ex equeſtri ordine ſinguli quingentos florenos. Antea quidem Deputati ex Nobilitate tantum ducentos florenos accipiebant, ut anno 1654. *pag. 4.* anno 1655. *pag. 22.* Poſtea autem hæc ſumma ſenſim aucta

Electio Nunciorum in Conventibus Relationum.

Salaria judicum.

aucta eſt, ita ut Anno 1658. ipſis dati ſint ducenti & quinquaginta floreni: Anno 1674. trecenti floreni, anno 1685. quingenti floreni. *Vid. Confœderatio generalis anni 1674. pag. 26. Conſtit. an. 1683. pag. 3. inter Conſtitut. Lithvan.* Hæc ſalaria Deputatis præbentur ex theſauro Regni in Regno, & ex theſauro Lithvaniæ in Magno Ducatu Lithvaniæ: quando autem Deputati ex Nobilitate in Comitiolis à fratribus eliguntur, tunc etiam Nobilitas illis ſalarium determinat. *Conſtit. an. 1638. pag. 24. an. 1670. pag. 17. 18. & alia.* Adeſt præter jam enumeratos Deputatos huic judicio etiam Notarius Campeſtris vel ejus ſubſtitutus. Judicantur in hoc Tribunali omnes Quæſtores, Contributionumque Exactores (*Poborcy*) Item Capitanei, qui poſt exactionem theſauro pecuniam non intulerunt. Item Mercatores aliique per quos quomodocunque Theſaurus damnum paſſus eſt. Ventilantur etiam hic cauſæ de Quarta, ut & aliæ. *Vid. Conſtitut. Anno 1655. pag. 22. ſeq.* Tempus hujus Tribunalis non certum, ſed ſemper antea determinatur in Comitiis; eſtque pro ratione temporis vel duarum vel trium vel etiam plurium hebdomadarum. Sed neque ſtatum tempus eſt conſtitutum, quando & quo

Notarius Campeſtris.

Cauſæ ad hoc judicium pertinentes.

Tempus hujus judicii.

anni

anni tempore illud judicium debeat exerceri: ſed quovis tempore neceſſitate exigente in Comitiis poteſt indici. Cætera eodem ferme ſe habent modo, ut in ſummis Regni & Magni Ducatus Lithvaniæ Tribunalibus. Confluentibus enim Deputatis Capitaneus illius loci hoſpitia Diſtribuit. *Conſtitut. an. 1609. menſ. Octobr. pag. 139.* Antequam judicia illa inchoentur, præſtant Deputati jusjurandum de juſte judicando ſecundum formam An. 1613. deſcriptam, hoc tantum addito, quod ipſi Deputati jurantes cum ſubditis ſuis nihil Contributionum theſauro debeant. *Vid. Conſtitut. an. 1667. pag. 2. ſeqq.* In Conſtitutionibus anni 1678. *pag. 3.* jubentur Deputati jurare ſecundum rotulam jurisjurandi Anno 1659. in Comitiis ſibi præſcriptam. Anno 1685. conſtitutum eſt, ut Deputati Senatorii & Equeſtris Ordinis jurent coram Officio Terreſtri Sendomirienſi vel abſente eo, coram officio Caſtrenſi Radomienſi ſecundum rotulam juramenti Tribunalitii, hoc tantum addito, quod Contributionum, de quibus in præſens agendum, liquidatio ſit facta in Palatinatu, quod nihil contributionum ipſi debeant, quod Exactores contributionum & Retentores earundem juvare nolint. Securitas hujus

Ordo in hoc judicio.

Deputati jusjurandum præſtant.

hujus Tribunalis Theſauri eadem eſſe debet quæ ſummorum in Regno & Magno Ducatu Lithvaniæ Tribunalium. Cæterum & præter hæc judicia Theſauri generalia in ſingulis aliquando Palatinatibus ejusmodi Tribunalia Theſauri ſolent inſtitui, ut factum eſt An. 1658. *Conſtit. dicti anni pag. 3. & 37. ſeq. an. 1659. p. 33. an. 1661. an. 1662.* Deinde Anno 1667. additum eſt, ut in ſingulis Palatinatibus hæc judicia exerceant Officiales Terreſtres, additis à Nobilitate in particularibus Conventibus congregata aliis quibusdam dummodo illi non ſint Contributionum Exactores. *Vid. Conſtitut. anno 1667. pag. 18.*

Securitas Tribunalis hujus.

Tribunalia theſauri particularia.

XXX. Affine huic Tribunali Theſauri eſt illud judicium, quod appellari ſolet COMMISSIO AD EXSOLVENDA MILITIBVS STIPENDIA, immo aliquando cum Tribunali Radomienſi conjungitur, ita ut iidem eligantur Commiſſarii (ſic judices hujus Comiſſionis vocantur) qui & Deputati (ita judices in Tribunali Radomienſi appellantur) ut diſcimus ex Conſtitut. *An. 1658 pag. 5. 6. 7. an. 1659. & an. 1653.* Aliquando etiam, licet per eosdem judices Commiſſio & Tribunal Radomienſe habeantur, diverſis tamen hoc fit temporibus, ut patet ex

Commiſſio ad ſolvenda militibus ſtipendia.

Digitized by Google

Locus Commiſſionis.

Conſtitut. *anni 1662.* Quando Commiſſio à Tribunali Radomienſi ſeparatur, haberi ſolet in Regno Leopoli, quia ibidem in limitibus milites excubare conſveverunt; in Lithvania autem Vilnæ, aut Grodnæ, aut ſi neceſſitas id exigit alio in loco. Iudicantur hic milites, qui pecunia accepta in Caſtris non comparuere, qui injurias & damna Bonis Nobilium aliorumque intulere, & quæ ſunt id genus alia. Aſſident his judiciis Duces Belli, item Commiſſarii ex Senatu in Comitiis: & ex Nobilitate vel in Comitiis, vel in particularibus Conventibus, eodem modo ut ſupra diximus electi. Exercitus quoque duos ex ſuo numero eligit, qui judiciis his interſint. *Vide ſupra citatas Conſtitutiones.* De tempore harum Commiſſionum item de jurejurando, ſalarioque Commiſſariorum eadem dici poſſunt, quæ ſupra diximus de Judiciis Theſauri & Deputatis eorum. Nam & hoc judicium eſt Extraordinarium, adeoque prorſus de pendet à diſpoſitione Comitiorum.

Cauſæ ad hoc judicium pertinentes.

Iudices in hac Commiſſione.

Duces Exercituum habent Iudicia militaria.

XXXI. Habet præterea Generalis Exercituum Dux ſua JUDICIA MILITARIA, in milites ſibi ſubjectos, in quos pro gravitate delicti poteſtatem animadvertendi habet, ne diſciplina militaris

ris collabatur. *Vid.* Theod. Zawacki *in Speculo tit. Exercituum Regni generalis*, & in Compendio Statutorum *Part. V. tit. 4.* Limitata tamen eſt ejus poteſtas in quibusdam, per Commiſſiones illas, de quibus ſuperiore numero egimus, item per judicia Tribunalitia, ubi etiam cauſæ militares judicantur. Sed de his judiciis etiam infra nobis quædam erunt dicenda.

XXXII. JUDICIA MARSCHALCALIA exercet ſupremus Marſchalcus, & in ejus abſentia Marſchalcus Curiæ, ut ſupra jam dictum. Pertinent ad hæc judicia primum Aulici Regii: deinde omnium Senatorum in Aula Regia degentium miniſtri & quidem in cauſis tam civilibus, quam criminalibus. Tertio omnes advenæ, qui in loco, ubi aula eſt Regia, commorantur. Item illi, qui in urbibus ſub præſentia Regis contra Statuta Marſchalcide preciis rerum delinqunt, ut ſunt Piſtores, braxatores, Oenopolæ, Zytopolæ, Piſcatores, aliisque opifices. Præterea omnes cauſæ criminales etiam Civium in urbibus in præſentia Regis quidquam delinquentium, verbi gratia: Si quis quempiam verberarit, vulnerarit, occiderit, domum ejus effregerit, imo etiam verbo eum læſerit,

Judicia Marſchalcalia.

Quinam in hoc judicio judicentur.

Locus Commiſſionis.

Conſtitut. *anni 1662.* Quando Commiſſio à Tribunali Radomienſi ſeparatur, haberi ſolet in Regno Leopoli, quia ibidem in limitibus milites excubare conſveverunt; in Lithvania autem Vilnæ, aut Grodnæ, aut ſi neceſſitas id exigit alio in loco. Iudicantur hic milites, qui pecunia accepta in Caſtris non comparuere, qui injurias & damna Bonis Nobilium aliorumque intulere, & quæ ſunt id genus alia. Aſſident his judiciis Duces Belli, item Commiſſarii ex Senatu in Comitiis: & ex Nobilitate vel in Comitiis, vel in particularibus Conventibus, eodem modo ut ſupra diximus electi. Exercitus quoque duos ex ſuo numero eligit, qui judiciis his interſint. *Vide ſupra citatas Conſtitutiones.* De tempore harum Commiſſionum item de jurejurando, ſalarioque Commiſſariorum eadem dici poſſunt, quæ ſupra diximus de Judiciis Theſauri & Deputatis eorum. Nam & hoc judicium eſt Extraordinarium, adeoque prorſus de pendet à diſpoſitione Comitiorum.

Cauſæ ad hoc judicium pertinentes.

Judices in hac Commiſſione.

Duces Exercituum habent Iudicia militaria.

XXXI. Habet præterea Generalis Exercituum Dux ſua JUDICIA MILITARIA, in milites ſibi ſubjectos, in quos pro gravitate delicti poteſtatem animadvertendi habet, ne diſciplina militaris

ris collabatur. *Vid.* Theod. Zawacki *in Speculo tit. Exercituum Regni generalis*, & in Compendio Statutorum *Part. V. tit. 4.* Limitata tamen eſt ejus poteſtas in quibusdam, per Commiſſiones illas, de quibus ſuperiore numero egimus, item per judicia Tribunalitia, ubi etiam cauſæ militares judicantur. Sed de his judiciis etiam infra nobis quædam erunt dicenda.

XXXII. JUDICIA MARSCHALCALIA exercet ſupremus Marſchalcus, & in ejus abſentia Marſchalcus Curiæ, ut ſupra jam dictum. Pertinent ad hæc judicia primum Aulici Regii: deinde omnium Senatorum in Aula Regia degentium miniſtri & quidem in cauſis tam civilibus, quam criminalibus. Tertio omnes advenæ, qui in loco, ubi aula eſt Regia, commorantur. Item illi, qui in urbibus ſub præſentia Regis contra Statuta Marſchalcide preciis rerum delinqunt, ut ſunt Piſtores, braxatores, Oenopolæ, Zytopolæ, Piſcatores, aliisque opifices. Præterea omnes cauſæ criminales etiam Civium in urbibus in præſentia Regis quidquam delinquentium, verbi gratia: Si quis quempiam verberarit, vulnerarit, occiderit, domum ejus effregerit, imo etiam verbo eum læſerit,

Judicia Marſchalcalia.

Quinam in hoc judicio judicentur.

ſive civis ille, ſive peregrinus fuerit, in hoc judicio Marſchalcali convenitur. Similiter ſi quis Civium aut peregrinorum viſus fuerit cum armis ſeditionem præ ſe ferentibus, ut cum bombarda &c: ſive in urbe ſive in ſuburbiis ejus loci, ubi Rex commoratur, oberrans, ad hoc Marſchalcale judicium trahitur. Ex dictis autem jam fere elucet, judicia hæc exerceri non tantum Varſaviæ tempore Comitiorum, ſed etiam omnibus in locis, ubicunque Rex cum aula ſua hæret, ita tamen, ut in Regno Marſchalcis Regni, in Lithvania autem Marſchalcis Lithvaniæ hoc jus competat. Habet autem in hoc judicio Marſchalcus ſuum judicem, qui Judex Marſchalcalis (*Sedzia Marſchalkowski*) vocatur, & Notarium, per quos judicia illa, præſertim in cauſis levioribus, exercet. Juſjurandum, quo Judex Marſchalcalis ſe obſtringere cogitur, reperimus in Conſtitutionibus de anno 1678. *inter Lithvan. Conſtit. pag. 23.* Habet autem ſe modo ſequenti: *Ego N. juro, quia juſte ſecundum Deum, jus ſcriptum, articulos Illuſtriſſimi Domini ſupremi Marſchalci Regni vel Magni Ducatus Lithvaniæ, æquitatem & partium controverſias judicabo, recognitionesque ſuſcip.*

Locus hujus judicii.

Judex Marſchalcalis.

Notarius Marſchalcalis.

Juſjurandum judicis Marſchalcalis.

Digitized by Google

ſuſcipiam, divitis & pauperis, amici & inimici, civis & peregrini diſcrimine ſublato, & neque favorem neque odium, neque præmium, neque pœnas mihi propoſitas curabo, ſed in judicando ſolum Deum & jus ſcriptum æquitatem, partium controverſias recognitionesque & in his omnibus judicium conſcientiæ meæ ſequar & audiam. Foralia non niſi quæ ab Illuſtriſſimo ſupremo Marſchalco Regni ordinata fuerint ratione officii mei percipiam: precia rebus ad neceſſitatem Curiæ Sereniſſimi Regis importandis ex æquo & juſto juxta præſcriptum Illuſtriſſimi Marſchalci imponam, nec quenquam graviori eo nomine patiar: Salaria judicii mei juxta moderationem Illuſtriſſimi Marſchalci percipiam. Securitati providebo, cauſasque violatæ ſecuritatis ſine ſcitu Illuſtriſſimi Marſchalci ſopiri & componi non patiar. Scandala & exceſſus per conniventiam non ſubticebo, ſed mihi delata juxta meritum & demeritum puniam. Vagos & è contuberniis Civitatum pro-

ſcriptos prætextu ſervitiorum curiæ non fovebo, publicis defraudatoribus ſeu aleatoribus non patrocinabor, aliaque omnia ad Curiæ ordinationem & dignitatem S. R. Majeſtatis, Domini mei clementiſſimi, ſervitia mihi à ſupremo Illuſtriſſimo Marſchalco Regni commiſſa & tradita, fideliter & pro poſſe meo faciam & exſequar. Sic me Deus adjuvet & ſancta crux Chriſti.

Iusjurandum Notarii Marſchalcalis.

Jusjurandum autem Notarii Marſchalcalis tale eſt: *Ego N. juro, quia juſte ſecundum Deum, jus ſcriptum, æquitatem & partium controverſias judicabo, conſulam Judici, fideliterque partium recognitiones, controverſias, affectationes ſeu poſtulationes juridicas, vel judicis decreta in librum Actorum Marſchalcalium inſcribam & inſcribi curabo: ſed in judicando, conſulendo & ſcribendo ſolum Deum & juſtitiam ſanctam, & æquitatem partium, recognitiones, controverſias ac Judicis ſententias in hiſque omnibus conſcientiæ meæ judicium ſequar & audiam, aliaque negotia mihi incumbentia fideliter*

Digitized by Google

ter & pro poſſe meo peragam. Sic me Deus adjuvet & S. Crux Chriſti. In Judiciis Comitiorum criminalibus, ubi de fama vel capite Nobilis agitur, quæ ſint partes Marſchalci, jam ſupra, cum de judiciis Comitialibus ageremus, indicavimus. Articulos Officii Marſchalcalis tempore Wladislai IV. Regis conſtitutos præfixit Petrus Electus Typographus Varſavienſis Juri Magdeburgico & Culmenſi Polonicè An. 1646. edito. Poſtremo notandum, non dari appellationem à Judiciis Marſchalcalibus; in cauſis tamen gravioribus non per modum appellationis, ſed informationis ſententia Regis exquiritur.

Articuli officii Marſchalcalis.

Provocationes à judiciis Marſchalcalibus non dantur.

XXXIII. JVDICIVM CAPTVRALE, quod ſub tempus Interregni habetur eſt duplex. Aliud eſt generale, de quo jam ſupra *lib. II. cap. 1.* actum eſt. Hic tantum de eo addimus, Judices Capturalis Judicii generalis obſtringi jurejurando, quod Deputati Tribunalitii præſtare ſolent: item Decreta in iisdem ex pluralitate calculorum ferri. *Vid. Confœderatio generalis Anni 1648. pag. 9.* Aliud eſt Capturale particulare in ſingulis Palatinatibus & Diſtrictibus. Aſſeſſores Capturalis judicii omnium Nobilium in Conventibus Particularibus ſub initium

Iudicia Capturalia.

Iudicium Capturale particulare.

Digitized by Google

Interregni congregatorum conſenſu nulloque contradicente eliguntur, obſtringunturque jurejurando formula judicii Tribunalitii coram judicio Terreſtri. Citationes ſub hoc titulo ſcribuntur: *Nos Proceres Palatinatus Cracovienſis. &c.*: Sententia ex pluralitate calculorum pendet. Judicant verò Judices illi Capturales cauſas ad quatuor articulos Caſtrenſes pertinentes, de quibus ſupra num. IX. egimus. Item omnes cauſas facti violenti & perſonalis injuriæ, liquidarum exemptionum, prout in Confœderationibus Palatinatuum Particularibus, & in Confœderatione omnium Ordinum in Convocatione ante Comitia Electionis congregatorum hoc determinari ſolet. Non judicant autem Civiles cauſas & cognitiones jurium, neque cauſas Bonorum immobilium, neque finium regundorum. Neque cauſas jam in aliis Judiciis ventilatas, vel ſaltem inchoatas, neque tandem cauſas Fiſci. Ea namque Judicia ſub tempus Interregni prorſus ceſſant. *Conſtitut. An. 1587. p. 407. & 409. Conſtit. An. 1633. pag. 11.* Verùm Anno 1676. approbantur etiam judicia in cauſis exercita. *Vid. Confœderatio ejus anni pag. 12. & Conſtitut. Anni 1676. pag. 12.* Ceſſant judicia Capturalia particularia in ſingulis Palatina-

Citationes.

Quæ cauſæ judicentur.

Quæ cauſæ eo non pertineant.

tinatinatibus & Terris, tribus hebdomadis ante Comitia Electionis (quoniam tunc Equeſtris Ordo ad Electionem Novi Regis confluit) in ipſa Electione (quoniam tunc in Comitiis Nobilitate congregata Judicia Capturalia generalia habentur) & tribus hebdomadis poſt Comitia Electionis ſecundum morem antiqvum. *Vid. Acta Electionis Wladislai IV. Conf. & Confœderatio anni 1674. pag. 6.7.* Reſumpta poſt Electionem judicia Capturalia particularia continuantur, ad Coronationem Regis, ultra initium vero coronationis extendi non poſſunt. Cauſæ in his judiciis agitatæ, nec dum vero appropinquante Coronatione novi Regis executioni datæ, judicio Caſtrenſi committuntur. Cœptæ vero cauſæ & nondum deciſæ pro Tribunali ante omnes alias cauſas ex peculiari Regeſtro, de quo jam ſupra diximus judicantur; Pœnæ quoque eædem irrogantur, quæ in Capturalibus judiciis ſunt deſcriptæ. *Vid. Conſtitut. An. 1633. p. 11. an. 1649. pag. 12. an. 1670. p. 12.* Securitas horum judiciorum eadem eſt, quæ Tribunalium, de quibus ſupra.

Cauſæ nondum executioni datæ aliæque agitari cœptæ.

XXXIV. Sed pergamus jam ad judicia, quæ in Civitatibus & pagis exerceri conſveverunt. In Civitatibus & pagis habi-

Judicia in urbibus & pagis.

habitant vel Chriſtiani, vel Judæi, vel (ut in Lithvania) Tartari. Chriſtiani in urbibus & oppidis habent ſuos Magiſtratus, qui ipſos judicant aut jure Magdeburgenſi ſive Saxonico: ut in Polonicis & Lithvanicis urbibus aut jure Cuilmenſi, ut in plerisque Pruſſiæ Regiæ Civitatibus: aut denique jure Lubecenſi, ut in Pruſſia Elbingæ, Brunsbergæ, Frauenburgi, ut alibi docuimus. Conf. Czaracki *in Proceſſu judiciario Part. I. tit. 2.* In his judiciis civitatum, ſi quis gravatum ſe ſentit, conceditur ipſi ulterius Provocatio ad judicium poſt Curiam, de quo poſtea agemus. In Pruſſia vero non una eſt Appellationum ratio. In Majoribus enim Civitatibus prima inſtantia eſt in judicio Scabinorum: Secunda in Senatu Civitatis & tertia apud Regiam Majeſtatem. In minoribus autem Civitatibus prima inſtantia eſt in judicio Scabinorum: inde appellatio datur ad Capitaneum illius loci: ſi vero cauſa 50. marcas excedit, a Scabinis dabatur provocatio ad Conventum generalem Pruſſiæ, & inde ad Majeſtatem Regiam. *Vid. Jus Culmenſe noviſſime reviſum lib. II. tit. 22. cap. 6.* Verum hodie cum Conventus Generales Pruſſiæ non habeantur, tres tantum ſunt inſtantiæ in Minoribus etiam Civitatibus.

In Pruſſia judicia Civitatum.

tatibus.

Digitized by Google

tatibus. Alioquineque hoc omittendum eſt, non in quibusdam cauſis admitti Appellationem à judiciis Civitatum Pruſſicarum, neque à quavis ſumma pecuniæ, ut ex peculiaribus harum Civitatum Privilegiis liquet. *Vid.* Jus Publicum Dantiſcanum Eliæ Conſtantini von Treume Schröder *lib. I. tit. 2. cap. 38. & lib. II. tit. 10. per totum.* Reinholdi Curike *Chronicon Dantiſcanum lib. 2.* Quod ad JVDÆOS attinet, illorum judicia in Regiis urbibus ita ſe habent. Si inter Judæos ipſos lites oriuntur, eas judicant Seniores ipſorum. Sin autem Chriſtianus Judæo litem intendit, aut itidem ad Seniores cauſam defert, quod ſæpe fit ob certas cauſas: aut, quod legibus eſt conformius, VicePalatini opem implorat, apud quem ſecundum leges prima eſt Inſtantia. *Vid. Conſtitut. An. 1633. pag. 37.* A Vicepalatino datur appellatio ad Palatinum ipſum; qui eſt legitimus Judæorum Judex *ibid.* Conf. *Conſtit. an. 1662. pag. 9.* In Volhynia tamen cauſæ Judæorum non ad Palatinum ſed ad Capitaneos pertinent, ſive ſint cauſæ Civiles ſive Criminales, ut Cognoſcimus ex Conſtitut. Anni 1678. *tit. Poglowne Zydowskie &c. pag. 10. ſeq.* Cæterum illi Judæi qui in oppidis & pagis Nobilium habitant, ſub Domini

Judicia Judæorum.

ſui

ſui jurisdictione ſunt. *Vid.* Theod. Zawacki *in Floſculus Legum tit. Judæi.* Si in dictis Judiciis cauſa terminari non poteſt, conceditur Appellatio ad Regiam Majeſtatem, ſive ad judicium poſt curiam ſi cauſa excedit centum florenos. *Conſtitut. an. 1633. p. 36. ſeq. an. 1678. p. 10. ſeq.* TARTARI in Lithvania judicantur Caſtrenſibus. *Conſtitut. anni 1611. pag. 47.* Si Tartari habent Bona Terreſtria, conveniuntur ratione eorum in judicio Terreſtri, Tribunalitio & aliis *Conſtitut. 1607. pag. 862.* Sed in recentioribus Conſtitutionibus cautum eſt, ne Tartari ſibi Bona Terreſtria acquirant, & ſi qua ſibi acquiſiverunt, ut intra certum tempus ea Nobilibus vendant. *Conſtitut. an. 1616. pag. 45. an. 1620. p. 16.* &c.

Tartarica judicia.

XXXV. A judiciis oppidorum & urbium, item à Judicibus Judæorum datur Appellatio ad Judicium Regium, quod vocatur POST CVRIAM. Illud autem Judicium Poſtcuriale duplex eſt, nempe *Aſſeſſoriale* & *Relationum*. I. IN ASSESSORIALI IVDICIO Præſes eſt Cancellarius Regni ſupremus, vel eo abſente ProCancellarius Regni, ſi ex Regno & Pruſſia cauſæ ad aulam Regiam devolvuntur: ſin autem ex Lithvanicis urbibus appellationes inſtituuntur, præſidet Can-

Judicium Poſtcuriale eſt duplex.

Aſſeſſorale judicium Iudices.

Cancellarius Lithvaniæ, aut eo abſente ProCancellarius Lithvaniæ. Aſſeſſores ſunt Referendarii, Regens Cancellariæ, Notorius Decretorum Curiæ, & quidam Secretarii Regii ad hoc conſtituti & electi. Agitantur hic cauſæ, quæ à Civitatum judiciis eo devolvuntur, ut jam ſupra innuimus. Item datur huc Appellatio à Judicio Palatinali, quando Chriſtianus cum Judæo litigans gravatum ſe ſentit ſed & aliæ multæ controverſiæ in judicio Aſſeſſoriali agitari ſolent, ut cauſæ Fiſci, ſive cauſæ ex Proventibus Bonorum menſæ Regiæ ortæ. *Conſtitut. an. 1647. pag. 2. ſeq.* Conf. Joan. Nikdorff *in Proceſſ. judiciario Poloniæ & Pruſſiæ Regalis.* Judicia hæc Aſſeſſorialia non exercentur, niſi Rex aut ſit in ipſa urbe, aut ſaltem in Palatinatu eodem. Ordinatio eorum prodiit An. 1680. & inſerta eſt Conſtitutionibus *Anni 1683. pag. 7. & ſeqq.* II. IN IVDICIO RELATIONVM præſidet ipſe Rex, aſſidentibus Senatoribus & Referendariis, Ventilantur hic cauſæ à judiciis Aſſeſſorialibus, Lithvanico & Polonico, devolutæ, adeò ut hoc judicium ſit utrique genti commune. Propterea etiam quando cauſæ Civitatum Regni diſcutiuntur, adeſſe ſolet etiam Cancellarius Lithvaniæ, & contra. Devolvun-

Cauſæ ad judicia Aſſeſſorialia pertinentes.

Locus ubi hæc judicia exercentur.

Iudicia Relationum.

vuntur autem huc ex judiciis Aſſeſſoria-libus cauſæ *appellatione admiſſibili advoluta. Nam & DD. Aſſeſſorum judicium tantæ eſt auctoritatis, ut ſi non admiſerint appellationem à ſuo Decreto per partem gravari ſe ſentientem interpoſitam, eandem proſequi nulli amplius eſt integrum, neque licet de proſequenda proteſtari, neque jam gravaminis ulla querela eo nomine proponi poteſt*, ait Gregorius Czaracki *in Proceſſu Judiciario Practico Part. I. tit. 2. num. 4.* Quare etiam, qui ſe Decreto Aſſeſſorialis judicii ſentiunt gravatos, non utuntur illo vulgari: *Appello.* Sed ſubmiſſe à Cancellario, Præſide Judicii Aſſeſſorialis petunt Remiſſionem ad Judicium Relationum. Alioqui, ſi quis temere Appellationem interpoſuerit, aut temere citationes impetrare præſumpſerit, ſeſſione turris vel alia pœna arbitraria afficitur. Andreas Lipski *in Obſervat. Cent. 1. Obſerv. 92.*

Appellatio admiſſibilis à Iudicio Aſſeſſoriali.

Modus appellandi.

XXXVI. Præterea ſunt in Regno Poloniæ etiam JUDICIA PALATINALIA, ad quæ pertinent primò cauſæ Judæorum, de quibus jam ſupra actum. Deinde cauſæ omnes ad menſuras liquidorum & aridorum pertinentes, quas Palatini in Civitatibus conſtituunt, & contra hanc conſtitutionem delinquentes puniunt. In urbibus Pruſſicis hæ

Iudicia Palatinalia.

cauſæ

cauſæ pertinent ad Officium mulctatorium, ex Germanico, das Welt-Amt/ ita dictum. Palatinorum autem Prussicorum longè amplior eſt jurisdictio, quam Polonicorum, ut ex ſuperioribus patet.

XXXVII. Sunt etiam ad huc alia judicia in Regno Poloniæ, quæ mixta vocantur, quoniam diverſorium Judiciorum Judices in iis concurrunt. In his cenſeri primo poteſt JUDICIUM PALATINALE & CAPITANEALE ſimul, quod PræConſulem judicat Conſtitutiones de pretiis rerum non exſequentem. Citatio mittitur ſub titulo Palatini & Capitanei. Theod. Zawacki *in Proceſſu Judiciario tit. 2.* Locus autem Præ Conſuli præfigitur à Palatino in Prætorio Civitatis primariæ ſui Palatinatus. Zawacki *in Speculo Senatorum ſub tit. Palatinatus.* In Pruſſia nullum tale jùdicium reperitur, ut ex paulo antea dictis manifeſtum eſt. Deinde JUDICIUM CAPITANEALE & CIVILE ſimul eſt, quando Capitaneus vel ejus Officium Nobilem ob privatim Crimen juxta Statutum Thorunenſe in Civitate captum cum Officio civili judicat. Cavetur verò in Conſtitut. An. 1633. *pag. 24.* ne Cives cum ſolo Notario Caſtrenſi hoc judicium exerceant: ſed ut ipſe Capitaneus aut ViceCapitaneus

Iudicia mixta.

Iudicium Palatinale & Capitaneale.

Iudicium Capitaneale & Civile.

us ab illo miſſus judicio interſit. In Pruſſicis Civitatibus Majoribus, ſi Nobilis aliquis capitur, judicari ſolet à Magiſtratu urbis præſente Burggravio Regio, ad quem aliàs etiam cauſæ Criminalis pertinent. Si ipſe Burggravius adeſſe non poteſt, devolvit partes ſuas ad tempus in Pro Burggravium. Tempore Interregni in urbe Polonica captus in recenti crimine Nobilis judicatur in judicio mixto, in quo conveniunt ad Curiam civitatis judices Capturales, & ex Magiſtratu Civico quidam, ita ut judicum Capturalium ſint altero tanto plures, & ſententiarum pluralitas obtineat. Vid. Confœder. Gener. an. 1674. p. 9.

Limitanea judicia in M. Ducatu Lithvaniæ.

Iudicium Limitaneum inter Livones & Lithvanos.

Iudicium Limitaneum inter Curlandos & Lithvanos.

XXXVIII. Ad judicia hæc Mixta fortaſſe non inepte reduci poſſent JVDICIA LIMITANEA in Magno Ducatu Lithuaniæ. Exemplum talis judicii habuimus jam ſupra num. V. de Terminis Diineburgenſibus, in quibus Judex, Subjudex & Notarius Terreſtres Braclavienſes, ſimul cum Judicibus Livonicis convenire juſſi ſunt Conſtitutione an. 1631. *pag. 40.* ut cauſas inter Livones & Lithuanos occurrentes dijudicarent. Simile judicium fuit antea quoque nimirum An. 1611. inſtitutum inter Diſtrictus Lithvanicos Vpitenſem & Braclavienſem ex una, & Ducatum

Digitized by Google

tum Curlandiæ ex altera parte, ad Controverſias inter incolas harum terrarum intercedentes componendas. Nimirum Marſchalci & Succamerarii Vpitenſes & Vilkomirienſes quotannis bis convenire juſſi ſunt cum Deputatis Ducis Curlandiæ, ſemel Dominica Lætare, & iterum poſt S. Bartholomæi, vel in oppido Zeimel Diſtrictûs Vpitenſis, vel in Rakiliſzki oppido Diſtrictûs Wilkomirienſis, vel etiam in aliis duobus Curlandiæ locis à Duce Curlandiæ denominandis. Cætera de hoc judicio petas ex Conſtitutione Anni 1611. *pag. 43.* Porrò cum Anno 1667. menſe Januario in Pago Andruſzovienſi inter Poloniæ Regem & Moſcoviæ Ducem induciæ eſſent factæ, conſtitutum eſt in Pactis *num. XIII.* ut in finibus Lithvaniæ & Moſcoviæ bini utrinque Limitum Judices & Commiſſarii in certo loco convenirent, litesque intercedentes definirent. Deinde cum Induciæ illæ jam eſſent jurejurando utrinque confirmatæ, conſtitutum eſt in Comitiis anni 1676. *pag. 19. inter Conſtitut. Lithvan.* ut judices illi ex limitaneis Palatinatibus & Diſtrictibus bini a Nobilitate in Conventibus particularibus Poſtcomitialibus eligerentur, utque certum ipſis ſalarium conſtitueretur. Hi convenire cum Moſcoviticis

Iudicia limitanea inter Lithvanos & Moſcovitas.

Digitized by Google

Deputatis, prævioque juramento de juſte judicando, cauſas in limitibus ſine mora & ſine appellatione judicare, & executioni mandare debuerunt. Proximo anno 1677. poſt judicia illa inchoata modus etiam certus executionis per Officia Caſtrenſia inſtituendæ præſcriptus eſt, Conſtitutione ejus anni *pag. 20. inter Conſtitutiones Lithvanicas*. Pactis poſtea Induciarum anno 1678. ſancitis hic articulus inſertus eſt: *Et quoniam Judices Limitum juxta punctum decimum tertium Pactorum Andruszovienſium nondum Commiſſionem ſuam expediverunt, nec in Civitatibus finitimis jus adminiſtrarunt, ideoque An. 1679. & Orb. Cond. 7187. ab utroque Monarcha Judices debitis inſtructi plenipotentiis convenient, limites diſcernent, ſimulque ratione debitorum & homicidiorum inquirent, omneſque difficultates dijudicabunt.* Idem urgetur in Conſtitutionibus An. 1685. *pag. 9. inter Conſtitut. Lithvan.* ut judices Limitanei in Palatinatibus & Diſtrictibus Albæ Ruſſiæ eligantur, qui ſimul cum Deputatis Moſcoviticis bis ſingulis annis tempore conſtituendo in locis certis convenientes ſine

ne ſolennitatibus & dilationibus non concesſa Appellatione ad inſtar Judiciorum ſummi in Magno Ducatu Lithvaniæ Tribunalis cauſas decidant, & Decretorum executionem alternatim, vel unus dictorum judicum, ſine mora iuſtituant. Salaria ipſis, ut antea jam ſtatutum erat, Equeſtris Ordo in Conventibus Particularibus in ipſa electione conſtituere debet.

XXXIX. Expoſitis judiciis Secularibus, pauca etiam de Judiciis ECCLESIASTICIS ſubjiciemus. Judicant in Polonia Epiſcopi eorumque Officiales de Inſtitutis & Ritibus Religionis, de hæreſi, ſchismate, Magia, Incantationibus, fœnore, Sacerdotiorum cauponatione, quam Simoniam vulgo vocant: de Decimis, Cenſibus ac Reditibus Eccleſiaſticis: de cæde, vi & injuria ſacris initiato homini, reive aut loco ſacro ſeu ſacerdotii fundo illata. Ad hæc judicia pertinent etiam controverſiæ de jure Patrocinii ſive Patronatus, & de Sacerdotiorum jure quævis controverſiæ, itemque de jure Matrimonii & Natalium & de Miſerabilium egentium perſonarumque injuriis, quæque ex obligatione in foro Eccleſiaſtico facta oriuntur. Teſtamentariæ cauſæ profanorum hominum in — *Judicia Eccleſiaſtica.*

hoc æque ac profanis foris diſceptantur, dummodo extra judicia teſtamenta ſint condita, alias in foro diſceptantur, in quo ſunt condita, niſi quid forte legatum ſit pietatis ergo & ad piam cauſam, hoc eſt, templis, Eccleſiarumve miniſtris aut egenis. quæ cauſa propria eſt Eccleſiaſtici judicii. *Vid.* Herburt. *in Statut. tit. Spirituales pag.* 453. *ſeq.* Cromer. *lib. II. Deſcript. Polon. pag.* 179. *ſeq.* Ab Epiſcopis datur Provocatio ad Archiepiſcopos & quidem ad Leopolienſem ex Præmislienſi, Chelmenſi, Camenecenſi, Luceorienſi & Kiovienſi Epiſcopatibus, ex reliquis ad Archiepiſcopum Gneſnenſem. Sed à Leopolienſi quoque Archiepiſcopo provocationes admittuntur ad Archiepiſcopum Gneſnenſem, ut ad Legatum natum, & ab eo ad Pontificem Romanum. Executio in ſacri Ordinis homines competit Epiſcopis: in Seculares autem aliis Magiſtratibus Secularibus. *Vid.* Martin. Cromer. *loc. cit.* Conf. Janus Januszovius *lib. II. Conſtitut. Part.* 6. *tit.* 1. *ſeq.* Inter Græcæ Religionis homines judicia Eccleſiaſtica exercent Epiſcopi, qui in Polonia vocantur *Wladiki*: horum ſententia gravati Metropolitanum ſuum appellabant: denique ad ipſum Conſtantinopolitanum Patriarcham. Provocatio inſti-

Provocatio ab Epiſcopis

Judicia Eccleſiaſtica inter Ruſſos.

Digitized by Google

inſtitui ſolebat. Cum vero ſub hoc prætextu multi extra regnum ſe conferrent & periculum eſſet, ne ſub hoc prætextu hoſti conſilia proderent, prorſus appellationes iſtæ ſub pœna capitis ſunt prohibitæ, *Conſtitutione Anni 1676. pag. 28.*

Provocationes & Conſtantinopolitanum Patriarcham prohibentur

XL. Ad extremum notandum eſt ad judicia ſpiritualia in Regno Poloniæ pertinere & JUDICIUM NUNCIATURÆ, quod exercet Nuncius Apoſtolicus eam obrem in Polonia reſidens; quamvis non deſint, qui ea judicia Archiepiſcopo Gneſnenſi, ut Legato Nato, competere arbitrantur. Idcirco non ita pridem Archiepiſcopus Gneſnenſis, nomine Andreas Olszovius, poſt diſceſſum Bonviſii ad Nunciaturam Viennenſem Inter-Nuncium admittere noluit. Immò ipſe Sereniſſimus Rex Joannes III. per literas ex caſtris ad Leopolin die 14. menſis Septembris Anno 1675. datas ad Illuſtriſſ. Dominum Lubomirſcium, tunc Curiæ Regni, nunc ſupremum Marſchalcum, opponebat auctoritatem ſuam, quod exemplo Deceſſoris ſui in Deputationem Inter-Nuncii nullo modo conſentire poſſet, cum eſſet contra dignitatem Regiam & cum præjudicio Archiepiſcopi Gneſnenſis Legati Nati aliorumque Epiſcoporum. Ante autem quam Nuncius Pontificis judicia Nun-

Judicium Nunciaturæ.

Digitized by Google

ciaturæ incipiat, ſolet in recognitionem ſupremi Dominii præſentare Breve Apoſtolicum Legationis ſuæ Regiæ Majeſtati, atque principalibus Regni Miniſtris & alicui ex primis Senatoribus Secularibus ad latus Regium reſidenti. *Vid.* Chwalkowski *lib. III. cap. I. num. 3. pag. 397.*

CAP. VIII.

De *Militia Polonorum.*

I.

Abſoluta olim fuit Principum poteſtas in bello.

NOn eſt dubium, quin à primis Polonici Regni incunabulis Principes Polonorum in bellum profecturi ſubditos ſuos nobiliores excire pro lubitu ſoliti ſint, ut Patriam ab hoſtibus defenderent, aut etiam limites imperii ulterius proferrent. Quamobrem etiam Nobiles in Polonia (eodem ut apud alias gentes) olim dicti ſunt Milites, ut ex variis Privilegiis antiquis probari poteſt. Præſertim notanda ſunt verba Sigiſmundi Auguſti ex Conſtit. de An. 1550. *Quia,* inquit ille, *ordo militaris primas partes in Regno hoc habet, nullus debet eſſe in Conſilio noſtro*

Nobiles dicti ſunt nomine Militum.

Digitized by Google

ſtro, niſi ex militari genere, tam ſpiritualis, apud Janum Januſzovium *lib. II. Conſtitut. Part. I. tit. I. pag. 269.* Poſtea vox, *milites*, degeneravit in vocem, *Equites*, quod etiam militare vocabulum, hodieque apud Polonos frequentiſſimum eſt. Fuit autem hoc militiæ genus antiquis temporibus ſimpliciſſimum, nulliſq; legibus circumſcriptum, cum omnia à nutu & voluntate Principum penderent. Sed ubi libertas, præſertim ſuſcepta Chriſtiana religione, augeri cœpit, neceſſariæ viſæ ſunt leges, quibus hæc militandi ratio definiretur. Itaque jam ſub Boleslao Chrobri primo Polonorum Rege primùm begimus deſcriptam eſſe Equitibus Polonis militandi rationem per regiones atq; tractus, ſine Palatin. & Diſtrictus, ita ut ex præſcripto certum armatorum numerum quilibet Palatinatus è Provincia ſua ad expeditionem à Rege indictam educeret. Oppidanis quoque pedites & currus commeatibus onuſti ad numerum imperati ſunt. Sed hæc arbitraria abuſu quodam poſtea facta ſunt, magno Reipubl. detrimento. *Vid.* Joannes Dlugoſſus *Tom. I. lib. II. Hiſt. Polon. pag. 141. ad an. 1008. & pag. 150.* Martinus Cromerus *lib. III. de Ort. & Reb. geſt. Polon. pag. 445.* Verùm & jam ante Boleslaum Semovitus Piaſti

Nunc Nobiles dicuntur Equites.

Leges de bello gerendo.

Digitized by Google

filius quoſdam militum Ordines conſtituit, teſte Dlugoſſo *lib. I. pag. 82.* Et hæc eſt illa MOTIO GENERALIS (Polonicè vocatur *Poſpolite Ruzenie*) ſive EXPEDITIO GENERALIS, quæ adhuc hodie in uſu eſt, & in qua Equeſtris Ordo propriis ſumptibus militat. Ordinem expeditionis hujus exhibet nobis Conſtitutio anni 1621. quæ in multis aliis ſequentium temporum Conſtitutionibus approbatur, niſi quod ſemper quædam neceſſitate exigente addantur, quædam ètiam immutentur.

Poſpolite Ruzenie, ſive Expeditio generalis.

II. Ad hanc Expeditionem generalem evocantur I. Omnes Nobiles poſſeſſionati tam privati, quam in dignitatibus conſtituti, paucis exceptis, quos infra enumerabimus. *Vid. Conſtitutio An. 1621. pag. 7.* & Statutum Lithvanicum *cap. II. art. 1.* Deinde II. Nobiles non poſſeſſionati, qui in urbibus ex fœnore vivunt, idque ſub pœna confiſcationis Bonorum. *Conſtitut. an. 1578. pag. 335.* III. Cives Bona terreſtria poſſidentes & Conſtitutione Alexandri de Anno 1505. Inter Cives autem, qui Bona terreſtria poſſidere poſſunt, ſunt præter Pruſſos, etiam Cracovienſes & Vilnenſes, item qui non ita pridem Cracovienſibus exæquati ſunt Leopolienſes. *Vid. Conſtitut. anni 1667. pag. 30.*

Ad Expeditionem generalem pertinent. I. Nobiles poſſeſſionati

II. Nobiles non poſſeſſionati.

III. Cives bona Terreſtria poſſidentes.

30. IV. Qui bona Terreſtri jure emphyteutico poſſident, aliiſque Arendatores aut ipſi proficiſci, aut cum iis, quorum ſunt Bona, comitatum juſtum mittere debent. *Conſtit. an. 1621. pag. 8.* V. Tenutarii Bonorum Regiorum, quæ vel à Rege habent, vel Bonis Terreſtribus venditis ſibi compararunt. *ibid. pag. 9.* VI. Advocati omnes ſive Sculteti ſive Advocati Bonorum Eccleſiaſticorum ad bellum proficiſci jubentur ex decreto Caſimiri Magni An. 1347. quod Statutum ex Regeſtris Cancellariæ primus protulit Jacobus Priluſius, teſte Stanislao Lubienſcio *in Reſponſ. ad Proteſtat. Dignitaciorum pag. 210.* Hoc Statuto commotus Sigiſmundus I. conſtituit Anno 1528. ut probatum fuerit Scultetos Spiritualium & Secularium teneri ad Expeditionem bellicam, ut hoc etiam fiat. Tandem Anno 1544. probata forſitan jam re, & ad liquidum perducta, idem Sigiſmundus I. omnes Scultetos ſive Advocatos & Regios & aliorum tam ſpiritualium quam ſecularium juſſit oneri huic ſubjectos eſſe. *Vid. hic omnino* Lubienſcius *loc. cit.* VIII. In ſummis Reipublicæ periculis etiam Cives in urbibus habitantes, aut ipſi in bellum proficiſci, aut alios pro ſe mittere obligantur, ſi illud in Comitiis decretum

IV. Bona Terreſtria jure Emphyteutico tenentes.

V. Tenutarii bonorum Regiorum.

VI. & VII. Advocati & Sculteti Secularium & Eccleſiaſticorum.

VIII. In ſummis periculis etiam Cives.

Digitized by Google

fuerit, ut habetur in Statuto Lithvanico *cap. II. art. 1.* Sed hoc non niſi in ſummis, ut notanter dixi, periculis locum habet. Denique IX. Nobiles, qui Decreto publicó in carcere delictorum ſuorum pœnas luunt, ad expeditionem generalem ire, & finitâ demum illâ reliquum temporis, quantum antea deerat, in carcere exigere jubentur. *Conſt. 1621. pag. 8.*

IX. Nobiles in Carcere pœnas luentes.

Peditatus in Expeditione generali.

III. Quoniam autem juſtus exercitus peditatu deſtitui non poteſt, ſunt etiam, qui ad Expeditionem hanc generalem pedites mittunt. Et quidem primùm in Bonis Regiis novendecim coloni, ut vigeſimum juſtis armis inſtructum mitterent & onera omnia interim pro ipſo ferrent, conſtitutum eſt à Stephano Rege *An. 1578. pag. 342.* quod confirmavit Sigiſmundus III. An. 1590. *pag. 571.* Deinde ſpecialius hoc explicatur in ſequentium temporum Conſtitutionibus, ſanciturq; ut ex viginti lanis ſeu manſis unus mittatur miles, acinace, bombarda & ſecuri armatus. *Conſtit. an. 1595. pag. 663.* Hæc lex poſtea frequentiſſimè repetita eſt. Verum cum militis hujus eſſet uſus ferme nullus, conſtitutum erat Anno 1649. ut loco militis ejuſmodi coloni florenos ſexaginta penderent, quos Capitanei ſimul cum Quarta Ravam transferrent. *Vid. Conſtitut.*

Ex agris Pedites.

ſtitut. dicti anni pag.2. Quanquam neque hoc poſtea placuit Ordinibus. Reducta ergo eſt lex vetus de milite lecto, in Conſtitut. *Anni 1652. pag. 7. ſeq. An. 1653. pag. 9. An. 1662. pag. 15. & noviſſime An 1685. pag. 4.* Et quidem in poſtrema hac Conſtitutione diſerte hoc exigitur, ut ejusmodi miles victu ad dimidium annum instruatur. Ne vero hic dolus aliquis intercedat jubetur Nobilitas in particularibus Conventibus luſtratores lanarum ſive manſorum (ſic certa agri portio vocatur) & Capitaneos horum militum eligere. *Conſt. an. 1652. & 1653.* Antea vero reviſio lanorum commiſſa fuerat Officio Terreſtri. *Conſtit. an. 1647. pag. 2.* Poſtea indultum eſt Nobilitati, ut Capitaneos militum horum in Conventibus Particularibus electos tertio quoque anno mutare poſſet. *Conſtitut. 1662. pag. 15. ſeqq.* Deinde in urbibus & oppidis Cives ſecundum jura & Privilegia ſua ſubminiſtrant currus & equos, & alia ad bellum neceſſaria. *Conſt. an. 1621. pag. 12.* Majoribus autem periculis Reipubl. imminentibus, majora etiam eadem parari ſolent ſubſidia; prout illud Ordinibus in generalibus Regni Comitiis placuerit. Sic in bellis Turcicis & Suedicis Anno 1621. juſſi ſunt Cives in urbibus pro facultatibus

Ex urbibus pedites

tibus ſuis milites in bellum expedire, ita ut Civis ab octo millibus florenorum equitem, & à quatuor millibus peditem mitteret. *Vid. Conſtit. dict. an.* Deinde An. 1655. ex omnibus Bonis Regiis & Nobilium, ſolis Bonis Eccleſiaſticis exceptis, lecti fuerunt pedites. *Vid. Conſtitut. d. an. pag. 5. ſeq.* Anno 1676. ex omnium Bonis, nempe Regiis, Oeconomicis, Terreſtribus, & Spiritualibus ex ſingulis viginti octo fumis, id eſt, habitationibus unus miles conſuetis cum armis bene veſtitus & victu neceſſario ad dimidium annum inſtructus expediri jubebatur, *in Conſtitut. An. 1676. pag. 13.* Hi milites Polonico vocabulo *Wybrancy*, id eſt, lecti, & *Wybraniecka Piechota*, id eſt, peditatus lectus, dicuntur.

VVybrancy.

Immunes ab expeditione generali.

IV. Sunt tamen, qui aut prorſus, ab hac expeditione generali ſunt immunes. Referuntur huc I. illi, qui non per ſe ſed per alios militant. Nimirum viduæ, orphani, minorennes, ſenes, ægroti, per Neceſſarios vel alios Nobiles militant. *Conſtitut. An. 1621. pag. 7.* De ægrotis inprimis in Lithvania ſtatuitur, ut, cum non poſſunt ipſi per ſe in bellum proficiſci, indicent morbum ſuum Vexillifero, aliisque tribus Nobilibus, ne fraus aliqua ſubſit, & tunc ipſis conceditur, ut pro ſe alios

Quidam per alios militant.

alios mittant. Statut. Lithvan. *cap. II. art. 11.* Ita etiam Caſtellanos, qui ipſi morbo impediti in ſuis Diſtrictibus Ordines non ducunt, oportet poſtea jurare cum ſex aliis teſtibus poſſeſſionatis illius Diſtrictus, quod non fictus, ſed verus ille morbus fuerit. *Conſtit. An. 1658. pag. 20. (21.)* Item Anno 1621. conceſſum eſt etiam illis, qui ſtudiorum aut aliorum negotiorum cauſa abſunt, ut alios pro ſe mittant Conf. *Conſtit. An. 1563. pag. 263.* Similiter & Paterfamilias poteſt pro ſe mittere filium nondum emancipatum, ſi fuerit octodecim annorum, ita tamen, ut hoc prius indicet Vexillifero, & hic Exercituum Duci. Conſtitut. Caſim. *An. 1454.* Statut. Lithvan. *cap. II. art. 1.* Porro Spirituales, ut vocantur, ſive Clerici & Eccleſiaſtici viri in Regno ex Bonis tantum ſibi hæreditariis & in alias hæredes transmittendis, alios Nobiles pro ſe expediunt: ſed ratione Bonorum Eccleſiaſticorum prorſus ſunt immunes. *Conſtitut. An. 1607. An. 1621. p. 7. an. 1635. tit. Ordynacya.* At in Magno Ducatu Lithvaniæ & ex Bonis hæreditariis & Eccleſiaſticis, mittere ipſos oportet, quæ diverſitas notatur in Statuto Lithvanico *in Additamentis ad cap. 2. art. 9.* Verum & in Regno, quando hodie Eccleſiis donan-

nantur Bona Terreſtria, addi ſolet in Conſtitutionibus, quod Bona illa poſſidere poſſit Eccleſia, ſalvis tamen oneribus Reipubl. Deinde II. ſunt etiam ex parte ab hoc militia exempti, qui diverſis in Palatinatibus vel Diſtrictibus Bona Terreſtria poſſident. Nam hi, quando uno in loco ſub ſignis eunt in bellum, ex aliis bonis aut prorſus nihil præſtant, ut *An. 1621. pag. 7. ſeq.* aut poſtas tantum, ut vocant, ex iis expediunt, ut aliis in Conſtitutionibus aliquoties determinatum reperimus. III. Nobiles pauperiores itidem hic quodammodo ſublevantur. Nam plures ad unum Equitem armandum concurrunt, præſertim in Maſovia. *Vid.* Conſtitut. Anno 1634. 1637. Confœderatio anni 1674. Conſtitut. An. 1676. Fratribus quoque nondum diviſim Bona Terreſtria poſſidentibus conceſſum eſt unum fratrem idoneum mittere. *Conſtitut. anno 1621. pag. 8.* IV. Qui in Comitatu Regio ſunt, ut miniſtri, Senatores Reſidentes, Legati Bellici qui â Republ. in Comitiis ex Nobilitate lateri Regio adjunguntur, Referendarii & alii, qui quidem cum Rege eunt in bellum in ejusmodi expeditione generali; ſub ſignis tamen Palatinatum ſuorum comparere non coguntur. *Con-*

Quidam ex diverſis bonis poſtas tantum præſtant.

Nobiles pauperiores.

Comitatus Regius.

ſtitut.

ſtitut. *An. 1621. pag. 7.* Aliquando etiam, ſi contingat Regem ob cauſam ſonticam ad expeditionem generalem non proficiſci, prorſus ſunt miniſtri Regii immunes. *Vid. Conſtitut. an. 1658. pag. 30. & 31. An. 1655. pag. 5. ſeq.* Similiter Cancellarii ab hoc onere eximuntur per legem antiquam, quæ citatur approbaturque in Conſtitut. *An. 1655. pag. 6.* V. Miniſtri Aulæ Reginalis, nempe triginta Nobiles qui ſunt in Reginæ miniſterio, ſunt ab hoc onere Expeditionis generalis immunes; ut & Marſchalcus aulæ Reginæ, & duo Senatores Reginæ & adjuncti, quorum alter eſt Eccleſiaſticus, alter Secularis; ita tamen, ut hi, ut & Marſchalcus aulæ Reginalis, Poſtas ex facultatibus expediant. VI. Miniſtri circiter duodecim, aulæ Archiepiſcopi Gneſnenſis, interdum etiam aliquot miniſtri Epiſcopi Cracovienſis, Theſaurarii, aliorumque, quorum operâ Reſpublica in aliis negotiis opus habet. Hæc ſemper in Comitiis ſolent pro ratione temporum determinari: de aula autem Reginæ jam extat lex in ipſis Pactis Conventis Sereniſſimi Regis Joannis III. §. *Jako na przeſzli.* VII. Legati ad exteras gentes miſſi cum omnibus miniſtris ſuis plane liberi ſunt ab ejusmo-

Cancellarii ſunt ab hoc onere exempti.

Miniſtri aulæ Reginæ. Miniſtri aulæ Archiepiſcopatus, aliorumque quorundam.

Legati cum miniſtris ſuis.

Digitized by Google

jusmodi expeditionibus, ita ut ne poſtas quidem ex bonis ſuis expediant. Conſtitut. *An. 1655. pag. 6.* VIII. Capitanei in finibus Regni arcibus ſibi concreditis defendendis & juri dicundo domi relinquuntur. Statut. Lithvan. *cap. III. art. 3.* In reliquis Poloniæ terris Vice Capitanei arcibus defendendis & juri dicundo domi remanent. *Conſtitut. an. 1621. pag. 9.* Tribuni quoque arcibus ad præſidium impoſiti ab hoc onere generalis Expeditionis excipiuntur. *ibid. pag. 7. & 9.* Denique eximitur hinc Magnus Procurator arcis Cracovienſis cum ſuo Vice Procuratore & duobus Centurionibus peditum, aliisque tribus officialibus ad officium Magni Procuratoris neceſſariis. Item Burggravii Cracovienſes vocationem habent militiæ ſecundum jura antiqua. *Ibidem pag. 1621. pag. 7. & 12.*

Capitanei limitanei vel Vice-Capitanei.

Tribuni arcium.

Magnus Procurator ejusqueVice procuratorBurggravii aliiq;.

V. Cæterum habent quoque Provinciæ nonnullæ circa Expeditionem generalem peculia jura & Privilegia. In Plocenſi & Maſoviæ Palatinatibus fratres disjuncti ſex unum mittunt militem, ſecundum Confœderationem de An. 1674. *pag. 17.* Illi tamen, qui proprios habent ſubditos, ipſi per ſe militant. In Palatinatu Podlachiæ & Terra

Provinciarū quarundam privilegia in Expeditione generali.

Digitized by Google

ra Lukovienſi ſecundùm jura & Privilegia ex decem lanis ſive manſis unus mittitur eques levis armaturæ; ex viginti verò manſis eques cataphractus. *Confœderat. Anni 1674. pag. 17. Conf. Conſtitut. an. 1676. pag. 12.* Habent quoque Kiovienſis, Braclavienſis Braclavienſis & Czernichovienſis Palatinatus hic peculiaria Privilegia, quæ ipſis confirmantur An.1676.*loc.cit.*Palatinatus Podoliæ ſecundum jura antiqua in Expeditione generali ad Cameneciam ſub Ductore ſuo conſiſtit. *Conſt. An.1676.p.12.* Item Pruſſi in Expeditione generali non niſi ad Viſtulam, Oſſam & Drevanciam progrediuntur,ut vult Privilegium Culmenſe An. 1251. conceſſum. Et quanqam Pruſſi propterea olim â Polonis ſæpius fuerint oppugnati, jam tamen multis in Conſtitutionibus hoc ipſis confirmatum eſt, ut ſecundum Privilegia ſua non niſi ad dictos omnes conſiſtant. *Vid. Conſtitut. 1659. pag. 10. An. 1676. pag. 12. & aliæ.* Ad extremum Lithvani conſentiunt quidem in Expeditionem generalem,quandocunque illam Poloni concedunt: attamen ſibi cavere ſolent, ne Exercitus ille Lithvanicus qui ex Nobilitate aliisque ad expeditionem hanc univerſalem in Lithvania excitis conflatur, extra fi-

Podolienſes ad Cameneciam conſiſtebant.

Pruſſi ultra Viſtulam Oſſam & Drevanciam non progrediuntur.

Lithvani etiam ultra fines ſuos progredi nolunt

nes Magni Ducatus Lithvaniæ evocetur, ſed ut ad defenſionem patriæ intra fines Lithvaniæ maneat. Vid. Conſtitut. *An. 1673. pag. 3. ſeq. inter Conſtitut. Lithv. Confœderatio anni 1674. pag. 18. & alia.* Hæc omnia, quæ hactenus recenſuimus, adeo ſtricte obſervari volunt leges, ut niſi in Comitiis Regni generalibus hic vel ille excipiatur (quod non raro fieri ſolet) neque Rex ipſe poſſit aliquem ab hoc onere eximere. Statutum Lithvanicum *cap. II. art. 3.* Pœna vero abſentium eſt Confiſcatio Bonorum, quæ impendi jubentur in ſolutionem ſtipendiorum militarium. *Conſtit. an. 1676. p. 12.* Conf. Janus Januſzov. *lib. VI. tit. II. ubi leges reperiuntur antiquiores.*

Nobilium Iudicia tempore Generali. Expeditionis ceſſant.

Quoniam autem omnis Nobilitas Polon. ad Expeditionem generalem excitur, ideo omnia Nobilium judicia eo tempore ceſſant. *Conſtit. an. 1634. p. 3.* Exceptis quibusdam judiciis Vicecapitanealibus, ut ex ſuperioribus jam colligitur.

Ingens Exercitus conflatur in Expeditione generali.

VI. Ex his omnibus tantus conflari poteſt exercitus, ut ſi Ordo accedat debitus, vel maximis gentibus ſub jugum mittendis ſufficere poſſe videatur. Olim Basko Hiſtoricus Polonicus (qui nondum typis exſcriptus eſt) memoriæ prodidit, ſub Boleslao Chrabri ex

Digitized by Google

ex ſolo Lancicienſi Palatinatu Nobilium cataphractorum duo millia, & aliorum cum fundis quatuor millia exciri potuiſſe, apud Bartholomæum Paprocki *in Operc Stemmatum pag. 708.* De hodierno tempore hæc habet Andr. Maximil. Fedro: *Aſſerunt nonnulli, CCCXL. (vel ultra) millia equitum potuiſſe aliquando numerari, cum mota ſedibus ſuis ſub ſignis ſtetit Nobilitas.* Ipſe tamen Fredro putat, ducenta millia, aut parum ultra, poſſe numerari, *in Hiſt. Henrici pag. 20. ſeq.* Conſentit cum his Simon Starovolſcius *in Deſcript. Polon. pag. 287.* Idem etiam Starovolſcius de Maſovia, quæ tamen præ ceteris regionibus omnibus Nobilitate abundat, hæc ſcribit: *Habet Maſovia tota quinque & quadraginta millia equeſtrium familiarum, quarum ſi qualibet unum ſaltem virum equo armisque decenter munitum præberet, quantus in Patriæ defenſionem exercitus illico fuiſſet? Et ſicut plurimi, ut cujusque cenſus eſt, qui poſſunt integras etiam turmas armare: præter pedites, quos duplo majori numero urbana ruſticaque plebs præbere poſſet. Sola ſiquidem Praſnienſis regio ſeptem millia equeſtrium*

Magna vis Nobilium in Maſovia.

Digitized by Google

familiarum perhibetur continere, è quibus nulla tam egens eſt, quin equitem unum in publico tumultu armet. Quos inter vetuſtiſſima Romanorum Valeria familia corvum pro gentilitiis inſignibus geſtat & tam fœcunda ſobole eſt, ut ad duo millia familiarum prope accedat. Hæc Starovolſc. *loc. cit. pag. 201. & 202.* quæ etiam ante ipſum de Equeſtrium ſamiliarium multitudine jam ſcripſerat Chriſtophorus Varſevicius *in Præfatione ad Paradoxa.* De pedite autem expoſito à nobis modo ex laneis Bonorum Regiorum miſſo, hæc ſcribit Starovolſcius: *Imbellis hæc peditum turba non ita ad pugnam, quam ad labores caſtrenſes evocantur; ut nimirum foſſas, dum opus eſt, fodiant, vallum excitent, pontes conſtruant, vias ſternant, tormenta & impedimenta bellica conducant, atque demum caſtra ipſa cuſtodiant.* Hæc ille *pag. 276,*

Modus indicendi Expeditionem generalem.

VII. Jam progrediendum nobis oſtendendumque eſt, quo ordine hæc tanta populorum moles ſedibus ſuis moveatur. Fxpeditionem ejusmodi generalem

ralem Rex pro lubitu non indicit, niſi id omnium Ordinum conſenſu in ipſis Comitiis generalibus antea fuerit decretum. Imô conſultat prius Equeſtris Ordo ea de re in Conventibus particularibus Provinciarum Antecomitialibus, & tunc demum, ſi in Comitiis mox Conventus particulares ſubſequentibus expeditio talis neceſſaria fuerit viſa, rata eſſe ſolet. *Conſtitut. an 1576. pag. 254.* Promiſit etiam Sigiſmundus I. An. 1538. ſe Expeditionem ejusmodi non indicturum, niſi in ſummo Reipubl. periculo. *Vid.* Januſzov. *Lib. VI. Conſtitut. Polon. tit. I. pag. 691.* Approbata ſic ab omnibus Ordinibus expeditione generali, ingruentibus periculis, evocat Rex antiquo more Nobilitatem, dimiſſis quoquo verſus per præfecturus literis ſigillo Regni vel M. Ducatus Lithvaniæ conſignatis (Regi, qui hodie rerum potitur, Sereniſſimo Joanni III. ante coronationem conceſſum erat, ſub ſigillo Cameræ, quod Auguſtus Rex teſte Varſevicio primum introduxit, Nobilitatem convocare, quod tamen pro illa tantum vice currere debuit. *Vid. Acta Eleſtionis in Denunciatione Rege electi*) Literæ deinde in pertica reſti alligatæ (unde etiam *reſtium* nomen acceperunt, Reſtes, ſive literæ reſtium.

Polonice dicuntur *Wici* à baculo vel pertica cui alligantur) per miniſteriales terreſtres ad Dignitarios & Officiales ſive Magiſtratus Primoresque Nobilitatis cujusque Præfecturæ ſublimes & conſpicuæ circumferuntur, & in urbium oppidorumque foris altâ voce publicantur, Ter autem reſtes illæ mitti debent debent, intra quatuor hebdomadarum ſpacium ſucceſſivè. Non poſſunt autem ſingulæ reſtes, id eſt, literæ à Rege pro binis mitti, niſi hoc in Comitiis ita decernatur, ut plerumque fieri ſolet, quemadmodum ex plurimis qua veteribus qua recentioribus conſtitutionibus probari poteſt. *Vid. Conſtit. An. 1550. pag. 5.* In Interregno poſt Henrici Regis diſceſſum in Galliam extra ordinem electi fuerunt ſummi Duces Belli, qui reſtes mitterent in Palatinatus. Ante extraditionem Vniverſalium tertiarum Rex tribunalia ſumma compellare ſolet per literas, ut judicia ſua, quoniam Nobilitas ad bellum excitur, limiteniusque ad Expeditionem finitam. Caſtrenſia autem judicia & querclarum, ut & alia durant usque ad publicationem tertiarum Vniverſalium, poſt eam verò ceſſant. *Conſtitut. 1634. pag. 4.* Vltimis reſtium literis excita

Nobi-

Digitized by Goog

Nobilitas prius agit Conventus particulares in ſuis Palatinatibus & Terris, ubi Caſtellanus cum Nobilitate conveniens, conſtituit cum ipſa locum Conventus ille agi debet ex Conſtitut. *an.* *1520.* In Statuto Lithvanico id Vexillifero injungitur, ut literis per Præcones in Urbibus, Mercatibus & Diœceſibus publicandis, conſpituat diem & locum ad cenſum inſtituendum (*do Podpiſu*) ubi luſtrari debet Nobilitas armata. Eo itaque in loco luſtrum conditurProvinciale ſive Cenſus, in quo luſtrantur & deſcribuntur per Palatinos & Caſtellanos viri, arma, equi eorumque colores &c: Hic enim videlicet arma & equos poſt luſtrum conditum mutare non licet. Statut. Lithvan. *cap. 2, art. 6. & 10.* Eodem in loco Palatinus inter diverſos Caſtellanos ſui Palatinatus dividit Diſtrictus, quibus quisque præeſſe debet. Ubi vero terræ ſive Diſtrictus peculiares habent Conventus & Palatinus non adeſt, ibi Caſtellanus cum Capitaneo aliisque Officialibus terreſtribus luſtrat exercitum. In Palatinatibus ubi unus tantum eſt Caſtellanus, licet ipſi partem Exercitus alteri Officiali, ut huccamerio, vel hoc abſente, proxime ſequenti committere, ad Palatinum poſt-

Luſtratur Exercitus.

modum deducendam, niſi id in Comitiis antea jam fuerit definitum. *Conſtitut. An. 1621. pag. 2. ſeqq.* In Lithvania poſt Caſtellanos hoc munus competit Diſtrictuum Marſchalcis.

Exercitus ex diverſis Diſtrictibus contendit ad Palatinum.

VII. Luſtratione peracta contendit ex eo loco Caſtellanus, vel etiam in ejus defectu Marſchalcus illius Diſtrictus (ut fieri conſuevit in Magno Ducatu Lithvaniæ) vel aliquis alius Officialis, ut Succamerarius, vel alius à Caſtellano, vel ex Decreto Conventus particularis aut etiam Comitiorum antecedentium ſubſtitutus, cum toto Diſtrictûs illius Exercitu ad Palatinum, ad quem etiam aliorum Diſtrictuum illius Palatinatus Nobilitas ab aliis Caſtellanis, vel, ſi unus tantum eſt Caſtellanus in toto Palatinatu, ab aliis Officialibus per Caſtellanum conſtitutis deducitur. Ibi rurſus à Palatino luſtratur Exercitus: abſentes notantur: præſentium arma & equi deſcribuntur. Juriſdictio, antequam perveniatur ad Palatinum, competit Caſtellano, vel ejus Subſtituto: qui adjunctis ſibi aliis Officialibus animadvertere poteſt in delinquentes. Poſtquam ad Palatinum perventum eſt, juriſdictio omnis traditur Palatino: cauſæ verò capitales reſervan-

Denuo luſtratur exercitus à Palatino.

vantur judicio Ducis Generalis, vel potiſus Regis, cui hodiernis temporibus adjunguntur complures Conſiliarii bellici ſive Legati. In itinere Stationes ſuas Nobilitas habere non poteſt in Bonis Nobilium, neque in Bonis Regiis, ſed in patentibus campis conſiſtere ſibique victum propriis impenſis procurare debet, ne Civitatibus & pagis ſit oneri. Pedites quoque illi lecti per dimidium annum propriis ſe ſumptibus ſuſtentant: ſi bellum diutius protrahitur, dantur ſingulis ex theſauro duo floreni. *Vid. Conſtitut. an. 1616. pag. 4. An. 1653. p. 9. An. 1676. pag. 13.* Tandem quilibet Palatinus, ex Palatinatu quiſque ſuo ducit Exercitum ad locum à Rege univerſo Nobilium exercitui deſignatum, ubi tradit imperium Duci generali. De his omnibus vide Statutum Lithvan. *cap. 2. art. 6.* Item *Conſtitut. an. 1621. tit. Spoſòlo Poſpolitego Ruſzenia.* Hic magna fuit olim Ducis Exercitum poteſtas. Quodſi enim aliquem in caſtris in vincula conjiciebat, aut etiam capite plecti jubebat, adeo illud firmum erat, ac ſi in Comitiis eſſet factum. *Conſtitut. 1590. pag. 569. ſeq.* Conſenſus tamen requirebatur aliorum qui ordines ducebant, exceptis motibus ſubitaneis: tum enim

Stationes militum non ſunt in Bonis Nobilium, neque in bonis Regiis.

Palatinus deducit Exercitum Palatinatus ſui ad Ducem belli.

Ducis exercituum poteſtas.

enim & ſine conſenſu Præfectorum aliorum deliquentem etiam capitis damnare potuit, ex Conſtitutione An. 1593. *tit. Declaratia pag. 640.* Sed hodie poteſtas illa magis adhuc reſtricta & limitata eſt, poſtquam Exercituum Ducibus certi à Republ. adjungi cœperunt Legati. *Vid. Conſtitut. An. 1673. & 1676.* Conſ. & ea, quæ ſupra à nobis dicta ſunt *lib. II. cap. 2. num. 7.* Alias Conſtitutiones vide in Statuto Lithvanico *ad cap. 2. art. 6.*

Rex ipſe generali expeditioni intereſt.

IIX. Præter Duces Belli, ſupremum & Campeſtrem, Rex ipſe in generali expeditione adeſſe legibus adigitur. Manifeſtum id eſt ex Conſtitutione Sigiſmundi Auguſti an. 1557. apud Januszov. *lib. 6. pag. 692.* Conſ. Piaſecius *in Chron. pag. 51.* Immò jam ante Sigiſmundum Auguſtum hoc fuiſſe obſervatum, diſcimus exemplo Alexandri Regis. Etiamſi enim ille ægrotaret, cùm tamen Nobilitas ad ſigna ſe moturam niſi præſente Rege negaret, coactus eſt in caſtra etiam æger ſe conferre. Id autem factum eſt artibus Michaelis Ducis Glinſcii, qui Regem vitæ periculo conabatur objicere. Kojalowicz *Part. II. Hiſt. Lithv. lib. VI. ad an. 1506. pag. 309.* Non inuſitatum etiam eſt in ejusmodi generali expeditione, uni ali-

Vnus Dux belli aliquando eligitur.

cui

cui ſummum imperium deferre, cùm in Bello Monarchia perquam ſit neceſſaria. Sub Sigiſmundo III. in Bello Chotimenſi contra Turcas geſto ſummæ belli præfuit *Carolus Chodkievicius Lithvanus, Vir magnanimus & vera Martis ſoboles, quo nullus Imperator militaris fortius unquam pugnavit, nullus auſterius ſervavit diſciplinam militarem*, quo elogio ipſum ornat Paulus Piaſecius *in Chron. pag. 449. fin.* Chodkievicio autem in ipſis caſtris defuncto ſumma imperii bellici commiſſa eſt Stanislao Lubomirſcio, cui cum Lithvani parere detrectarent, revocati ſunt ad officium non tantum ob eam rationem, quod antea Poloni Lithvano Duci paruiſſent: ſed etiam quod ipſe Sereniſſimus Princeps Wladislaus ſub imperio Lubomirſcii ſe militaturum profiteretur. *Vid.* Illuſtriſſ. Jacobus Sobieski Caſtellanus, dum vivebat, Cracovienſis, hodierni Regis Sereniſſimi Joannis III. Pater. *lib. III. de Bello Chotimenſi.* Hoc etiam notandum eſt, Polonos ante prælium, Patrium Pæana decantare olim coſveviſſe, cujus initium eſt: *Bogarodzica Dziewica, Blogoslawiona Maria* &c: Quem hymnum compoſuit B. Adalbertus Epiſcopus Pragenſis, qui poſtea in Poloniam venit & tandem à Pruſſis Ethnicis, ad quos converten-

Hymnus olim ante prælium decantari ſolitus.

tendos ſe contulerat, prope oppidum, Fiſchhauſen dictum, cœſus eſt. Præfixus eſt hymnus ille Conſtitutionibus Joannis Laſci, ut & Conſtitutionibus Jani Januszovii. Quomodo nunc Poloni ante prælium divinum implorent auxilium, exponit Simon Starovolſcius *in lib. I. Inſtitut. Militar. cap. 6. pag. 22. & ſeqq.*

Hodierni ritus ante prælium.

IX. Quoniam autem Poloni rebus ſuis contenti (ut plerumque fit in Regnis liberis, ubi Regum poteſtas eſt certis legibus limitata (nunquam Bella offenſiva vicinis populis inferunt, niſi forte prius laceſſiti ab iisdem, idque potius ad ulciſcendum injurias recuperandumque ablata, quam ut hoſtium poſſeſſiones invadant & illis dominentur, ut refert Starovolſcius *in Polonia ſua pag. 274.* ideo militia hæc defenſioni tantum Patriæ deſtinata, non cogitur militare extra Regni fines, ut jam olim conſtituit Caſimirus Magnus Anno 1368. excepit tamen caſum illum, ſi urgente periculo Rex Nobilitatem exoraverit, & illa ipſa conſenſerit, tum in hoſtico etiam poſſe geri bellum. Deinde Wladislaus Jagello conſtituit, ut, ſi neceſſitate exigente Rex Nobilitatem extra Regni fines duxerit, ea non cogatur propriis ſumptibus militare, ſed Rex ſingulis Equitibus quinque mar-

Nobiles in Expeditione generali non militant extra fines Regni.

marcas in ſingulos menſes pendat. *Vid. Conſtit. An. 1433. & an. 1454.* apud Herburtum *in Statuto tit. Bellum pag. 29. ſeq.* Quinque autem marcæ tempore Cromeri, hoc eſt ſuperiore ſeculo faciebant quinque coronatos Gallicos vel Italicos, ut Cromerus teſtatur *lib. II. Deſcript. Polon. pag. 209.* Immo jam ante Wladislaum Jagellonem Ludovicus An. 1378. promiſerat, ſi contingeret, Nobilitatem extra Regnum proficiſci, ſeſe damna omnia perſoluturum captivosque liberaturum, quod etiam Vladislaus Jagello aliique ſequentes Reges confirmarunt, apud Herburt. *loc. cit.* Cæterum Henricus Rex Anno 1573. promiſit, ſe nunquam terrigenas in generali expeditione extra Regni fines tracturum, neque precibus ad illud ſollicitaturum, neque ſolutione quinq; marcarum inducturum. Quodſi autem omnium ordinum conſenſu extra fines Regni Nobilitas ducenda eſſet, exercitum ſe non diviſurum: ſingulis etiam equitibus, antequam extra Regni limites proficiſcantur, quinque marcas ſoluturum: in eo denique ſtatu ultra quadrantem anni Nobilitatem non detenturum, quæ etiam confirmavit Stephanus Rex *p. 262.* Vid. Januszov. *lib. VI. Conſtit. pag. 694. & in lib. privileg. pag. 111.*

Sta-

Starovolſcius *in Polon. pag. 277.* Exemplum redemptionis è captivitate Tartarica habemus apud Januszov. *lib. VII. Conſtitut. tit. 4. pag. 718.* Conf. Statut. Lithvan. *cap. 2. per tot.* Theod. Zawacki *in Memoriali Proceſſ. Judic. tit. Bellum.*

Finito bello non diſcedit Nobilitas pro lubitu

X. Finito bello non licet Nobilitati domum diſcedere, quando vult, ſed dimittitur à Palatino ex Regeſtro ſive Catalogo, ut habetur in Statuto Lithvanico *cap. II. art. 16.* Diſcedentes ſinguli teſtimonio muniuntur à Palatino ſuo *ex Conſtitut. an. 1621. pag. 9.* Inſtituti hujus ratio eſt, ne Nobiles ſtatim è loco, ubi bellum geſtum eſt, dimiſſi, injurias & damna inferant colonis: deinde ut ſciatur, quinam Nobilium officio ſuo ſatisfecerint & quinam caſtrorum deſertores habendi ſint. In hos enim maximæ pœnæ ſunt conſtitutæ: nam Caſtrorum deſertor bona & famam perdit. *Vid.* Statutum Lithvanicum *cap. II. art. 14.* Ita etiam non ita pridem conſtitutum eſt, ut abſentes ab hac expeditione in caſtris judicentur & bona eorum in communem fiſcum ad exſolvenda militum ſtipendia redigantur. *Conſtitut. Anni 1676. pag. 12.*

Caſtrorum deſertores.

Duo deſiderat Starovolſcius in Expeditione generali.

XI. Verum in hoc militiæ Polonicæ genere non immerito Starovolſcius duo deſi-

deſiderat, nempe celeritatem & obedientiam. De celeritate Starovolſcius ita loquitur: *Tarde Nobiles ſub ſigna conveniunt. Comitiis primo tot hebdomadas celebratis, ſine quibus bellum edici non poteſt, & difficulter ab Oeconomia ſua, uxoribus atque liberis divelluntur, usque tertium Edictum Expeditionis bellicæ prava conſvetudine expectantes* &c: H. I. *pag.* 294. De eadem re Joannes Demetrius Solikovius Archiepiſcopus Leopolienſis dicit, quod Polonici moris ſit, hoſti obviam ire non niſi poſt tempus, *in Comment. rerum Polon. pag.* 109. De obedientia vero hæc Starovolſcius habet: *Cumque jam ad locum deſignatum convenerint, tum ſe unitos & armatos animadvertentes, aut contra Regem aut contra Senatum tumultuantur. Hinc etiam illud oritur, quod cum Regnum Poloniæ non modo frugibus, ſed & carnibus, vel duo alia Regna, prout ipſum eſt, poſſit ſuſtentare, nihilominus Poloni in qualibet expeditione bellica fame laborant, atque ſæpiſſime res jam ad finem perductas propter commeatuum penuriam turpiter deſerunt, quod totum procedit ex ſocordia Præfectorum Belli, aut potius Reipubl. Ordinum,*

1. Celeritatem.

2. Obedientiam.

dinum, qui dum aliquorſum bellum edicunt, nusquam in partibus illis de commeatu provident, ſed quod cuique militi ſors offert, id rapit in tranſitu, quo poſtea ſeſe cum equis & famulis in caſtris ſuſtentet. Hæc & alia Starovolſcius *à pag. 287. ad fin libri.* Propterea quoque ſingulis propemodum in Comitiis reperiuntur Leges de Diſciplina militari, ut An. 1609. 1629. 1628. 1633. 1638. quæ approbantur in Conſtitut. Anno 1659. *pag. 8. inter Conſtitut. Lithvan.* Addunt alii plura militiæ hujus incommodo, incredibilem nimirum calonum & famulorum in caſtris multitudinem: *Perpetuum malum caſtrorum Polonirum, in quibus ſint decem millia bellatorum, ad minimum quinquaginta millia calonum totidemqae equorum ſupervacaneorum poſſunt numerari,* ait Piaſec. *in Chron. ad An. 1634. pag. 570.* Hoc temen laudat Piaſecius, quod major honeſtas ſervetur in caſtris Polonicis, quam in cæteris Chriſtianorum exercitibus, quia nulla ſcorta Poloni ſecum in caſtra ducunt. Conſentit cum prioribus Piaſecii verbis & Fredro *in Hiſt. Henrici I.* quando *pag. 111.* ait: *Singuli Nobilium*

Leges de diſciplina militari.

Calonum & lixarum multitudo.

Poloni nulla ſecum ducunt ſcorta.

Digitized by Google

lium ultra comitatum, quem armis capiendis ſecum trahunt neceſſarium, decenos vicenosq; viros, totidemque equos paulo pauciores currus poſt ſe trahunt. Non minus vero malum ex hac militia promanans recenſet Fredro, quando *loc. cit. pag. 22. ſeqq.* in domibus Nobilium nulla fere arma reperiri refert. *Priscis legibus*, ait ille, *luſtrum provinciale generalem expeditionem ante, condebatur. Prodibant in campum Nobiles pro poſſe fortunarum, arma, equos, comitatum, quæcunque bello opportuna viſenda daturi, & nomina præſentes illaturi in tabulas abſentiam pœna publicæ infamiæ vindicante. Inoleverat tandem mos in annos ſingulos luſtrum provinciale condere (Conſtitut. Annorum 1562. 1563. 1627.) quia utile videbatur commonefacere Nobilis officii, quatenus arma non negligentius curarent & parati luſtro non imparati regentinis adeſſent caſibus. Sed poſtea pœna infamiæ remiſſa, mulcta tantum indicitur illis, qui ad luſtrum non venirent (An. 1620. & 1627.) Inermes tandem venire jubentur. Hinc jam pauci convenerunt, jam nulli, cum mul-*

Luſtrationes Nobilitatis intermiſſæ.

cta negligentius repeteretur, donec tandem luſtra omnia interierunt. Hinc torpor invaſit Nobilitatem, ut belli ignara in bellum tamen procurrens nec ordines ſervare nec ſuperiori parere poſſit. Sed vide ipſum modo laudatum Auctorem loco citato copioſe hac de re diſſerentem. Peragebatur autem luſtratio illa armatæ Nobilitatis in locis illis, ubi Conventus particulares Antecomitiales & Poſt comitiales haberi conſueverunt. *Vid. Conſtitut. An. 1607. tit. 22. pag. 836. ubi etiam citantur Conſtitutiones anni 1562. & 1563. Conſtitut. 1633. pag. 47. & 49. & 50. ſeq.*

Luſtrationes ubi fuerunt peractæ.

Militia Mercenaria.

XII. Præter hoc militiæ genus utuntur etiam Poloni MILITIA MERCENARIA. Antiquitus quidem, cum penes Reges abſoluta eſſet poteſtas, nullus fuit dubio procul mercenarius miles, præſertim cum omnis Nobilitas à Regis nutu dependeret. Verum poſtea conceſſis Nobilitati tot privilegiis & immunitatibus, coacti ſunt Reges ſtipendiarium conſcribere militem. Franciſcus Marinius, vel potius, qui ſub hac nominis larva latere voluit, Joannes Sachſius Wladislaum Jagellonem primum mercenario milite uſum eſſe dicit, idque aſſerit

ex

Digitized by Google

ex ſide, ut putat, Cromeri *lib. II. Deſcript. Polon.* Sed vehementer dubito, an Cromerus hæc *loc. cit.* habeat. Nam idem Cromerus alibi aſſerit, jam Caſimirum I. Regem Poloniæ Sec. XI. ſexcentis militibus Germanicis, quos ſecum è Germanicis, quos ſecum è Germania adduxerat uſum eſſe in bellis *lib. IV. de Ortu & Reb. geſt. Polon. pag. 451.* Neugeb. *lib. III. pag. 59.* Sic etiam Dlugoſſus de Boleslao II. Rege dicit: *Rex in honorandis militibus externis, qui ad vulgatam famam ejus nominis militiæ advenerant, erat effuſior: propter quod multorum virorum & militum illuſtrium ad curiam ſuam affatim advenientium fiebat concurſus.* Hæc ille: *Tom. I. Lib. III. pag. 240.* Porro ſub Boleslao Crivouſti mercenarios ex Ungaria milites fuiſſe accitos contra Pomeranos, refert Cromerus *lib. V. de art. & reb. geſt. Pol. pag. 472.* Neugeb. *lib. III. Hiſt. Polon. pag. 80.* Sequentibus temporibus in Hiſtoria Polonica crebra fit mercenarii militis mentio, quæ ſatis aperte falſitatis aſſertionem Marinianam convincunt. Concedimus tamen à Wladislai Jagellonis vel Caſimiri IV. Jagellonidis temporibus magis invaluiſſe uſum mercenarii militis. *Vid.* quæ habet Cromerus *lib. XXV. pag. 763.* & Neugeb. *lib. VI. pag. 372.* Ex hactenus

Caſimirus I. mercenario milite uſus eſt.

Mercenarius miles non tantum ex Polonis, ſed aliis etiam gentibus conſtat.

adductis etiam ſatis manifeſtum eſt, apud Polonos mercenariam militiam conſtare poſſe & ex incolis Regni & ex gentibus externis. Hoc tamen olim ſemper obſervatum eſt, ut conducti milites externi ſub ſignis & imperio Ducum indigenarum militarent, donec tandem Sigiſmundo III. permisſum eſt, ut advocaret auxilia contra Suecos ex Germania ſub Ductoribus externis, ut notat Piaſecius *ad An. 1629. pag. 484.* Obſervatur tamen adhuc, ut ſtipendiarii equites plerumque ſub Indigenis: pedites vero ex exteris conſtituantur. Starovolſcius *loc. cit.* Invaluit præterea tempore Stephani Bathorei Regis militiæ externæ genus, quod adhuc apud Polonos notiſſimum eſt, vocaturque Hungaricus peditatus (*Wegerska Piechota*) Antea enim Polonia non multum peditatu utebatur, propterea quod nobilitas fere omnis equis merebat: atque ita peditatus omnis ex vili & inexercitata plebe conſtabat. Hunc defectum ut ſuppleret Stephanus, ex Hungaria peditem ad bella Moſcovitica ingentibus ſumptibus conſcribi juſſit. Reinhold. Heidenſtein *lib. IV. Rer. Polon. init. pag. 145. a.* Verum & de militia hac externa paſſim conqueruntur Scriptores Polonici,

Hungaricus peditatus invaluit Stephani Regis tempore.

Quærelæ de ſtipendiario milite.

Digitized by

ci. Vid. Starovolſc. *in Polon. pag. 301.* Stanislaus Lubienski *in Statu rerum Polon. ac militari confœderatione pag. 193. ſeqq. Operum.* Ad alendum hunc ſtipendiarium militem ſingulis ferme in Comitiis Contributiones ab Ordinibus ſciſcuntur, quæ tamen nunquam ſufficiunt.

XIII. Præter militiam mercenariam uſus etiam eſt in Polonia MILITIÆ SOCIÆ. Immo jam olim eam non inuſitatam fuiſſe teſtatur exemplum Boleslai Crivouſti, qui auxiliares copias RVSSORVM, & quidem ex fœdere habuit, teſte Cromero *lib. V. pag. 472.* Neugeb. *lib. III. Hiſt. Pol. pag. 80. & 92.* Poſtea quoque Alexander Vitoldus Magnus Dux Lithvaniæ Tartarorum auxiliis uſus eſt in Pruſſia contra Cruciferos, ut complures Hiſtorici teſtantur. Poſterioribus etiam temporibus Tartari cum Polonis fœdera inierunt, ut An. 1667. Caſimirus IV. Rex Scythis Tauricanis Imperatorem præfecit Mendligerejum, qui operam ſuam pollicebatur Polonis contra hoſtes Pruſſos. Quapropter ei gratiæ in Senatu actæ ſunt, & militaturis ſtipendia promiſſa ſunt. *Vid.* Kojalowicz *Part. II. Hiſt. Lithvan. lib. V. pag. 234.* Et hinc puto originem traxiſſe ſtipendia à Sigismundo I. Tartaris promiſſa & ex

Militia Socia

Ruſſorum auxilia.

Tartarorum auxiliis primus uſus eſt Vitoldus.

Digitized by Google

illo tempore quotannis à Regibus pendi ſolita, de quo videatur Neugebauer *lib. VI. pag. 465.* Notatu digna ſunt de ſtipendiis illis Piaſecii verba *ex Chron. pag. 62.* quæ ita ſe habent: *Reges Poloniæ olim graviora bella contra Germanos & cruciferos gerentes copias Tartarorum auxiliares advocare ſolebant, & quo ea promptiora ad omnes caſus haberent, ſtipendium annuum ſive honorarium ipſis conceſſerant, quod duobus millibus veſtium ex melotis ſive pellibus agnorum conſutarum, ac mediocri copia pannorum laneorum Anglicorum conſtabat, nimirum æſtimatione decem millium nummorum aureorum ſive florenorum in Polonia uſitatorum.* Hæc donativa Tartari quotannis poſcebant ſub nomine *tributi*, Polonis illud non magnopere curantibus, donec tandem Stephanus Rex impatientia actus, beſtiis ſe iſtis tributum daturum negavit. Proinde magni poſtea motus in Polonia orti ſunt, Tartaris tributa poſcentibus: Polonis autem ea negantibus. Sub finem ſeculi ſuperioris, nimirum anno 1591. petiit iterum Tartarorum Cham per Nuncium ſuum in Comitiis

Tributum Tartari poſcunt.

tiis generalibus à Republ. donativum illud, quod tamen non impetravit: Sed promiſſum fuit, ſi Tartari quietiùs imposterum acturi eſſent, donativum illud ipſis haud degenatum iri. *Vid.* Piaſec. *ad An. dictum.* Tandem ſub Joanne Caſimiro Rege pax ſequenti conditione facta eſt: *ut Rex Poloniæ ex liberalitate ordinarium ſtipendium, Chamo Tartarorum retentum hactenus penderet, & imposterum, ubi id per Legatos Cameneciam miſſos peteret, daret, Chamus Tartarorum viciſſim adeſſe Regi, quandocunque hic juſſerit, cum omnibus copiis ſuis contra quemvis hoſtem teneretur.* Joachimus ab Hirtenberg Paſtorius *lib. I. Belli Coſacici pag. 69. & in Hiſtoria pleniore lib. VIII. pag. 106.* Sed quæ fides Barbaris ſit tribuenda, ſequentium temporum docet Hiſtoria. Dum hic de Tartaris agimus, non intelligimus illud de Tartaris hodie in Magno Ducatu habitantibus. Nam hi quando Reipubl. ſub propriis etiam Tribunis & Centurionibus militant, ut incolæ, militiam ſociam non conſtituunt. *Vid. Conſtit. an. 1607. 1609. 1611. 1613. 1616. tit. o Tatarach.* Inter

Donativum Tartaris promiſſum.

Tartari Lithvanici.

 Soci-

Duces Pruſſiæ Polonorum ſocii.

Socios Reipubl. Polonicæ cenſendi etiam ſunt Duces Pruſſiæ orientalis. Jam enim tempore Caſimiri Jagellonidis, cum Pruſſi à Cruciferis ad Polonos tranſiiſſent, & tandem poſt multa prælia vario Marte commiſſa An. 1466. inter Regem Poloniæ & Magiſtrum Pruſſiæ pax inita eſſet, inter alias conditiones & hæc fuit, ut Cruciferi contra quosvis hoſtes Regi adeſſent. Neugebauer *lib. VI. pag. 385.* Cum vero poſthæc variis bellis geſtis Sigiſmundus I. Rex Poloniæ cum Alberto Marchione Brandenburgico primoque Pruſſiæ Duce parta Anno 1525. renovaret, inter alias conditiones & hæc fuit: *ut in expeditionibus Dux Pruſſiæ cum centum equitibus haſtatis Regi ad fines usque Pruſſiæ militaret propriis ſumptibus: ſi vero illi extra fines Regni educerentur, ut ſtipendio Regio fruerentur.* Vid. Neugeb. *lib. VII. Hiſt. Polon. pag. 507.* Pacta ipſa habentur apud Januſzov. *lib. VII. Conſtitut. tit. I. pag. 913. ſeqq.* & inter Privilegia Pruſſiæ Ducalis *Brunsbergæ edita.* Item apud Jacobum Priluſium *lib. V. Statuti cap. III. pag. 762. ſeqq.* Ad extremum cum Anno 1663. Sereniſſimo Friderico Wilhelmo Electori Brandenburgico ſupremum in Pruſſia imperium conceſſum eſſet, inter alia puncta & hoc contine-

Digitized by Google

tinebatur, ut Sereniſſimus Elector Regi Poloniæ bis mille milites contra hoſtes Poloniæ imminentes mitteret auxilio, ſtipendio Regio militaturos. *Pacta ipſa Vid. in Diario Europæo Continuat. VI.* Ad militiam ſociam pertinet quoque illud, quando Imperator Germanorum, ex fœdere cum Polonis pacto auxiliarias legiones in Poloniam mittit, ut in Bello Svedico ultimo factum eſſe meminimus.

Fœdera cum Germanico Imperatore.

XIV. Societas cum Tartaris peperit Polonis novum mercenariorum militum genus. Cum enim Tartari etiam adverſus Pacta excurſiones in Poloniam facerent, Sigiſmundus Auguſtus QVARTAM PARTEM, redituum ex omnibus Bonis menſæ Regiæ perpetuo Reipubl. conceſſit, ut miles ordinarius contra Tartaros in finibus Regni excubaret. Factum illud eſt A. 1562. Ordinatio autem hujus Quartæ exacta & accurata prodiit Anno 1569. ut ex Conſtitutionibus dictorum Annorum apparet. *pag. 20. & 183. ſeqq.* Quarta verò illa ſic intelligitur. Primo conſtitutum fuit, ut ante omnia Tenutario Regiorum Bonorum ſive Capitaneo ſalarium ex Bonis illis penderetur, reſiduum verò in quatuor partes divideretur, quarum

Quarta pars redituum ex Bonis menſæ Regiæ, quæ nunc ſimpliciter Bona Regia vocantur, conceditur in militem Quartianum.

tres menſæ regiæ, quarta ſtipendiis dictorum militum exſolvendis, cederent. *Conſtitut. an. 1562. pag. 20.* Duplicata hæc Quarta eſt aliquoties neceſſitate id exigente, ut apparet ex Conſtitut. *An. 1590. pag. 575. An. 1619. p. 2. An. 1620. pag. 13. an. 1627. tit. Quarta An. 1637. tit. eodem.* Aliquando etiam tripla Quarta dari juſſa eſt, ut An. 1613. *tit. Quarta.* Poſtea etiam conſtitutum eſt, ut poſt obitum tunc viventium Capitaneorum & Tenutariorum novi Donatarii & Ceſſionarii primo anno poſſeſſionis ſuæ ex Bonis Regiis quadruplam Quartam theſauro inferrent. *Conſtitut. an. 1658. pag. 15.* Adminiſtratio hujus Quartæ talis eſt. In Comitiis regni generalibus eliguntur duo Senatores, ita ut unus ſit ex minori, alter ex majori Polonia, & duo ex Equeſtri ordine, quorum itidem alter ex minori alter ex majori Polonia. Hi cum Theſaurario ſupremo Regni circa feſtum diem Pentecoſtes Ravam ſe conferunt, ut Quartam à Tenutariis Bonorum Regiorum recipiant. Reſident autem ibidem per tres hebdomadas. Salarium Theſaurarii ſunt mille floreni: Deputatorum ex Senatu trecenti, & Deputatorum ex Equeſtri ordine ducenti floreni. Eligi autem in ſingulis Con-

Quarta multiplicatur.

Adminiſtratio Quartæ.

Indices Quartæ qui Ravæ conveniunt.

Salarium Deputatorum.

Comitis alii atque alii Deputati jubentur. Quando illa pecunia Leopolin ad exſolvenda militibus illis limitaneis ſtipendia eſt deferenda, tum ea mittitur per unum ex Deputatis illis quatuor à me jam deſcriptis, ut hæc omnia an. 1569. determinata ſunt. Ad cuſtodiam illius Quartæ pertinet etiam Capitaneus Ravenſis, qui etiam adeſſe debet, quando præſentibus Theſaurario & Deputatis Quarta theſauro infertur, ut ſciat, quantum pecuniæ in Theſauro contineatur. *Conſtitut. an. 1588. pag. 470. ſeq.* Salarium Capitaneo conſtitutum eſt ducentorum florenorum *ibid.* Ut autem Quarta debitè adminiſtretur, Deputati illi ut & Capitaneus Ravenſis ſpeciali jurejurando propterea adſtringi debent, ut vult Conſtitutio *anni 1569. pag. 186.* Etiamſi Theſaurarius & unus Deputatus abeſt, poſſunt tamen reliqui officium ſuum facere, quod etiam fieri debet, ſi quis eorum moriatur. *ibid. pag. 185.* Abſens tamen ſalario carere cogitur. *Conſtit. an. 1588. pag. 170.* Omnes autem illi, qui Quartæ curam gerunt, Reipubl. coram ordinibus in Comitiis rationes reddere jubentur, *in Conſtit. an. 1569. pag. 185.* Cavetur item in Conſtitutionibus aliquoties, ne Quarta in alium

Capitaneus Ravenſis pertinet ad cuſtodiam Quartæ.

um

um uſum impendatur, quam in ſolutionem ſtipendiorum militis in finibus Regni contra Tartaros excubantis, *ut An. 1627. p. 3. An. 1635. §. Obrona. An. 1667. pag. 10.* Non verò in Regno tantùm, ſed etiam in Magno Ducatu Lithvaniæ talis Quarta ordinata eſt, ut præter alias Conſtitutiones etiam Conſtitutio *anni 1590. pag. 576.* teſtatur, Variæ tamen hic mutationes procedente tempore contigerunt, quas omnes enarrare nimis longum eſſet, cum nullæ ferè Conſtitutiones emittantur in publicùm, quin diſpoſitio aliqua de Quarta in iis reperiatur. *Vid.* Parta Conventa Wladislai IV. *pag. 12. §. Aiz. Apparat. Conſtit. an. 1637. 1638. 1641. & aliæ plurimæ.*

A Quarta Ravenſi milites dicuntur Quartiani.

Ab hac, ut vocatur, QVARTA RAVENSI, nomen fluxit MILITVM QVARTIANORVM. Originem huic militiæ dederunt hoſtiles Tartarorum in Poloniam excurſiones, quæ ut inhiberentur, miles hic limitaneus eſt conſtitutus, non demum A. 1564. quemadmodum ſcribit Albertus Wijuk Kajalovicius *Parte II. Hiſt. Lithv. lib. VIII. pag. 458.* Sed Anno 1562. ut nos hoc ex ipſis Conſtitutionibus ſupra annotavimus.. Verum & ante illa tempora ſimile militiæ genus inſtituere tentarunt Polo-

Ante Militem Quartianum inſtitutum fuit ſimile Militiæ genus in Polonia.

Poloni. Nam An. 1551. in Comitiis Vilnenſibus conſtituerunt Ordines, ut miles ordinarius eſſet, qui contra Scythas & Moſcos pro finibus excubaret, in ſtipendium verò à jugo boum quinque grosſorum vectigal conceſſerunt, apud kojalovicium *Part. II. lib. VIII. pag. 416.* ubi ad oram libri notat Auctor, quod hæc ſit militis Quartiani origo. Conf. & Paulus Piaſecius *in Chron. pag. 44. vel in editione Cracovienſi pag. 51. ſeq.*

XV. Præter enumeratos hactenus à nobis Milites, dantur adhuc in Polonia alii, qui dicuntur VOLVNTARII. Originem horum à primis fermè Regni Polonici temporibus accerſere poſſumus. *Cum enim antiquis Seculis majores noſtri*, ait Fredro, *Regum ærario contribuere ducerent haud ingenuum, æquius illud cum decoro retinuerunt, ut periculoſis temporibus pro facultatibus ternos ſexenosve armatos equites in caſtra ſinguli ducerent, proprio ære militarent, quare ingens conflabatur Exercitus.* Hæc Fredro *in Henrico I. pag. 19.* Sed ſuccedente etiam tempore rareſcentibus licet publicis vel univerſalibus expeditionibus, nihilominus Proceres Regni aliique Nobiles

Voluntarii milites.

Origo hujus militiæ.

les ditiores ſolebant integras equitum cohortes & alias ſumptu proprio in caſtra adducere vel ſolo Patriæ amore ducti. Pauperiores verò plures una collecti Ducem ſibi virum aliquem ſtrenuum eligunt, & ultro ſine ſtipendiis Imperatorem ſequuntur, ob idipſum Voluntarii appellati. Starovolſcius *in Polon. pag. 302. ſeqq.* Sed hi poſteriores ob varia damna, quæ Nobilium aliorumque Bonis inferebant, ſublati ſunt, per Conſtitut. *An. 1634. pag. 11.* Exempla autem eorum qui totas cohortes in bellum propriis ſumptibus auctoratas miſerunt, & adhuc mittunt, extant non pauca. *Vid. Conſtitut. An. 1621. pag. 11.* Non ita pridem Illuſtriſſ. atque Reverendiſſ. Dn. Andreas Trzebichi Epiſcopus Cracovienſis & Dux Severiæ contra Turcas aliquot cohortes propriis ſumptibus conſcriptas miſit; ut alios qui adhuc in vivis ſunt, & ea in parte de patria optime merentur, prætercam.

Koſaci, quorum origo à obſcura. Koſaci undi dicantur.

XVI. Ad extremum datur etiam adhuc aliud genus militum ſatis celebre apud Polonos, videlicet KOSAKORUM, quorum origo ſatis obſcura eſt. Et quidem quod ad nomen koſakorum attinet, derivatur hoc ex Piaſecii ſententia à voce Polonica *koza*, quod capram ſigni-

ſignificat, ſicque illi appellati eſſe dicuntur, quod inſtar caprarum curſu veloci ad omnia agiles currunt, vel quod caprinis pellibus contra injurias aëris teguntur. *Vid.* Piaſec. *in Chron. ad An.1645. pag. 53.* Sed M. Joannes Herbinis vocem hanc potius derivandam eſſe putat à Slavonico nomine *koſa*, id eſt, *falx*: unde *koſſak* eſt *falcifer*. Vid. Herbin. *in Kiiovia Subterranea cap. 2. pag. 7.* Alias adhuc derivationes hujus vocis reperio apud Joachimum ab Hirtenberg Paſtorium, qui *Parte I. Hiſt. Polon. plenioris lib. I. pag. 14.* audiviſſe dicit ea ſuper re magnum quendam Senatorem diſſerentem vocemque deducentem à navigiis, quæ in Polonia *kozi* vocantur. Ipſe autem Paſtorius exiſtimat nomen illud deductum à voce Polonico *chodzic*, ita ut inde fiat *Chodziaci*, & deinde *Coſaci*. *Chodzic* autem eſt ambulare & diſcurrere. Eſſent igitur Coſaci denominati à palmario ipſorum opere, famoſo illo per fluvios & maria decurſu. Unde milites hi primam habeant originem, nemo, quod ego quidem ſciam, indicavit. Ego putaverim à primis usque Tartarorum in Poloniam irruptionibus rem eſſe arceſſendam. Congregabantur ſine dubio multi agreſtes ad oras Boriſthenis

Quando Koſaci orti ſint.

nis ad loca naturæ miraculo munita, quæ Boriſthenes ad oſtia ſua vergens alluit. Catadupas olim veteres appellarunt Geographi, nunc à Roxolanis ſive Ruſſis vernaculo ſermone *Porohi* vocantur, unde illi Coſaci Zaporohenſes, id eſt Coſaci trans limites habitantes dicti ſunt. *Vid.* Illuſtriſſ. Jacobus Sobieski *lib. II. de Bello Chotimenſi pag. 110.* & Joach. paſtorius ab Hirtenberg *de Bello Coſaico pag. 7. & in Hiſt. Polon. pleniore Part. I. lib. I. pag. 15. ſeq.* In illis locis Tartarorum copias cum præda ex Podolia aliisque Poloniæ locis revertentes adorti credebant. Et quoniam illud non rarò fieri ſolebat, ut Tartaros præda onuſtos ſpoliarent, magnisque damnis afficerent, non potuit diſplicere Regibus Poloniæ horum hominum inſtitutum. Quin etiam credibile eſt, Nobiles illis in locis degentes illos homines foviſſe & auxilia ipſis miſiſſe, quo melius Tartarorum irruptionibus reſiſterent. Hinc inclareſcere cœperunt apud finitimas gentes. Quo autem militia illa fieret ordinatior, elegerunt ſibi Duces bellicos, qui Reges Poloniæ, ut Dominos ſuos agnoſcebant & reverebantur. Ita jam Sigiſmundi I. temporibus Ducem ipſorum Evſtacſiium Daskovicium claruiſſe

Porohi, unde Koſaci Zaporohenſes.

Daskovicius Dux Koſacorum tempori Sigiſmundi I

fuiſſe deprehendimus apud Kojalovicium *Part. II. Hiſt. Lithv. lib. VII. pag. 334. & alios.* Non tamen ſupra ſex millia Koſakorum tam fuiſſe memorantur. Militiam illam, ut Regno Poloniæ utiliſſimam Stephanus Rex melioribus legibus ſociatam multis privilegiis An. 1576. donavit. Dedit enim eis caſtellum Trechtimirowo cum toto Diſtrictu in Boriſtenis fluvii ripa, omnemque illum tractum, qui viginti milliaria Germanica infra Kioviam complectitur. In Trechtimirowo igitur Palatinatus Kievienſis oppido aſſervabantur Koſakorum Privilegia, tormenta bellica, varia ex Turcarum emporiis olim importata ſpolia, militaris etiam ſupellex, tum Regia vexilla, quæ illis in ſignum ſupremi Dominii, quotiescunque pro Republica arma ſumebant, à Regibus Poloniæ ex inſigni benignitate mittebantur. Multi Coſaci cum Duce ſuo & præſidio ſatis firmo in caſtro Trechtimirovo manebant, cæteris omnibus Coſacis hyberno tempore licitum erat in ſuas domas & ad bona ſua ſe conferre, resque ſuas curare.

Stephanus Rex Koſacis donat caſtellum Trechtimirovvo cũ toto diſtrictu.

XVI. Succeſſu temporis, dum fœcunda culpæ ſecula & eorum priſcum morem depravaſſent, indies hæc colluvies excreſcere cœpit. Non jam ex virtute

Koſakorum mores ſucceſſu temporis corrumpuntur.

& meritis cenſebantur milites, ſed paſſim dabant nomina ex Provinciis Ruſſiæ ab agricultura à variis opificiis profugi, infamia notati, tum nonnulli ex Germania, Gallia, Italia, Hiſpania etiam ob patrata facinora extorres ad illos confugiebant: qui tamen Religionis Græcæ cultum obſervare, Ruthenicam linguam exercere, abjecta generis, ſi qua erat, claritudine, plebeia cognomina aſſumere, atque omni urbanitate depoſita agreſtem vitam degere cogebantur. Hi prædabundi vagabuntur paſſim per Ruſſiam, Lithvaniam, Kiovienſem & Braclavienſem Palatinatus, patebant eorum libidini Eccleſiæ, Fiſci & Nobilitatis Bona. Copiis etiam Reipubl. Duce Stanislao Zolkievio decertatum eſt cum Nalewaykone exercitus illorum Præfecto, qui profligatus & cum ſceleris ſociis captus in Comitiis Varſavienſibus enormi ſupplicio dignas luit pœnas. Quotiescunque aliquam ſuſcipiebant expeditionem, numeroſos Exercitus ex rapina ditionum Regni alebant, ex bello reverſi, quaſi colonias quasdam per vicos & urbes tam Regias quam Nobilitatis ducebant, omnique Præfectorum ac Dominorum ſuorum obedientia ſe exſolvebant. Pauci ex Veteranis in ſuis ad Boriſthenem domici-

miciliis commorabantur, reliqui parta toties præda locupletati, rei tantum Oeconomicæ cum uxoribus & liberis operam navabant.

XVII. Summum apud Coſacos obtinet Regimen Exercitus Præfectus, qui loco inſignium geſtat baculum ex arundine confectum, atque ut tumultuario modo non ſuffragiis, ſed ſolis acclamationibus & frequentibus pileorum in Candidatum ejectionibus eligitur, ita ſæpius inſtabilis vulgi libidine Magiſtratu privatur. Quamdiu tamen munere ſuo fungitur, penes eum remanet in quemlibet Coſacorum vitæ & necis arbitrium. Secundum honoris obtinent gradum quatuor bellici Conſiliarii, vocati Aſſavuli, cum Legato, qui ſubſtitutus Præfecti exercitus nominatur. Sequuntur poſtea Caſtrorum, bellicarum machinarum, Legionum Præfecti, tum Centuriones & publicus Notarius, qui cenſus & ſumptus eorum notare & conſilio Religionis Græcæ monachorum literas ad Regem & Proceres Regni exarare ſolet. Reſpublica Koſakorum.

XVIII. Quando arduum aliquod negotium in Exercitu Coſacorum incidit, ad Concionem vocatur ab ipſo Duce univerſa plebs, atque is primum vultu ad reverentiam & modeſtiam compoſito Modus conſultandi.

Lll 2 ali-

aliquotins verſus multitudinem ſe inclinans, deſtinatum ingreditur locum & detecto capite ſub extenſo Regio vexillo inter cæteros aſſidentes ſolus cum quatuor Conſiliariis ſtat, ſtatumque cauſæ, quæ in deliberationem venit pleno comitatis ſermone proponit. Tunc vel crimina, ſi qua illi objiciuntur, diluit, aut in proprium uſum aliquem ab exercitu favorem ſubmiſſe petit. Illic omnia, quæcunque accepit munera proferre, atque ut ea ſibi concedantur, multitudinem flagitare debet. Hæc ſi renuat, omnia libidini ejus non vulgari, in voce & geſtu, cultu permittit. Dum Præfectus exercitus eos alloquitur, verba illius ſummo ſilentio excipiunt, poſtea ſententias ſuas alternis obruunt acclamationibus.

Bellum Koſakorum maritimum.

XIX. Ad bellum maritimum aptiſſimos longus effecit uſus, vehuntur lintribus, quibus à latere ad inſtar tabularum faſciculos ex arundine confectos contra tempeſtates & fluctus maris adnectunt, ac ſumma velocitate onuſtis triremibus Turcarum in Ponto Euxino ſæpiſſime potiuntur. Plurimi eorum frameis non utuntur, ſed ſclopetis omnes; quo militiæ genere Reges Poloniæ potentiſſimorum in orbe terrarum Principum peditatum

tum adæquare poſſunt. Caſtra etiam dextre in aliquot Ordines redactis plauſtris ad normam fortiſſimi propugnaculi muniunt, quæ *Tabor* appellant & contra hoſtium impetum extremum ibi quærunt refugium. Hæc à medio num. XV. totidem fere verbis habet Illuſtriſſ. Jacobus Sobieski Caſtellanus olim Cracovienſis *lib. II. de Bello Chotimenſi pag. 109. ſeqq.* qui etiam teſtatur, nihil ſe ſcripſiſſe, niſi quæ à peritis accepit, aut ipſe propriis oculis videns annotavit. Multo pluribus verbis Coſacorum terreſtrem militiam & Navalem deſcribit Illuſtriſſ. Andr. Maximil. Fredro *in Hiſt. Henrici pag. 17. & ſeqq.* qui inter alia de ipſorum maritima militia: *Cum*, inquit, *mare aſcendunt, tempeſtate ſuperveniente arundinis cumulos lintribus navigii undequaque alligant, quo fluctibus irati maris felicius ſupernatent. Navigiis utuntur parvis, quæ novem virorum cum juſto commeatu capaces ſunt, celoces aut ſchaphæ dici poſſunt; velociſſime ſequuntur & fugiunt. Turcis damna inferunt, ſuburbana aliquando Conſtantinopolitana invadunt (inde Amurathis Turcarum Imperatoris di-*

Propugnaculum dictum Tabor.

Militia Koſakorum maritima.

ctum erat, cum inter arma Principum in ſe conſpirantium Conſtantinopoli degens in utramque dormitet aurem, ſolos Coſacos eſſe ejectamenta Polonorum, qui tanti Principis turbarent ſomnum) civitates & oppida Pontico litori proxima populantur, furtim omnia præſtant, neque dum pugnandum, ſegnius reſiſtunt. Numerus horum militum incertus eſt. Viſa ſunt aliquando XVIII. aliquando XXX. millia. Niſi quod moderna rebellio Chmielniciana ultra ducenta millia Coſacorum ſub ſignis aliquoties eduxerat in prælium, tota Ruſſia in perfidiam & rebellionem acta. Hæc Fredro.

XX. Sic igitur, ut ex ultimis Fredronis verbis intelleximus, & hoc militiæ genus Poloniæ Reges in perniciem ſuam inſtituerunt. Quod ut dilucidius exponatur, placet paulo preſſius origines rebellionum Coſacicarum inveſtigare. Cum Coſaci utilem Reipubl. Polonicæ contra quosvis hoſtes, præcipuè vero Tartaros navaſſent operam, multa privilegia ipſis, ut audivimus, Reges Poloniæ conceſſerunt. Et attributis pluribus agris etiam certam pecu-

Rebelliorum Koſacikarum ſeries.

pecuniæ ſummam quotannis Kioviam mittebant, teſte Jacobo Sobieſcio *loc.cit.* Datus etiam ipſis eſt certus pellicearum veſtium numerus, ut patet ex Diario Europæo *contin. XIX. pag. 563.* Sed Coſaci rebus ſecundis elati, inſoleſcere cœperunt. Inprimis autem durante pace Turcicum Imperium infeſtabant, adeò ut Turcarum Imperator bellum Polonis minaretur, niſi licentia ipſorum ſiſteretur. Quapropter jam tempore Stephani Regis Dux Coſacorum Pedkowa capite plexus eſt, teſte Joanne Demetrio Solikovio *in Comment. rer. Polon.* Deinde etiam ſeveris legibus licentiæ Coſacorum obviam itum eſt cautumque, ne Coſaci latrocinia exercerent, mercatoribus nullum damnum inferrent, ne Bona Nobilium invaderent, ne vicinos populos incurſionibus adverſus Polonos irritarent. Hæc & alia plura habet Conſtitut. An. 1590. *tit. Porza dekzſtronii.* Ex quibus liquet, quibusnam ſtudiis operam dederint tum temporis Coſaci. Sed nihil hac conſtitutione effectum eſt. Idcirco ſexennio poſt decretum eſt, ut tota hæc gens ad internecionem exſcinderetur & bona ipſis conceſſa Regiæ menſæ addicerentur. *Conſtitut. an. 1596. tit. o kozokach.* Verum

poſtea, cum Coſaci Polonis contra Svedos alioſque auxilio adfuiſſent, iterum in gratiam recepti ſunt Anno 1601. ut habet Conſtitutio tunc temporis edita. tit. *O Kozakach.* Non quievernt tamen poſtea, adeò ut ſæpius neceſſe fuerit leges antea de licentia Coſacorum coërcenda repetere. *Vid. Conſtitut. An. 1609. tit. 73. & 1609.* Porrò Sigiſmundus III. ſub quo & priores illæ à nobis memoratæ leges latæ ſunt, cum Ordinibus An. 1611, conſtituit, ne Coſaci ob licentiam intolerabilem ad bellum evocarentur, niſi id ſummum Reipubl. diſcrimen exigeret. *tit. O Sweywoly pag. 26.* Præterea An. 1613. Duces exercituum Polonicorum juſſi ſunt contra Coſacos, ut contra communem hoſtem movere eoſque exſtirpare. *tit. O Kozakach. pag. 10.* Poſthæc quietiùs agere cœperunt, adeò ut Ao. 1618. tantum hoc conſtitutum ſit, ne Coſaci vicina Regna infeſtarent. *Vid. Conſtitut. dicti anni pag. 2.* Immò in ordinem eos fuiſſe tunc redactos teſtantur Conſtitutiones complures, nempe *anni 1620. pag. 13.* Patet illud etiam ex Commiſſione Anno 1624. in Vkrainam miſſa *Commiſſya Kozacka. Conſ. & Conſtitut. An. 1628. tit. Obrona Vkrainy.* Poſthæc An. 1635. prohibitum

eſt

eſt ſeverè in Comitiis, ne Coſaci Turcas infeſtarent. *tit. Pohomawanie incurſyi pag. 3. ſeq.* Sed repreſſa paululum partim ſeveris legibus, partim intercedente Turcico bello leviſſimorum hominum licentia eo majori poſtea erupit impetu. Qua de cauſa Koniecpoſcius ſupremus exercitus Polonici Dux ibidem munimentum validiſſimum Anno 1637. exſtruxit, Hudak ſive Kudak dictum, eo in loco, ubi Samara in Boriſthenem ſe effundit, quò facilius Coſaci in ordinem redigi & in officio contineri poſſent. Nec dum tamen quieſcente hac hominum colluvie, Anno 1638. Dux Coſacorum Paulukus Varſaviæ capitis ſupplicio affectus eſt, Coſacisq; omnia Privilegia cum oppido Trechtimirowo erepta ſunt. *Vid. Conſtitut. ejus anni pag. 6. ſeq.* Et licet tunc pactione & tranſactione quadam intercedente in officio manſerint, aliquando tamen non eo, loco, quem viri militares mererentur ſe haberi querentes, occaſionem commodam rebellandi expectabant, donec tandem orta inter Czaplinſcium Czeherinenſis territorii Subpræfectum & Bohdanum Chmielnicium de agro quodam litè res in nervum erupit, Coſacique rebellarunt. *Vid.* Joachimus ab Hirten-

Hudak Caſtellum contra Coſacos exſtruitur.

Lis inter privatos orta occaſionem graviſſimo bello præbuit.

berg Paſtorius *in Hiſt. Polon. pleniore lib. I. pag. 27. & ſeqq.* Poſt varia bella deinde geſta pars Coſacorum Magno Moſcoviæ Duci, pars Turcarum Imperatori ſubeſſe debuit: ſed hodierno tempore Coſaci jugi Turcici impatientes iterum Sereniſſimo Regi Poloniæ ſeſe ſubjecerunt ſtrenuamque ipſi in bello Turcico operam navant. Conf. quæ ſupra *lib. I. cap. IX. num. ult.* à nobis dicta ſunt.

Coſaci hodie Regi Poloniæ militant.

XXI. Expoſitis omnibus malitiæ generibus, placet pauca de Polonorum Ducibus bellicis, Polonorumque militum armis addere. Duces exercituum generales, quibus miles Polonicus ſubeſt, ſunt duo. Alter eſt in Regno, & dicitur Dux Exercituum Regni generalis (*Hetman. Wielky Koronny*) Alter eſt in Magno Ducatu Lithvaniæ, & dicitur Dux Exercituum Magni Ducatus Lithvaniæ generalis (*Hetman. Wielkii W. X. Lithevskiego*) Et hi ſunt ſummi moderatores belli ſecundum Regem & vicarii Regis, quilibet in ſuæ gentis exercitu. Hi ducunt exercitum: capiunt locum caſtris: acies inſtruunt: dant ſignum pugnæ & receptus: commeatuum & annonæ curam in bello gerunt: in delinquentes animadvertunt: &, ut

Duces Exercituum in Polonia.

pau

paucis reliqua complectar, in Exercitu & tempore belli indicti, uterque auctoritate fere Regia utitur. His Ducibus exercituum generalibus adduntur alii duo vicarii. Alter in Regno, qui dicitur Dux campeſtris Regni (Polonis *Hetman Polny Koronny*) Alter in Magno Ducatu Lithvaniæ, qui dicitur Dux Campeſtris M. Ducatus Lithvanicæ (*Hetman Polny W. X. Lithewskiego*) Hi excubiarum potiſſimum explorationumque curam gerunt, mercenariis militibus, præſertim in Ducum generalium abſentia præſunt, & jurisdictionem in Exercitu eodem tempore exercent. *Vid. Conſtitut. An. 1601.* Conceſſa quidem eſt An. 1653. eadem poteſtas Duci Campeſtri, quam habet Dux ſupremus, ut eſt in ejus anni Conſtitutione *pag. 7.* Sed anno proximo, nempe ſupra milleſimum ſexcenteſimum qvinqvaſimo quarto illa Conſtitutio abrogata eſt *pag. 5.* Officia hæc Ducum generalium & Campeſtrium infra Senatoriam dignitatem cenſentur, hoc tamen plerumque obſervatur, ut nonniſi Senatoribus ad majorem auctoritatem conciliandam conferantur, quod etiam antiquis temporibus fuiſſe obſervatum teſtantur Hiſtoriæ. Conferebantur etiam antehac munera

Poteſtas Ducum Campeſtrium.

Officia Ducum belli conferuntur aliis Senatoribus.

berg Paſtorius *in Hiſt. Polon. pleniore lib. I. pag. 27. & ſeqq.* Poſt varia bella deinde geſta pars Coſacorum Magno Moſcoviæ Duci, pars Turcarum Imperatori ſubeſſe debuit: ſed hodierno tempore Coſaci jugi Turcici impatientes iterum Sereniſſimo Regi Poloniæ ſeſe ſubjecerunt ſtrenuamque ipſi in bello Turcico operam navant. Conf. quæ ſupra *lib. I. cap. IX. num. ult.* à nobis dicta ſunt.

Coſaci hodie Regi Poloniæ militant.

XXI. Expoſitis omnibus malitiæ generibus, placet pauca de Polonorum Ducibus bellicis, Polonorumque militum armis addere. Duces exercituum generales, quibus miles Polonicus ſubeſt, ſunt duo. Alter eſt in Regno, & dicitur Dux Exercituum Regni generalis (*Hetman. Wielky Koronny*) Alter eſt in Magno Ducatu Lithvaniæ, & dicitur Dux Exercituum Magni Ducatus Lithvaniæ generalis (*Hetman. Wielkii W. X. Lithevskiego*) Et hi ſunt ſummi moderatores belli ſecundum Regem & vicarii Regis, quilibet in ſuæ gentis exercitu. Hi ducunt exercitum: capiunt locum caſtris: acies inſtruunt: dant ſignum pugnæ & receptus: commeatuum & annonæ curam in bello gerunt: in delinquentes animadvertunt: &, ut pau-

Duces Exercituum in Polonia.

paucis reliqua complectar, in Exercitu & tempore belli indicti, uterque auctoritate fere Regia utitur. His Ducibus exercituum generalibus adduntur alii duo vicarii. Alter in Regno, qui dicitur Dux campeſtris Regni (Polonis *Hetman Polny Koronny*) Alter in Magno Ducatu Lithvaniæ, qui dicitur Dux Campeſtris M. Ducatus Lithvanicæ (*Hetman Polny W. X. Lithewskiego*) Hi excubiarum potiſſimum explorationumque curam gerunt, mercenariis militibus, præſertim in Ducum generalium abſentia præſunt, & jurisdictionem in Exercitu eodem tempore exercent. *Vid. Conſtitut. An. 1601.* Conceſſa quidem eſt An. 1653. eadem poteſtas Duci Campeſtri, quam habet Dux ſupremus, ut eſt in ejus anni Conſtitutione *pag. 7.* Sed anno proximo, nempe ſupra milleſimum ſexcenteſimum qvinqvaſimo quarto illa Conſtitutio abrogata eſt *pag. 5.* Officia hæc Ducum generalium & Campeſtrium infra Senatoriam dignitatem cenſentur, hoc tamen plerumque obſervatur, ut nonniſi Senatoribus ad majorem auctoritatem conciliandam conferantur, quod etiam antiquis temporibus fuiſſe obſervatum teſtantur Hiſtoriæ. Conferebantur etiam antehac munera

Poteſtas Ducum Campeſtrium.

Officia Ducum belli conferuntur aliis Senatoribus.

nera Ducum belli etiam ſupremis Regni & Magni Ducatus Lithvaniæ Officialibus, nimirum Marſchalcis ſupremis, Cancellariis & Procancellariis & Marſchalcis Curiæ. Ita quondam Joannes Zamoſcius fuit ſupremus Regni Poloniæ Cancellarius & ſimul ſupremus Exercituum Regni Dux, cujus elogis vid. apud Piaſecium *in Chron. pag. 269.* & Stanislaum Lubienski *in Parænesi ad Thomam Zamoſcium Joannis hujus filium pag. 223. operum.* Hodiernus quoque Rex Sereniſſimus Joannes III. antea munere Marſchalci ſupremi Ducis belli glorioſiſſima functus eſt. In Lithvania non ita pridem Corvinus Gonſiewski fuit Theſaurarius Magni Ducatus Lithvaniæ & Campeſtris Dux Exercituum. Poſt eum etiam Illuſtriſſ. Princeps Michael Radiviſius & Cancellarii & Ducis belli munere in Lithvania functus eſt. Sed recentioribus temporibus conſultatum eſt non raro in Senatu, quibusnam modis potentia Ducum belli ſit temperanda, ne quis Senator munere hoc Ducis Exercitum auctus nimiam ſibi poteſtatem vindicare auſit, & Reipubl. damnum aliquod idferat. Sciebat autem ex Hiſtoriarum monimentis Duces belli in Polonia quondam non fuiſſe perpetuos,

Conſilia de potentia Ducum belli temperanda.

Duces belli olim non fuere perpetui.

petuos, primumque Sigiſmundum I. dignitandem hanc Joanni Tarnovio perpetuam conceſſiſſe: in Lithvania verò primum fuiſſe Nicolaum Radivilium, cui Rex Wladislaus Jagello dignitatem hanc itidem perpetuam tradidiſſet, ut ſcribit Simon Starovolſcius *lib. VIII. Inſtitut. Rei milit. quæſt. 3. pag. 660. Edit. Florentinæ.* Idcircò priſtinam conſuetudinem reducere ſunt conati. Hunc in finem An. 1666. in Comitiis Varſavientibus decretum erat, ne dignitas Ducum Exercitus eſſet perpetua, ſed ut in triennium tantum concederetur. Conſtitutum etiam fuit, ut Illuſtriſſimus Dn. Potocki Dux Exercituum generalis nomine Ordinum omnium rogaretur, officio ſuo ut renunciaret, aliisque bono exemplo præiret. Cum autem hoc ob multa incommoda non procederet, conſtitutum tandem eſt, ne inpoſterum Dignitas Ducum Belli conferatur Marſchalcis ſupremis, Cancellariis aliisque Ordinis Senatorii Officialibus. *Vide Pacta Conventa Sereniſſimi Joannis III.* Jam igitur Dignitas Ducis exercituum Supremi & Ducis campeſtris confertur tantum Palatinis & Caſtellanis, qui, licet ſint Officialibus modo dictis ſuperiores, tantam tamen in Republ. potentiam non habent.

aliquotins verſus multitudinem ſe inclinans, deſtinatum ingreditur locum & detecto capite ſub extenſo Regio vexillo inter cæteros aſſidentes ſolus cum quatuor Conſiliariis ſtat, ſtatumque cauſæ, quæ in deliberationem venit pleno comitatis ſermone proponit. Tunc vel crimina, ſi qua illi objiciuntur, diluit, aut in proprium uſum aliquem ab exercitu favorem ſubmiſſe petit. Illic omnia, quæcunque accepit munera proferre, atque ut ea ſibi concedantur, multitudinem flagitare debet. Hæc ſi renuat, omnia libidini ejus non vulgari, in voce & geſtu, cultu permittit. Dum Præfectus exercitus eos alloquitur, verba illius ſummo ſilentio excipiunt, poſtea ſententias ſuas alternis obruunt acclamationibus.

Bellum Koſakorum maritimum. XIX. Ad bellum maritimum aptiſſimos longus effecit uſus, vehuntur lintribus, quibus à latere ad inſtar tabularum faſciculos ex arundine confectos contra tempeſtates & fluctus maris adnectunt, ac ſumma velocitate onuſtis triremibus Turcarum in Ponto Euxino ſæpiſſime potiuntur. Plurimi eorum frameis non utuntur, ſed ſclopetis omnes; quo militiæ genere Reges Poloniæ potentiſſimorum in orbe terrarum Principum peditatum

tum adæquare poſſunt. Caſtra etiam dextre in aliquot Ordines redactis plauſtris ad normam fortiſſimi propugnaculi muniunt, quæ *Tabor* appellant & contra hoſtium impetum extremum ibi quærunt refugium. Hæc à medio num. XV. totidem fere verbis habet Illuſtriſſ. Jacobus Sobieski Caſtellanus olim Cracovienſis *lib. II. de Bello Chotimenſi pag. 109. ſeqq.* qui etiam teſtatur, nihil ſe ſcripſiſſe, niſi quæ à peritis accepit, aut ipſe propriis oculis videns annotavit. Multo pluribus verbis Coſacorum terreſtrem militiam & Navalem deſcribit Illuſtriſſ. Andr. Maximil. Fredro *in Hiſt. Henrici pag. 17. & ſeqq.* qui inter alia de ipſorum maritima militia: *Cum*, inquit, *mare aſcendunt, tempeſtate ſuperveniente arundinis cumulos lintribus navigii undequaque alligant, quo fluctibus irati maris felicius ſupernatent. Navigiis utuntur parvis, quæ novem virorum cum juſto commeatu capaces ſunt, celoces aut ſchaphæ dici poſſunt; velociſſime ſequuntur & fugiunt. Turcis damna inferunt, ſuburbana aliquando Conſtantinopolitana invadunt (inde Amurathis Turcarum Imperatoris di-*

Propugnaculum dictum Tabor.

Militia Koſakorum maritima.

ctum erat, cum inter arma Principum in ſe conſpirantium Conſtantinopoli degens in utramque dormitet aurem, ſolos Coſacos eſſe ejectamenta Polonorum, qui tanti Principis turbarent ſomnum) civitates & oppida Pontico litori proxima populantur, furtim omnia præſtant, neque dum pugnandum, ſegnius reſiſtunt. Numerus horum militum incertus eſt. Viſa ſunt aliquando XVIII. aliquando XXX. millia. Niſi quod moderna rebellio Chmielniciana ultra ducenta millia Coſacorum ſub ſignis aliquoties eduxerat in prælium, tota Ruſſia in perfidiam & rebellionem acta. Hæc Fredro.

XX. Sic igitur, ut ex ultimis Fredronis verbis intelleximus, & hoc militiæ genus Poloniæ Reges in perniciem ſuam inſtituerunt. Quod ut dilucidius exponatur, placet paulo preſſius origines rebellionum Coſacicarum inveſtigare. Cum Coſaci utilem Reipubl. Polonicæ contra quosvis hoſtes, præcipuè vero Tartaros navaſſent operam, multa privilegia ipſis, ut audivimus, Reges Poloniæ conceſſerunt. Et attributis pluribus agris etiam certam pecu-

Rebelliorum Koſacikarum ſeries.

pecuniæ ſummam quotannis Kioviam mittebant, teſte Jacobo Sobieſcio *loc.cit.* Datus etiam ipſis eſt certus pellicearum veſtium numerus, ut patet ex Diario Europæo *contin. XIX. pag. 563.* Sed Coſaci rebus ſecundis elati, inſoleſcere cœperunt. Inprimis autem durante pace Turcicum Imperium infeſtabant, adeò ut Turcarum Imperator bellum Polonis minaretur, niſi licentia ipſorum ſiſteretur. Quapropter jam tempore Stephani Regis Dux Coſacorum Pedkowa capite plexus eſt, teſte Joanne Demetrio Solikovio *in Comment. rer. Polon.* Deinde etiam ſeveris legibus licentiæ Coſacorum obviam itum eſt cautumque, ne Coſaci latrocinia exercerent, mercatoribus nullum damnum inferrent, ne Bona Nobilium invaderent, ne vicinos populos incurſionibus adverſus Polonos irritarent. Hæc & alia plura habet Conſtitut. An. 1590. *tit. Porza dekzſtronii.* Ex quibus liquet, quibusnam ſtudiis operam dederint tum temporis Coſaci. Sed nihil hac conſtitutione effectum eſt. Idcirco ſèxennio poſt decretum eſt, ut tota hæc gens ad internecionem exſcinderetur & bona ipſis conceſſa Regiæ menſæ addicerentur. *Conſtitut. an. 1596. tit. o kozokach.* Verum

poſtea, cum Coſaci Polonis contra Svedos aliosque auxilio adfuiſſent, iterum in gratiam recepti ſunt Anno 1601. ut habet Conſtitutio tunc temporis edita. tit. *O Kozakach*. Non quievernt tamen poſtea, adeò ut ſæpius neceſſe fuerit leges antea de licentia Coſacorum coërcenda repetere. *Vid. Conſtitut. An. 1609. tit. 73. & 1609.* Porrò Sigiſmundus III. ſub quo & priores illæ à nobis memoratæ leges latæ ſunt, cum Ordinibus An. 1611, conſtituit, ne Coſaci ob licentiam intolerabilem ad bellum evocarentur, niſi id ſummum Reipubl. diſcrimen exigeret. *tit. O Sweywoly pag. 26.* Præterea An. 1613. Duces exercituum Polonicorum juſſi ſunt contra Coſacos, ut contra communem hoſtem movere eosque exſtirpare. *tit. O Kozakach. pag. 10.* Poſthæc quietiùs agere cœperunt, adeò ut Ao. 1618. tantum hoc conſtitutum ſit, ne Coſaci vicina Regna infeſtarent. *Vid. Conſtitut. dicti anni pag. 2.* Immò in ordinem eos fuiſſe tunç redactos teſtantur Conſtitutiones complures, nempe *anni 1620. pag. 13.* Patet illud etiam ex Commiſſione Anno 1624. in Vkrainam miſſa *Commiſſya Kozacka. Conf. & Conſtitut. An. 1628. tit. Obrona Vkrainy.* Poſthæc An. 1635. prohibitum

eſt

eſt ſeverè in Comitiis, ne Coſaci Turcas infeſtarent. *tit. Pohomawanie incurſyi pag. 3. ſeq.* Sed repreſſa paululum partim ſeveris legibus, partim intercedente Turcico bello leviſſimorum hominum licentia eo majori poſtea erupit impetu. Qua de cauſa Koniecpoſcius ſupremus exercitus Polonici Dux ibidem munimentum validiſſimum Anno 1637. exſtruxit, Hudak ſive Kudak dictum, eo in loco, ubi Samara in Boriſthenem ſe effundit, quò facilius Coſaci in ordinem redigi & in officio contineri poſſent. Nec dum tamen quieſcente hac hominum colluvie, Anno 1638. Dux Coſacorum Paulukus Varſaviæ capitis ſupplicio affectus eſt, Coſacisq; omnia Privilegia cum oppido Trechtimirowo erepta ſunt. *Vid. Conſtitut. ejus anni pag. 6. ſeq.* Et licet tunc pactione & transactione quadam intercedente in officio manſerint, aliquando tamen non eo, loco, quem viri militares mererentur ſe haberi querentes, occaſionem commodam rebellandi expectabant, donec tandem orta inter Czaplinſcium Czeherinenſis territorii Subpræfectum & Bohdanum Chmielnicium de agro quodam litè res in nervum erupit, Coſacique rebellarunt. *Vid.* Joachimus ab Hirtenberg

Hudak Caſtellum contra Coſacos exſtruitur.

Lis inter privatos orta occaſionem graviſſimo bello præbuit.

berg Paſtorius *in Hiſt. Polon. pleniore lib. I. pag. 27. & ſeqq.* Poſt varia bella deinde geſta pars Coſacorum Magno Moſcoviæ Duci, pars Turcarum Imperatori ſubeſſe debuit: ſed hodierno tempore Coſaci jugi Turcici impatientes iterum Sereniſſimo Regi Poloniæ ſeſe ſubjecerunt ſtrenuamque ipſi in bello Turcico operam navant. Conf. quæ ſupra *lib. I. cap. IX. num. ult.* à nobis dicta ſunt.

Coſaci hodie Regi Poloniæ militant.

XXI. Expoſitis omnibus malitiæ generibus, placet pauca de Polonorum Ducibus bellicis, Polonorumque militum armis addere. Duces exercituum generales, quibus miles Polonicus ſubeſt, ſunt duo. Alter eſt in Regno, & dicitur Dux Exercituum Regni generalis (*Hetman. Wielky Koronny*) Alter eſt in Magno Ducatu Lithvaniæ, & dicitur Dux Exercituum Magni Ducatus Lithvaniæ generalis (*Hetman. Wielkii W. X. Lithevskiego*) Et hi ſunt ſummi moderatores belli ſecundum Regem & vicarii Regis, quilibet in ſuæ gentis exercitu. Hi ducunt exercitum: capiunt locum caſtris: acies inſtruunt: dant ſignum pugnæ & receptus: commeatuum & annonæ curam in bello gerunt: in delinquentes animadvertunt: &, ut

Duces Exercituum in Polonia.

pau.

paucis reliqua complectar, in Exercitu & tempore belli indicti, uterque auctoritate fere Regia utitur. His Ducibus exercituum generalibus adduntur alii duo vicarii. Alter in Regno, qui dicitur Dux campeſtris Regni (Polonis *Hetman Polny Koronny*) Alter in Magno Ducatu Lithvaniæ, qui dicitur Dux Campeſtris M. Ducatus Lithvanicæ (*Hetman Polny W. X. Lithewskiego*) Hi excubiarum potiſſimum explorationumque curam gerunt, mercenariis militibus, præſertim in Ducum generalium abſentia præſunt, & jurisdictionem in Exercitu eodem tempore exercent. *Vid. Conſtitut. An. 1601.* Conceſſa quidem eſt An. 1653. eadem poteſtas Duci Campeſtri, quam habet Dux ſupremus, ut eſt in ejus anni Conſtitutione *pag. 7.* Sed anno proximo, nempe ſupra milleſimum ſexcenteſimum qvinqvaſimo quarto illa Conſtitutio abrogata eſt *pag. 5.*

Poteſtas Ducum Campeſtrium.

Officia hæc Ducum generalium & Campeſtrium infra Senatoriam dignitatem cenſentur, hoc tamen plerumque obſervatur, ut nonniſi Senatoribus ad majorem auctoritatem conciliandam conferantur, quod etiam antiquis temporibus fuiſſe obſervatum teſtantur Hiſtoriæ. Conferebantur etiam antehac munera

Officia Ducum belli conferuntur aliis Senatoribus.

Digitized by Google

nera Ducum belli etiam ſupremis Regni & Magni Ducatus Lithvaniæ Officialibus, nimirum Marſchalcis ſupremis, Cancellariis & Procancellariis & Marſchalcis Curiæ. Ita quondam Joannes Zamoſcius fuit ſupremus Regni Poloniæ Cancellarius & ſimul ſupremus Exercituum Regni Dux, cujus elogis vid. apud Piaſecium *in Chron. pag. 269.* & Stanislaum Lubienski *in Paraneſi ad Thomam Zamoſcium Joannis hujus filium pag. 223. operum.* Hodiernus quoque Rex Sereniſſimus Joannes III. antea munere Marſchalci ſupremi Ducis belli glorioſiſſima functus eſt. In Lithvania non ita pridem Corvinus Gonſiewski fuit Theſaurarius Magni Ducatus Lithvaniæ & Campeſtris Dux Exercituum. Poſt eum etiam Illuſtriſſ. Princeps Michael Radiviſius & Cancellarii & Ducis belli munere in Lithvania functus eſt. Sed recentioribus temporibus conſultatum eſt non raro in Senatu, quibusnam modis potentia Ducum belli ſit temperanda, ne quis Senator munere hoc Ducis Exercitum auctus nimiam ſibi poteſtatem vindicare auſit, & Reipubl. damnum aliquod idferat. Sciebat autem ex Hiſtoriarum monimentis Duces belli in Polonia quondam non fuiſſe perpetuos,

Conſilia de potentia Ducum belli temperanda.

Duces belli olim non fuere perpetui.

petuos, primumque Sigiſmundum I. dignitandem hanc Joanni Tarnovio perpetuam conceſſiſſe: in Lithvania verò primum fuiſſe Nicolaum Radivilium, cui Rex Wladislaus Jagello dignitatem hanc itidem perpetuam tradidiſſet, ut ſcribit Simon Starovolſcius *lib. VIII. Inſtitut. Rei milit. quæſt. 3. pag. 660. Edit. Florentinæ.* Idcircò priſtinam conſuetudinem reducere ſunt conati. Hunc in finem An. 1666. in Comitiis Varſavientibus decretum erat, ne dignitas Ducum Exercitus eſſet perpetua, ſed ut in triennium tantum concederetur. Conſtitutum etiam fuit, ut Illuſtriſſimus Dn. Potocki Dux Exercituum generalis nomine Ordinum omnium rogaretur, officio ſuo ut renunciaret, aliisque bono exemplo præiret. Cum autem hoc ob multa incommoda non procederet, conſtitutum tandem eſt, ne inpoſterum Dignitas Ducum Belli conferatur Marſchalcis ſupremis, Cancellariis aliisque Ordinis Senatorii Officialibus. *Vide Pacta Conventa Sereniſſimi Joannis III.* Jam igitur Dignitas Ducis exercituum Supremi & Ducis campeſtris confertur tantum Palatinis & Caſtellanis, qui, licet ſint Officialibus modo dictis ſuperiores, tantam tamen in Republ. potentiam non habent.

Duces limitanei militis. habent. Præter hos Duces belli fuerunt etiam olim Duces limitanei militis, qui ad cuſtodiam Regni in finibus excubabat, de quibus Ducibus videatur Reinholdus Heidenſtein *lib. IV. Rer. Polon. pag. 152. & pag. 149. a.* Præter hos Duces belli habent quoque Coſaci proprium Ducem Belli, qui unicus eſſe debet, ſecundum Conſtitutionem *Anno 1661. pag. 60.* Idem eſt etiam in Polonico Regno Dux prætoriani militis. *Vid.* Heidenſtein *lib. III. rer. Polon. pag. 140.* Inter alios Præfectos militum eminet etiam Generalis Artilleriæ Magiſter in Regno & alter in Magno Ducatu Lithvaniæ, qui inſtituti ſunt Anno 1637. ita tamen ut à Ducibus belli dependeant, quemadmodum habetur in Conſtitutione Anni 1638. *pag. 27. ſeqq.* Debet autem Generalis Artilleriæ Magiſter eſſe poſſeſſionatus & juratus *Conſtitut. An. 1638. pag. 28. An. 1653. pag. 7.* Munus ipſius eſt armamentaria inſtruere, pulverem pyrium procurare, tormenta bellica ſub ſua cura & inſpectione habere. *Conſtitut. An. 1641. pag. 10.* Reliquas Dignitates bellicas hic recenſere nimis eſſet longum, de Notariis tamen Campeſtribus & Rotomagiſtris ſive Centurionibus Quartianorum adhuc quædam adde-

Koſakorum Dux.

Dux Prætoriani militis.

Generalis Artilleriæ Magiſter.

addemus. Notarius Campeſtris ſingulis trimeſtribus numerum militum inire & ſingulorum nomina notare debet, ita ut Catalogum eorum primò Theſauro, deinde vero Marſchalco Nunciorum Terreſtrium in Comitiis tradere poſſit *Conſtitut. An. 1654. pag. 5.* In Lithvania ſingulis Menſibus nomina peditum Notarius Campeſtris conſignare, unumque Catalogum Duci Belli, alterum Theſauro tradere debet. *Conſtitut. ejusdem anni pag. 30.* Sed & jam antea, nimirum *An. 1633. pag. 17. tit. O Piſarzu.* hoc conſtitutum fuit, ut Notarius Campeſtris ſingulis trimeſtribus turmas equitum, & ſingulis menſibus cohortes peditum deſcribat; item ut ejus ſubſtitutus ſit juratus: denique ut Dignitas & munus Notarii Campeſtris ſit incompatibilis cum Senatoria dignitate. Tandem de Rotomagiſtris ſive Magiſtris Equitum Quartianorum notandum eſt, quod debeant eſſe poſſeſſionati, Nobiles & in rebus bellicis exercitati. Item quod munus ipſorum cum Senatoria dignitate non ſit incompatibile, ita ut Senator nequeat eſſe Rotomagiſter militis Quartiani, per Conſtitutionem Anni 1591. *tit. Diſciplina pag. 613.*

Notarius Campeſtris.

Magiſtri Equitum.

XXII.

Arma Polonorum.

XXII. Armis olim uſi ſunt Poloni magni ponderis, ut putant Scriptores Polonici. Cum autem Boleslaus II. Audax adverſus Pruſſos bellum gereret & Poloni multi amnem Oſſam transmittere volentes, armorum pondere & aquarum altitudine eſſent abſorpti: cæteri autem exuti armis & loricis, quæ magni ponderis erant antiquitus, minori periculo tranaſſent, ex illo tempore gravioribus armis & loricis Poloni minus utuntur, ait Cromerus *lib. IV. de ort. & Reb. geſt. pag. 456.* Mihi autem amnis Oſſæ conditionem hodiernam conſideranti, & antiqua harum gentium arma ponderanti, hæc quæ Cromerus refert improbabilia eſſe videntur. Quibus autem armis tempore Sigiſmundi III. & Vladislai Regum uſi fuerint Poloni, exponit Simon Starovolſcius in Polonia ſua, adeo accurate, ut etiam perſonato illi Franciſco Marinio in Patriam ſuam hanc ob rem injurius eſſe videatur, quod ſecreta Patriæ ſuæ evulgaveri: Sic autem Starovolſcius: *Ex Equitibus alii ſunt gravioris armaturæ, & alii levioris, & qui gravioris armaturæ dicuntur, alii ſunt haſtati & vulgo Huſſari vocantur, & alii ſclo-*

ſclopetis tantum armati & vocantur Hartabuſſeri, utrique autem iſti ferreis thoracibus atque galeis ſunt veſtiti. Levioris deinde armaturæ alii ſclopetis oblongis, alii autem pharetris & lanceis brevioribus ſunt armati: & utrique loricis induti atque communi nomine Coſachi appellati. Pedites verò alii vocantur Hauduci, qui ſunt è Polonia aut Hungaria conſcripti: alii Coſaci Zaporobenſes, qui è partibus Ruſſiæ vicinis Scythiæ & Ducem ſuum proprium diſciplinamq́ caſtrenſem habent. Omnes autem iſti frameis incurvis ſeu acinacibus & ſclopetis oblongis in prœlio utuntur, niſi quod illi priores uniformi veſtium colore à Rege donantur: iſti rudi panno tecti equos ſinguli fere atque currus habent, quibus deinde caſtra ſua muniunt. Hæc & alia Starovolſcius *in Deſcript. Polon. pag. 282. ſeqq.* Plura forſan reperiet, cui ad manum eſt ejusdem Starovolſcii Eques Polonus ad Urbanum VIII. Papam ſcriptus, quem mihi videre non contigit. In libris hujus Auctoris de re Militari nihil quod magnopere

Mmm huc

huc pertineat habetur. Ad dilucidationem horum, quæ ex Starovolſcio adducta ſunt, notamus, eos, qui toti ſunt cataphracti & hoplomachi à Polonis vocari *Huſſarze* ſive *Uſſarze*. Utuntur illi haſtis ſive lanceis quæ Polonice vocantur *Kopiie*, à quibus etiam miles ejusmodi dicitur *Kopiynik*. Quæ autem turmæ brevioribus haſtis utuntur, dici ſolent *Petihorkie Choragwie*, haſtæ autem ipſæ *Drzewca*. Illi autem milites, qui loricis hamatis ſive hamis conſertis utuntur, appellantur *Pancerznicy*, quod vocabulum etiam Germanis notum eſt: Haſtæ ipſorum *Dzidii*, novum eſt armorum genus, à Turcis petitum. Ex ſuperioribus etiam, quæ de militibus ex laneis & manſis delectis in medium produximus, manifeſtum eſt, pedites in Polonia ſecuribus uti: hæ autem ſecures ſunt lunatæ oblongisque contis infixæ, ut eminus etiam hoſtem ferire queant, Poloni vocant *Bardysz*. Et hæc etiam de armis.

Huſſarzo.

Kopiynik.

Petyhorskie Choragvvie.

Pancerniey.

Munitiones & Caſtella in Polonia.

XXIIII. Quod ad MVNITIONES & CASTELLA attinet, malumus iterum Starovolſcium audire, quam ipſi noſtram ſententiam ſuper hac re aperire. *Quantum ad munitiones & fortalitia*, ait ille, *candide fatendum eſt, illa omnino in Polonia nulla exiſtere, præter aliquot caſtella privatorum: idque*

Digitized by Google

idque ſparſim per Provincias & Regnum, ut eſt Zamoſcium, Lancutum, Zbaraſſium, Nieswizia, Lochovicia, Medirecia, Dubna aliaque munitiores populationes. Hæc Starovolſcius *in Polonia pag. 305.* Inter fortalitia tamen (*fortece* dicunt Poloni) in Conſtitutionibus Anni 1658. recenſentur: Cracovia, Leopolis, Varſavia, Camenecia, Poſnaniæ, Lubowla, Halicia, Czeſtochovia, Breſcia. Ubi tamen non tantum loci validiora, quæ hoſtium obſidionem tolerare poſſunt, ut Camenecia eſt, ſed urbes arcesque muro quomodocunque cinctæ intelliguntur, quales ſunt plurimæ aliæ urbes ut Præmislia, Croſna, Biecia, Jaworovia: Inter arces munitas eminent Bialacerkievv, Brody, Slucko, Dubinki aliæque recentiori architectura munitæ. Præ cæteris autem hic ſunt commemorandæ urbes Pruſſicæ, Gedanum, Elbinga, Thorunium, quæ quantum præſtare poſſint, ſalis ſuperque docent ſuperiora bella, deinde etiam aliæ urbes minores, quarum pleræque ſunt muris cinctæ. Inter arces autem valdiſſima eſt Mariæburgenſis, ſedes olim Magiſtrorum Ordinis Teutonici. Habuit olim Polonia alia firmiſſima imperii ſui propugnacula ut Rigam aliaque caſtella Livonica, ſed nunc illa in Sue- munimenta Pruſſica.

dorum manibus ſunt. Quid Smolenſco aliisque urbibus, quas Moſcorum Dux Induciarum tempore adhuc tenet, item Camenecia aliisque Podolicis arcibus futurum ſit, ſequentia tempora dabunt. Hodiernus Rex Sereniſſimus Joannes III. promiſit, duo ſe caſtella propriis ſumptibus excitaturum in Pactis Conventis §. *Fortece dwie.*

CAP. IX.

De
Forma Reipublicæ
Polonicæ.

I.

Regnum Polonis initio placuit.

EX tribus Rectarum Rerum publicarum formis, de quibus Ariſt. *lib. III. Politicorum cap.* 7. ſtatim ad ingreſſu in has oras Regia Rempubl. adminiſtrandi ratio Polonis placuit. Niſi forte duo tempora excipias, videlicet unum poſt extinctum Lechum, alterum poſt voluntarium Wendæ Virginis Ducis Poloniæ interitum, de quibus ſupra *lib.* 1. *cap.* 2. actum eſt, Lithvania quoque antiquiſſimis temporibus ſuos habuit Principes, & præcipue illo tempore, quo cum Polonia

Lithvanis quoque Monarchica forma placuit.

lonia in unum corpus coaleſcere cœpit, floruit Olgerdi poſteritas, in qua maxime præ cæteris eminebant Jagello ut Vitoldus quorum ille Rex Poloniæ, hic vero Magnus Lithvaniæ Dux factus eſt. Similiter Pruſſia licet antiquiſſimis temporibus populari libertate uſa fuerit, tunc tamen, cum Regibus Poloniæ ſeſe ſubjecit, Principes ſuos habuit, quod etiam de Livonibus & Curonibus dicendum eſt. Cum autem quinque ſpecies Regni enumerentur apud Ariſtotelem *lib. III. Polit. cap. 14. & 15.* paulo preſſius nobis inveſtigandum erit, ad quamnam ſpeciem Regni Polonicum imperium ſit reducendum. Prima ſpecies Regni apud Philoſophum eſt Regnum HEROICVM, quod Heroibus, qui aliquid Civitati ſalutatare ſive pacis ſive belli tempore geſſerant, ſolebat conferri. Et talia Regna quondam fuerunt illorum, quos poſtea ut Deos credula eademque ſuperſtitioſa coluit antiquitas, quales fuere Saturnus Rex Italiæ, Jupiter Rex Cretæ, Vulcanus Rex Ægypti. Non erat tamen illorum poteſtas abſoluta, ſed certis legibus limitata, conſiſtens potisſimum in jure ſacrorum, in jure belli, & in diſceptatione cauſarum Civilium, quas judicabant alii jurejurando præſtito, alii ſine jure-

Pruſſia populari libertate gaudebat.

Poſtea Princeps habuit.

Regni ſpecies ſecundum Ariſtotelem.

I. Regnum Heroicum.

jurando & ſolummodo per elevationem ſceptri. Secunda ſpecies Regni apud Ariſtotelem eſt Regnum BARBARICVM, quod exercebatur in gentes barbaras ad ſervitutem pronas. Conſtat enim fuiſſe & adhuc eſſe quasdam gentes, quæ non poſſunt vivere, niſi ſerviant, quas juſto Dominio ſubjici injuſtum non eſt. Magis autem Aſiaticas gentes natura eſſe ad ſervitutem aptas, quam ſunt Populi Europæi, tradit idem Ariſt. *loc. cit.* Tertia ſpecies eſt Regnum ÆSYMNETICVM, quod quidem abſolutam omnium habuit poteſtatem, non fuit tamen perpetuum. Solebant enim olim literæ gentes in ſtatu Ariſtocratico vel Democratico viventes ingruentibus ſubitis belli periculis imperium ad unum devolvere, cum facile videre & intelligere poſſent, plurium imperium bello eſſe inutile. Simul atque autem periculis illis Respubl. fuerat defuncta, abrogari Æſymnetis imperium ſolebat. Tales Æſymnetæ fuerunt olim apud Romanos Dictatores, de quibus videatur Dionyſius Halicarnaſſeus *lib. V. Antiquit. Roman. cap. 79. & 83.* Quarta ſpecies eſt Regnum LACONICVM. Apud Lacedæmonios enim olim duo Reges erant ex duabus certis familiis electi, quorum tamen poteſtas

II. Regnum Barbaricum.

III. Regnum Æſymneticum.

IV Regnum Laconicum.

teſtas fuit exigua pacis tempore. Nam illas tantum ipſis prærogativas à populo fuiſſe conceſſas refert Herodotus, ut in Conviviis primi accumberent; duas partes & quidem lautiores, præ cæteris Convivis acciperent: libamina & coria immolatorum ſibi vendicarent: in ſpectaculis etiam certis præſiderent: duos eligerent Pythios, qui Delphos mitterentur ad oracula conſulenda: ipſis etiam ad publicas cœnas non venientibus mitteretur certus cibus & certa vini menſura. *Vid.* Herodotus *lib. VI. Hiſt. ante med. pag. 374.* Bellicis autem temporibus hi Reges Laconici vitæ & necis jus habebant, teſte Ariſtotele *lib. III. Polit. cap. 14.* Conf. Cornelius Nepos *in Vita Hannibalis cap. 7.* Quinta ſpecies vocatur παμβασιλεία, id eſt abſolute ita dictum REGNUM, ubi unus ſuprema poteſtate præditus nulliſque legibus adſtrictus abſolute imperat & ad communem reſpicit utilitatem. V. Regnum abſolute ſic dictum.

II. Ad harum quinque ſpecierum unam Regnum Polonicum pertinebit, aut ſaltem ad illarum aliquam proxime accedet. Sed quoniam Regnum Polonicum mille circiter annos jam ſtetit, varias in illo contigiſſe mutationes, non eſt, quod dubitemus, & ideo quoque modo ad

Digitized by Google

hanc, modo ad illam ex ſupradictis ſpeciebus potuit reduci. Antiquiſſimis temporibus obtinuiſſe Regnum Barbaricum vel Dominatum proprie ita dictum poſſet aliquis colligere ex verbis Cromeri, quæ habet *lib. II. Deſcript. Polon. pag. 124.* ubi ait: *Fuit initio liberior Dominatus Principis Poloniæ & nullis propemodum legibus adſtrictus, infinitam non modo omnium rerum, ſed etiam vitæ necisque omnium poteſtatem habens.* Verum Regnum Barbaricum, cum ſit tantum inter illas gentes, quæ ad ſervitutem pronæ ſunt & propterea quoque dicatur Dominatus juſtus, Polonis antiquis illud tribui non poteſt, qui non ad ſervitutem, ſed ad libertatem ſemper fuere proniores. Audiamus de antiquis Slavis, qui tunc orientalem Viſtulæ ripam accolebant, diſſerentem Procopium Sec. VI. Scriptorem: *Antarum*, ait ille, *Slavinorumque nationes non ab homine aliquo uno reguntur: ſed ab antiquo plebeja communique libertate vivunt & idcirco res omnes, quæ vel utiles ſunt, vel forte difficiles in commune conſilium deducuntur.* Lib. III. *de Bello Gothico c. VII p. 542. Editionis Lugdunenſis An. 1594.* Addantur hic quæ ſupra ſunt

Regnum Polonicũ olim non fuit Barbaricum.

Slavicæ gentes fuere liberæ.

ſunt à nobis *lib. I. cap. II. num. IV.* dicta. Vero itaque non eſt abſimile, Polonos, cum in has oras, quas jam poſſident, commigrare vellent, Ducem itineris ſibi præfeciſſe Lechum, qui etiam introductâ in has provincias gente Principatûm obtinuit. Jam verò perſvadere mihi non poſſum, Polonos Lecho ſervilem in modum ſeſe tum temporis ſubjeciſſe. Affectarunt quidem ſequentibus temporibus abſolutam Dominationem in libera hac gente Principes quidam, ut Popielus junior; hoc tamen ad Dominationem illam juſtam, quam deſcribit Ariſtoteles, non poteſt applicari. Nam Popielus ille liberæ genti jugum imponere voluit adeoque ad Dominationem injuſtam aſpiravit, quam tamen non obtinuit, Deo ſcelera ipſius condigna pœna ulciſcente. Propiùs ad veritatem accedunt, qui primis illis temporibus imperio Polonico Regnum Heroicum applicant. Hoc enim fuit, quando ob ingentia in populum merita Regnum ad unum deferebatur, ut ſupra audivimus. Jam autem Lechus cum Polonos feliciter in has oras, ubi jam degunt, introduxiſſet, ingenti ipſos ſibi devinxit beneficio, quo & ſibi, & (ut quidam ſed minus rectè, ſcribunt) po- Polonicum Regnum non fuit Heroicū

 ſteri-

Digitized by Google

ſteritati ſuæ peperit Imperium. In hac ſententia eſt Michael Piccartus *in Commentar. ad lib. III. Politicor. Ariſtot. cap. 14. pag. 465.* Verùm neque hæc regni ſpecies Regno veteri Polonico exacte reſpondet. Nam regnum Heroicum fuit legibus adſtrictum, nec infinitam omnium habuit poteſtatem: at verò Polonici Monarchæ, quantum ex hodiernis Scriptoribus Polonicis conſtat, omnibus legibus fuerunt ſoluti. Convenientius igitur eſt, ut dicamus, in Polonia tunc fuiſſe παμβασιλείαν vel Regnum ſimpliciter & proprie ita dictum, ubi Rex vel Princeps, Patris inſtar, ſine ullis legibus liberam omnium in libera gente habebat adminiſtrationem, omnia tamen ad communem omnium, ut filiorum, referebat utilitatem. Neque objici poteſt, Cracum leges tuliſſe, ut diximus ſupra, adeoque jam ſecundùm leges imperaſſe, quod Regno propriè ſic dicto non convenit. Nam adhuc dubitari poteſt, an Cracus ullas tulerit leges, cum Dlugoſſus & qui eum hac in re ſeqvuntur, multô ſint recentiores, quam ut de tam antiquis rebus nobis indubitatam facere poſſint fidem. Deinde tulerit ille etiam leges, eæ tamen fuere paucæ, nec Imperium Regum

Polonicum Regnum fuit Regnum ſimpliciter ita dictum.

Digitized by Google

gum ullo modo limitarunt: ſed datæ fuerunt ex abſoluta Principis poteſtate, ſubditis, ut ſecundum illas vitam ſuam inſtituerent.

III. Religione Chriſtiana à Polonis tempore Miecislai ſuſcepta limitari cœpit poteſtas illa Regum. Cum enim Principes multa Privilegia ſubjectis ſibi populis contuliſſent, ſine dubio in inauguratione ſua more aliorum Principum Chriſtianorum jurarunt, ſe Privilegia & libertatem Regni incolarumque ejus conſervaturos, adeoque illa forma proximè accedebat ad illam ſpeciem Monarchiæ, quæ Ariſtoteli Regnum Heroicum dicitur, ſi non ratione collationis, certe ratione poteſtatis & adminiſtrationis. A temporibus Caſimiri Magni & Ludovici Regum jam cœpit miſceri Ariſtocratia cum Monarchia, ita tamen, ut adhuc Regnum prævaleret. Hodie magis adhuc poteſtas Optimatum crevit. Itaque ſi quæramus, quænam ex ſupra datis ab Ariſtotele Regni ſpecibus Poloniæ conveniat, reſpondit jam ante Seculum integrum Martinus Cromerus *lib. II. Deſcript. Polon.* Regnum Poloniæ à veteri Lacedæmoniorum vel hujus temporis Venetorum non multum differre. Gemina his habet & Stanislaus

Chriſtianiſmo recepto vigniт Regnum Heroicum.

An in Polonia ſit Regnum Laconicum aut Venetum.

niſlaus Orichovius, qui ante Cromerum ſcripſit, in Oratione ad Proceres habita, quæ præfixa eſt Corpori Conſtitutionum Regni Poloniæ à Jacobo Priluſio edito: *Rex Poloniæ*, ait Orichovius, *nihil aliud eſt, quam os quoddam Regni Veſtri vobiscum conjunctum, libero ac legitimo veſtro ſuffragio, ut is prorſus nihil agat, nihil moliatur, ac ne loquatur quidem, niſi id, quod ex intimo ſenſu veſtro publicè ſit profectum. Senator autem, quem majores Præſidem Libertatis atque cuſtodem eſſe voluerunt, ea ratione Regi adjungitur, ut cuſtos is ſit ac vindex illius Cupiditatum, ac ut in ſententiis dicendis Regi praeat, illumque doceat, quid illi pro communi veſtra ſalute agendum edicendumq; ſit.* &c. Sed magnum adhuc diſcrimen inter Regnum Laconicum & hodiernum etiam Polonicum. Spartani namque duos ſimul habuere Reges pari poteſtate ac dignitate ex Ariſtodemi filiis Procle & Euriſthene oriundos. Herod. *lib. VI. Hiſtor.* Idcirco Reſpubl. Laconica propius accedebat ad formam Ariſtocraticam, quam Polonica, quæ unum tan-

Differentiæ inter Regnũ Laconicum & Polonicum.

In Laconica Republ. duo fuere Reges. in Polonica unus.

tantum habet Regem, & cui nemo in univerſo imperio par eſt. Et hæc etiam eſt cauſa, cur Dionyſius Halicarnaſſeus Rempubl. Laconicam inter Ariſtocraticas Reſpublicas referat. Dicit enim, Romæ, cum poſt Tarquinios expulſos Ariſtocratica forma introduceretur, exemplo Spartanorum duos Conſules eſſe creatos. *lib. IV. Antiquit. cap. 79.* Deinde poteſtas Regum Spartanorum fuit perexigua. Pacis enim tempore duo ipſis Sacerdotia, more aliarum gentium, fuerunt commiſſa, nempe Jovis Lacedæmonii & Jovis cœleſtis. Inter Magiſtratus duos tantum Pythios eligere poterant, quos ad conſulendum oraculum Delphicum mitterent, ut & Proxenetas ſive Præſides hoſpitum publicè advenientium, verbi gratia Legatorum aliorumque curam gerentes. At vero Rex Poloniæ ſolus omnes fere dignitates ſeculares & Eccleſiaſticas, quarum ingens eſt numerus, confert, quod non minimum eſt inter ſumma Majeſtatis jura. Licet autem munus Sacerdotale non gerat, ut Spartani Reges; hoc tamen Majeſtati ipſius non officit, cum munus Sacerdotale hodie in omnibus Rebuspublicis Chriſtianis à Regio ſit plane diſtinctum. In bello autem

In Laconica Republ. poteſtas Regum fuit exigua.

Regis Poloniæ poteſtas fuit magna.

Poteſtas Regni Laconicorum in bello.

tem Regum Laconicorum poteſtas major fuiſſe viderur. Teſtatur id Herodotus exſertis verbis ſcribens lib. VII. Hiſt. *Jus belli habent in quamcunque libuerit Regionem inferendi, ut id nulli Spartiatarum prohibere fas ſit*. Sed neq; hæc ita ſimpliciter accipi poſſunt. Nam bello navali Reges Spartanorũ raro præficiebantur idq; cum fiebat nõ præficiebantur bello terreſtri, ut probat Nicolaus Cragius *de Republ. Laced. l. IV. c. IV. & V.* Deinde Reges illi Lacedæmoniorum bellum ullum gerere potuiſſe non videntur, niſi prius eſſet à populo decretum. Id enim indicant verba Xenophontis: *Quocunque*, ait ille, *Civitas militum copias mitteret, Ducis munere fungebatur.* lib. *de Republ. Lacedæmon. circa fin.* Ariſtoteles quoque dicit: *Cum Rex egreditur extra regionem, imperium habet eorum, quæ pertinent ad bellum.* lib. III. *Politic. cap. 14.* Executio ergo tantum belli à Republ. decreti abſolute competebat Regibus Spartanis, qua in re non multo major ipſorum fuit poteſtas, quam hodie eſt Polonorum Regum. Quamquam enim hi in ipſo bello admittunt conſilium bellicum à Republ. ſibi adjunctum, ex Conſtitut. *A. 1620. p. 1. A. 1673. & aliis, de quibus ſupra l. II. c. 2. n. VII.* poteſtas tamen eorum ibidem eſt non exigua.

Regnum Polonorum poteſtas in bello.

Por-

Digitized by Google

Porro alii honores Regibus Lacedæmoniorum exhibiti fuerunt perexigui: Opes etiam mediocres, adeò ut his alios cives non multum ſuperarent, ut ex Herodoti & Xenophontis *ll. cc.* manifeſtum eſt. Præterea potuerunt Reges Laconici pecunia etiam exiguas ob cauſas mulctari, ut Archidamus Rex à Republ. mulctatus eſt, eò quod parvam uxorem duxiſſet. Plutarchus *de educandis liberis in princip.* Potuerunt quoque in exilium ejici, ut Leotychides & Pauſanias ſuo malo experti ſunt. Immò etiam capite plecti potuerunt, quemadmodum exemplo eſſe poteſt Agis, qui ab Ephoris in carcere necatus eſt. Vid. Xenophon & Herodotus *ll. cc.* ut & Pauſanias *in Laconicis*. Juſtinus item *in lib. III. Hiſt. cap. 3.* Quocirca verè dixit Cornelius Nepos, Lacedæmonios habuiſſe Reges duos nomine magis, quam imperio: *in Vita Ageſilai in princ.* At vero multo majores Regibus Poloniæ tribui honores, nemo non videt.

Opus Regum Polonicorum majores opibus Regum Laconicorum.

Reges Laconici exiguas ob cauſas puniri ſolebant.

IV. Cum Venetorum Republ. etiam non plane convenit Regnum Polonicum. Nam in Duce Veneto, licet ſpecies quædam Regiæ dignitatis reperiatur, verè tamen forma Reipubl. eſt tantùm Ariſtocratica. Annua Duci penſio

Reſpubl. Polonica comparatur cum Republ. Veneta.

Conditio Ducis Veneti.

ſio perſolvitur aureorum ter mille nec non quingentorum, ſed quatuor temporibus ex his convivia debet celebrare. Janottus *de Rep. Veneta p. 197.* Duces etiam ſuos Veneti mulctare poſſunt, tum ignominia, tum exilio, tum etiam cæde. Nicolaus Craſſus *pag. 387. & 391.* In defuncti etiam Ducis vitam inquiritur & ſi minus recte Rempubl. adminiſtraſſe deprehenſus fuerit, mulctam pecuniariam pendere heredes coguntur. Janott. *l. c. 168.* Et ut verbo complectar omnia: Dux Venetus in Republ. plane nullum ex Majoribus Majeſtatis juribus, ut vulgo vocantur, exercere poteſt ſolus. Sed contra multò majorem Regum in Polonia eſſe poteſtatem, ex ſuperioribus jam ſatis ſuperque elucet, & paſſim etiam Scriptores ea de re teſtantur. Audiamus Fredronem *in Fragm. Politicis pag. 187.* ſuper hoc negotio diſſerentem, qui, dum Duces Venetos cum Regibus Poloniæ confert, ita ſcribit: *Illic* (Venetiis) *abeſſe fateberis corrumpendæ libertatis (ut ita dicam) venena, ab ea poteſtate Principis, quæ parva eſt, cum ille ſolo nomine ſit, reipſa vero primus Senator primusque Patricius, primusque Reipublicæ Civis. Nobis*

Regum Poloniæ poteſtas.

vero

verò Polonis majoris auctoritatis, tituli & potentiæ ſunt Reges, quibus diviſa licet cum Republ. jubendi conſulendique poteſtas ineſt: Majeſtas tamen Regum alia. Tituli verò, honores, munia Reipubl. & benemeritorum præmia in manu & arbitrio illorum ſunt. Speciatim etiam ſingulis illis, quæ de Ducibus Venetis jam adduximus, multa opponi poſſunt, ex quibus Regum Poloniæ poteſtas ſupra Ducum Venetorum poteſtatem eminere luculenter demonſtratur. Duci Veneto ſalarium annuum penditur: Rex autem Poloniæ non ex ſalario ſibi annumerato vivit, ſed ampliſſima habet Bona, ex quibus aulam ſuam ſplendore nulli Regum cedentem ſuſtentat. Bona illa dicuntur Bona Menſæ Regiæ, ſub quibus ſuperiore Seculo comprehendebantur omnia, quæ nunc Bona Regia ſimpliciter vocantur, Boniſque Eccleſiaſticis & Nobilium contradiſtinguitur. Non omnes Capitanei in bonis illis Regiis detracto prius ſalario ſibi deſtinato, reliquos reditus ita dividebant, ut tres partes menſæ Regiæ cederent, quarta in Militem Quartianum impenderetur, ut ſuperiore capite à nobis probatum eſt. At vero ſucceſ-

Proventus Regii in Polonia.

Capitanei quid olim contulerint in menſam Regiam.

ſucceſſu temporis reditus illi in Præfecturis, qui ex agricultura, re pecuaria, molis frumentariis, ſylvis, cenſibus & penſibus agreſtium oppidanorumque proveniebant, Præfectis ſive Capitaneis ipſis conferri cœperunt. Nam cum antea vel certo pacto à Principe Præfectis locarentur, vel etiam ipſorum fidei committerentur, ita ut rationibus reddendis obnoxii eſſent: tandem ob inſignia merita quibusdam Proventus illi donari cœperunt, ſicuti hoc diſertis verbis teſtatur Cromerus *lib. II. Polon.* ubi de Præfecturis agit *pag. 159.* Quo factum eſt, ut ſenſim Capitanei omnes ſoluta Quarta ſibi proventus omnes retinerent. Cum verò his modis Fiſcus Regius pene exhauſtus eſſet, certæ Oeconomiæ, quæ jam ante aut omnes aut ſaltem pleræque ad menſam Regiam pertinebant, denominatæ ſunt, ex quibus reditus omnes in nullum alium uſum, quam ad Regiam menſam impenderentur. Et quidem Anno 1589. in Lithvania ſequentes Oeconomiæ enumerantur: Oeconomia Grodnenſis, Szawlenſis, Breſcianenſis, Kobrinenſis, Mohilovienſis, Olitenſis, & telonium vetus. *Vid. Conſtitut. An. 1589. pag. 530. tit. Ordinatio o Proventach.* Quo autem minus etiam in Regno tunc

Oeconomiarum Conſtitutio.

tunc Oeconomiæ denominatæ ſint, ratio in citata Conſtitutione *pag. 517.* redditur hæc, quod Bona illa, quæ eo deſtinabantur variis penſionibus erant onerata. Quod autem tunc fieri non potuit, factum eſt anno proxime ſequenti, quo ſequentes Oeconomiæ Regiæ menſæ addicuntur: Fodinæ Cracovienſes Olcusſienſes & Ruſſicæ, vectigalia Regni, Rusſiæ & Plocenſe. Præfecturæ Sandomirienſis & Samborienſis cum Ozimino & Medenico, Oeconomia Mariæburgenſis, Bona Magnæ Procurationis (*Wielkorzady*) Rogosnenſis & Dirſavienſis Præfecturæ: Portorium Gedanenſe, Elbingenſe & Rigenſe: proventus ex re monetaria & ex Podwodis, ut vocantur. Ex his Oeconomiis nihil debuit alienari, neque penſionibus, advitalitatibus levibusque arendis onerari, ut habet Conſtitutio anni 1590. *pag. 577. tit. Rationes ſtolu. Conf. Conſtitut. An. 1033. pag. 25. tit. O dobrach. &c:* Idem repetitur *An. 1638. pag. 3. ſeq.* ubi tamen etiam ex Capitaneatibus, quos Respubl. An. 1590. menſæ Regiæ deſtinaverat, reddi jubetur Quarta. Ad hos proventus ſalarium Ducis Veneti ne comparandum quidem eſt. Deinde diximus Venetos Duces ita Reipubl. jurisdictioni ſubeſſe, ut poſſint mulctari, urbe mo-

veri, immo etiam capite plecti, quorum nihil de Regibus Poloniæ dici poteſt. Præſcripſit quidem Respubl. Polonica modum, quo Rex, leges violans, poſſit in viam revocari, maxime tamen ſimul & ſollicite per aliquot Declarationes cavit, ne hoc anſam rebellioni præberet, ut ſupra ſuo loco jam demonſtravimus. De violentis autem id genus remediis nihil norunt leges noſtræ. Denique dictum eſt Venetorum Ducum heredes ad rationes reddendas cogi, de quo ne cogitavit quidem inclyta Respublica Polona. Hoc quidem tradit Piaſecius, bene meritos Reges publicis Reipubl. ſumptibus, male autem meritos propriis efferri ſepelirique: ſed non exiſtimo dari exemplum caſus poſterioris, neque lex ulla ea de re lata fortaſſe reperitur. Ex his omnibus jam concludo, Regnum Polonicum non eſſe cum Laconico & Veneto prorſus idem, licet ſpeciem quandam eorum præ ſe ferat: eſſe tamen Regnum ex Monarchia & Ariſtocratia mixtum.

An Regnum Polonicum ſit ex tribus ſpeciebus mixtum?

V. Dices Regnum Polonicum eodem modo eſſe ex Regno, Ariſtocratia & Politia mixtum, ut Laconicum. In Polonia namque conſpicitur Regia forma in Rege, Ariſtocratia in Senatu, Politia in Nunciis Terreſtribus ſive Provinciarum

Dele

Delegatis, qui Ephororum inſtar libertatem populi propugnant. In hac opinione eſt Simon Starovolſcius *in Polonia ſua pag. 246.* Idem etiam de Repul. Veneta aſſerit Joannes Cotovicus, quod mixtionem omnium ſtatuum admittat. Videlicet dicit, conſpici ibidem Monarchiam, quæ penes Ducem eſt, deinde Ariſtocratiam, quæ conſtat ex Senatu, Decemviris & Præconſultoribus: Denique Democratiam, quæ in univerſo Patriciorum conventu deprehenditur. Verum meo quidem judicio hæc minus recte ſe habent. Nam ad Politiam, ſive ut alii vocant Democratiam hoc requiritur, ut etiam plebs imperii ſit particeps, ſicuti fuit particeps in Republica Lacedæmoniorum, teſte Juſtino *lib. III. Hiſt. cap. 3.* Ibi enim Lycurgus *adminiſtrationem Reipubl. per Ordines diviſit. Regibus poteſtatem bellorum: Magiſtratibus judicia per annos diviſit. Regibus poteſtatem bellorum: Magiſtratibus judicia per annuas ſucceſſiones: Senatui cuſtodiam Legum: populo ſublegondi Senatum, vel creandi, quos vellent, Magiſtratus poteſtatem permiſit: fundos omnium æqualiter inter omnes diviſit, ut æqualia patrimonia neminem potentiorem altero redderent.* Sed in Veneta Republ. & præcipue in Polonico

In Polonia plebs plane excluditur à Regimine.

nico Regno plebeji plane excluduntur ab adminiſtratione Reipubl. quod adeo verum eſt, ut etiam plebeji ne cauſidici quidem in Judiciis Nobilium & in ſummis Regni & Magni Ducatus Lithvaniæ Tribunalibus, eſſe queant. Mittunt quidem in Polonia Civitates nonnullæ Nuncios ſuos ad Comitia, ut Cracovia & Vilna, non faciunt tamen illæ diverſum Reipubl. ſtatum ſive ordinem, ſed Nobilitati accenſentur, quia Conſules (ſic dicuntur Viri Conſulares in Urbibus ad differentiam Senatorum Regni) in ejusmodi urbibus conſecuti ſunt jura Nobilitatis. De Vilnenſibus & Cracovienſibus *Vid.* Aaron Alexander Oliſarovius *lib. II. de Politica hominum ſocietate cap. 1.* In Pruſſia quidem urbes omnino ad publica Conſilia, quæ de ipſorum Patria in Conventibus Pruſſicis generalibus habentur, pertinent: ſed, ut jam ſæpe monuimus, Pruſſia peculiaria habet jura & privilegia, adeo ut tunc temporis, cum ſe Regno Poloniæ conjungeret, ſub uno quidem Rege peculiarem tamen quaſi Rempublicam conſtitueret. Negari quidem nequit, ſucceſſu temporis Nobilitatem Pruſſicam arctiori vinculo ſeſe Poloniæ adſtrinxiſſe, cum in Comitiis

Pala-

Palatini & Caſtellani Pruſſici Palatinis & Caſtellanis Polonicis & Lithvanicis ſeſe conjunxiſſent: reliqua etiam Nobilitas Conclave Nunciorum ingreſſa eſſet, & inprimis cum Equeſtris ordo ſe Tribunali Regni vergente ad exitum ſeculo ſuperiore ſubjeciſſet: Civitates tamen Pruſſicæ contra hanc conjunctionem ſemper ſunt proteſtatæ, neque unquam in plenam harum Rerumpubl. conjunctionem conſenſere. Et licet etiam conſentirent, Pruſſica tamen ſola Rempubl. Polonicam non facit. Adhuc igitur evidens eſt, in Polonia eſſe Rempublicam ex Monarchia & Ariſtocratia mixtam.

Polonia eſt ex Monarchia & Ariſtocratia mixta.

VI. Si poſtremo quæratur, quænam hoc tempore forma prævaleat, Regnum, an Ariſtocratia? non verebimur aſſerere Prævalere Ariſtocratiam in pleriſque. Nam Pleraque jura Majeſtatis Rex non niſi cum omnibus Ordinibus in ipſis generalibus Regni & Magni Ducatus Comitiis exercet. De cœtero Poloni maximum Regibus ſuis deferunt honorem, adeò ut non ex vano glorientur nullam unquam gentem tanto amore Reges ſuos proſecutam eſſe, quanto Polonia ſuos proſequitur. Quod ſi enim tur-

Quæ forma prævaleat in Polonia?

Poloni Reges ſuos magno honore proſequuntur.

bæ, tumultus & rebelliones aliarum gentium, ſœpius etiam cum cæde Principum conjunctæ perpendantur, felix hoc nomine Polonia prædicari poteſt, ut quæ in maxima libertate ita ſæpiſſime turbas ciebat, ut tamen ſalvam erga Principes ſuos ſervaret reverentiam. *Vid. Auctor Defenſæ Poloniæ contra Barclajum, apud quem multa in hanc rem occurrunt.* Illud etiam gloriam genti Polonicæ parit non exiguam, quod Adamus de Kobilino Konarſcius Epiſcopus Poſnanienſis ad Henricum Poloniæ Regem electum in Gallia dicere potuerit: *Confeſſurus es in eo ſolio, quod non novit hucusque nec veretur ſicarium; in eo, in quo nuſquam captivi conſedere Reges;* apud Andream Maximilianum Fredronem *in Hiſt. Henr. l. pag. 99. fin.* Non minus eleganter quoque Albertus Ines *Part. III. Lechiad.* in Henrico Valeſio: *Etſi*, ait, *aliquos Regum, quos ipſa impietas proſcripſerat è ſolio ejecimus, nullum tamen de vita.* Neque exterorum deſunt teſtimonia, quibus fides Polonorum erga Reges ſuos deprædicatur. Fridericus de Marſelaer dicit, Polonos Regibus ſemel ſumptis ſemper fidos eſſe *lib. I. de Legato cap. 29. pag. 159.* Et non ita pridem Samuel

Schurz-

Schurzfleiſch: *Comitari Regem*, ait de Polonis, *in quacunque fortuna decus interpretantur. Multas gentes ferro ſeviiſſe in ſuos Reges compertum. Poloni ſervatorum, Regum gloriam tulerant. Diſſentiri quidem & obniti indignarique inſuper, ſæpe & edere irati animi ſigna non rarum. Sed manus Regum imbuere ſanguine & inſontes depoſcere ad necem generoſo hactenus populo piaculum fuit. Magna hæc fides, gloria autem fide major, pietas longe maxima.* Hæc ille *in Lineamentis Sarmaticis num. 10.*

Turbæ in Polonia motæ toti genti non poſſunt tribui.

VII. Ut verò fere nunquam adeò felix ſuccreſcit ſeges, ut non ſimul infelix inveniatur lolium: ita etiam laudem hanc gentis Polonicæ aliquando quorundam ferme ſubvertit ferocia. Conqueruntur ea de re Polonici Scriptores paſſim. Vid. Stanislaus Lubienski *in Diſſertat. & Querela de Statu rerum Poloniæ An. 1622. pag. 139. ſeqq.* Chriſtophorus Varſevicius *in libb. de Opt. Statu Libert.* Sed hæc toti genti non poſſunt imputari. *Paucos excipimus*, ait iterum Schurzfleiſch, *quibus ſenſum obſequii ſive*

Digitized by Google

innata ferocia ſeu pertinacia excuſſit. Hos rebus ſtuduiſſe novis, receſſiſſe à fide erga Reges, exuiſſe Reverentiam ſicut notum, ita univerſæ genti neutiquam imputandum. Hæc illſe *loc. cit.* Contingit Anno 1620. ut Sigiſmundus III. Rex à Michaele Piekarſki vulneraretur: ſed hoc exemplum in opprobrium gentis non cedit, cum Piekarſcius iſte fuerit mente motus, & Poloni etiam ſatis in hoc caſu indignationem ſuam oſtenderint, quemadmodum jam ſupra, cum de Judiciis Polonorum ageremus, expoſuimus. *Vid.* Paulus Piaſecius *ad an. 1620. pag. 404.* Sed reſtant majora, quæ fortaſſis gloriam illam Polonorum infringere aut labefactare potuerunt. Deteſtantur multi perniciosiſſimum illud *Rokoſz, quod vulgatum nomen eſt gentis teſſera qua in tumultu aliquo audita, omnis qui cenſetur Nobilis, licet ſit alligatus obſequio alicujus Principis vel Nobilis, relicto eo ad communem concurrentis Nobilitatis cœtum venire pœnis gravioribus obligatur*, ait Piaſecius, *in Chron. pag. 69.* Hoc vero nomen *Rokoſz* petitum eſt ab Hungaris, ut ſcribit Staniſlaus Lubienski *in Vita Matthiæ Pſtroconii*

Rokosz.

Nomen Rokosz ab Hungaris petitum.

comi Epiſcopi Wladislavienſis & Regni Cancellarii. pag. 423. Nam Hungari Conventus ſuos ſuos ita appellarunt à Villa quadam cis Peſtum, ubi in Patentibus campis convenire ſolebant, teſte Chriſtophoro Varſevicio *lib. I. de Opt. Statu Libertatis pag. 70.* Exemplum hujus ſeditionis (præter antiquius ſub Ludovico Poloniæ & Hungariæ Rege) habemus tempore Sigiſmundi I. 1537. Tum enim etiam acclamatum eſt *Rokoſz*. Nobiles omnes Rege & Proceribus relictis invicem conjuncti ſeveriorem rationem adminiſtrationis Reipubl. ab ipſis requirebant & Senatores quosdam malorum Conſiliorum Auctores pene oppreſſerant. Vid. Piaſecius *in Chron. ad An. 1606. pag. 280.* Conf. & Neugeb. *lib. VII. Hiſt. Polon. ad an 1537.* Confœderationes quoque militum in Polonia quis non novit? Immò inter ipſos Polonos communi Proverbio jactatur illud: POLONIA CONFVSIONE REGITVR, velut Poloni ipſi in lingua ſua exprimunt: *Polſka niexzadem ſtoi.* Verùm neque hæc inclytæ gentis hujus gloriam ſubvertunt, cum ſeditionum talium exempla rara ſint, neque apud alias etiam gentes deſint. Ad proverbium illud reſpondens

Proverbium: Polonia confuſione regi-tur.

An-

DISSERTATIO, De CURONORUM & SEMGALLORUM REPUBLICA, TAM VETERE, QVAM NOVA,

Quam An. 1676.
IN ACADEMIA REGIOMONTANA
me Præſide
defendit
BERNH. JOHANNES NIRESIUS,
Curonus.

Digitized by Google

I.

Triplex tempus.

MAgnam apud omnes Hiſtoriarum cultores meruit laudem Varro, quando ipſos tempus juſſit diſtingvere in ἄδηλον, μυθικὸν, ἱςορικὸν, ſi ſcire velint, quid in Hiſtoria falſum, quid probabile, quid denique verum ſit, apud Cenſorinum *de die natali cap. XXI.* Quamvis autem iſta diſtinctio in omni hiſtoria uſum ſuum habeat, maximè tamen obſervari meretur in Hiſtoria Septentrionalium gentium, de quibus jam nobis eſt ſermo. Nam in his, quoniam ſunt à cultioribus gentibus remotiores, tempus illud ἄδηλον nimium extenditur; ea etiam, quæ mediâ ætate literis ſunt prodita, ſic ſunt comparata, ut ob ſimplicitatem Scriptorum vix habeamus, cui tuto fidem habere poſſimus. Sic, ut propius ad rem accedamus, in Curonia ab eo tempore, quo habi-

Digitized by Google

habitari cœpit, tanto temporum decurſu usque ad Servatorem noſtrum natum, quid rerum geſtum ſit, ſpiſſis obrutum eſt ignorantiæ tenebris, obtinetque ipſiſſimum illud tempus ἄδηλον. Secundum tempus, videlicet à Chriſto nato usque ad Sec. XIII. quo religionem Chriſtianam Curonia recepit, eſt tempus μυθικὸν, quo quidem patefactis pedetentim ſeptentrionalibus his regionibus & ipſa hæc ora politioribus gentibus innoteſcere cœpit; ob nimiam tamen locorum diſtantiam ambigui tantum rumores ad eas de Curonis perferebantur. Mutat enim plerumque ſaporem longis variisque ſub terram ſpaciis decurrens aqua, nec de illa perinde judicat longinquus Potator, atque is, qui ad aquæ caput asſidet, hauritque ex fonte. Tertium demum tempus à recepta religione Chriſtiana eſt ἱςορικὸν, in quo vera nobis traditur Hiſtoria, quamvis in ſingulis etiam temporibus quædam ſaltem invenias, quæ probes, quæq; tuto refutes.

II. In prima illa ætate hoc certo ſtatui poteſt, in Curonia Venedos habitaſſe ad ſinum Venedicum, ſive maris Balthici partem Orientalem. Quæ vero gens Venedica in ſpecie hic habitarit, quid

quid rerum geſſerit, & quam habuerit Reip. formam, ignotum eſt. Sunt, qui per *Caryones* Veteres Venedorum Populos, quos Ptolemæus his in locis collocat, intelligi volunt hodiernos *Curones.* Videatur Matthias Strykowski Oſſoſtevicius *Lib. II. Hiſt. Lithv. cap. 6.* quod tamen pro certo affirmare non auſim. De ipſorum Republ. ſuſpicari tantum licet, ipſos more aliarum barbararum gentium his in locis ſine Republ. vicatim tantum habitaſſe. *Vid.* Tacitus *de moribus Germ. cap. 46.* Sequentibus vero temporibus, cum ex his oris egreſſi eſſent, Venedi, per crebras migrationis politiores facti, Rempubl. popularem habuerunt, ut alibi probatum eſt.

Caryones videntur eſſe Curones.

III. In ſecunda ætate celebrant plurimi Lithvanorum & Ruſſorum Scriptores celebrem quandam Romanorum in Curioniam, Lithvaniam & Pruſſiam migrationem. Dicunt enim Palæmonem quendam Principem Romanum, quem & Publium Libonem vocant, multa cum Nobilitate Romana (inter quam eminebant Julianus Dorſprungus, cui pro Gentilitiis ceris Centaurus: Proſper Cæſarianus, gente Columna: Urſinus Hector, Roſa ſ. Roſarii) maritimum iter ingreſ-

Publ. Libonis migratio in has oras.

Digitized by Google

greſſum, & in has usque oras Curoniæ delatum, urbem *Liba*, à ſuo nomine ſic dictam condidiſſe, totique regioni *Libonia*, vel *Livoniæ* nomen dediſſe. Inde vero ulterius progreſſum, in Anſtechia, *Curoniæ* Provincia, urbem Romam novam quæ inde dicta eſt *Romove* condidiſſe ut vult Stanislaus Sarnitius *lib. 6. Annal. Pol. f. 286. & 293. ſeqq.* Quamvis alii, & quidem melius, Romam novam ſive Romove in Samogitia ad Dubiſſam, & Nemenum amnes, & alteram in Pruſſia eſſe conditas aſſerant. Vid. Petrus à Dusburg antiquiſſimus Scriptorum Pruſſicorum (cujus editionem paramus) *Part. 3. Chron. Pruſſ. cap. 252.* (a) De ipſo ingreſſu Palæmonis conſentiunt omnes, quotquos res Curonicas & Lithvanices attigerunt, adeò ut Mattkias Strykowski Oſſoſtevicius 13. Chronicographos, præter Dlugoſſum, Bielſcium aliosque numeret, qui hoc ipſum conſtanter affirmant. Sed de tempore & cauſa migrationis non conveniunt Scriptores illi. Alii namque dicunt, Palæmonem, ſive Libonem Pompejanarum partium navalem Legatum tanto intervallo J. Cæſarem Victorem decli-

Livonia à Libone.

Romove.

Tempus & cauſa migrationis incerta.

Ooo naſſe;

(a) Edidimus Dusburgium cum Notis & Diſſertationibus adjunctis Jenæ, An. 1679.

naſſe: Alii Palæmonem Neronis crudelitatem fugientem huc ſe contuliſſe referunt: Alii Attilæ clades italiæ illatas initio Sec. V. migrationis hujus cauſam exſtitiſſe memorant. Plures cauſas cumulat citatus Strykowski *lib. 2. Hiſt. Lith. cap. 6. ſeqq.* Primam tamen cauſam putat eſſe probabiliorem. Fundamentum ſententiæ ſuæ petit ex Floro, qui ſic de Libone loquitur: *Quippe cum fauces Adriatici maris juſſi occupare Dolabella & Antonius, ille Illyrico, Curictico hic litore caſtra poſuiſſent; jam maria late tenente Pompejô repentè Legatus ejus Octavius & Libo ingentibus copiis Claſſicorum circumvenit utrumque lib. 4. Hiſt. cap. 2.* Idem etiam Florus aſſerit, *pulſum Hetruria Libonem*; Hinc veriſimile eſſe dicit Strykowski Libonem eâ ratione Hetruriâ pulſum in has oras conceſſiſſe: verum licet nos non negaverimus Romanos olim in has oras Curonicas, Lithvanicas & Pruſſicas veniſſe; hæc tamen, quæ de Libone dicuntur aniles ſapiunt fabellas. Nam legatus ille Cæſaris non fuit dictus Publius Libo, ſed ſecundum quasdam Flori editiones, Octavius Libo; vel potius L. Scribonius Libo, qui poſte ab Antonio in urbem reductus Collega ipſi in ſecundo Conſulatu delectus eſt Anno Urbis

Fabulæ de Libone refelluntur.

Urbis Conditæ D. CCXX. Vid. Joan. Glandorp. *in Onomaſtico Romano. fol. 771.* Deinde quomodo, quæſo, conveniunt nomina Palæmonis & Publii Libonis? Maximè vero fabulam hanc refutat illud, quod Lithvanici Scriptores Zivibundum, Ducem Lithvaniæ (qui vixit An. 1200.) tertium eſſe perhibent à Palæmone. Singulis itaque attribuendi eſſent anni 600. quod abſurdiſſimum eſt. *Vid.* Alb. Vijuk Kojalowicz. *Part. 1. Hiſtor. Lith. lib. 2. p. 29.*

IV. Primum de Curonis noſtris teſtimonium, quantum quidem nobis conſtat, reperitur in Vita Anſgarii (qui Sec. IX. poſt Chriſtum natum, ſub Ludovico Pio Imperatore, Danorum & Suecorum Apoſtolus fuit) in qua dicuntur CHORI, teſte Adamò Bremenſi *in lib. de ſitu Daniæ & reliquarum ſeptentrionalium regionum. cap. 223. (76) pag. 146.* (b) Ipſe autem Adamus, qui in fine Sec. XI. floruit, appellat diſertis verbis hanc regionem *Curlandiam.* At verba ejus apponamus: *Sed & aliæ interius ſunt* (inſulæ) *quæ ſubjacent Sveonum imperio,* — **Primum de Curonibus teſtimonium** — **Curlandiæ nomen.**

 perio,

(b) Saxo Grammaticus, qui exeunte ad finem Seculo XII. ſcripſit, ſæpe nominat Curetes ut *lib I. Hiſt. pag. 12. lib. 3. pag. 46. & alibi paſſim* Per Curetes autem eum intelligere Curlandos putat Stephanus Stephanius *in Notis pag. 48. b.* Sic etiam alii.

Digitized by Google

perio, quarum maxima eſt illa, quæ Curlandt dicitur, iter *8. dierum habens gens crudeliſſima, propter nimium idololatriæ cultum fugitur ab omnibus: Aurum ibi plurimum, equi optimi, divinis auguribus atque Necromanticis omnes domus ſunt plenæ, qui etiam veſtitu Monachico induti ſunt. A toto orbe ibi reſponſa petuntur, maxime ab Hiſpanis & Græcis. Hanc Inſulam in vita S. Ansgarii Chori nominatam credimus, quam tum Sveones tributo ſubjecerunt. Una ibi nunc facta eſt Eccleſia, cujusdam ſtudio negotiatoris, quem Rex Danorum multis ad hoc illexit muneribus. Ipſe enim Rex gaudens in Domino recitavit mihi hanc cantilenam.* H. I. *loc. cit.* Ex his jam plurima de Curonibus addiſcere poſſumus, quamvis quædam etiam dubia, imo & falſa hic reperiantur. Nam I. quod Curlandiam inter inſulas numerat, in eo deceptus eſt à Mercatoribus forſan, qui huc comigrantes lucri majorem habuerunt rationem, quam exactæ regionum harum cognitionis; quamvis Adamo Bremenſi non ſit inuſitatum etiam peninſu-

Curonia non eſt inſula.

ninſulas alias regiones mari adjacentes inſularum nomine ſalutare. Sic Sveconiam nominat inſulam, etiamſi concedat dari ex ea tranſitum terreſtri itinere in Ruſſiam *lib. de Situ Daniæ p. 145.* Sic ei etiam Inſula vocatur Samlandia Pruſſiæ Provincia *l. c. n. 77. pag. 147.*

Inſulæ etiam dicuntur regiones maritimæ.

II. Manifeſtum etiam eſt ex allegatis Adami verbis, Curlandiam tunc latius longiusque fuiſſe extenſam, quam hodie. Nam in toto illo terrarum tractu, qui ſub Ordine Teutonico Livonia dicebatur, duas tantum provincias numerat, nempe Curlandiam & Eſtlandiam, illamque majorem fuiſſe & octo dierum iter habuiſſe refert.

Curlandia olim latius patebat.

III. Dicit Adamus, gentem Curlandicam fuiſſe indololatriæ aliisque magicis artibus deditiſſimam. Quis autem Deorum cultus ibi obtinuerit, non addit. Sine dubio Curlandi, cum fuerint ejusdem originis cum Pruſſis, eadem cum ipſis ſacra habuerunt. Teſtem ejus rei habemus Petrum à Dusburg, qui ea de re ſic loquitur: *Fuit in medio nationis hujus perverſæ (de Pruſſis loquitur) ſc: in Nadrovia locus quidam dictus Romow, trahens nomen ſuum à Roma, in quo habitabat quidam dictus Criwe,*

Curones idololatræ.

quem colebant pro Papa, quia ſicut Dominus Papa regit totam univerſalem Eccleſiam fidelium; ita ad iſtius nutum ſeu mandatum non ſolum gentes prædictæ, ſed & Lethovini & aliæ nationes Livoniæ terræ regebantur. Part. 3. *Chr. Pruſſ. c. 2.* Vera hæc eſſe videbimus, ſi conferamus cum illis, quæ de Livonibus (ſub quibus etiam comprehendit Curones & Semgallos) habet Balthaſar Ruſſow *part. 1. Chron. Livon. p. 1. b.* ubi dicit, quosdam Livones olim adoraſſe Solem, Lunam, alios coluiſſe ſerpentes aliaque animalia: Item ſylvas illis quasdam fuiſſe ſacras, ita ut non licuerit arborem inde exſcindere, quæ omnia etiam de Pruſſis memorantur, apud Dusburg *l. c.* Authorem Chronici Ordinis *in Hermanno à Salza f. 28. b.* & alios. Adeo vero magicis artibus gens hæc dicitur fuiſſe dedita, ut à toto orbe ibi reſponſa petita ſint, maxime ab Hiſpanis & Græcis. Per Græcos hic intelligit Ruſſos, Curonis olim contermi-

Græci qui?

nos. Nam ſic vocem *Græci* uſurpant & *pag. 139. & 145.* Per Hiſpanos intelligit

Hiſpani ſunt Gothi.

forſan ſuperſtitioſos quosdam Gothos, Alanos &c: qui ex his oris progreſſi in Hiſpania poſtea conſederunt. Sed hoc non

non caret dubio. IV. Eccleſiam Chriſti quod concernit, illa ab Ansgario Epiſcopo primum hic Sec. IX. fuit plantata, ut ex verbis Adami colligitur. Deinde in fine Sec. XI. per Mercatorem quendam, quem Rex Daniæ ad hoc ipſum allexerat, fundata ibi eſt Eccleſia, quæ etiam in ora Curoniæ maritima videtur eſſe conſervata, donec Rex Daniæ Waldemarus II. Epiſcopatum ibi conderet, ut ex ſequentibus apparebit. Tandem Sec. XII. circa An. 1180. Chriſtianiſmus in Livoniam per Meinhardum eſt introductus, Curonis tamen plerisque adhuc in Ethniciſmi tenebris verſantibus. V. De forma Reipubl. Curonicæ etiam quædam ex verbis illis edocemur. Nempe primis temporibus, aliarum in his oris gentium more, nullius fuit Curonia ſubjecta Imperio, donec Sec. IX. tempore Ansgarii Sveones ſive Svedi illam ſibi ſubjicerent, ſed quorum etiam dominio illa usque ad tempora Adami Bremenſis manſit. Conf. & Joannes Loccenius *lib. 3. Antiq. Sveo-Gothicarum cap. ult.* Non leguntur autem Svedi in Curonia ſuos habuiſſe gubernatores; unde colligere licet, ſuffeciſſe illud Sveonibus, ſi Curonis quotannis tributum certum penderet, quod etiam facile pendere potuerunt,

Chriſtianiſmi prima initia.

Curonia converſa.

Forma Reip. Curonicæ.

Sveones Curoniam ſibi ſubjiciunt.

tuerunt, cum auro abundarint, ſi vera eſt Adami narratio, de qua tamen non immerito dubitamus. Quoniam vero Provincia hæc Sveonibus erat paulo remotior, fructus quoque forſan non adeo magnus ex illa in Sveonum regnum redundabat, videtur aſſerendum, quod aut Sveones eam ſponte dereliquerint, aut, quod Curoni tandem jugum eorum excuſſerint. Illo tempore quemque ſibi fuiſſe judicem cognoſcimus ex reliquiis ſub Ordine Teutonico, de quibus Balthaſar Ruſſow refert, homicidam non fuiſſe à Magiſtratu punitum, ſed occiſi hominis cognatos id omnibus modis egiſſe, ut ipſum viciſſim occiderent, non habito reſpectu ad cauſam, utrum homicidium ex proæreſi, an vero caſu perpetratum fuerit. Vid. Ruſſow *part. 2. Chron. Liv. p. 42. b.* Simile quid de Pruſſis reperies apud Henneberg *de Vet. Pruſſia pag. 17. b. ſeqq.* VI. Ad ſtatum domeſticum illud pertinet, quod Curoni veſtitu Monachico uſi ſunt, id eſt, habitu longo, & forſan usque ad talos demiſſo, qualis fuit Orientalium populorum.

Curoni Sveonum jugum excutiunt.

Tempus ἱϛορικὸν.

V. Accedimus jam ad tertium tempus ἱϛορικὸν, quamvis & hic dubium ſit, cujusnam urbis mercatoribus adſcribendus ſit primus in has oras ingreſſus (qui fa-

ctus

ctus eſſe dicitur An. 1158.) & religionis Chriſtianæ introductio. Sunt, qui hoc Bremenſibus adſcribunt, inter quos eſt Balth. Ruſſow *in præfat. & part. 1. p. 4. ſeqq.* Alii laudem introductæ in Livoniam religionis adſcribunt Lubecenſibus, inter quos eſt Henricus Bangertus *in Notis ad lib. 6. Arnoldi Lubecenſis cap. 8.* Alii tribuunt hoc Lubecenſibus, Hamburgenſibus & Bremenſibus, ut Thomas Waiſſelius *in Chron. Pruſſ pag. 54. b.* Quidquid autem hujus rei ſit, hoc certum eſt, quod Curonia & Semgallia (excepta parte maritima, in qua Rex Daniæ Eccleſiam, & poſtea Epiſcopatum Curonenſem condidit) multo ſerius Religionem Chriſtianam receperit, quam reliquæ partes Livoniæ, Lettia & Æſtia. Poſtquam enim Livonia à Germanis mercatoribus frequentari cœpit, conſtitutus eſt circa an. 1169. Epiſcopus Livonicus, qui poſtea exſtructa urbe Rigenſi, vocatus eſt Epiſcopus & deinde Archiepiſcopus Rigenſis. Primus illius loci Antiſtes fuit Meinhardus Segebergenſis. Succesſit ei An. 1194. Bertholdus, qui Rigam condere cœpit. Hoc Epiſcopo Ann. 1194. in prælio contra infideles occiſo, ſuffectus eſt tertius, nomine Albertus. Sub hoc inſtitutus eſt à Pontifice Ordo Equi-

Qui mercatores primi Curoniam ingreſſi.

Primus Epiſcopus Livoniæ.

Ordo Enſiferorum oritur

tum Enſiferorum, qui contra gentiles pugnaret, ſibique illorum terram ſubjiceret. Primus hujus Ordinis Magiſter fuit Vinno, qui condidit Wendam, Segenwaldiam & Aſcherodam. Ipſius etiam tempore Waldemarus II. Rex Daniæ condidit Revaliam, Nervam, Wittenburgum in Æſtonia; in Curonia vero Piltenam, ubi Epiſcopatum eſſe voluit, præfecitque ex Clericatu Lundenſi Ernemodum, teſte Jac. Iſacio Pontano, qui etiam cauſam hujus nominis notat; videlicet cum urbem excitare Rex voluiſſet, quæſivit ex Epiſcopo, quo id loco conſtitutum vellet. Reſpondit: quo loci *Pilten*, id eſt, ſecundum gentis idioma *puer*, ſeu *famulus* conſtitit. Probat hoc ex publica pictura ſuo tempore adhuc ſuperſtite citatus Pontanus *lib.* 5. *Rer. Dan. fol.* 307. *ad an.* 1218. Hic Vinno cum 18. annis Ordini ſuo præfuiſſet, ceſſit an. 1223. locum Volquino, ſecundo Enſiferorum Magiſtro, qui condidit Fellinum. Hic an. 1234. ab Hermanno à Salza, Ordinis Teutonici Magiſtro in Pruſſia Generali petiit, ut cum ordine ſuo ſibi liceret regulam & veſtem Teutonicorum equitum recipere, quod poſt mortem demum Volquini Enſiferorum Ordo obtinuit an. 1238. confirmantibus con-

Vinno Magiſter I.

Volquinus Magiſter II.

conjunſtionem hanc Gregorio IX. Papa. Rom. & Imperatore Friderico II. Tunc Equitibus Livonicis miſſus à Magiſtro Generali in Magiſtrum Provincialem, Herman Balke, qui antea eodem magiſtratu in Pruſſia functus erat. *Vid.* Petr. à Dusb. *part. 3. Chron. Pruſſ. cap. 28. Ruſſow & alii.*

VI. Quamvis vero dicti Magiſtri magnam partem Livoniæ brevi tempore ſibi ſubjecerint, urbesque plures condiderint, & Woldemarus in oris Curoniæ Epiſcopatum fundarit; Curoniæ tamen toti & Semgalliæ jugum imponere non potuerunt. Primus, qui Semgallis bellum intulit, eſt Volquinus. Balth. Ruſſ. *part. 1. Chron. Liv. pag. 14. b.* Volquini Succeſſores, Hermannus Balke & Heinricus ab Heimburg aliis bellis diſtenti, nihil contra Curones tentarunt. Poſthac Dietericus à Gröningen, Tertius Magiſter totâ vi in Curonos incubuit, & expugnatis quibusdam locis, Goldingam, Curland & Ambotam circa An. 1248. in Curonia condidit. Sed Curoni ne ad ſacra Chriſtianorum cogerentur, ſubjecerunt ſe Mendogo, Duci Lithvaniæ, ut habet Ruſſow. *l. c. p. 18. ſeqq.* quamvis Lithvanici Scriptores Curonos & antea juris Lithvanici fuiſ-

Semgallia Ethnicæ ſuperſtitioni addicta.

ſe

ſe dicant. *Vid.* Alb. Wijuk Kojalowicz *part. 1. Hiſt. Lith. lib. 3. pag. 75.* Quartus Livoniæ Magiſter Andreas à Stuckland eò rem deduxit, ut Semgalli Tributum & Obſequia Ordini Teutonico promitterent Ruſſow. *pag. 20.* Poſtea cum Mendogus M. Dux Lithvaniæ ſuaſu hujus Magiſtri religione Chriſtianâ ſuſceptâ in Regem Lithvanorum indultu Innocentii IV. Pontificiis Rom. ab Henrico Epiſcopo Culmenſi & Alberti Archiepiſcopo Rigenſi inauguratus eſſet, donavit Ordini Livonico inter alias provincias etiam Curoniam An. 1252. Vid. Alb. Wijuk Kojal. *part. 1. lib. 4. pag. 97.* Ruſſ. *pag. 21. fin. b.* Sed neque tum Equites Livonici Curoniam Semgalliamque quiete poſſederunt. Nam ſubſequentes Magiſtri fermè omnes contra eos bella geſſiſſe leguntur, ut Eberh. C. à Seine; Anno de Sangerhauſen, Burghardus ab Hornhuſen, Georgius ab Eikſtet, Vernerus à Breithuſen, Conradus à Mandern (qui Mitaviam condidit An. 1269.) Otto à Rodenſtein, Andreas (cujus cognomen jam ignotum eſt) Wolterus à Nordek, Erneſtus à Raſsborg, Conr. à Feuchtwangen, Willekenus à Schurborcg (qui etiam in prælio occiſus eſt) Conr. ab Herzogenſtein, ſub quo

Semgalli promittunt Ordini tributum.

Curonia Ordini donatur à Lithvanis.

quo tandem circa An. 1288. jugum impoſitum eſt Semgallis. Ruſſ. *part. 2. p. 36.* Sed & poſt ea tempora Semgallos contra Ordinem aliquid tentaſſe, probari poteſt ex Dusburg *part. 3. c. 340.*

Semgalli aguntur ſub jugum.

VI. Cum itaque Curlandia & Semgallia jugum Cruciferorum ſubiiſſet, aliter, atque antea gubernari cœpit. Dominus Curlandiæ & Semgalliæ, ut & totius Livoniæ, dicebatur Magiſter Provincialis Ordinis Teutonici in Livonia, qui non habebat jus abſolutum in Livoniam, ſed dependebat à Magiſtro Generali Ord. Teut. in Pruſſia, cui etiam certum tributum quotannis pendebat. Vid. Alex. Gvagvinus *in Deſcript. Sarm. Europ.* (vel potius Matth. Strykowski Oſſoſtewicius, qui hanc ſibi vendicat *in Hiſt. Lithv. lib. 6. cap. 22. & alibi*) Solebat Magiſter Livoniæ eligi in Pruſſia, in Capitulo magno à Magiſtro Generali & Præceptoribus majoribus. Hinc cum Ordines Livoniæ An. 1439. Henricum à Bukenode ſibi in Magiſtrum elegiſſent, cauſam propterea dicere coacti ſunt. Vid. Ruſſ. *part. 2. p. 47.* Sedes Magiſtri non una fuiſſe videtur. Nam ab initio Rigæ videtur Magiſter ſedem ſuam habuiſſe. Vid. Alex. Gvagv. vel vel Oſſoſtevicius *in Deſcript. Liven.* Deinde

Forma Reip. ſub Ordine Teutonico.

Magiſter.

Magiſter Livoniæ eligebatur in Pruſſia.

Sedes Magiſtri.

inde Window. urbs Curlandiæ hoc honore gaviſa eſt, ubi jam Comitia, Conventusque eelebrantur, eôdem Oſſoſtevicio teſte *l. c.* Conf. Mart. Zeilerus *in Deſcriptione Regnorum, Sueciæ &c.* Goldingam etiam quandoque ſedem Magiſtrorum fuiſſe, aſſerit Zeilerus *l. c. pag. 308.* Sec. XVI. Magiſtrum Vendæ in Lettia ſediſſe teſtatur Joh. Freiberg. *in Chron. Pruſſ. M. S. fol. 15. b.* Secundus à Magiſtro fuit Marſchalcus Ordinis Teut. in Liv. (der Land-Marſchalck) ſub cujus imperio erant arces ſequentes Segevoldia, Leenburgum, Mitovia, Georgeberga, & Schoen, in quibus ſuos habebat Officiales, vel Magiſtratus, teſte Freiburgio *in Chron. f. 16.* Hunc ſequebantur Commendàtores & Advocati (Vögte) Commendatores erant ſeqq. Goldingenſis, Windovienſis, Doblenenſis, Düneburgenſis, Aſchorodenſis, Dünemündenſis, Pernovienſis, Lehalenſis, Revalienſis, Fellinenſis, Marienburgenſis. Ex quibus duo priores fuerunt in Curlandia, tertius in Semgallia. Advocati (Vögte) fuere ſequentes: Candovienſis, Grubinenſis, Seelburgenſis, Sonneburgenſis, Neocaſtrenſis, Navienſis. Karkhuſanus Weſenburgenſis, Wittenſteinenſis, Tolsburgenſis: ex quibus duo

Marſchalcus Ordinis.

Commendatores & Advocati Ordinis.

Commendatores.

Advocati.

duo priores in Curonia, tertius in Semgallia fuere. Quis autem ordo inter Commendatores & Advocatos fuerit obſervatus, determinari vix poterit: Scire tamen poſſumus, quinam ex his fuerint præcipui, ſi reſpiciamus ad Conſiliarios Magiſtri intimos. Hi enim fuerunt I. Marſchalcus, Provinciæ II. Commendator Fellnenſis III. Advocatus Jeroenſis (qui forſan idem eſt, qui Witenſteinenſis) IV. Commendator Revalienſis. V. Commendator Goldingenſis. VI. Commendator Marienburgenſis. VII. Commendator Düuemündenſis. Præter hos fuerunt etiam in Livonia unus Archiepiſcopus & quatuor Epiſcopi: Archiepiſcopus Rigenſis, quamvis in principio ab Imperio Magiſtri liber, tandem tamen Ordinis habitum induere coactus eſt. *Vid.* Chitræus *in Saxonia*. Habuit Archiepiſcopus XX arces, inter quas Hokenhuſen, Runeburgium, Treidera, Creusburgum, Smyltena, Uxul & aliæ. Præpoſito Archiepiſcopalis Capitali ſuberat arx, Dalem; Capitulo verò Cremeen, & Schwuſel arces. Epiſcopus Dorpatenſis habuit Dorpatum, Kirenpſel, Olden-Thorn / Newen-Hauß / Werbeck. Epiſcopus Oeſelienſis habuit Arensburgum, Habſalam & Ledam.

Ordo inter Commendatores & Advocatos.

Conſiliarii Magiſtri.

Epiſcopi Livonici.

Epi-

Epiſcopus Revalenſis habuit Fegeſeur & Borghelm / quæ ultima fuit ipſius ſedes, teſte Iſaac. Bontan. *l. 6. Rer. Dan. f. 307.* Epiſcopus Curoniæ habuit Piltenam, Edwaldam, Haſenpot, Angermundam Dondangam, Neuhaus & Amboten. Vid. Gvaginus vel Oſſoſtevicius *l. c.* & Joh. Freiberg. *in Chron. Pruſſ. f. 16.*

Libertas Nobilitatis Livonicæ & præcipue Aeſtonicæ.

VIII. Magna verò fuit ſub Ordine Teutonico Nobilium libertas in Livonia, inter eos verò præcipue Nobilium in Æſtonia. Cum enim hæc provincia immediatè Cruciferorum regiones contingens, imperio Danorum ſubjecta eſſet, magnis eam donarunt privilegiis Dani, ne aliquando Cruciferorum imperium, ut tolerabilius, expeterent. Poſtea quoque cum Heinricus Duſnerus ab Arffberg Magiſter Ordinis Teutonici Generalis An. 1346. à Rege Daniæ, daris 18000. (19000.) argenti marcis Æſtoniam emiſſet, illud ipſis poſtea privilegium conceſſit Conradus a Jungingen Magiſter Generalis Ord. Teut. An. 1397. ut in bona feudalia ſuccederent liberi utriusque ſexus, & his deficientibus, conſangvinei, usque ad quintum gradum. Ruſſow. *part. 2, Chr. Liv. p. 42.*

Aeſtoniam emunt Cruciferi à Danis.

Habuerunt etiam Nobiles in Æſtonia Judicium, cujus aſſeſſores erant 6. Nobiles

Judicium Aeſtoniæ.

biles Virriæ, cum duobus Præceptoribus, nempe Commendatore Revaliæ, & Advocato Weſenburgenſi. Ab eo judicio non dabatur appellatio. Quilibet autem Nobilis in ſuis bonis habuit merum & mixtum imperium in ſuos colonos. Vid. Ruſſ. *l. c.* Sed & in reliqua parte Livoniæ, nempe Lettia, Curlandia, & Semgallia magnis Nobilitas gaviſa eſt immunitatibus, ut privilegia ipſorum ab Ord. Teut. data teſtantur.

IX. Sed ſuperiori ſeculo magna ſubſecuta eſt rerum Livonicarum mutatio. Nam primo cum Albertus Marchio Brandenb. an. 1513. in Magiſtrum Generalem Teutonici Ordinis eſſet electus, pecuniaque contra Polonos bellum geſturus indigeret, liberavit à ſuo imperio Waltherum Plettenbergium Magiſtrum Ord. Teut. in Livonia, qui poſtea à Carolo V. Imp. in numerum Principum S. R. I. cooptatus eſt. Ex eo tempore cœperunt ſibi Magiſtri Ord. Teut. in Livonia Coadjutores adjungere, de conſenſu tamen Ordinum, quales fuere Wilhelmus Furſtebergius Coadjutor Henrici à Galen, & Gothardus Ketlerus Coadjutor Wilhelmi Plettenbergii. Hoc Magiſtro, nempe Walth. Plettenbergio imperante doctrinam per Martinum

Waltherus Plettenbergius redimit ſe ab Ord. Teut. fitque Princeps S. R. Imp.

Lutheri doctrina recipitur.

tinum Lutherum à Pontificiorum corruptelis repurgatam amplexæ ſunt plurimæ urbes, præſertim Riga, Revalia & Dorpatum, *Vid.* Ruſſow *part. 2. Chr. Liv. p. 53. ſeqq.*

Bellum Moſcoviticum.

X. Medio Seculo, cum M. Dux Moſcoviæ Caſanum & Aſtracanum Regna ſuæ ditionis feciſſet, urgere cœpit tributum à Dorpatenſibus ſibi debitum: (antiquiſſimis enim temporibus hæc provincia imperio Ruſſico fuit ſubjecta) Cum vero ipſi tributum illud denegaretur, Baſilides M. Dux Moſcoviæ tempore Wilhelmi Plettenbergii Anno 1558. Livoniæ bellum intulit, occupataque primo loco Narva, multas urbes, arceſque, præſertim vero Dorpatum, Hermanno ultimo Epiſcopo Dorpatenſi in captivitatem abducto, ſibi ſubjecit. Eodem tempore, nempe An. 1560. cum jam Gotthardus Kettlerus, Magiſter Livoniæ electus eſſet, venit Magnus Dux Holſatiæ, Friderici II. Regis Daniæ frater in Inſulam Oeſeliam, occupavitque Oeſelienſem & Curonenſem Epiſcopatus, à Johanne Mönighuſio Epiſcopo Regi Daniæ prius oblatos venditosque. Sed & Mauritius Wrangel Epiſcopus Revalienſis, Epiſcopatum ſuum eidem Duci Magno obtulit. Moſcoviæ vero Dux ex altera

Gothardus Ketlerus Magiſter.

Magnus Holſatiæ Dux.

altera parte non quieſcens, Fellinum, Wittenſteinium, aliaque Caſtella ſibi ſubjecit. Tunc Revalienſes ſibi à Moſcorum Duce metuentes, cum nulla prope auxilia à Gotthardo Kettlero Magiſtro ſperare poſſent, implorarunt primo Chriſtiani III. Regis Daniæ, deinde, eo renuente, Erici XIV. Sveciæ Regis auxilium, qui etiam ipſos ſub certis conditionibus recepit. Diſtracta hunc in modum tot inter Dominos Livonia, cum Gotthardus Kettlerus Magiſter Ordinis Moſcovitis reſiſtere non poſſet, dedit ſe in clientelam Sigiſmundo Auguſto Poloniæ Regi, qui ipſi Curoniam & Semgalliam jure fiduciario, tituloque Ducis obtinendam conceſſit, reliqua Livonia ſibi regnoque ſuo vendicata. Factum id An. 1561. Balth. Ruſſ. *part. 2. Chron. Liv. in fine.* Kojalowicz *part. 2. Hiſt. Lith. lib. 8. p. 447. & ſeqq.* Hic itaque eſt primus Dux Curlandiæ, cui An. 1687. vita functo, jure hæreditario ſucceſſio Fridericus, Gotthardi major natu filius. Huic ſuffectus eſt An. 1639. Frater Germanus Wilhelmus, qui ab exilio redux omnium applauſu dignitati ſuæ reſtitutus eſt. Excipit hunc Wilhelmum filius, Illuſtr. Princeps ac Dominus, Dominus Jacobus, qui felliciter hodie Curlandiæ & Semgal

Revalienſes dedunt ſe primo Danis, deinde Svedis.

Gothardus Ketlerus Magiſter Ord. dedit ſe Regi Poloniæ.

Gotherdus primus Dux Curlandiæ.

Fridericus ſecundus Dux Curl.

Wilhelmus tertius Dux Curl.

Iacobus quartus Dux Curl.

Digitized by Google

liæ præeſt (c) Deus dolorem ipſiũs ex obitu nuperrimo Sereniſſimæ Principis ac Dominæ, Dominæ Louyſæ Charlottæ conceptum ipſe ſoletur.

Forma Reip. Curoniæ.

XI. Quæ tùm (An. 1561.) forma Reipubl. fuerit in Curlandia conſtituta, cognoſcere quodammodo poſſumus ex pactis inter Sigiſmundum Auguſtum, & Gotthardum Ketlerum initis, quæ nobis ſummariè exhibet Kojalow. In illis vero ſic conſtitutum fuit: *Sigiſmundus Rex omni ſtudiô allaboraret, ne novum hoc fœdus aut Magiſtro ipſi, aut Equitibus Ordinis damno, fraudi aut vexationi eſſet, apud Imperatorem, Romanumq; Imperium: quin imò procuraret, ut Cæſar, Principes ac ſupremus Ordinis Magiſter ea fœdera rata firmaq; in perpetuum manere juberent. Religio ſacrique ritus prout impræſens, ſecundum Auguſtanæ Confeſſionis dogmata deinceps integrè inviolateque, relinquerentur, nihilque innovari permitteretur. Jus omne privatorum hominum ac Civitatum,*

(c) Mortuo Duce Jacobo ſucceſſit Illuſtriſſimus ac Celſiſſ. Dn. Fridericus Caſimirus in Livonia Curlandiæ & Semgalliæ Dux, qui An. 1683. in Comitiis Regi ſuo per Legatos homagium præſtitit.

tatum, Statuum ac Ordinum cum ſuis prærogativis intactum ſervaretur. Ab Ordinariis Magiſtratibus ad Gubernatorem Livoniæ, pro Rege Præſidentem appellandi poteſtas libera cuivis eſſet. Tribunal Judicum Regiorum ex illis duntaxat conſtaret, qui in Livonia agros aliasve poſſeſſiones haberent, ſive ii Nobiles ſive Civiles Magiſtratus, ſive Ordinis Equites eſſent. Qui in territoriis nupero fœdere Regi addictis viverent, iis à prædicto tribunali, ac quovis alio Judice jus liberum appellandi ad Regem daretur. Civitatibus præeſſent, uti hactenùs uſus habuerat, Magiſtratus more Teutonicô lecti. Per propinquiora hoſti caſtella ii durante bello præficerentur, quorum fides magis eſſet probata Regi. Redditâ pace præfecturæ omnes Livonibus Germanici ſermonis peritis committerentur. Magiſtri Ordinis titulus officium in perpetuum aboleretur: Gotthardus Ketlerus Curlandiam ac Semigalliam Ducis titulò, jure (ut vocant) feudali poſſideret:

ditioni ejus Curoniæ Epiſcopatus, & *quicquid inter Dunam* & *Samogitiæ Lithvaniæque terminos continetur, comprehenderetur* - - *monetæ cudendæ, ita Duci Curlandiæ poteſtas eſſet, ut una ejus parte facie aut ſtemmate Ducis ſignatâ; alterâ aut Regem, aut inſignia Poloniæ Lithvaniæq; repræſentet.* Hæc ibi. Ex his quædam poſtmodum mutata ſunt, quæ ſingula hic notare pagellarum non permittit anguſtia. Præſertim autem Controverſiam de Epiſcopatu Curonico, ſive, ut hodie vocatur, diſtrictu Piltenſi noſtram non facimus, cum in Comitiis regni Poloniæ Generalibus jam ſint aliquoties Commiſſarii conſtituti, ut controverſiam hanc cognoſcerent, jura utriusque partis excuterent; judicium verò toti Reipubl. permitterent. *Vid. Conſtit. An.* 1677. *An.* 1679. & *An.* 1976. (d)

Regimen Curlandiæ hodiernum.

XII. Nunc tantùm rudi Minervâ delineabimus, quæ hodie ſit Provinciarum illarum, Curoniæ & Semgalliæ adminiſtrandi ratio. Conſtituti ſunt ad imitationem Pruſſici Regiminis quatuor ſupre-

(d) Addantur Conſtitutiones *Anni* 1678. *p.* 42. *ſeq. tit. Reaſſumptya Commiſſey. Anni* 1685. *pag.* 24. *tit. Commiſſya Piltinska.*

ſupremi Conſiliarii (Oberräthe) Nempe I. Magiſter Provinciæ (Land-Hoff-meiſter) II. Cancellarius. III. Supremus Burggravius. IV. Supremus Marſchalcus (Land-Marſchalck) Deinde dantur ſupremi Capitanei (Ober-Haupt-Leute) duo in Curonia, nempe Goldingenſis, & Tuckumenſis; duo itidem in Semgallia, nimirum Mitavienſis & Seelburgenſis. Singuli hi ſuperiores binos Capitaneatus comprehendunt alios binos Capitaneatûs inferiores, quorum hac ratione ſunt 8. Windavienſis, Candovienſis, Durbenenſis, Bauſcenſis, Grubenſis, Schrundenſis, Doblenenſis, Travenburgenſis. HI omnes Capitanei debent eſſe Nobiles, indigenæ, poſſeſſionati. Præter hos ſunt etiam quidam, qui vocantur die Mann-Richter. de quibus poſtea. Civitates habent etiam ſuos Magiſtratus.

XIII. Conſiliis ordinariis & judiciis præſunt quatuor illi ſummi Conſiliarii, qui propterea bis quotannis Mitoviam conveniunt poſt Trium Regum & Poſt Trinitatis. Ubi convenerunt prima ſeptimana impenditur conſiliis, in quibus omnibus requiritur Principis authoritas; ſecunda impenditur judiciis per appellationem eò devolutis; Ter- Conſilia.

tia judiciis criminalibus; Quarta judiciis Conſiſtorialibus. Quinta & ultima, iterum aliis Conſiliis & ſubditorum ſupplicationibus.

Iudicia. XIV. In ſpecie verò Judicia Nobilium in Civilibus ſic ſe habent: Prima Inſtantia eſt apud Capitaneum ſuperiorem; (inferiores enim Capitanei talia Judicia non habent) Secunda eſt in Judicio Appellationum, in quo Princeps & Conſiliarii Supremi judicant. Tertia inſtantia eſt, quando ab hoc altera pars ad Judicium Regis Poloniæ, quod vocatut poſt Curiam provocat. In Criminalibus, quando de fama & capite Nobilis agitur, Nobiles non habent primam Iuſtantiam in aliquo Capitaneatu ſuperiori, ſed ſtatim cauſa devolvitur ad judicium illud, de quo Num. XIII. diximus, cui interſunt quatuor Conſiliarii ſupremi, quibus in his caſibus adjunguntur quatuor Capitanei ſupremi. Si unus ex Capitaneis illis deeſt, ſubſtitui poteſt aliquis ex Capitaneis inferioribus in numerum Judicum. Ab illo judicio in quibusdam caſibus iterum datur appellatio ad Regem poſt Curiam, in quibusdam non datur. In ſuos verò ſubditos quilibet Nobilis abſolu-

Digitized by Google

ſolutum ferè jus habet. Judicia Eccleſiaſtica exercentur in eodem illo Conventu, de quo Num. XIII. dictum eſt: Adjunguntur autem ſemper quatuor Summis Conſiliariis Superintendens, & quatuor Præpoſiti. Judicia Civium in urbibus pro ratione cauſarum aut pertinent ad magiſtratum Civicum, aut ad Capitaneum ejus diſtrictûs, in quo eſt reus, ſive ille Capitaneus ſit ex numero ſuperiorum ſive ex numero inferiorum. Secunda Inſtantia eſt in judicio appellationum, ubi etiam cauſas Nobilium ventilari diximus. Ulterior ipſis non datur provocatio. In debitis liquidis Princeps ad actoris inſtantiam per miniſterialem jubet debitum ſolvi. Si neq; huic neq; ſecundo mandato paruerit, tertio dantur Executoriales illis, qui dicuntur die Mann-Richters/ ut Principis mandatum executioni dent, actorique ſatisfaciant.

Judicia Eccleſiaſtica.

Judicia Civium.

XV. Quando Tributa indicenda, vel alia ad ſalutem totius Reipubl. pertinentia diſcutienda ſunt, convocat Princeps Ordinem Equeſtrem ad Comitia; literis ad Capitaneos omnes datis, in quibus conſultanda in futuris Comitiis proponit. Tum Nobilitas in ſingulis

Tributa & Conſultationes aliæ.

Digitized by Google

Capitaneatibus conveniens conſultat de propoſitione Ducis: deinde eligit Deputatum ad Comitia mittendum, plenamque ipſi dat inſtructionem, quousque progredi debeat in Comitiis. Ex ſingulis itaque Capitaneatibus, quando Mitaviæ conveniunt ſinguli Nuncii ſive Deputati Nobilitatis, ita ut in univerſum ſint 12. Tum cum 4. Summis Conſiliariis de rebus propoſitis conſultant, donec tandem aliquid certi determinent.

Digitized by Google

DISSERTATIO,

De

ORIGINIBUS POMERANICIS.

TECA NAZ. OMA EMANUELE

Digitized by Google

I.

IN Origines Pomeranicas inquiſituri, tres Periodos ab aliis jam notatas, in ſequentibus obſervabimus. *Prima* eſt Veterum Germanorum. *Secunda* Slavorum. *Tertia* iterum Germanorum. Quod ad primam attinet Periodum, antiquitus ignorarunt Scriptores, quænam hunc terrarum Septentrionalium tractum inhabitarint gentes. Herodotus certè (qui vixit tempore Artaxerxis Longimiani Perſarum Regis, Olymp. 84.) *de extremitatibus Europæ, quod pro comperto referat, non habere ſe teſtatur*, niſi quod tenui & dubiâ famâ quasdam gentes ad Eridanum fluvium habitantes, ſuccinum colligere ipſi relatum ſit. *lib. III. qui dicitur Thalia mult. ſupr. med. p. 234.* Quæ Pytheas poſt Herodotum de his gentibus tradiderit, alibi oſtendimus, cum de Originibus Pruſſicis ageremus. Julius Cæſar poſt

poſt hæc multa quidem de *Svevis* memoriæ prodidit *lib. IV. Comment. in pr.* quæ Johan. Micrælius ad ſuos quoque Pomeranos applicat; non poſſe tamen ea gentibus ad mare Balthicum habitantibus competere, probavit jam ante Philip. Cluverus *lib. III. Germ. Antiq. cap.V.* ibi enim oſtendit, per *Svevos* Julium Cæſarem intelligere *Chattos* (qui hodiè *Haſſi*) Ubiis conterminos. Imò perperam & hos à Cæſare appellari Svevos multis evicit argumentis. Idem ille *Julius Cæſar*, referente Æthico in pr. Coſmographiæ, *cum conſulatus ſui faſces erigeret, ex Senatus Conſulto cenſuit omnem orbem jam Romani nominis admetiri, per prudentiſſimos viros & omni Philoſophiæ munere decoratos: A Conſulatu Julii Cæſario & M. Antonii usque in Conſulatu Julii Cæſaris & M. Antonii usque in conſulatum Auguſti decimum annis XXIX. menſibus VII. diebus X. à Theodoro ſeptentrionalis pars dimenſa eſt.* Si hæc Æthici relatio vera eſt, confectæ fuerunt ſine dubio tabulæ Geographicæ, quæ has oras Septentrionales, earumq; incolas oculis Romanorum ſubjecerent. Sed mihi res hæc ſuſpecta eſt, & quamvis auctoritatem Æthici ſequatur Clariſſ. Micrælius *lib. 1. Chron. Pomeran. n. 8.* mihi tamen religio non erit, hoc ipſum nega-

negare. Ut enim jam illud præteream, Æthicum, ut dubiæ ætatis, & fidei Scriptorem, non poſſe nobis certum teſtimonium perhibere, de re tam antiqua, hoc tantum commemorabo, ex Strabone fide digno Scriptore, qui ſub Auguſto & Tiberio Imperatoribus floruit, contrarium probari poſſe. Hic enim ad ſua tempora has oras Romanis fuiſſe incognitas diſertis verbis teſtatur. *lib. VII. Geograph. circa pr. pag. 291.* ubi Druſum Germanicum perveniſſe refert, tantum ad inſulam, cui nomen Byrcanis, in Oceano Septentrionali. Poſtea quoque refert alias quoque gentes potuiſſe innoteſcere, *ſi Auguſtus militibus permiſiſſet, ut transmiſſo Albi eo rebellantes perſequerentur. Sed promptius cenſuit Auguſtus, ſe bellum, quod erat præ manibus, confecturum, ſi populus ultra Albim ſitos ac nihil moventes miſſos faceret, neque irritatos maleficio ad ſocietatem cum hoſtibus ineundam invitaret.* Et pag. 294. *Quæ*, ait, *trans Albim ad Oceanum ſunt, nobis prorſus ſunt incognita. Nam neque priorum quempiam compertum habemus iſtud litus prænavigaſſe verſus orientem*

entem uſque ad Caſpii maris fauces: neque ultra Albim ſita Romani adivenerunt: ſed ne tereſtri quidem itinere quiſpiam illa perluſtravit. Neque an tota illa in ora Oceani aliqua ſit portio. quæ vel ob frigus vel alia de cauſa habitari nequeat: item an aliud genus hominum Orientalibus Germanis & Oceano ſit interjectum, eadem ignoratio reliquorum deincept ad Boream vergentium ab eo indicatur. Ex quibus luce clarius elucet, non fuiſſe tempore Julii Cæſaris has oras Romanis cognitas. Addi his poteſt & Dio Caſſius, qui Druſum Albim tranſire & has gentes peragrare volentem ſpectrum prohibuiſſe refert. Etenim mulier quædam humanâ amplior formâ ei obviam facta. *Druſe*, inquit, *quò tandem nullum cupiditati tuæ modum ſtatuens contendis? non tibi fatis conceſſum, hæc omnia videre.* Hæc Dio *lib. LV. in princ.* illud tamen concedimus Strabonem per *Butonas*, qui Moroboduo ſuppetias contra Romanos tulerunt, fortaſſis intellexiſſe noſtros *Gutonas* ſive *Gothos*, de quibus poſtea dicendi erit locus. Nam licet Romanis exactè non fuerit cognitum, quæ gen-

gentes, & qui mores ipſarum, in his oris fuerint; potuernnt tamen à finitimis cognoviſſe vel etiam ex antiquis Scriptoribus hauſiſſe nomen Guthonum ſive Gothorum, quos hic habitaſſe crediderunt.

II. Cum poſt Strabonis tempora Septentrionales Germaniæ partes innoteſcere cœpiſſent, compertum etiam eſt, SVEVOS Pomeraniam hodiernam incoluiſſe. Manifeſtum illud eſt ex Taciti *lib. de Morib. Germ. poſt med.* Lucanus etiam de Svevis ita loquitur *lib. II. verſ. 51.*

Fundit ab extremo flavos Aquilone Suevos
Albis, & indomitum Rheni caput.

Videlicet habitaruntSvevi,latiſſima gens, magnam hodiernæ Germaniæ partem *à Danubio* usque *ad Mare Balthicum*; Trans mare quoque Balthicum *Blekingiam, Sconiam* & *Hollandiam, Suediam, Norvegiam, Botniam Occidentalem, Finmarchiam, Scritofinniam, Lappiam* & *Biarniam*, uti has aliasque regiones enumerat Cluverus *lib. 3. Germ. Antiq. c. XXIV.* Sic igitur generale nomen Pomeranorum, quod ipſis cum multis aliis gentibus commune fuit, cognovimus, quod antiquitus dicti ſint SVEVI. Probatur illud etiam non ſolum exeo, quod mare

mare Balthicum, cui adjacet Pomerania, olim dictum ſit *Svevicum*, teſte eodem Tacito *lib. cit. cap. XLV.* ſed etiam quod fluvius Pomeraniæ præcipuos dictus ſit olim *Svevus*, ut ex Ptolemæo patet, qui *lib. II. Geogr. cap. XI. pag. 58.* amnes in mare Balthicum ſe exonerantes hoc enumerat: *Chaluſum*, *Svevum*, *Viadrum*, *Viſtulam*. Hic quidem inter eruditos non convenit, quis amnis per Svevum ſit intelligendus, dum alii ipſum Varnam eſſe contendunt/, ex eo capite, quod Ptolemæus à Chaluſo (Trawe) usque ad Svevum dicit habitaſſe Pharodenos, per quos illi Varinos i. e. hodiernos Mechlenburgenſes intelligunt. Alii per Svevum intelligunt oſtium illud Oderæ, quod vocatur die Schwiene. Micrælius autem vult eſſe illud oſtium, quod nomen habet der Gellen/ cui urbs Stralſundenſis aſſidet. *lib. I. Chron. Pom. num. 20. p. 28. ſeqq.* Vid. de Svevis Wolffg. Lazius *lib. VII. & VIII. de migrationibus gentium.*

III. Specialia nomina horum populorum ad mare Balthicum habitantium, fuerunt illa, quod dicti ſint VANDALI & GOTHI, qui deinde in alias gentes fuere diviſi: Ex his Vandali à Chaluſo præter propter porrigebant ſe usque ad

Oderam. *Vandalos* enim Ulmerugis & Gothis conterminos facit Jornandes *lib. de reb. Got. cap. IV. pag. 613.* GOTHI dicebantur, qui inter Oderam & Viſtulam mare accolebant. Colligi id etiam poteſt ex illis Pauli Diaconi verbis, quando ait: *Eodem tempore erant Gothi, & aliæ gentes multæ ac maximæ, trans Danubium in Hyperboreis locis habitantes, ex quibus rationabiliores quatuor ſunt: Gothi ſc. Hypogoti, Gepides & Vandali, nomen tantum & nihil aliud mutantes, unaque lingua utentes.* lib. XIV. *Hiſt. Miſcellæ ante med. p. 429.* Sed de Gothis fuſius agemus infra. Hic de Vandalis notandum eſt, illos ſecundum communem opinionem dictos eſſe à Vandalo, qui Svevi filius fuiſſe perhibetur, teſtibus Beroſo, Aventino & aliis. Hoc nomen Vandalorum, licet non ſit adeo generale, ut prius illud Svevorum, complectebatur tamen præter hodiernæ Pomeraniæ partem occidentalem, etiam Varinos i. e. hodiernos Mechelburgenſes & alias etiam gentes, ut ex ſequentibus apparebit.

IV. Specialiſſima Pomeranicarum gentium nomina varia apud varios reperiuntur. Pomponius Mela, qui ſub Tiberio Imp. vixit, cum Sinum Codanum, quod eſt noſtrum mare Balthicum, deſcri-

ſcripſiſſet, addit: *In eo ſunt Cimbri & Teutoni: ultra ultimi Hermiones*. lib. III. *de Situ Orb. cap. III.* Ex quibus HERMIONES eſſe populos mare Balthicum accolentes, adeoque Pomeranos, probat Iſ. Voſſius *in Animadverſ. ad l. c. Melæ pag. 137.* Verum quomodo hæc cum Plinii & Taciti horum populorum deſcriptionibus conveniant, non apparet. Plinius enim ita hac de re loquitur: *Alterum genus Ingævones, quorum pars Cimbri, Teutoni à Cauchorum gente. Proximi autem Rheno Iſtævones, quorum pars Cimbri; Mediterranei Hermiones, quorum Svevi.* lib. IV. Nat. Hiſt. cap. XIV. Quamvis non neſciam ab aliis ita apud Plinium legi: *Iſtævones, quorum pars Cimbri mediterranei: Hermiones, quorum Svevi.* Tacitus vero qui in his ex antiquioribus accuratiſſimus eſt: *Manno*, ait, *tres filios aſſignant, è quorum nominibus proximi Oceano Ingævones, medii Hermiones, cæteri Iſtævones vocentur.* lib. de morib. Germ. cap. II. Itaque ſi Hermiones medii fuerunt inter Ingævones & Iſtævones, non potuerunt certe in hodierna Pomerania habitaſſe. Illud, quod Plinius de Svevis dicit, quod ſint pars Hermionum, ita intelligendum erit, quandam Sveviæ, latiſſimæ illius Provinciæ, partem mediterraneam fuiſ-

tia judiciis criminalibus; Quarta judiciis Conſiſtorialibus. Quinta & ultima, iterum aliis Conſiliis & ſubditorum ſupplicationibus.

Iudicia.

XIV. In ſpecie verò Judicia Nobilium in Civilibus ſic ſe habent: Prima Inſtantia eſt apud Capitaneum ſuperiorem; (inferiores enim Capitanei talia Judicia non habent) Secunda eſt in Judicio Appellationum, in quo Princeps & Conſiliarii Supremi judicant. Tertia inſtantia eſt, quando ab hoc altera pars ad Judicium Regis Poloniæ, quod vocatut poſt Curiam provocat. In Criminalibus, quando de fama & capite Nobilis agitur, Nobiles non habent primam Iuſtantiam in aliquo Capitaneatu ſuperiori, ſed ſtatim cauſa devolvitur ad judicium illud, de quo Num. XIII. diximus, cui interſunt quatuor Conſiliarii ſupremi, quibus in his caſibus adjunguntur quatuor Capitanei ſupremi. Si unus ex Capitaneis illis deeſt, ſubſtitui poteſt aliquis ex Capitaneis inferioribus in numerum Judicum. Ab illo judicio in quibusdam caſibus iterum datur appellatio ad Regem poſt Curiam, in quibusdam non datur. In ſuos verò ſubditos quilibet Nobilis abſolu-

ſolutum ferè jus habet. Judicia Eccleſiaſtica exercentur in eodem illo Conventu, de quo Num. XIII. dictum eſt: Adjunguntur autem ſemper quatuor Summis Conſiliariis Superintendens, & quatuor Præpoſiti. Judicia Civium in urbibus pro ratione cauſarum aut pertinent ad magiſtratum Civicum, aut ad Capitaneum ejus diſtrictûs, in quo eſt reus, ſive ille Capitaneus ſit ex numero ſuperiorum ſive ex numero inferiorum. Secunda Inſtantia eſt in judicio appellationum, ubi etiam cauſas Nobilium ventilari diximus. Ulterior ipſis non datur provocatio. In debitis liquidis Princeps ad actoris inſtantiam per miniſterialem jubet debitum ſolvi. Si neq; huic neq; ſecundo mandato paruerit, tertio dantur Executoriales illis, qui dicuntur die Mann-Richters/ ut Principis mandatum executioni dent, actorique ſatisfaciant.

Judicia Eccleſiaſtica.

Judicia Civium.

XV. Quando Tributa indicenda, vel alia ad ſalutem totius Reipubl. pertinentia diſcutienda ſunt, convocat Princeps Ordinem Equeſtrem ad Comitia; literis ad Capitaneos omnes datis, in quibus conſultanda in futuris Comitiis proponit. Tum Nobilitas in ſingulis

Tributa & Conſultationes aliæ.

Digitized by Google

Capitaneatibus conveniens conſultat de propoſitione Ducis: deinde eligit Deputatum ad Comitia mittendum, plenamque ipſi dat inſtructionem, quousque progredi debeat in Comitiis. Ex ſingulis itaque Capitaneatibus, quando Mitaviæ conveniunt ſinguli Nuncii ſive Deputati Nobilitatis, ita ut in univerſum ſint 12. Tum cum 4. Summis Conſiliariis de rebus propoſitis conſultant, donec tandem aliquid certi determinent.

DIS-

Digitized by Google

DISSERTATIO,

De

ORIGINIBUS POMERANICIS.

Digitized by Google

I.

IN Origines Pomeranicas inquiſituri, tres Periodos ab aliis jam notatas, in ſequentibus obſervabimus. *Prima* eſt Veterum Germanorum. *Secunda* Slavorum. *Tertia* iterum Germanorum. Quod ad primam attinet Periodum, antiquitus ignorarunt Scriptores, quænam hunc terrarum Septentrionalium tractum inhabitarint gentes. Herodotus certè (qui vixit tempore Artaxerxis Longimiani Perſarum Regis, Olymp. 84.) *de extremitatibus Europæ, quod pro comperto referat, non habere ſe teſtatur*, niſi quod tenui & dubiâ famâ quasdam gentes ad Eridanum fluvium habitantes, ſuccinum colligere ipſi relatum ſit. *lib. III. qui dicitur Thalia mult. ſupr. med. p. 234.* Quæ Pytheas poſt Herodotum de his gentibus tradiderit, alibi oſtendimus, cum de Originibus Pruſſicis ageremus. Julius Cæſar poſt

poſt hæc multa quidem de *Svevis* memoriæ prodidit *lib. IV. Comment. in pr.* quæ Johan. Micrælius ad ſuos quoque Pomeranos applicat; non poſſe tamen ea gentibus ad mare Balthicum habitantibus competere, probavit jam ante Philip. Cluverus *lib. III. Germ. Antiq. cap. V.* ibi enim oſtendit, per *Svevos* Julium Cæſarem intelligere *Chattos* (qui hodiè *Haſſi*) Ubiis conterminos. Imò perperam & hos à Cæſare appellari Svevos multis evicit argumentis. Idem ille *Julius Cæſar*, referente Æthico in pr. Coſmographiæ, *cum conſulatus ſui faſces erigeret, ex Senatus Conſulto cenſuit omnem orbem jam Romani nominis admetiri, per prudentiſſimos viros & omni Philoſophiæ munere decoratos: A Conſulatu Julii Cæſario & M. Antonii usque in Conſulatu Julii Cæſaris & M. Antonii usque in conſulatum Auguſti decimum annis XXIX. menſibus VII. diebus X. à Theodoro ſeptentrionalis pars dimenſa eſt.* Si hæc Æthici relatio vera eſt, confectæ fuerunt ſine dubio tabulæ Geographicæ, quæ has oras Septentrionales, earumq; incolas oculis Romanorum ſubjecerent. Sed mihi res hæc ſuſpecta eſt, & quamvis auctoritatem Æthici ſequatur Clariſſ. Micrælius *lib. 1. Chron. Pomeran. n. 8.* mihi tamen religio non erit, hoc ipſum nega-

negare. Ut enim jam illud prætercam, Æthicum, ut dubiæ ætatis, & fidei Scriptorem, non poſſe nobis certum teſtimonium perhibere, de re tam antiqua, hoc tantum commemorabo, ex Strabone fide digno Scriptore, qui ſub Auguſto & Tiberio Imperatoribus floruit, contrarium probari poſſe. Hic enim ad ſua tempora has oras Romanis fuiſſe incognitas diſertis verbis teſtatur. *lib. VII. Geograph. circa pr. pag. 291.* ubi Druſum Germanicum perveniſſe refert, tantum ad inſulam, cui nomen Byrcanis, in Oceano Septentrionali. Poſtea quoque refert alias quoque gentes potuiſſe innoteſcere, *ſi Auguſtus militibus permiſiſſet, ut tranſmiſſo Albi eo rebellantes perſequerentur. Sed promptius cenſuit Auguſtus, ſe bellum, quod erat præ manibus, confecturum, ſi populus ultra Albim ſitos ac nihil moventes miſſos faceret, neque irritatos maleficio ad ſocietatem cum hoſtibus ineundam invitaret.* Et pag. 294. *Quæ*, ait, *trans Albim ad Oceanum ſunt, nobis prorſus ſunt incognita: Nam neque priorum quempiam compertum habemus iſtud litus prænavigaſſe verſus orientem*

entem usque ad Caſpii maris fauces: neque ultra Albim ſita Romani adivenerunt: ſed ne tereſtri quidem itinere quiſpiam illa perluſtravit. Neque an tota illa in ora Oceani aliqua ſit portio. quæ vel ob frigus vel alia de cauſa habitari nequeat: item an aliud genus hominum Orientalibus Germanis & Oceano ſit interjectum, eadem ignoratio reliquorum deincept ad Boream vergentium ab eo indicatur. Ex quibus luce clarius elucet, non fuiſſe tempore Julii Cæſaris has oras Romanis cognitas. Addi his poteſt & Dio Caſſius, qui Druſum Albim tranſire & has gentes peragrare volentem ſpectrum prohibuiſſe refert. Etenim mulier quædam humanâ amplior formâ ei obviam facta: *Druſe*, inquit, *quò tandem nullum cupiditati tuæ modum ſtatuens contendis? non tibi fatis conceſſum, hæc omnia videre.* Hæc Dio *lib. LV. in princ.* illud tamen concedimus Strabonem per *Butonas*, qui Moroboduo ſuppetias contra Romanos tulerunt, fortaſſis intellexiſſe noſtros *Gutonas* ſive *Gothos*, de quibus poſtea dicendi erit locus. Nam licet Romanis exactè non fuerit cognitum, quæ gen-

gentes, & qui mores ipſarum, in his oris fuerint; potuerunt tamen à finitimis cognoviſſe vel etiam ex antiquis Scriptoribus hauſiſſe nomen Guthonum ſive Gothorum, quos hic habitaſſe crediderunt.

II. Cum poſt Strabonis tempora Septentrionales Germaniæ partes innoteſcere cœpiſſent, compertum etiam eſt, SVEVOS Pomeraniam hodiernam incoluiſſe. Manifeſtum illud eſt ex Taciti *lib. de Morib. Germ. poſt med.* Lucanus etiam de Svevis ita loquitur *lib. II. verſ. 51.*

Fundit ab extremo flavos Aquilone Svevos
Albis, & indomitum Rheni caput.

Videlicet habitarunt Svevi, latiſſima gens, magnam hodiernæ Germaniæ partem *à Danubio* usque *ad Mare Balthicum*; Trans mare quoque Balthicum *Blekingiam*, *Sconiam* & *Hollandiam*, *Svediam*, *Norvegiam*, *Botniam Occidentalem*, *Finmarchiam*, *Scritofinniam*, *Lappiam* & *Biarniam*, uti has aliasque regiones enumerat Cluverus *lib. 3. Germ. Antiq. c. XXIV.* Sic igitur generale nomen Pomeranorum, quod ipſis cum multis aliis gentibus commune fuit, cognovimus, quod antiquitus dicti ſint SVEVI. Probatur illud etiam non ſolum ex eo, quod mare

mare Balthicum, cui adjacet Pomerania, olim dictum ſit *Svevicum*, teſte eodem Tacito *lib. cit. cap. XLV.* ſed etiam quod fluvius Pomeraniæ præcipuos dictus ſit olim *Svevus*, ut ex Ptolemæo patet, qui *lib. II. Geogr. cap. XI. pag. 58.* amnes in mare Balthicum ſe exonerantes hoc enumerat: *Chaluſum*, *Svevum*, *Viadrum*, *Viſtulam*. Hic quidem inter eruditos non convenit, quis amnis per Svevum ſit intelligendus, dum alii ipſum Varnam eſſe contendunt, ex eo capite, quod Ptolemæus à Chaluſo (Trawe) usque ad Svevum dicit habitaſſe Pharodenos, per quos illi Varinos i. e. hodiernos Mechlenburgenſes intelligunt. Alii per Svevum intelligunt oſtium illud Oderæ, quod vocatur die Schwiene. Micrælius autem vult eſſe illud oſtium, quod nomen habet der Gellen / cui urbs Stralſundenſis aſſidet. *lib. I. Chron. Pom. num. 20. p. 28. ſeqq.* Vid. de Svevis Wolffg. Lazius *lib. VII. & VIII. de migrationibus gentium.*

III. Specialia nomina horum populorum ad mare Balthicum habitantium fuerunt illa, quod dicti ſint VANDALI & GOTHI, qui deinde in alias gentes fuere diviſi: Ex his Vandali à Chaluſo præter propter porrigebant ſe usque ad

ſcripſiſſet, addit: *In eo ſunt Cimbri & Teutoni: ultra ultimi Hermiones.* lib. III. *de Situ Orb. cap. III.* Ex quibus HERMIONES eſſe populos mare Balthicum accolentes, adeoque Pomeranos, probat Iſ. Voſſius *in Animadverſ. ad l. c. Melæ pag. 137.* Verum quomodo hæc cum Plinii & Taciti horum populorum deſcriptionibus conveniant, non apparet. Plinius enim ita hac de re loquitur: *Alterum genus Ingævones, quorum pars Cimbri, Teutoni à Cauchorum gente. Proximi autem Rheno Iſtævones, quorum pars Cimbri; Mediterranei Hermiones, quorum Svevi.* lib. IV. Nat. Hiſt. cap. XIV. Quamvis non neſciam ab aliis ita apud Plinium legi: *Iſtævones, quorum pars Cimbri mediterranei: Hermiones, quorum Svevi.* Tacitus vero qui in his ex antiquioribus accuratiſſimus eſt: *Manno*, ait, *tres filios aſſignant, è quorum nominibus proximi Oceano Ingævones, medii Hermiones, cæteri Iſtævones vocentur.* lib. de morib. Germ. cap. II. Itaque ſi Hermiones medii fuerunt inter Ingævones & Iſtævones, non potuerunt certe in hodierna Pomerania habitaſſe. Illud, quod Plinius de Svevis dicit, quod ſint pars Hermionum, ita intelligendum erit, quandam Sveviæ, latiſſimæ illius Provinciæ, partem mediterraneam fuiſ-

verſus ortum usque ad Svevum fluvium. Praterea qui protenduntur ad Buguntes, qui catera tenent, qua inde ſubſequuntur usque ad Viſtulam, ſupra quos etiam ſub monte Aſceburgio Corconta. lib. II. Geogr. *cap. XI. pag. 58.* Ex his populis excludimus *Svevos Semnones,* qui habitarunt in hodierna Marchia Brandenburgenſi. Item *Burguntas*, qui iidem ſunt cum Burgundionibus quos in hodierna Polonia majore quondam habitaſſe probari poteſt. Relinquuntur ergo SIDENI, RUTICILII, CORCONTÆ, & forſan etiam Longobardi & Svevi Angli. Urbes his in oris apud Ptolemæum enumerantur: *Laciburgum, Virunum, Viritium, Rugium.* Ex quibus *Rugium* & *Viritium* Pomeraniæ adſcribimus. Tacitus fuſius recenſet has gentes. Numerat vero *Reudignos, Aviones, Anglos, Varinos, Eudoſes, Svardones* & *Nuithones*, quos *Hertam* i. e. terram matrem colere dicit, cui nemus caſtum in inſula quadam dicatum fuiſſe affirmat. Deinde cum à Danubio verſus Septentrionem habitantes in Germania populos recenſens, jam *Marſignos Gothinos, Oſos, Burios, Helvaconas* aliosque enumeraſſet, denique ſubjicit: *Trans Lygios Gothones regnantur, pau-*

lo jam addictius, quam cæteræ Germanorum gentes, nondum tamen ſupra libertatem. Protinus deinde ab Oceano Rugii & Lemovii, omniumque harum gentium inſigne rotunda ſcuta, breves gladii & erga Reges obſequium. Hic iterum removemus Reudignos, Aviones, Varinos, qui partim in Mechelburgico, partim in Luneburgico Ducatibus habitarunt. Remanent ergo tandem in Pomerania EVDOSES, SVARDONES, RVGII, LEMOVII, GOTHONES ſive GOTHI, ut & ſecundum Micrælium, ANGLI & LONGOBARDI.

V. Jam populis illis, quos in Pomerania hodierna olim habitaſſe probavimus, ſingulis ſuæ ſunt aſſignandæ ſedes. Quin GOTHI, (qui & GOTHONES dicuntur) habitarint in Pomerania orientali, à nemine poteſt dubitari. Probatum à nobis id eſt alibi. Hic tantum illud addimus, *Gothorum* ſive *Gythonum* memoriam fortaſſe adhuc durare in *Samogithis* populis Lithvanicis. Cum enim ex Pomerania Gothi in Pruſſiam eſſent progreſſi, facile ex Sambia Pruſſorum in Samogitiam hodiernam migrare potuerunt, quæ etiam eſt conjectura Beutheri *in Comment. ad Tacit. lib. de morib. German. pag.* 206. Si tamen hoc verum eſt, certe & mores & lingvam immutarunt, ab Alanis ſive potius

tius Herulis, ut & Pruſſi olim noſtri corrupti. Tenuerunt autem Gothi ſecundum Jornandem Pomeraniam orientalem (quam Germani ulteriorem vocant, nobis autem eſt citerior) ab odera fortaſſe usque ad Viſtulam. Paulatim vero, cum in Pruſſiam aliasque regiones migraſſent, locum reliquerunt aliis gentibus, adeo, ut tempore Taciti tantum in Pomerellia ad Viſtulam amnem habitarint. Gothis contermini fuere LEMOVII, iis videlicet in locis habitantes, ubi *Lauenburg*, *Bütau*, *Hele*, *Puzik*, ut & urbs Pomeranica *Stolpe* dicta reperiuntur. *Lemoviorum* veſtigia deprehendas in urbe *Lauenburg*, ut & fluvio *Leve*. Eos à Scriproribus poſt tempora Taciti viventibus appellatos fuiſſe HERULOS, probat Cluverus *lib. III. Germ. Antiq. cap. XXXV.* Paulus Fridebornius *Lemovios* ponit in *Pomerania Occidentali* inter *Panim* & *Vcram* lib. I. *Chronic. Stetin. pag. 2.* Idem etiam ſtatuit Ph. Cluver. *in Introduct. Geogr. lib. III. cap. 2.* ſed ſententiam mutavit, ut conſtat ex *lib. III. Germ. Antiq. cap. XXXV.* Et certe, ſi Taciti verba penitius inſpiciantur, id aſſerendum eſſe videtur. Nam Tacitus incipiens ab Oriente, ſic populos illos recenſet: *Gothi, Rugii & Lemovii, Reudigni, Aviones, Angli,*

Varini. Ubi *Gothos* inter & *Lemovios* adhuc ponit *Rugios.* Sed melius ponuntur in aſſignatis à nobis locis. Tacitus etiam conjungit Rugios & Lemovios, adeo ut ex verbis Taciti nihil certi poſſit elici. Tertii (poſt Gothos videlicet & Lemovios) verſus occidentem ſunt RUGII, quos Jornandes appellat *Ulmerugos,* ad differentiam aliorum Rugorum, qui dicti ſunt *Ethelrugi,* & ponuntur à Jornande inter Scantiæ populos *cap. III. de Reb. Geticis pag. 612. Edit. Hug. Grotii.* Ex his *autem Ethelrugos* alii dictos volunt, quaſi die Edlen Rügen: *Ulmerugos* autem die Holm Rügen/ quod iterum diverſimode exponunt. Beutherus *in Taciti Germ. pag. 206.* vocem Holm Veteribus Germanis inſulam ſignificare vult, inde etiam urbem Stockholm nomen traxiſſe dicit. Illos igitur Ulmerugos dictos fuiſſe vult, quia ex *inſula* Rugia fuerunt progreſſi in oras Pomeraniæ maritimas. Micrælius vero Ulmerugos dictos eſſe putat, quaſi Holm und Strandt Rugianer/ſo im feſten Lande gewohnet/ *lib. I. Chron. Pom. num. 21. pag. 35.* Et certe melius ſentire videtur Micrælius. Nam licet Holm & inſulam & terram continentem poſſit ſignificare, cum in genere notet einen ausgepfälten Ort in plaudibus, quod & in inſula & in

in terra continente fieri poteſt; hi tamen Ulmerugi non in inſula, ſed in terra continente habitabant, unde quoque poſtea in inſulam, quæ hodie Rugiæ nomen ſervat, commigrarunt, poſt tempora Taciti. Habitarunt Ulmerugi ad mare Balticum prope Vipperam amnem, qui eos dirimebat à Lemoviis, usque ad Oderam ſive Viadrum, ubi hodie Rugenwaldia, Coslinum, Colberga. Treptovia. Urbis etiam *Rugii* nomen conſervari quidam volunt in urbe *Rugenwaldia*, vel alia *Regenwaldia* ad *Regam* fluvium ſita. Micrælius tamen ex longitudine & latitudine loci à Ptolemæo obſervata colligit, Rugium urbem in illo loco fuiſſe ſitam, ubi hodie urbs *Freyenwalde*, vel *Stargard* lib. I. *Chron. Pom. num. 19. p. 28.* Verum neque hoc certo ex Ptolemæo probari poteſt, cum Micrælius ipſe concedat, Ptolemæum circa latitudinem maris Baltici, & per conſequens horum etiam locorum errare. *lib. I. Chr. Pomeran. num. 20. pag. 30.* Conf. de Rugiis Wolffg. Lazius *lib. XII. de migrationib. gentium pag. 630. ſeqq. Rugios* ab auſtro contingebant CARINI, & qui *Carinis* ab occidente fuerunt contermini, SIDINI. Maxima pars *Carinorum* Veterum jam ſubjecta eſt regno Poloniæ, & forſan Pomeraniæ non

niſi exigua particula Veterum Carinorum accenſetur: ea videlicet, ubi hodie eſt urbs Neuen Stetin/ id eſt Neoſtetinum SIDINI in hodierno Ducatu Stetinenſi habitarunt, ut vel nomen ipſum indicat, probaturque inſuper ex Ptolemæi, loco ſupra num. IV. citato. Quamvis Cluverus *Sidinos* includat *Drago* & *Viadro* fluviis, qui etiam eam partem Pomeraniæ occidentalis, ubi hodie viſuntur Stettin / Garz / Prenzlau / NVITHONES incoluiſſe contendit. EVDOSES Cluverus conjicit in illum locum, ubi hodie *Wolgaſtum*, *Grypswaldia*, *Stralesundia*. SVARDONES in eo loco idem collocat, ubi hodie Anclamenſes & Paſwalcenſes. Alii *Suardones* antiquos apud *Sverinenſes* hodiernos in Mechelburgenſi Ducatu reperiri exiſtimant. Conf. Jodoc. Willichius *in Tac. de Morib. Germ. Part. II. num. XIX. pag. 606. ſeqq.* Sed certa hic indicia non adſunt, quibus hæc vel approbare vel improbare poſſimus. ANGLOS Micrælius collocat in illo loco, ubi urbs eſt *Anclam*, quos pedetentim in Ducatum Mechelburgicum ad Albim conceſſiſſe auguratur. Verum hæc mera tantum eſt conjectura, quæ non niſi levi convenientia *Anglorum* & *Anclamenſium* nititur. Aliud etiam

etiam verba Ptolemæi ſupra citata indicant, quæ Anglos ad Albim habitaſſe referunt. Tacitus etiam, licet inter ſeptem illas gentes etiam Anglos Hertham coluiſſe referat; cum tamen ſingulis illis gentibus ſedes certas non aſſignet, nihil certi ex illo colligi poſſe videtur, adeoque hoc, quod Micrælius de Anglis asſerit, in dubio relinquo. RUTICILII apud Ptolemæum poſt Sidinos memorantur usque ad Viſtulam. Videtur ergo per *Ruticilios* intelligere omnes Pomeraniæ Orientalis populos, præſertim cum non faciat mentionem *Rugiorum*, *Lemoviorum* & *Gothorum*, quos cis Viadrum in orientali Pomerania collocavimus. Ibidem tamen etiam ad *Aſciburgium* montem Ptolemæus collocat CORCONTAS. Pars illius *Aſciburgii* montis in Pomerania dicitur der Gollenberg. *Cluv. lib. III. G. A. c. XXXII.* Inſulam, iu qua *Hertha* Dea collebatur à ſeptem illis populis, non inſignit certo nomine Tacitus. Sine dubio tamen fuit inſula, quæ hodie RUGIA dicitur, in quam poſt tempora Taciti migraſſe videntur *Rugii*. LONGOBARDOS quoque Micrælius trahit in Pomeraniam, ubi etiam urbem eos condidiſſe atque à ſuo nomine *Barth* appellaſſe refert. Probat id ex inſignibus hujus urbis, in quibus

bus caput humanum cum longa barba depictum viſitur, *lib. VI. Chron. Pomer. pag. 609.* Sed & hoc nullo nititur fundamento. Nam nemo Veterum Scriptorum Longobardos maris Balthici accolas fuiſſe tradit. Ptolemæus certè illos mediterraneos facit, ut ex ſupra citatis verbis ipſius apparet. Idem ex Taciti *lib. de Morib. Germ. cap. XL.* probari poteſt. Pauli Diaconi auctoritas ab hac ſententia nos dimovere non poteſt, utpote qui Scriptor fuerit jam recentior. Ad hæc incertum adhuc eſt, an *Longobardi* dicti ſint *à longis barbis*, an verò aliunde nomen illud traxerint. A *longis* quidem *barbis* eos dictos eſſe, ſtatuunt Iſidor. *lib. IX. Orig. cap. II.* Otto Friſing. *lib. II. cap. XIII.* Guntherus *lib. II. Ligurini*, & alii. Sed alii Longobardos dictos eſſe volunt quaſi die Landwarter/ quod cuſtodes ſint regionis. Alii à *longis bardis* i. e. bipennibus. Sed optimè ſentire videntur, qui eos derivant à Celtica gente *Bardis*, qui fuere confines Holſatis, quorumque mentionem facit Helmoldus *lib. I. Chr. Slav. cap. XXV.* conf. Cornutus, vel quicunque ille ſit Scholiaſtes in Juvenal. *Sat. XVI. verſ. 13.* Henr. Meibom. *in Not. ad Hiſt. Bardevici,*

ci. in pr. p. 152. Frider. Beſſel *in Not. ad Eginharti cap. VI. pag. 27. ſeq.*

VI. Inventis jam Veteribus Pomeraniæ populis, ſedibusque ipſorum cognitis, jam ordo poſtulat, ut origines illorum quæramus. Antiqui Germani putarunt ſeſe eſſe αὐτόχθονες ſive Aborigines i. e. gentem, quæ nulli alii genti originem ſuam debet, ſed quæ ex illa ipſa terra genita eſt. Veteres enim non putabant ex uno parente genitos eſſe omnes homines, ut nos ex ſacris literis docemur: ſed multas gentes opinabantur ex ipſa terra prognatas eſſe, quod apud ipſos honori ducebatur. In hàc ſententia de Germanis Aboriginibus eſt Cornel. Tacitus *lib. de Morib. Germ. cap. II.* Sed, ut quilibet animadvertit, hæc ſententia Taciti nobis, aliter è Scriptura S. edoctis, placere non poteſt. Igitur ut omnes alias gentes à Noacho ex Aſia derivamus, ita etiam inde Germani noſtri ſunt deducendi. Notum eſt Noachum poſt univerſale illud diluvium, inter tres filios *Sem*, *Cham*, *Japhet*, diviſiſſe terrarum orbem. *Semo* obtigit Aſia, *Chamo* Africa, *Japheto* Europa noſtra. *Japheti* filius fuit *Gomer*, & hujus primogenitus *Askenas*. Hæc nobis ex Scriptura S. de Originibus Europæis innoteſcunt.

teſcunt. Ex altera parte Germanorum Veterum ſententia fuit, quam etiam antiquis carminibus decantabant *Thviſthonem Deum terrâ edutum & filium Mannum* originem genti dediſſe conditoresq; ejus fuiſſe. *Manno tres filios aſſignant, è quorum nominibus proximi Oceano Ingævones, medii Hermiones, cæteri Iſtævones dicuntur. Quidam autem licentiâ vetuſtatis plures Deo ortos, Marſos, Gambrivios, Svevos, Vandalos affirmant*, ut Tacitus loquitur *l. c.* Beroſos verò de Tviſthone ſive Tuiſcone refert, *Janum Patrem hunc Tuiſconem conſtituiſſe Regem Sarmatiæ à Ponto Euxino uſque ad Rhenum.* lib. 1. *fol. 10.* & lib. IV. *fol. 30. a.* Hæc alii cum Sacra Scriptura conciliare volentes *Tviſthonem* illum putant fuiſſe ipſum *Aſcenacem*, vel etiam *Aſçenacis filium*, qui Germanicam condidit gentem. Vid. Aventin. *lib. I. Annal. Bojor.* Jodoc. Willich. *in Comment. ad lib. Taciti de mor. Germ. pag. 423.* Micræl. *in Chron. Pomeran. lib. I. num. 22. ſeqq.* Quæ cum nitantur conjecturis ſatis probabilibus, idcirco illa negare non audemus, præſertim cum meliora proferre nequeamus.

VII. Cum verò Germania vetus adeò latè patuerit, ut etiam Daniam, Suediam & Poloniam hodiernam fuerit com-

Digitized by Google

complexa, quæritur, utrum SVEVI in his ſedibus, in quibus illos collocat Tacitus, primi fuerunt incolæ, poſtquam ex Aſia huc ſe Noachi poſteri contulerunt, & utrum fines Veteris Sveviæ, ſtatim ab initio tam late fuerint extenſi, atque ipſos extendit Tacitus? an verò ex aliqua parte Sveciæ Veteris progreſſi, aliis incolis prioribus expulſis, fines ſuos poſtea dilatarint. Sunt enim, qui neſcio quibus argumentis inducti, *Svevos* ex *Svedia*, ortos, Germaniam hodiernam intraſſe volunt, quod & non ita pridem aſſeruit Vir quidam Clariſſimus *in Diſſertat. de Rebus Svevo-Gothicis num. 8.* Hic enim cum de geminis *Scanziæ* populis, *Gothis* videlicet & *Sveonibus*, aſſeruiſſet, quod *Gothi* varias ſuſceperint migrationes: *Sveones* vero in Scantia regnum ſuum ſtabiliverint, adjicit: *Nec tamen in ſolidum negabo antiquis illis temporibus migraſſe Sveones, ut quorum poſteros fuiſſe Svevos haut fas ſit dubitare. Finitimos coluiſſe Veteres tabulæ ſignant: propinquos fuiſſe hiſtoria demonſtrat.* Et antea num. 2. Rerum Sveo-Goth. dixerat: *Nec verò præterierimus, Svedos etiam quandoque*

que ſedibus ſuis egreſſos regnum apud exteros condidiſſe ac Svevorum nomine veniſſe ævo Jornandis, qui p. 125. de Reb. Gothicis commemorat Theodorici Gothorum Regis cognatum, & ut plane loquar, ab una ſtirpe & gente oriundum fuiſſe: Aſſentiuntur ex Doctis Reunerus Reineccius. Franciſcus Gvillimannus. Job. Stumpffius Viri inſignis judicii & accurationis, cumque his fermè omnes rerum Sveviarum conditores. Peterm. Ettelinus. Felix Faber & Mart. Cruſius. Hæc ille. Sed hæc probare nos non poſſumus. Si enim Svevi ab Askenace oriundi ſunt, certè Svediam hodiernam olim ingredi non potuerunt niſi per Germaniam. Etenim *Pruſſiam*, *Curlandiam*, *Livoniam*, *Finlandiam* antiquiſſimis temporibus tenuerunt *Venedæ* aliæque *Sarmaticæ* gentes, ut à nobis in Originibus Pruſſicis demonſtratum eſt, igitur Svevones per Sarmatas non potuerunt usque in *Svediam* hodiernam penetrare. Itaque ſatius eſt ut dicamus, Svevos, poſtquam ex Aſia progreſſi ſunt, primò in Germania Cisbalthiana, quam vacuam invenerunt, conſediſſe, ibique auctis viribus,

ribus, magnam eorum partem mari Balthico tranſmiſſo Scandinaviam occupaſſe. Adeòque Sveones Germanis cisbaltianis, non verò Germani Sveonibus originem ſuam debent, uti hoc egregiè diducit Joh. Micræl. *lib. I. Chron. Pom. num. 28. pag. 45.* Neque nobis objici poteſt illud, quod ex Sabellico habet Joh. Boëmus Aubanus, videlicet *Svevos* primos fuiſſe *Pruſſiæ* incolas, *lib. III. de Moribus Gentium cap. XVI.* ideòque ex Pruſſia potuiſſe in Svediam commigrare, inde verò in Germaniam. Non poteſt, inquam, hoc objici, cum citati Scriptores multò ſint recentiores, quam ut ipſis fidem habere poſſimus, de rebus adeò antiquis; præſertim cum non deſint argumenta, quæ Venedas primos fuiſſe Pruſſiæ incolas evincant. Allegatos à Viro Clariſſimo Scriptores evolvere non putavi eſſe operæ precium, cum mihi cognitum ſit, quosdam ex ex illis contrarium aſſerere. Certè Martin. Cruſius *Part. I. Annal. Svev. lib. VI. cap. II. pag. 135.* diſertis verbis aſſerit, *Svevos Germanos tranſiiſſe in Svediam.* Reinerus Reineccius *Svevorum* populum facit *Sviones*, quos deinde Svecorum ſive Svedorum facit parentes. *Part. III. Syntagmatis Heroici fol. 434.* Addit ibidem

ſequentia verba: *Nec dubitarim de Svedis & Sveonibus, nomen à Svevis eſſe, ſed prolatione ſeu ſono nonnihil variatum.* Etiamſi verò omnes illi pro Viro Clariſſimo facerent, liceret tamen nobis eosdem hîc ut recentiores rejicere. His omnibus inducti Svevos in Germania Cisbathiana agnoſcimus ἀυτόχθονας, ſivè Aborigines, non quidem eo ſenſu, quatenus ἀυτόχθονες dicuntur, qui à nullo alio ſunt oriundi ſed ex ipſa terra ſunt nati. (Novimus enim, Germanos fuiſſe à Noachi poſteris ortos) Verum in alio ſignificatu, quat. Aborigines dici & illos in more poſitum eſt, qui licet Nepotibus Noachi Originem ſuam debeant, non ſunt tamen ab ulterius Regni incolis prognati, ſive, ut Taciti verbis utamur, *qui minimè aliarum gentium adventibus & hoſpitiis mixti ſunt.* in lib. de Mor. Germ. cap. II.

VIII. Et ſic de Svevis communiter à nobis actum eſt. Sed & ſpeciatim de GOTHIS magna eſt controverſia, unde illi ſint oriundi. Alii *Gothos* deducunt ex *Sarmatia*, ut Matth. à Michov. *lib. I. de Sarmat. Aſiana & Europ. cap. XI. pag. 131. Tom. I. in Corp. Hiſt. Polon.* Jodocus Lud. Decius *lib. I. de Vetuſtat. Polonorum. pag. 270.* ut & Paul. Piaſecius

Digitized by Google

in Chronico pag. 56. (48.) Alii ex *Scandinavia*, officina illa Gentium & vagina Nationum, ut illam appellat Jornandes, Gothos deducunt, ut Jornandes *lib. de Reb. Get. cap. IV.* probatque illud non tantum ex Ablavio & Dexippo, ſed etiam ex antiquis Gothorum carminibus. Hunc ſequuntur alii magno numero Scriptores. Alii Gothos ex Scanzia oriundos eſſe negant, & per Conſeq. in Pomerania aut etiam ad Tanaim fuiſſe ipſos *αὐτόχθονας* affirmant, ut Anton. Bonfin. *Dec. I. Rer. Hung. lib. II. pag. 33. 35. 41. Edit. Baſil.* & Ph. Cluver. *lib. III. Germ. Antiq. cap. XXXIV.* Notatur propterea Cluverus noſter à Viro quodam Clariſſimo, qui ipſum in Diſſert. de Reb. Sveo-Goth. num. 6. *ſæpe intempeſtivè audacem Virum* appellat. *Conf. & n. 2. Diſſertationis citatæ.* Verùm non eſt, quod Virum de Republ. literaria optime meritum hîc inſectemur. Certè ut Svevorum in Svediam ingreſſum ex Germania aſſeruimus eſſe factum, ita etiam de Gothis idem aſſerere non veremur, cum nulla alia detur via, quâ commodius in Svediam transmittere potuerint. Deinde Gothos, jam ducentis antè Chriſtum natum annis in his oris ſuccinum collegiſſe, teſtatus eſt Pytheas apud Plinium. Quod

 verò

verò Gothi eo tempore Svediam tenuerint, non probabitur ex ullo Scriptore, qui ante Chriſti tempora vixit. Dexippus & Ablavius, quos ſequitur Jornandes, multò ſunt Pytheâ juniores. Antiqua etiam illa Carmina Gothorum, an habuerint aliquid de migratione ſuæ gentis è Scanzia ſive Scandinavia, adhuc incertum eſt, cum Jornandes illa Carmina tantum allegare videatur de migratione Pontica, quæ facta eſt ex Pomerania: hæc enim ſunt ejus verba: *Hæc igitur pars Gothorum, quæ apud Filimer dicitur in terras Ovim emenſo amne transpoſita optatum potita ſolum. Nec mora illico ad gentem Spalorum adinveniunt, conſertoque prælio victoriam adipiſcuntur: exindeque jam velut victores ad extremam Scytiæ partem, quæ Pontico Mari vicina eſt, properant: quemadmodum & in priſcis eorum carminibus penè Hiſtorico ritu in commune recolitur: quod & Albatius deſcriptor Gothorum gentis egregius veriſſimâ atteſtatur Hiſtoriâ.* Hæc Jornand. *cap. IV. de Reb. Geticis.* Johannes Micrælius, ne Jornandis authoritatem prorſus in dubium vo-

Digitized by Google

vocet, mediam ſequitur ſententiam. Nimirum dicit, antiquiſſimis temporibus Gothos ex Germania migraſſe in Svediam, quoniam nulla alia via reperiri poteſt, quâ ingreſſi ſint in Scanziam: poſtea vero, quamvis dubiè concedit, partem quandam eorum ad cives ſuos regredi potuiſſe in Pomeraniam. *lib. I. Chron. Pom. num. 32. p. 55. ſeq.* Eâdem ratione LONGOBARDOS quidam ex Scanzia deducunt. Sequuntur hi Ducem Paulum Warnefridum Sec. IX. Scriptorem, qui hæc de Longobardis tradit *lib. I. de geſtis Longebard. cap. II.* Eadem habent Theophanes Græcus, ut & Conſtantinus Porphqrogenetus, citati ab Hug. Grotio *in Proleg. ad Hiſt. Vandalicam, Longobardicam & Gothicam, cum quibus ipſe facit l. c. pag. 27. & ſeqq.* Verùm hæc faciliori adhuc negotio refutari poſſunt, quam ea, quæ de Gothis afferebantur, cum ea de re neque Jornandes, neque Procopius Sec. VI. Scriptores quicquam habeant. Paulus Diaconus, qui ab temporibus eſt remotior, non poterit ejus rei idoneus eſſe teſtis. Cum autem Longobardi in Pomerania non habitarint, plura de ipſis addere non attinet. Non defuerunt denique, qui has gentes Pomeranicas et-

iam ex aliis oris accerſerent. Ut enim jam in Originibus Pruſſicis oſtendimus non defuerunt, qui à MACEDONIBUS & ALEXANDRI M. poſteris Rugios aliasque gentes deducerent. Primum hujus fabulæ auctorem fuiſſe Witechindum Corbejenſem Monachum deprehendo, qui hæc in pueritia audiviſſe teſtatur *lib. I. Rer. Saxon. in pr.* quamvis de Rugiis nullam faciat mentionem, quos alii addunt, ut Abbas Stadenſis *ad An. 917. f. 99. a.* Gobelinus Perſona *in Coſmodr. æt. V. cap. 11. pag. 105.* Horum ultimus Macedones iter ſuum in Rugiam, Pruſſiam & Saxoniam navibus inſtituiſſe per mare Caſpium, craſſo ſanè errore tradidit. Aliam adhuc viam Macedonas elegiſſe refert Godfridus Witerbienſis *in Chron. Part. 15. pag. 421.* cujus verſus licet incultos hîc dabimus. Sic autem ille:

Nunc benè procedo, dum tempora Saxonis edo,
Saxo velut credo, Patria fuit ante Macedo
Regis Alexandri miles ubique fuit.
Rege diem functo tulit à Babilone meatum

Cir-

Circuit Italiam ratibus veniens Arelatum
Siciliaq; Pharon tranſit in Oceanum:
Inde per Oceanum Britannica littora tranſit
Gviſara Saxonica terminus ejus erat &c.

Sed hæc recenſere, refutare eſt. Prius enim coacti fuiſſent terreſtri itinere usque ad mare mediterraneum contendere, quod an ob illam cauſam, ob quam illi hanc migrationem inſtituiſſe dicuntur, fieri potuerit, valde dubito. Cætera jam lubens prætereo. Ex quibus iterum elucet, veteres Pomeraniæ populos non fuiſſe advenas, neque aliarum gentium adventibus mixtos.

IX. Jam pergimus ad Secundam Periodum, quam VENEDICAM ſive SLAVICAM fuiſſe diximus. *Slavi* enim ſive *Venedæ* in locum Svevorum & *Vandalorum* ſucceſſerunt. Horum migrationem in has oras ſtrictim commemorabimus. Habitarunt *Venedæ, Sarmaticæ gentes*, primis à Chriſto Nato Seculis in ripa Viſtulæ Orientali, usque ad Sec. VI. Nam eo adhuc Seculo Jornandes de ipſis loquitur. *Introrſus*, inquit, *Scythiæ Dacia eſt ad coronæ ſpeciem arduis Alpibus*

emunita. juxta quorum ſiniſtrum latus, quod in Aquilonem vergit & ab ortu Viſtulæ fluminis per univerſa ſpacia venit, Winidarum natio populoſa conſedit. Quorum nomina licet nunc per varias familias & loca mutentur, principaliter tamen Sclavini & Antes nominantur. Sclavini à Civitate nova & Sclavino Rumnenſi, & lacu, qui appellatur Muſianus, usque ad Danaſtrum & in Boream Viſola tenus commorantur. Antes vero, qui ſunt eorum fortisſimi, qui ad Ponticum mare curvantur, à Danaſtro extenduntur usque ad Danubium. Hæc ille *lib. de Reb. Get. cap. V. p. 615.* Eodem Sec. VI. ſub Juſtiniano I. Imperatore Iſtro transmiſſo primas in Thraciam & Illyricum excurſione fecerunt Slavi. Vid. Jornand. *lib. de ſucceſſ. Regnor. & temp. in fin. prorſus.* Procopius *lib. III. de Bello Gothico paſſim:* De iisdem irruptionibus Blondus Flavius Forojulienſis: *Cum Slavi*, inquit, *Hiſtriæ imminerent, ejus provinciæ Epiſcopis ſcribit:* (Gregorius I. Pont. Rom.) *Equidem de Sclavorum gente, quæ vobis imminet, & affligor vehementer & turbor. Quanquam vero Gregorius plura*

Digitized by Google

ra de hac Slavorum in Iſtriam irruptione non ſcribat, tamen nos compertum habemus, eam gentem, quam ultra Danubium ſedes habere & ſocerum filiumque Mauritii illis expoſitos fuiſſe diximus, tunc primum oram Adriatici ſinus dextri litoris occupaſſe, & ita habitationem in ea continuaſſe, ut quicquid prius Hiſtria & Dalmatia dicebatur, ad tempora usque noſtra dicatur Sclavonia. Nec tamen omnis illa gens reliquit primas ad Danubium ſedes, quin iidem mutato nomine magnam obtinent partem illius regionis. Siquidem locutionis ſimilitudo ac pene proprietas oſtendit, eos, qui nunc Poloni & Bohemi dicuntur, ex Sclavinorum reliquiis fuiſſe: Hæc Blondus *in Hiſt. ab Inclinatione Romanorum Decad. I. lib. IIX. circa fin. pag. 115. Edit. Baſil. An. 1559.* Cum itaque Slavis in Thracia, Dalmatia, Iſtria bene res ſucceſſiſſent, videntur circa finem Sec. VI. aut principium Sec. VII. Germanorum Veterum provincias ad mare Balticum occupaſſe. Nam cum Sec. V. poſt Chriſtum Natum, *Gothi, Vandali, Rugii, Angli, Burgundiones,* quos

quos deinde ſecuti ſunt *Longobardi* ſedibus ſuis exciti, *Italiam, Galliam, Hiſpaniam, Africam, Britanniam*, inundaſſent, totumque hunc tractum ad mare Balticum ferme vacuum reliquiſſent, facile *Veneda*, non advertentibus ferme aliis gentibus, illa loca potuerunt occupare. Vid. Cromer. *lib. I. de Ortu & Reb. geſt. Polon. per tot.* Henricus Bangertus *in Not. ad Helmoldi lib. I. Chron. Slav. cap. II.*

X. Quo tempore Slavi Pomeraniam intrarint, probatum eſt à nobis. Cum vero quamplurimæ fuerint gentes Slavicæ, adeo, ut præter Polonos, Ruſſos, Bohemos, Hungaros aliosque, in ſola Germania hodierna Slavi fuerint in octodecim pagos ſive regiones diſtributi, teſtibus Adamo Bremenſi *lib. II. Hiſt. Eccl. cap. XIII. pag. 54.* Helmoldo *lib. I. Chron. Slav. cap. XIV. fin.* & Alberto Stadenſi *ad an. 984. pag. 110. b.* ideo indicandum nobis eſt, quænam eſt, quænam ex gentibus Slavicis hodiernam olim inſederint Pomeraniam. Optime nos hoc edocere poteſt Adamus Bremenſis Sec. XI. Scriptor. *Populi Slavorum*, inquit, *ſunt multi, quorum primi ab occidente confines Tranſalbianis ſunt Waigrii* (Waigrii in hodierna Holſatia) co-

eorum civitas Aldenburg maritima. Deinde ſequuntur Obotriti (Mechelburgenſes) *Item verſus nos Polabingi* (Razeburgenſes) *ultra quos Lingones* (Lüneburgenſes) *& Warnabi* (Roſtochienſes) *Mox habitant CHIZINI & CIRCIPANI, quos à THOLOSANTIBVS & RHETARIS fluvius Panis ſeparat & Civitas Domine. Ibi eſt terminus Hamaburgenſis Parochiæ. Sunt & alii Slavorum populi, qui inter Albiam & Oderam degunt, ſicut Heveldi, qui juxta Haliolam fluvium & Doxani, Liubuzi, Wilini & Stoderani cum multis aliis. Inter quos medii & potentiſſimi omnes ſunt RHETARII, civitas eorum vulgatiſſima RETHRE, ſedes Idolatriæ. Templum ibi conſtructum eſt dæmonibus magnum, quorum Princeps Redigaſt. Ultra LEVTICOS, qui alio nomine WILZI dicuntur, Oddora flumen occurrit. Oddora vergens in Boream per medios Winulorum* (Vendorum ſ. Vinidarum vel Slavorum) *tranſit populos, donec perveniat ad JVMINEM, ubi POMERANOS*

NOS dividit à WILZIS. lib. II. Hiſt. Eccl. cap. XI. pag. 50. ſeq. Helmoldus quoque cum itidem dixiſſet, *Odoram tranſire per medios Winulorum populos & dividere* POMERANOS *à* WILZIS. Addit inter alia: *Poſt Odorælenem meatum & varios Pomeranorum populos ad occidentalem plagam occurrit Winulorum provincia eorum, qui THOLENZI & RHEDARI dicuntur, civitas eornm vulgatiſſima Retbre ſedes Idololatriæ. Deinde venitur ad CIRCIPANOS & KIZZINOS, quos à THOLENZIs & RHEDARIS ſeparat flumen Panis & civitas DIMINE. Kizzini & Circipani cis Panim, Tholenzi & Rhedari trans Panim habitant. Hi quatuor populi à fortitudine WILZI ſive LUTIZI appellantur.* Deinde etiam Rugiam numerat inter inſulas Slavicas *lib. I. Chron. Slav. cap. II.* Conf. Alb. Cranzius *lib. II. Wandal. cap. XX. p. 58.* Ex quibus jam patet, *Pomeraniam* antiquis temporibus dictam fuiſſe illam tantum Pomeraniæ hodiernæ partem, quæ eſt inter *Oderam ſ. Viadrum* & *Viſtulam.* In reliqua parte, Occidentali videlicet, habita-

Digitized by Google

bitabant *Wilzi* ſive *Lutici* in quatuor populos diviſi, ut in *Kizinos*: & *Circipanos*: item *Rhedarios* & *Tholenzios* diſtinctos à ſe invicem per fluvium Panim, qui tamen inter Pomeranicas gentes non cenſebantur. Niſi quod per varios Pomeranorum populos Helmoldus adhuc alios Populos intelligere videatur, ut *Sidinos* aliosque. Hoc tandem addendum eſt, illam Pomeraniæ partem, quæ Viſtulam attingit, dictam fuiſſe à Slavis CASSVBIAM, cujns tamen nominis Adamus Bremenſis, Helmoldus, Albertus Stadenſis mentionem nullam faciunt, forſan propterea, quod ipſis hæc ora, ut remotior, non fuit bene cognita. Imo neque apud Vincentium Kadlubkonem Scriptorem Hiſtoriæ Polonicæ, qui ſec. XII. à Chr. N. vixit, illud nomen me legere memini. Primus, niſi fallor, illius nominis mentionem facit Joan. Dlugoſſus, Seculi XV. Scriptor ſub Caſimiro Jagellonide. Obiter hic notandum, non ſolos populos Venedicos in enumeratas Provincias Germanicas commigraſſe; nam cum Venedis ſine dubio huc etiam Pruſſi Veteres, (ſive illos ab Alanis, ſive à Finnis, ſive ab Herulis derives) ſunt ingreſſi, ut hoc evidenter probari poteſt ex lingua Werulorum in Meklen-

Meklenburgenſi Ducatu. Quod ſi enim Orationem Dominicam ipſorum (ut illam tradit Wolffgangus Lazius *lib. XII. de Migr. gent. pag. 628.*) conferas cum oratione Dominica, quam nos, lingua veteri Pruſſica expreſſam, dedimus, in Originibus Pruſſicis *n. V.* ſponte fateberis, Werulos illos cum veteribus Pruſſis unam habuiſſe originem.

XII. Quid nomina illa *Pomeranorum*, *Caſſubianorum*, *Wilzorum* (qui & *Lutitii* & *Welatabi* dicebantur) ſignificent, jam paucis inquirere lubet. Circa nomen Pomeranorum Joannes Micrælius, neſcio qua de cauſa Slavicas gentes averſatus, multa comminiſcitur, ut illud à Germanico derivare poſſit. Dicit enim, Pomeranos eodem modo, ut *Dithmarſos*, *Stormarſos*, *Wiſmarſos*, *Colmarſos* appellari. Marſer ſunt incolæ alicujus Regionis eines Mohres oder Landes. Inde itaque Pomeranos eosdem eſſe vult atque accolas arborum, quaſi dicas, Bohmmarſer. Producit etiam aliam adhuc conjecturam. Scilicet probabile eſſe dicit, Pomeran. ab antiquis Svevis dictos fuiſſe Pohmarer/ quaſi dicas, Beym oder Peim Meere/ ex quo Vendos deinde feciſſe ſuum *Pomorska*, i. e. Pomerania, & *Pomorski* adjectivum. Ita hac de re diſſerit Micrælius *lib. II. Chron. Po-*

mer

mer. & lib. VI. Chron. Pomer. n. 3. p. 380. Sed antiquum hoc fuiſſe gentis nomen à Suevis impoſitum, nemini fortaſſe perſuadebitur, cum apud Veteres, qui has oras deſcripſerunt, nullum hujus nominis occurrat veſtigium. Et quomodo probare potuit Micrælius, apud quenquam, etiam ſequioris ævi Scriptorem, occurrere nomen *Bomarſorum* vel *Pomarorum*. Nomen quidem *Pomerii* occurrit apud Guntherum *in Ligurino lib. IV. circa princ. pag. 364.* ſed hoc propter metrum factum eſt; quamvis & Franc. Irenicus illo ſit uſus *lib. XII. Germ. Exegeſeos pag. 220. b. in Lit. P.* Sed de Bomarſis, quantum mihi conſtat, nihil reperitur. Rectius igitur hoc nomen exponunt alii, qui dicunt eſſe illud originis Slavonicæ & ſignificare *maritimos* populos ſive *maris accolas*. POMORZANIE, ait Dlugoſſus, *dicuntur eo, quod maris ſeptentrionalis oram maritimam incolebant, à quibus terra Pomerania eſt denominata.* Tom. I. Annal. Polon. *lib. I. pag. 44.* Idem habet Matth. à Michovia *lib. I. Chron. Polon. cap. II. pag. 8.* ut & Cranzius, Chytræus, Carion & alii plurimi. Nec diſſentit Paul. Frideborn. Chronici Stetinenſis Scriptor, qui *lib. I. Chron. Stetin. p. 8.* Pomeranos dictos eſſe vult, quia habitarunt prope

mare

mare (nechſt am Meer.) Idem habet Dan. Cramerus *lib. I. Chron. Pomer. Eccl. cap. IX. pag. 11.* Præterea quod hic maxime notabile eſſe exiſtimo, jam Sec. XII. poſt Ch. N. Poloni illud nomen non aliter intellexerunt. Nam Vincentius Kadlubko propterea Pomeraniam non raro ſimpliciter vocat MARITIMAM, ut *lib. II. ep. XXIX. p. 222. lib. III. ep. V. p. 261. Ep. XV. p. 292. lib. IV. cap. II. p. 394.* Boleslaum etiam *Crivouſtum* appellat invictiſſimum Polonorum & *Maritimorum* monarcham. *lib. III. ep. V. pag. 260.* Pomeranos etiam ſimpliciter appellat *Maritimos*, quæ proprie ex Slavonico hujus Provinciæ nomine translata ſunt. Sed objicit Micrælius, ex Polonis audiviſſe ſe, particulam *po* non eſſe idem, quod Germanicum bey / ſed bey eſſe Polonis *u*, adeoque bey dem Meer dicendum eſſe *u morza*, non vero *po morza*. Verum hæc ex ignoratione Linguæ Polonicæ fluunt. Et licet concederetur, *po* non ſignificare idem, quod bey / nihil tamen communi ſententiæ decederet, cum notum ſit, aliquando vocem aliud extra compoſitionem, aliud in compoſitione ſignificare. Ita ſi quis quæreret, utrum particula *in* ſignificet idem, quod *non*, neganda eſſet quæſtio, etiamſi in compo-

ſitione

ſitione maximè vim negandi habeat, ut in vocibus, *innocens*, *inconſtans*, *&c.* Sic etiam particula *po*, licet extra compoſitionem nihil aliud ſignificaret, quam auff / ut vult Micrælius (quod tamen Poloni aliter norunt) in compoſitione tamen idem poſſet ſignificare, quod bey / ut certè ſignificat in ſequentibus vocibus *Poziemny*, qui propè terram eſt, unde *fraga*, quæ ad terram naſcuntur, appellari ſolent *Poziemki*. Item *Pokatny*, quod idem eſt, ac ille, qui in angulo latet. Similiter *Polabianie* (Polabiani Slavica ad Albim) dicuntur accolæ fluminis *Labe*, i. e. *Albis*. Non ſecus *Porusſos* vel contractè *Pruſſos* dictos eſſe exiſtimat, Cluverus quam quod fuerint accolæ *Ruſſorum*, ut alibi oſtenſum eſt. CASSUBIORUM nomen etiam Slavonum eſſe, multi docent. *Kaſzubianie*, ait Dugloſſ. *à plicatione rugarum in veſtimentis, quibus primum veſtiri conſueverunt. Huba enim in Polonico ſive Slavonico dicitur Ruga. Kaſz autem dicitur plica in modo imperativo* lib. I. fol. 44. Eadem habet Matth. a Michovia *lib. I. Chron. Pol. cap. II. pag. 8. Tom. II. in Corp. Hiſt. Polon.* Conſentiunt his Carion *l. IV. Chron. non long. à pr.* Micræl. *lib. VI. pr.* Ad extremum WILCI, qui & LUTICI ſunt:

etiam VELATABI dicti ſunt, nomenà fortitudine ſortiti eſſe referuntur, ut ſupra Helmodum audivimus teſtantem; qua ratione autem illud à fortitudine derivari poſſit, non ab re quispiam dubitaverit. Hoc quidem certum eſt, quod Slavis *Wilk* idem ſit, quod *lupus*, & in numero Plurali *Wilci*, idem quod *lupi*. Inde igitur poſſent derivari, ac ſi eſſent *lupiná rapacitate*, vel etiam *robore* præditi: ſed obſtat Veterum Scriptorum auctoritas, qui à Francis eos fuiſſe *Wilzos* appellatos affirmant: à Slavis verò *Welatabos*. Sic enim Eginhardus, qui Sec. IX. floruit, loquitur: *His motibus ita compoſitis, Sclavis, qui noſtrâ conſuetudine Wilſi, propriè verò, hoc eſt ſuâ linguâ Welatabi dicuntur, illatum eſt bellum.* In Vita Caroli M. cap. XII. pag. 45. Gemina hic habet Conradus à Lichtenau, Abbas Urſpergenſis *in Chron. ubi de Carolo M. agit pag. 176. Edit. Argentorat. An. 1537.* Derivare igitur poſſumus vocem illam *Welatabi* à Salvonico *Wiele*, i. e. *multum*. Ita ut *Welatabi* dicantur iidem, qui *Wielodzielni* i. e. *Magnifici*, & qui maximas res geſſerunt. Forſan etiam Franci hoc nomen *Wilci*, quod ſciebant eſſe Slavonicum, his populis per contemptum impoſuerunt, quod Slavi averſabantur, *Welata-*

Lutabos ſeſe appellantes. Unde *Lutitiorum* nomen derivetur, vix poterit à quoquam determinari.

XIII. A Slavis igitur *Pomeraniæ* nomen Provinciæ huic impoſſitum eſſe, ex dictis, ut puto, manifeſtum erit. Sed & illud dubio non caret, quo tempore illud nomen huic Provinciæ fuerit impoſitum. Non fuiſſe nomen illud à primo Slavorum in has oras ingreſſu uſitatum, ſuſpicatur Vir quidam Clariſſimus in Diſſertat. *De Originibus Pomeranicis.* Sed quoniam quædam in ipſius verbis deſideramus, placet ipſa verba Viri Clariſſimi audire: *De Carolo vingico*, ait, *ævo omnis poſteritas in manibus habet Chronica, Annales, Diplomata, in quibus nihil eſt invenire de vocabulo Pomeranorum. Occurrunt Abotriti, Sorabi, Hevelli, Wilzi, cumque his Smeldingi & Linoves ſeu Linones. A Franc. Pith. ad Ann. 808. & Scriptor Vitæ Caroli M. pag. 271. Suurbi. ib. p. 255. ſed de Pomeranis nihil ſcio, quod occurrat. Neque eſt, cur aliter exiſtimem, de ſeculo, quod proximum eſt ſcil. X. niſi tamen omnis cura, qua in hoc excutiendo uſus ſum,*

me fallit; fulcitque ſententiam hanc, quod Pomeraniæ inſignior portio Slavonia uſque ad Penem fl. dicta ſit. Alb. Stad. ad An. 971. idem ad An. 984. Winulos memorat, quorum primos vocat Pomeranos ſuâ ætate Helmoldus lib. I. c. 11. Nec multo poſt Slavos ſubjicit Stadenſis: altum verò ibi ſilentium eſt de Pomeranis. Et poſtquam nonnulla de Origine nominis Polonici ſubjeciſſet, addit: *An verò non attinet hæc declarari magis, qui non dubitemus amplius, ſub tempus Henrici IV. Imperatoris iuvaluiſſe hoc nomen & Sec. XII. uſu magis tritum ad poſteros dimanaſſe.* Hæc ille. Hic primò dicimus, non ſatis firmiter concludi, nomen Pomeraniæ nondum Sec. IX. & X. fuiſſe exortum, quia à Germanicis Scriptoribus ejus nulla fit mentio. Nam ex ſuperioribus jam conſtat, Pomeraniam illis Seculis tantum dictam fuiſſe illam Pomeraniæ hodiernæ partem, quæ eſt inter Viadrum & Viſtulam: illos verò, qui occidentalem partem hodiernæ Pomeraniæ incolebant, aliis fuiſſe inſignitos nominibus. Conſtat etiam ex eorum temporum hiſtoria, Pomeranos ſpeci-

ſpeciatim ita dictos non fuiſſe ab Impp. Romanis bello unquam petitos. *Wilzi* quidem ſive *Welatabi*, ſub quibus *Chizzini*, *Circipani*, *Redarii* atque *Tolenzii* comprehenduntur, à Carolo M. ut & aliis Imperatoribus fuiſſe ſubjugati perhibentur: Vid. Eginhardus *in Vita Caroli M. cap. XII.* Witechindus Monachus Corbejenſis *lib. I. de Reb. geſt. Saxon. mult. ſupr. med. fol. 16.* Annales Francorum Fuldenſes *Tom. I. apud Marqv. Freher. An. 1600. Francof. ad An. 789.* Regino Prumienſ. *l. II. Chr. ad An. 789. p. 31.* Guntherus *in Ligurino lib. IV. circa princ.* Abbas Stad. *p. 83.* Abbas Vrſperg. *in Car. M. pag. 176.* Et alii. Sed quod Carolus M. aut ſucceſſores ejus Oderâ transmiſſo ad Pomeranos ſubigendos progreſſi ſint, non facilè apud authores antiquos invenias. Cum igitur illis temporibus Pomerani Germanis neque beneficio neque injuriâ fuerint cogniti, facilè eos præterire potuerunt. Primus Imperatorum, cui aliquid negotii cum Pomeranis interceſſit, videtur fuiſſe *Otto* III. circa fin. Sec. X. qui cum *Boleslaum* I. Chrobri Regem Polon. inviſeret, Gneſnenſi Archiepiſcopo dicitur Reinbertum Sanctæ Cholbergenſis Eccleſiæ Epiſcopum ſubjeciſſe. Dithmar. Mers-

 burg.

burg. *lib. IV. Chron. p. 83. Edit. Helmſtad. Joach. Maderi.* Sed quoniam de bellis, quæ *Boleslaus* & ipſius filius *Miſico*, ſive ut vulgò dicitur, *Miecislaus*, cum *Pomeranis* geſſerunt, nullam facit mentionem, itidem non eſt mirum, quod nomen Pomeraniæ apud ipſum non occurrat. Eodem autem Sec. XI. M. Adamus Bremenſis, dum de gentibus Slavicis ſibi ſcribere propoſuit, maximè Pomeranos etiam inter gentes Slavicas numerat, quem etiam, ut & in aliis, ſequitur Helmoldus, ut ſupra vidimus. Itaque ſi Adamus Bremenſis, Sec. XI. & Helmoldus Sec. XII. Pomeranorum mentionem faciunt, cur igitur laudatæ diſſertationis *Au*ctor miratur, apud Albertum Stadenſem, qui demum Sex. XIII. vixit, altum eſſe de Pomeranis ſilentium? Quamvis neque hoc ſatis accuratam Viri Clariſſimi curam oſtendat. Nam Albertus Stadenſis *loc. cit.* nihil peculiare de his gentibus, quæ inter Oderam & Viſtulam habitabant, recenſet, propterea ſufficiebat ipſi, hos populos omnes generali Winulorum titulo inſignire. Aliàs verò, quando de harum gentium converſione agit, non diſſimulat nomen Pomeranorum. *Vid. ad an 1118.*

Aſſ-

f. 155. a. 155. a. Editionis Reineri Reineccii Helmſtad. An. 1587.

XIV. Porrò neque hoc approbari poteſt, quod Vir. Clariſſ. dicit, *Pomeraniæ*, inſigniorem portionem, usque ad Penem fluvium illis temporibus (Seculo videlicet poſt. Chr. Nat. IX. X. XI. & XII. de quibus temporibus ibi loquitur) dictam fuiſſe *Slavaniam*. Nam Pomerania circa illa tempora fuit à reliquis Slavanicis Provinciis, ut à *Wilzis*, aliisque, diſtincta: poſt hæc verò demum acceſſit Pomeraniæ. Soliciti quidem ſunt hac de re Scriptores Pomeranici, ut nobis perſvadeant. circa initium Sec. XII. Pomeraniæ fines fuiſſe usque ad *Guſtroviam* urbem Mechelburgenſem extenſos. Sic enim Paulus Friedeborn *Svantiborum* Ducem Pomeraniæ, à quò vulgò ſtirps Ducum Pomeraniæ deducitur, à Viſtula usque ad Varnam fluvium ſine recognitione ſuperioris, regnaſſe ſcribit. *lib. I. Chron. Stetin. pag. 8.* Dan. Cramerus *Wartislaum I.* Svantibori filium Pomeraniæ usque ad urbem Mechelburgenſem Guſtroviam præfuiſſe tradit *lib. I. Hiſt. Eccl. cap. XI. pag. 18. ſeq.* Micrælius verò videns, nullum hæc in antiquitate habere fundamentum, diſertis verbis fatetur, non poſſe ſe certum

tempus determinare, quando Provinciæ Pomeranicæ coaluerint, (excepto Principatu Rugiæ & Güzkoviæ Comitatu, ubi certum tempus indicari poteſt, quô Pomeraniæ acceſſerint) exiſtimare tamen ſe ſcribit, ſub *Wartislao* I. id factum eſſe. *lib. II. Chron. Pom num. 65. p. 224.* Nos exiſtimamus demum *Wartislai* I. filios *Boguslaum I.* & *Caſimirum I.* Wilzorum ſive Lutitiorum provinciis jugum impoſuiſſe. Nam *Henricus* Obotritarum ſive Mechlenburgenſis Princeps, qui eodem tempore cum Wartislao I. Duce Pomeranorum vixit, dicitur adhuc præfuiſſe ipſis Pomeranis. Sic enim eâ de re loquitur Helmoldus, qui poſt tempora Wartislai I. Pom. Ducis Chronicon ſuum ſcripſit, nempe An. 1140. *Servierunt*, ait ille, *Romanorum populi Henrico ſub tributo, quemadmodum VVagiri, Polabi, Obotriti, Kyzini, Circipani, Luticii, Pomerani, & univerſæ Slavorum Nationes, quæ ſunt inter Albiam & mare Balticum & longiſſimo tractu protenditur usque ad terram Polonorum.* lib. I. Chron. Slav. cap XXXVI. (XXXVII.) Poſt Helmoldi igitur tempora *Boguslaus* I. Dux Pom cùm Mechelburgenſes Principes inter ſe

de ſuc

de ſucceſſione decertarent, præſertim cum *Pribislao* Nicloti filio ſuppetias tuliſſet, eumque in Ducatum Mechlenburgenſem reſtituiſſet, videtur ſibi Wilzos ſubjeciſſe, quamvis varia & poſt hæc tempora ob has provincias geſta ſint bella inter Principes Mechelburgenſes, Rugianos & Pomeranicos, ut ex Helmoldo, & ipſo Micrælio apparet. Errare autem mihi videtur Æneas Sylvius, qui etiam *Roſtochium* atque *Wiſmariam* Pomeraniæ accenſet. *In Statu Europæ ſub Friderico III. Imp. cap. XXIII. pag. 68. Tom. II. Script. Germ. à Marqv. Frehero editorum*; cujus veſtigia legit etiam Franc. Irenicus *lib. XII. Germanicæ Exegeſeos fol. 220. b. in Lit. P.* Et hæc ſufficiant de Slavis.

XV. Tandem, ut ad tertiam periodum SAXONICAM accedamus, lubet inquirere, quando metamorphoſis illa contigerit, ut Pomerani, qui antea fuerunt Slavicæ ſive Venedicæ gentes, Germanorum habitum, linguam, mores aſſumſerint. Nimirum cum Sec. XII. *Boguslaus I.* & *Caſimirus I.* Vartislai filii & Svantibori nepotes, Duces Pomeraniæ, ex una parte ab *Henrico Leone* Duce Saxonum & Bavarorum, ex alterâ verò à Rege Daniæ *Valdemaro*, cui ſuppetias ferebat

rebat *Jaromarus* Princeps Rugiæ, premerentur, ſolicitante Friderico I. Barbaroſſa Imperatore, facti ſunt An. 1181. Duces S. R. Imperii. *Fridericus Barbaroſſa*, ait Saxo Grammaticus, *Boguslaum & Caſimirum datis ſolenniter aquilis Slaviæ Duces appellat*. lib. XV. Hiſt. Dan. pag. 371. *Edit. Hafnienſ. à Stephano Stephanio procuratæ*. Alb. Cranz. *lib. VI. Wandal. cap. XIV.* Conf. Micræl. *lib. II. n. 86.* Ex eo tempore tantum Duces Pomeraniæ occidentalis in Slavos conceperunt odium, ut habitu in Germanicum mutato, è Pomerania Slavos eliminare conſtituerint. Eapropter è *Saxonia & Brunſvicenſi* Ducatu ingentem multitudinem hominum evocarunt, quibus, magnis immunitatibus conceſſis, agros colere, commercia tractare, novasq; urbes condere permiſerunt. Quin etiam latâ lege Slavos ab omnibus publicis muniis & dignitatibus arcendos voluerunt. Ea occaſione Slavi verſo pedetentim ſolo, translatisque coloniis ad extimos usque Pomeranorum commigrarunt, uti refert Joan Iſacius Pontanus *lib. VI. Rer. Dan. ad an. 1188. pag. 280.* Addit Paulus Friedborn, quod Germani, cum partim nova Pomeraniæ & Rugiæ loca inſediſſent, partim Slavis ſe hinc atque inde immiſcuiſſent,

Digitized by Google

ſent, Veteres colonos intra LX. vel LXX. annos planè oppreſſerint. Legis autem à Ducibus latæ, de Slavis ab omnibus dignitatibus excludendis, non meminit, ſed Germanos hanc legem inter ſe conſtituiſſe docet. *lib. I. Chron. Stetin. p. 6.* Conf. Micræl. *lib. III. Part. I. num. 6. pag. 309.* Longiùs tamen uſum Slavicæ lingvæ in Pomerania extendit Joan. Iſacius Pontanus, nempe usque ad Sec. XV. ad an. 1404. Dum autem hæc gererentur in Pomerania Occidentali, Pomerania interim Orientalis ſuos retinuit mores, & lingua. Quid quod Principes illius, averſati Principum Occidentalis Pomeraniæ facta, Poloniam reſpicere cœperunt, donec tandem tota illorum Provincia ſub imperium conceſſerit Polonorum.

XVI. Hactenus generatim Populorum Pomeranicorum inquiſivimus Origines, jam ulterius pedem promovemus, ſpeciatim originem *Principum, Nobilium, Urbium*, & denique *Chriſtianiſmi* in Pomerania, inveſtigaturi. Ordiemur jam à PRINCIPIBUS Pomeraniæ. Antiquiſſimis temporibus, cum *Vandali Svevique* has obtinerent oras, utrum accolæ maris Baltici habuerint Reges, ſive Principes ſuos, qui jure monarchico ſuis præ-

præeſſent, dubitari poteſt. Nam Julius Cæſar de Germanorum populis generatim ſcribit: *In pace Germanis nullum communem eſſe magiſtratum, ſed principes Regionum atque pagorum inter ſuos jus dicere controverſiasque minuere.* l. VI. de Bell. Gall. ante med. Verùm Corn. Tacitus, cui res Germanicæ fuerunt penitius cognitæ, Reges Germanis tribuit: *Reges*, inquit, *ex nobilitate: Duces ex virtute ſumunt. Nec Regibus infinita aut libera poteſtas: & Duces exemplo potius, quam imperio, ſi prompti, ſi conſpicui, ſi ante aciem agant, admiratione præſunt.* cap. 7. de Morib. Germ. *Svevis* datum fuiſſe à Druſo Regem nomine Vannium, docet nos Tacitus *lib. XII. Annal. cap. XXIX.* quod tamen de noſtris Pomeranicis Svevis intelligendum non eſt, cum Druſus in has oras non penetrarit. At verò *lib. de morib. Germ. cap. XLIII.* diſertis verbis teſtatur Tacitus, harum regionum incolas paruiſſe ſuis Regibus. Sic enim ait, *Trans Lygios Gothones regnantur paulò jam addictius, quam cætera Germanorum nationes; nondum tamen ſupra libertatem. Protinus deinde ab Oceano Rugii & Lemovii, omniumque harum gentium inſigne, rotunda ſcuta, breves gladii, & erga Reges obſequium.* De Gothis eadem ſcribit Jornan-

des

Digitized by Google

des *lib. de Reb. Geticis cap. IV.* Ex quibus firmiter concludere poſſumus, *Vandalicas* has gentes habuiſſe Reges, quorum tamen valde limitata fuit poteſtas. Julii Cæſaris autem verba de quibusdam tantum populis Germanicis intelligenda erant. Et hæc de prima periodo.

XVII. In ſecunda Periodo quæri poteſt, an à primo Slavorum in has oras ingreſſu, Pomerani Principes ſive Duces ſuos habuerint? Affirmant id Poloni, dum Pomeranos Regibus vel Ducibus Polonorum fuiſſe ſubjectos aſſerunt. Negat Joannes Micrælius, nixus teſtimoniis Dithmari Mersburgenſis & Helmoldi. Ille enim de *Lutitiis* agens diſertis verbis dicit: *Illis Dominus ſpecialiter non præſidet ullus. Unanimi Conſilio ad placitum ſuimet neceſſaria diſcutientes, in rebus efficiendis omnes concordant.* lib. VI. Chron. p. 136. Hic verò, cum populos Slavorum enumeraſſet: *Rani*, inquit, *qui & Rugiani, gens fortiſſima Slavorum, qui ſoli habent Regem, extra quorum ſententiam nihil agi de publicis rebus fas eſt, adeò metuuntur propter familiaritatem Deorum vel potius Dæmonum.* lib. I. Chr. Slav. c. II. Nos noſtram ſententiam paucis aperiemus. Cum adhuc Slavi in Sarmatia degerent, non fuerunt ſubjecti Regibus, ſed

ſed populari imperio adminiſtrabant Reſpubl. ſuas, teſte Procopio *lib. III. de Bel. Goth. cap. VII. p. 542. Edit. Baſil. in 8.* Migraturi verò in Germanorum Provincias, veriſimile eſt, quod ſinguli populi Slavici, ſingulos ſibi elegerint migrationis Duces, ut *Poloni* Lechum, *Bohemi* Zechum, & ſic forſan alii alios. Occupati Germanorum Provinciis, cum Slavi neminem reperirent, qui ipſis reſiſteret, plerique ipſorum imperiorum populare reduxerunt, aut Optimatibus, ut Poloni, Rempubl. gubernandam commiſerunt. Poſtea etiam ſimul ac bellum cum aliqua gente ipſis erat exortum, creabant ſibi Deces belli, quorum tamen poteſtas finito bello finiebatur. Ex his Ducibus deinde quidam, rebus contra hoſtes ex voto geſtis, populari favore hæreditarios adepti ſunt Principatus, ut Obotritarum Dux Bilungus aliique. Jam quod ſpeciatim ad *Pomeranos* hodiernos, quorum Origines inquirimus, attinet, inter illos *Wilzi* ſive *Lutitii*, qui in Pomerania Occidentali habitabant; à primo ingreſſu usque ad Sec. XI. quo Chronicon ſuum ſcripſit Dithmarus, non habuerunt Principes hæreditarios, ut teſtem audivimus Dithmarum Mersburgenſem, licet etiam ſuos aliquando habue-

buerint belli Duces, ut fuit princeps ipſorum Wizan & alii. Reliqui Pomerani intra Viſtulam & Viadrum habitantes, qui tum ſoli Pomeranorum nomine celebrabentur, à primo in has oras ingreſſu, itidem proprium non habuere Ducem: an verò Polonorum Ducibus tunc fuerint ſubjecti, incertum eſt, nec quenquam hoc determinare poſſe exiſtimo, cum neque Polonis, neque Pomeranis ulla ſuperſint Veterum rerum monimenta: alii etiam eorum, ut remotiorum rarò meminerint. Per illa verò tempora, quibus Dithmarus Chronicon ſuum ſcripſit, nempe Sec. XI. jam ſuos habuere Duces hereditarios, ut Micrælius vult, quamvis alii à *Svantiboro* demum, qui anno Chr. 1107. obiit, hiſtoriam Pomeranicam ordiantur. Hinc etiam patet, verba Helmodi (qui jam Sec. XII. circa an. 1140. adeoque poſt tempora Svantibori Chronicon Slavicum ſcripſit) paulò ante citata ita eſſe intelligenda, quod Rugii ſoli inter omnes Slavicas gentes tunc hodiernam Germaniam incolentes habuerint Reges (Hos enim populos tantum Slavorum nomine ſolent appellare illorum temporum Scriptores:) vel etiam, quod ſoli Rugii habuerint Regem, qui ſuis abſolute præerat.

erat. Quamvis fatear & hic eſſe, quæ Helmoldo objici poſſint.

XVIIII. Porrò dubium eſt, utrum illi Pomeraniæ Duces à Svantiboro deſcendentes, ex Veteri *Vandalorum* & *Gothorum*: an verò ex Slavorum genere, fuerint oriundi? Ab antiquis *Vandalis* vel *Gothis* eos deducit Joan. Micræl. *lib. II. Chron. Pom. num. 207. ſeq.* hâc conjecturâ motus, quod antiqui in inſignibus ſuis habuerint volantem draconem, ex quo Principes hi feciſſe videntur volantem gryphem; magisque fulcire ſententiam ipſius videtur illud, quod in inſignibus Uſedomenſium pingitur gryps cum cauda piſcis alicujus, quo gryps expreſſus dici poſſet. Et licet l. c. ſententiam hanc in medio relinquere videatur, alibi tamen, nempe *lib. III. Part. I. num. I. pag. 304.* ſimpliciter aſſerit, eos ex antiquo Svevorum genere oriundos. Verùm, ut Micrælius ubique ferè animum à Slavis abalienatum oſtendit, ita hic etiam eundem occultare non poteſt. Indecorum fortaſſe tantis Principibus fore exiſtimat, ſi Slavis originem ſuam debere deprehenderentur. *Sed* quænam, quæſo, prærogativa hæc eſt, potius à barbaris Germanorum, quam à Barbaris Slavorum populis derivari? Neutra gens caret ſuis virtutibus, neutra ſuis vitiis.

vitiis. Et ſi comparatio inter has gentes eſſet inſtituenda, fortaſſe Slavi Germanis veteribus virtute nunquam fuere ſecundi. *Humanitatem* certè & *hoſpitalitatem, morumque honeſtatem* apud Slavos deprædicat Helmoldus *lib. I. Chron. Slav. cap. II.* Vitia quoque varia Germanorum averſatos fuiſſe quondam Slavos, teſtantur veterum monumenta. Saxonum avaritiam ipſis fuiſſe exoſam, notant Adam. Bremenſ. *lib. III. Hiſt. Eccl. c. XXV. pag. 98.* & Helmold. *lib. I. Chron. Slav. c. II.* Furta quoque Germanorum fuiſſe cauſam, quod non adeo facile Chriſto nomen dederint Slavi, agnoſcit etiam Dan. Cramerus *lib. IV. Chron. Pomer. Eccl. pag. XXII.* Ex quibus patet, *glorioſum* hoc *Slavorum* nomen tantis Principibus non fuiſſe indignum. Conjectura Beati Micrælii nihil probat, ſed magis pro nobis facit. Si enim Principes illi ex Gothico ſanguine eſſent oriundi, retinuiſſent etiam illud ſignum draconis volantis: quoniam autem hoc mutarunt, indicio nobis hoc eſt, nihil illos cum Veteribus Gothis Svevisque voluiſſe habere commune. Deinde Duces antiqui Pomeraniæ Ducatum illum non obtinuerunt, à primo Slavorum in Pomeraniam ingreſſu. Micrælius enim

ipſe illud propugnat, & quidem rectè, primis illis temporibus Slavicas gentes ſine Regibus & Ducibus vixiſſe. Non eſt igitur veriſimile, Slavos ſibi Principes fuiſſe ſumpturos ex antiquis Germanis ortos, cum ſine dubio magna Slavonicæ gentis Nobilitas præſtò eſſet. Pro noſtra autem ſententia, qui exiſtimamus, Sereniſſ. illos Principes fuiſſe Slavicæ Originis, facit illud, quod linguâ Slavonicâ, habitu, moribusque Slavonicis fuerint uſi, ut conceditMicrælius *lib. II. num. 57. p. 208.* quod etiam eò usque verum eſt, ut Duces Pomeraniæ Orientalis, Occidentalibus ad Germanicos mores transeuntibus, Slavicos mores & habitum pertinaciter retinuerint; illos autem ob mutationem illam maximo proſecuti ſint odio, ut iterum teſtatur ipſe Micræl. *lib. III. Chron.* Ex dictis igitur concludimus, Seren. Duces Pomeraniæ ex Slavis fuiſſe oriundos.

XIX. Verùm hic ſe iterum nobis inexplicabiles offerunt difficultates, à quonam Duces illi ſint conſtituti. Videlicet utrum à Pomeranis ipſis electi, an vero à Polonis gentibus his maritimis præfecti? Polonici Scriptores, quotquot typis exſcripti ſunt, omnes tradunt, Leſcum III. Ducem Polon. Sec. XI. habuiſſe præter Popielum alios viginti filios illegitimos, inter quos

Re-

Regnum Polonicum, Provinciaſque ad illud pertinentes, in quibus & Pomerania fuit, diviſa fuiſſe ferunt. Quamvis vero hos omnes Popielus tentaverit veneno è medio tollere, poſteritatem tamen eorum in provinciis illis imperium continuaſſe. Vid. Vincent. Kadlubko *lib. I. Chron. Polon. epiſt. XVI. pag. 77. ſeq.* & Commentator ejusdem. Dlugoſſus, Cromerus, Neugebauerus & alii. Quamvis inter hos primi ſibi non ſemper conſtent. Nam Dlugoſſus lib. II. Annal. fol. 151. de Boleslao I. Rege Polon. loquens ait: *Principabantur tunc in illis (Pomeranis.) 20 Principum à Popiel extinctorum Nepotes, quos Boleslaus Rex de ſangvine Regio ſciens creatos & illos ſibi conſobrinos eſſe, innata tractavit munificentia & ſingulis liberalitatis ſuæ dona tribuens, nihil ſibi de illorum Principatibus & Regionibus, præter feudalem obedientiam ac ſubjectionem, reſervavit, rem non contemnendæ honeſtatis ponderisque exiſtimans, ſi regnum ſuum Poloniæ & ſuam integritatem, reſumeret & frequentiam tot Principum haberet feudalium ſubjectorum.* At ſub Miecislao II. filio Boleslai Chrobri nulla Principum illorum mentione facta: *Excutere* inquit, *jugum & ab obedientia Regis Miecislai & Regni Poloniæ ſe ſolvere Pomerani, aliorumque defectionem & exemplum ſecuti tentaverunt. Principali enim Nobilitati, & quæ*

apud illos opibus, Prudentia & felicitate præſtabat, faſces Regiminis deferunt, eumque ſibi in Principem creant & aſſumunt. ad An. 1032. lib. II. pag. 17. Sub Vladislao Hermanno in fin. Sec. XI. Pomeranos omnes Præfectos à duce Poloniæ impoſitos trucidaſſe refert. *lib. IV. ad an. 1091. pag. 288.* Deinde à Boleslao Crzywouſto referunt Scriptores Polonici, datum eſſe Præfectum Pomeranis ex gente *Gryphorum*, à quo dicunt ortos eſſe Duces Pomeraniæ, qui adhuc Gryphem in inſignibus ſuis habent. Porro Caſimirus juſtus Dux Poloniæ, filius Boleslai Crzywouſti natu minimus etiam alios Duces Pomeraniæ inſtituiſſe fertur. Sic enim de illo Vincentius Kadlubko: *Leszkoni*, ait, *Provincias paterno relictas teſtamento confirmat. Præſidi eorundem omnibus prædito virtutibus, Principi Sironi ejus curam committit: ejusdem Sironis Nepoti Samborio Gedanenſi Marchia inſtituto, quendam quoque, cui nomen Boguslaus ſive Bedoarius maritimis Ducem conſtituit.* lib. IV. Chron. Polon. cap. IV. pag. 458. Hunc autem Boguslaum antea jam vocaverat *generum Miecislai Senis*, qui fuit frater Caſimiri *lib. IV. cap. II. pag. 394.* Commentator Kadlubkonis, qui poſt tempora Vladislai Jagellonis vixit, ante Dlugoſſum tamen, *pag. 460.* dicit Caſimirum conſtituiſſe Boguslaum Marchiæ in-

inferioris Ducem i. e. Pomeraniæ, quam Marchiam nominant inferiorem, ut alia dicta fuit Marchia Gedanenſis. Ante tempora vero Caſimiri Juſti Gniewomirum quendam *Maritimæ Præſidem* à Boleslao Crivouſto fuiſſe conſtitutum, refert Kadlubko *lib. III. Chron. Pol. epiſt. V. p. 261.* Plures contradictiones producit ipſe Martin. Cromerus *lib. VI. de Ort. & Reb. geſt. Polon. ſub Caſimiro Principe.* Hæc ex Polonicis Scriptoribus. Pomerani hæc omnia negant. Micrælius Pomeranos ipſos ſibi creaſſe Principes refert. *lib. II. Chr. Pom. num. XXXI. pag. 172.* Ex his, quid ſit credendum, vix apparet. Dlugoſſo certe fides haberi non poteſt, qui ſibi aperta fronte contradicit. Sed quid de Kadlubkone dicam, vix reperio. Hic enim, licet multa fabuletur, de veteribus Poloniæ Ducibus, ut de Leſconis ſive Leſci III. bellis cum Julio Cæſare geſtis, de M. Craſſo in Pruſſia à Parthis cæſo, aliisque nugis; hic tamen ipſi fides non videtur eſſe deneganda, cum ea de Caſimiro, & quod obſervatu dignum magis eſt, juſſu hujus Caſimiri, ſcribat, quæ ipſe oculis ſuis vidit. Nec potuit fere tum mala fide agere, cum omnia hæc in recenti omnium memoria hærerent. Quicquid tamen ejus rei ſit, relatio hæc Kadlubkonis, ſi ſimpliciter, prout verba ſe habent,

 intel-

intelligatur nullo modo tolerari poteſt. Poſtquam enim Pomerani ad fidem Chriſtianam fuerunt converſi, innotuerunt ſtatim exteris, apud quos etiam illorum crebra eo tempore fit mentio. Inde etiam à Svantiboro, qui initio Sec. XII. vixit, non interrupta ſerie Duces Pomeraniæ à Scriptoribus numerantur. Hujus Svantibori filius, aut ex filio Vartislao Nepos, fuit Boguslaus ille, de quo Vincentium Kadlubkonem audivimus dicentem. Cum igitur hæc ex Helmoldo, Arnoldo Lubecenſi, aliisque, maxime ex monumentis Olivenſibus deduci poſſint, fides certe Kadlubkonis periclitatur. Martinus Cromerus inter Hiſtoriæ Polonicæ conditores facile Princeps agnoſcit quidem perplexos hic eſſe Scriptores Polonicos; putat tamen illa conciliari poſſe eo fere modo, ſi dicamus, Pomeraniam occidentalem jam ante ſuos habuiſſe Duces. Caſimirum vero in Ducatu Stolpenſi & diſtrictu Gedanenſi alios inſtituiſſe. Vid. Crom. *lib. VI. de Ort. & Reb. geſt. Polon. pag. 507. ſeq.* Forſan etiam dici poſſet, *conſtituere* apud Kadlubkonem idem eſſe, quod *confirmare*, cum notum ſit, illos Principes Svantiborum ejusque filios Wartislaum, Boguslaum, Ratiborum & Svantipolcum fuiſſe Polonorum Ducibus aliquo modo obno-

obnoxios, ut fatentur Cramerus & Micrælius. Sed nobis non ſumimus tantas componere lites. Dolemus potius, ſtirpem tantorum Principum An. Chr 1637. in Boguslao XVI. extinctam. In eo tamen nobis favit fortuna, quod ex hac ſtirpe per lineam maternam oriundum, *Sereniſſimum atque Celſiſſimum Dominum, Dominum* ERNESTUM BOGUSLAUM S.R.I. *Principem Croji & Arſchotti Ducem*, &c. &c. &c. adhuc nobis liceat venerari.

XX. His ita expeditis progredimur ad NOBILITATEM Pomeranicam, de qua tamen pauca. Certum eſt, fuiſſe primis illis Vandalorum temporibus multas Nobilium familias, ex quibus Reges etiam eligi ſolebant, non tantum cœteros Germanos, ſed etiam apud Pomeranos. Sic enim Tacitus: *Reges ex nobilitate, Duces ex Virtute ſumunt.* lib. de M. G. cap. VII. Et cap. XI. *De minoribus*, inquit, *rebus principes conſultant, de majoribus omnes, ita tamen, ut ea quoque, quorum penes plebem arbitrium eſt, apud Principes pertractentur.* (rectius prætractentur) Item cap. XII. *Eliguntur*, ait, *in iisdem Conciliis & Principes, qui jura per pagos vicosque reddunt. Centeni ſingulis ex plebe co-*

mites, conſilium ſimul & auctoritas adſunt. Itaque ſi Comites creabantur ex plebe, principibus in jure dicundo adjungendi, utique Principes fuere nobiliori loco nati. Vid. Conring. *Exercit. de Civib. Imp. num. XV. ſeqq.* His præſuppoſitis, quæritur, utrum adhuc hodie ex illa Nobilitate quædam familiæ ſuperſint? Joannes Micrælius exiſtimat, omnes illos, qui jura Caſtri habent dicuntur (die Schloßgeſeſſene) aliosque nobiles habent ſubinfeudatos ſive ſubvaſallos, inter quos etiam quidam officia hæreditaria gerunt, ex antiqua Nobilitate Svevica, Vandalica & Gothica eſſe oriundos. Ejusmodi ſunt ZWERINII Culinæ præfecti hæreditarii. MOLZANII Marſchalli hæreditarii in Ducatu Stetinenſi. FLEMMINGII hæreditarii Marſchalci Ducatus Pomeraniæ. BUGENHAGII Marſchalli hæreditarii in Principatu Rugiæ & Barth, quorum Subvvaſalli ſunt die Hagenowen/ die Ewerde. EIKSTEDII Camerarii hæreditarii, qui habent ſuos Subvaſallos in Marchia Brandeburgica, quæ dicitur media, etliche von den Pfülen und Köterizen. WVSSOVII Pocillatores hæreditarii. BORKII, quorum Subvaſalli ſunt die Usbecken/ Lockſteten/ Meſeriche/ Droßdowen/ Preußen/ Melline zu Reiſekow/

ſekow / Prechel / Knuten / Zaſtrawen / Kettler. WEDELII, quorum Subvaſalli ſunt die Sager / Lenzen / Vogte. DEVITII, quorum Subfeudarii ſunt die Prechel / Hanowen / Weger / Süringe und Klempzowen. OSTII & *Blucherii*, quorum Subvaſalli die Borentine. MANTEVFELII, quorum Subvaſalli ſunt die Kricſen. KAMMELII Marſchalli hæredit. in Epiſcopatu Caminenſi Subvaſallos habent die Flattawen. ZOEZENOVII habent die Redeln Subvaſallos. RAMMINII, AVSTINII, NEVKIRCHII, SCHVLENBVRGII. Hos inquam omnes Micrælius putat ex vetuſta Nobilitate Vandalica & Gothica oriundos *lib. III. Chron. Pom. num. 35. & lib. VI. num. 43.* Hæc vero illa ratione nixus aſſerit, quod nusquam allegentur ut advenæ. Verum, niſi hæc certioribus ſtabiliantur fundamentis, quis non videt, meras has eſſe conjecturas? Non enim veriſimile eſt, Venedos ſive Slavos, cum has oras eſſent ingreſſi, hic reperiſſe tot tamque potentes familias Veterum Germanorum, cum tot bellis, totque migrationibus in Italiam, Galliam, Hiſpaniam, ut & in Africam inſtitutis, dubio procul fuerint penitus exhauſtæ. Et licet illas inveniſſent, quis crederet, tantam Slavi-

ci populi Nobilitatem, quæq; tot Scriptoribus, imo ipſi etiam Micrælio celebratur, antiquis illis Vandalorum reliquiis fuiſſe ceſſuram? Veritati ergo magis conſonum eſt, ſi aſſeramus à Sec. VII. in Pomerania non niſi Slavonicas floruiſſe familias. Ex quarum una fuit ille *Gniewomirus*, qui in urbe ſua Vielun ſe contra Boleslaum III. Ducem Poloniæ defendit, cui poſtea Boleslaus urbem reddidit, Præſidemq; eum Pomeraniæ conſtituit. Vincent. Kadlubko *lib. III. cp. V. p. 261. & cp. VII. pag. 269.* Deinde vero, cum Boguslaus I. & Caſimirus I. Duces Pomeraniæ facti eſſent Principes Imperii Germanici, Nobilitas Germanica ex variis Provinciis huc confluens efflorescere & Slavonica opprimi cœpit. Qui vero ex Slavonis abjuratis Slavonicis moribus ſe ſuis Principibus conformabant, eos veriſimile eſt, licet Slavi fuerint, ad majores dignitates evectos, aut ſaltem pari cum cæteris Germanis dignitate fuiſſe habitos. Rectius igitur alii Pomeranorum Scriptores notant, circa An. Chr. 1179. demum præcipuas ex Saxonia & Brunsvicenſi Ducatu huc commigraſſe familias, vel ut ipſe Micrælius fateri cogitur *lib. VI. n. 42.* Denominantur etiam quædam familiæ, quæ Sec. XII. huc commigrarunt, ut *Blanken*

Digitized by Google

kenburgii, *Ramelii*, *Hornii*, *Plati*, *Lankii*, *Munchhuſii*, *Winterfeldii*, Micræl. *lib. VI. num. 42. pag. 448.* Paul. Fridebornius addit plures, ut die von der Leine/ von der Heine. *lib. I. Chron. Stetin. p. 6.* Reliquas nobilium Pomeraniæ familias aliis peritioribus enumerandas relinquo, in quod ſtudium invigilare dicitur Alb. Elzovius, cujus *Speculum Nobilitatis Pomeranæ & Principatus Rugiæ* expectamus.

XXI. Progredimur jam ad URBES Pomeranorum Veterum. Extitiſſe quasdam urbes jam Julii Cæſaris tempore probare Micrælius annititur. Præſertim vero id de JULINO, quod hodiè *Wollinum* appellatur, probat, quod Julium Cæſarem auctorem ſui nominis nuncupet; non quidem eo modo, acſi Julius Cæſar hanc Urbem à ſe conditam à ſuo quoque nomine denominaſſet; ſed fortaſſe, quia tempore Octavii Auguſti Domitius cum aliquot navibus ad inſulam Wollinenſem appulit, ibique in honorem Julii Cæſaris columnam, ut itineris ſui terminum erexit; ad quam deinde populi confluxu facto urbs condita, *Julinum* à columna dicta eſt: aut etiam, quid Vandalici quidam Principes apud Julium Cæſarem ſtipendia merentes, poſtea domum reverſi, in honorem Julii

Julii Cæſaris urbem illam condiderunt. Aut denique, quia Vandali Veteres cum Romanis bella gerentes, virtute Julii Cæſaris, licet ſui hoſtis, capti, in illius honorem urbem hanc exſtruxerunt. Ut ſuſpicatur Micrælius *lib. I. Chron. num. 70. p. 105. ſeqq.* Probabilis hæc ſententia poſſet reddi ex eo, quod Julienſes *Julium* vel *Julii haſtam* coluerunt, ut refert Auctor Anonymus Vitæ S. Ottonis. Ab eodem Julio Cæſare WOLGASTUM urbem exſtructam eſſe, ideoque apud urbaniores ſuo tempore vocatam fuiſſe *Juliam Auguſtam*, refert Helmoldus *lib. I. Chr. Slav. cap. XXXVIII. (XXXIX.)* SUNDAM etiam, quæ Poſtea dicta eſt *Straleſundia*, conditam fuiſſe centum annis poſt Chriſtum Nat. à *Sunnone* Francorum Rege filio Richimeri Regis, tradit Trithemius *lib. de Orig. Franc. p. 7.* citante Micrælio *lib. I. n. 72. p. 109.* Adjungi his poſſunt Fabulæ Vincentii Kadlubkonis, qui Leſconem III. Regem Polon. cum Julio Cæſare bella geſſiſſe, eundemque ſuperaſſe refert, tandem *Juliam* Julii Cæſaris ſororem in uxorem duxiſſe, à qua *Julinum* conditum eſt. *lib. I. Chr. Polon. ep. XVI. p. 78. & 80.* quamvis id de *Julino* intelligat, quod poſtea *Lublinum* appellatum eſt. Lublinum autem

Digitized by Google

autem eſt oppidum in eadem Inſula Wollinenſi, quod Joannes Nauclerus appellat *Lubin*, Micrælius vero *Lebbin*, in Tabul. Geogr. *Lublini* ejusdem fit mentio & apud Auctorem Anonymum à Valerio Jaſchio editum. Porrò Micrælius ètiam tempore Vandalorum fuiſſe conditas refert urbes ſequentes, *Barth, Chollenbergam, Lebenburgum, Freyenwaldiam, Damgartum, Grypſwaldiam, Greyffenbergam, Greiffenbagam* & alias. Idque generatim probat ex eo, quod tempore Slavorum jam ubique ab Auctoribus citantur: A Slavis autem conditæ eſſe non poſſunt, quia Germanicis inſignitæ ſunt nominibus. De *Anklamo* civitate idem probat, quod Veterum *Anklorum* ſive *Anglorum* nomen referat. Verum vel ex antè dictis conſtat, hæc incerta, pleraque etiam falſa eſſe. Nam primum dictum eſt num. I. tempore Strabonis has oras Romanis planè fuiſſe incognitas, quomodo igitur à Julio Cæſare, vel Auguſto potuerunt hic urbes exſtrui? Deinde idem Strabo diſertis verbis teſtatur, nullas ſuo tempore in Germania fuiſſe urbes. Hæc enim ſunt ejus verba: *Maxima eſt Svevorum Natio: Nam & à Rheno ad Albim usque pertingit*

&

& trans Albim habitant pars eorum, ut Hermunduri & Longobardi, atque nunc quidem hi fugâ factâ omninò in ulteriorem regionem ſe conjecerunt. Certè omnium eſt, qui iſtis in locis degunt, facilis & expedita ſoli mutatio ob tenuitatem victus, & quod neque colunt agros neque fructus recondunt: ſed in caſis habitant, ſtructura in unum diem conſtantibus, cibus eis à pecore plurimus, ut & Nomadibus, quorum etiam imitatione rebus ſuis in currus impoſitis facilè cum pecore ſuo abeunt. quo viſum fuerit. lib. VII. Geogr. pag. 290. ſeq. Imò cum jam ſeptentrionalia hæc loca Romanis innotuiſſent, idem tamen de Germanis universè refert Cornelius Tacitus: *Nullas*, ait, *Germanorum populis urbes habitari ſatis notum eſt: ne pati quidem inter ſe junctas ſedes. Colunt diſcreti & diverſi, ut fons, ut campus, ut nemus placuit.* lib. de Morib. Germ. c. XVI. Fuerunt quidem poſtea multis in locis pagi conditi, quos etiam urbes nominavit Ptolemæus, qui poſt Tacitum ſub Antonio Imp. ſuam ſcripſit

Digitized by Google

pſit Geographiam. Recenſet autem Ptolemæus in his locis, *Laciburgum, Bunitium, Viritium, Virunum, Rugium.* RVGIVM, quod fuerit in Pomerania ſitum, jam ſupra probavimus. VIRITIVM hodiernum *Piriz* eſſe quidam contendunt. LACIBURGUM & BUNITIUM ad Ducatum Mechelburgenſem referuntur. VIRINUM ſitum fuit in Marchia Verana. Quod vero hæ non fuerint urbes muris cinctæ, ſed tantum vici, probatur non ſolum ex illorum temporum ſimplicitate, ſed etiam ex Herodiano, qui Sec. III. vixit. Hic enim lib. VII. Hiſtoriæ, cum dixiſſet: *vicos omnes incendendos diripiendosque militibus conceſſit*, addit: *Namque oppida eorum* (τὰς πόλεις αὐτῶν) *atque ædificia omnia ignis depaſcitur.* Conf. Herman. Conringius *in Diſp. de Urbib. German. num. XXI. ſeqq.* Ex eo verò, quod temporibus Slavorum dictæ urbes paſſim memorantur, non ſequitur, illas à Slavis non eſſe conditas, ſed à Vandalis. Nam à Sec. *VI.* usque ad *IX.* pauciſſima de Slavis apud Veteres Hiſtoricos leguntur, quo temporis ſpacio multa potuerunt condidiſſe caſtella, quibus ſe, ut advenæ, novique harum regionum incolæ, tutari poſſent contra finitimorum incur-

curſiones. Neque tamen illud præfractè negaverim, fuiſſe Vandalorum temporibus quosdam vicos, qui ſucceſſu temporis à Slavis ſive Venedis in loca Vandalorum ſuccedentibus muris cincti ſunt, retentis antiquis Vandalicis nominibus. Non erunt igitur hæc abſurda, à Slavis conditas eſſe urbes, nomina tamen eſſe Germanica: quamvis de quibusdam meritò dubitari poſſit, an ſint Originis Germanicæ, ut poſtea videbimus.

XXII. A Slavis multas urbes eſſe conditas in Pomerania, non eſt, quod dubitemus. *Julinum* celeberrimum olim emporium (hodiè dicitur Wollinum) quando ſit conditum, dici non poteſt. Neque ex nomine illud colligitur, utrum Germanis, an verò Slavis originem ſuam debeat. Prima ejus mentio fit Slavicis temporibus, idque poſt tempora Caroli M. Vid. Conring. *in Diſp. de Vrbib. Germ. num XXIX.* Hujus Julini laudes videantur apud Adamum Bremenſem *lib. II. cap. XII. p. 50* Chytræum *in Præfat. metropoleos.* Steph. Stephanium *in Not. ad lib. X. Hiſt. Dan. Saxonis Grammatici pag. 197. ſeq.* Dan. Cromer. lib. I. *Chron. Pom. Eccl. cap. XXI. pag. 32. ſeqq.* *Demmini* frequentiſſimè fit mentio jam tem-

tempore Caroli M. ut ex Adamo Bremenſi & Helmoldo apparet. *Camminum* quoque tempore Ottonis Bambergenſis Epiſcopi jam fuit ſedes Principis. Quando vero, & à quibus urbes hæ conditæ ſint, certum tempus vix determinabitur. *Stetinum*, quod à Slavis ſit inſtauratum, tradit Paulus Fridborn. *lib. 1. Chron. Stetin. p. 24.* Vid. & Micræl. *lib. VI. Chron. Pom. p. 559. ſeqq.* Hi tamen Scriptores non probant, ante Slavos hanc urbem extitiſſe. Præterea Fridbornius, Micrælius & Cromerus aſſerunt, urbem hanc apud Helmoldum nominari Stitinum, apud quem tamen nihil tale deprehendere potui. *Belgard.* & *Stargard* à Slavis eſſe conditas, vel ipſa nomina teſtantur. *Starigrod* enim Slavis eſt *vetus caſtrum, ſive vetus arx.* Alb. Cranzius interpretatur magnam, nobilem & *antiquam* civitatem *lib. III. Wandal. cap. IV. Bialygrod* vero idem eſt, quod *caſtrum album.* Unde etiamnum Polonis dicuntur *Sady Grodzkie* i. e. *Judicia Caſtrenſia*, Germani dicerent, die Schloß oder Burggerichte. Quod autem *Starigrod* veterem arcem ſignificet, cognoſcimus etiam ex alia urbe Slavorum in Wagria, Holſatiæ provincia, quæ itidem Slavis Starigrod, à Germanis vero Aldenburg dicebatur antiquitus. Per

Uuu *Bia-*

Bialygrod (quod deinde Germani corrumperunt in Belgard) Veteres Slavos intellexiſſe Album caſtrum, cognoſcimus ex Vincentio Kadlubkone, qui *Belgardenſes* aliquoties appellat *Albenſes.* Nam de Boleslao III. Crivouſto verba faciens: *Peramplisſimis,* inquit, *Pomeranorum municipiis, his adactis, illis ultro ſeſe dedentibus, Albenſes reſiſtere contendunt, quos urbi famoſisſimæ, quæ eſt Pomeraniæ, centrum incluſos obſidione cingit, & obſeſſis duo ſcuta intentans unum album, rubrum alterum, utrumlibet, inquit? At illi album, quia hoc pacis in ſe blanditur candorem, illud terribile cruoris minatur aſperginem. Civibus ille ſane. Si ergo Albam vultis eſſe Albam, deditione candidetur. &c.* lib. III. *cp. III. pr. p. 252.* Conf. Cromer. *lib. I. Chron. cap. XXVII. pag. 47.* Hæc igitur, cum adeo clara ſint, miror, Beat. Micrælium eo fuiſſe ſtudio partium abductum, ut illa negaret, quod tamen eum feciſſe videmus *in Præfat. ad lib. II. Chron.* ubi omnibus modis laborat, ut hæc nomina ex Germanico deducat. *Colbergam* antiquitus dictam fuiſſe *Colobregam* quidam volunt, inter quos etiam eſt Vinc. Kadlubko *lib. III. cp. III. p. 254.* Micrælius pro ſuo in Germanos affectu eam ab antiquis Germanis deducit, quod ex Germanico nomine, Berg intelligi poſſ

con

contendit, probatque ex Dithmaro Merſburgenſi, qui jam Sec. XI. poſt Chr. Nat. eam appellat *Salſam Cholbergienſem* lib. VII. *p. 228.* & ſanctam *Cholbergienſem* Eccleſiam *lib. II. p. 84.* Quod in medio relinquimus. Quamvis reſpondere poſſemus, Dithmarum, ut Germanum, potuiſſe facile nomen Slavonicum in Germanicum, quod illi vicinum eſt, detorquere. Ad *Stolpam* quod attinet, illa antiquitus Slavonico vocabulo dicta eſt *Slup*, quod columnam ſignificat. Idcirco Ipſe B. Joan. Micrælius antiqui Privilegii An. 1252. ſcripti, producit exemplum, ubi ſubſcripſerunt more antiquo Polonico Comes Ceslaus, Tribunus Slupenſis, Comes Laurentius Subdapifer Slupenſis, Comes Pomortius Subdapifer Slupenſis. Micræl. *lib. VI. p. 587.* Ex quibus patet, Slavonicam hanc eſſe urbem. *Uſedimii* urbis jam Helmoldus meminit, ſed ſub nomine *Uznæ*, ubi dicit, inſtitutum fuiſſe Epiſcopatum. An per errorem hæc ſcripſerit, non liquet. *lib. II. Chron. Slav. cap. IV. p. 222.* Sed præter has urbes fuerunt & aliæ Slavorum tempore, quæ tamen deſtructæ ſemel non ſunt iterum inſtauratæ. In his *Wineta* fuit ad oſtium Oderæ, qua ſe exonerat in mare Balthicum. Fuiſſe hæc dicitur *maxima omnium*,

quas Europa claudit, civitatum; ut inter alia ejus præconia refert Helmoldus, qui etiam urbem hanc à quodam Danorum Rege deſtructam teſtatur *lib. I. Chron. Slav. cap. II.* Aquis eam obrutam & adhuc ſub aquis conſpici, memorat Micræl. *lib. II. n. 15. p. 143.* In inſula Rugia *Arcona* & *Carentium* deſtructæ ſunt à Danis circa med. Sec. XII. Vid. Cramer. *lib. I. cap. XLVI. & ſeqq.* Micræl. *lib. II. n. 82. & n. 17.* Perierunt & aliæ urbes Slavorum temporibus, ut *Rethre* apud Lutitios, ubi poſtea *Loyz* ad Panim. *Groſwynum* etiam ad Panim fl. non procul ab Anclamo ſitum erat, cujus crebra fit mentio Sec. XII. *Dodona* inter Inam & Regam. *Zazina* inter Perſante & Bra. *Mircho* ad fontes Lebe fluvii. *Lepzki* ad oſtia Lebe. Micræl. *lib. II. num. 17. p. 146.*

XXIII. Cum Principes Pomeraniæ Imperio Germanico ſe ſubjeciſſent, multosque ex Saxonia aliisque Regionibus Germanicis evocaſſent, multæ ab advenis illis conditæ ſunt urbes, aliæ etiam ſunt ab iis inſtauratæ & exornatæ. Numerantur vero inter illas Golnaw/Anklam/Ukermünde/Peukuhn/Freyenwalde/Regenwalde/Damm/Grimmen/teſte Paulo Fridebornio *lib. I. Chron. Stetin. pag. 6.* Addit adhuc plures Joannes Iſacius Pontanus,

tanus, nempe *Urehedam*. itemque in extremis Pomeranis *Slothoviam*, *Colbizium*, *Coslinum*, aliasque *lib. VI. Rer. Dan. ad an. 1188. pag. 280.* Nec quievere inter hæc Rugiani Principes, ſed & ipſi Saxones variis Privilegiis & immunitatibus allicere non deſtiterunt, qui etiam circa an. 1208. in inſula Rugia urbem Bergen condiderunt. Paul. Fridborn. *lib. 1. Chron. Stetin. p. 6.* Micræl. *lib. III. Part. 1. n. 7. p. 310.* Sequenti anno *Stralſundia* urbs ab iisdem Saxonibus, ſub auſpiciis Jaromari Principis Rugiæ, exſtructa eſt. Licet vero Micrælio Stralſundia à Sunnone filio Richimeri Regis Francorum centum annis poſt Chr. Nat. condita eſſe videatur, quod tradidit etiam Trithemius à Micrælio citatus, illud tamen nobis non fit veriſimile, cum deſtituatur ſententia hæc Veterum auctoritate. Noſtram autem ſententiam probamus ex Alberto Cranzio, cujus verba hic adducemus: *Anno poſt Chr. Nat. MCCIX. Waldemarus Daniæ Rex miniſterio Jarimari Principis Rugianorum fundavit urbem nunc præcipuam Straleſundenſem: quæ nunc in cæteris urbibus Wandalicis non minima floret opibus, civibus plena, ædificiis exornata, quæ, unde nomen ſor-*

tita ſit, pauliſper intendamus. Danicæ linguæ vocabulum Sund inſinuat, ejus authorem fuiſſe Danum, aut Danis parentem: talis incunctanter tum fuit rerum ſtatus. Vocant autem Dani anguſtam maris faucem ſund. Nam cum Dania ſit tota inſularis præter Jutiam & Scaniam, quæ ſunt peninſulæ, multas eſſe fauces maris faciunt inſulæ ſibi objacentes. Inde Orſund, Gronſund, & ejus generis. Eundem in modum hæc urbs, quam ſcribimus, objacens Rugiæ Wandalorum inſulæ Stralſund eſt vocitata, quod proxima inſula Strela diceretur. Hæc ille *lib. VII. Wandaliæ cap. V. pag. 151. ſeq.* Perfecta vero eſt urbis ſtructura An. Chr. 1230. unde verſus:

Annis ducentis (200) ter denis (30) mille retentis
Fit Stralſundenſis urbs eſt cui nomen ab undis.

Conf. & Cramer. *lib. I. cap. XXXIIX.* Sec. XIII. circa An. 1222. conditæ ſunt duæ urbes in Pomerania, *Greiffenhaga & Gripswal-*

Gripswaldia. Quarum prior, videlicet *Greiffenberga* circa An. 1262. à Barnimo *I.* Principe muris cincta eſt. Micræl. *lib. VI. p. 567.* Priores etiam illas duas urbes tantum dicto tempore refectas eſſe, vult Micræl. *lib. III. part. 1. num. 11. p. 312.* quibus aſſenſum præbere non abnuerem, ſi modo ſententiam ſuam ex antiquis monumentis ſtabiliviſſet. *Stolpam* certe fateor fuiſſe, antequam circa An. 1310. à Waldemaro *II.* & Joanne *IV.* muniretur, ut ex Num. ſuperiori patet. Conf. Micræl. *lib. VI. Chron. Pom. p. 585. Neoſtetinum* Anno 1309. conditum eſt à Wartislao, in finibus Pomeraniæ. Micræl. *lib. VI. p. 615.* Sed hæc ſufficiant de Urbibus.

XXIV. Ad extremum etiam originem CHRISTIANISMI apud Pomeranos paucis inveſtigabimus. Non agemus vero hic de *Hertha* (die Erde) Dea, (quam coluere ſeptem populi maritimi, teſte Tacito) aliisque Diis Vandalorum, Gothorumque, de quibus videri poſſunt. Phil. Cluv. *lib. I. Germ. Antiq. cap. XXII.* & Elias Schedius *in Synt. De Diis Germanorum.* Neq; hic multis agemus de cultu, *Radegasto* aliisque Diis apud Slavos in his terris iuſtituto. De quo videri poteſt Helmoldus *lib. I. Chron. Slav. cap. LI.* (*LII*) *& in hunc locum quæ annotavit Hen-*

ricus Bangertus. Id nobis jam ſuffecerit, ſi initia religionis Chriſtianæ apud has gentes rudi penicillo adumbraverimus. Quanquam Sec. IX. tempore Caroli M. etiam gentes in occidentali Pomerania, habitantes fuerunt ſubactæ, non leguntur tamen omnes ad fidem Chriſtianam fuiſſe converſæ. Et licet Imperator Hamburgenſem Eccleſiam Slavorum metropolim conſtituerit, religio tamen in hoc tractu maritimo non fuit propagata, niſi apud *Wagrios* in Holſatia & *Obotritos* in Mechlenburgenſi Ducatu, Vid. Eginhardus *in Vita Caroli M. cap. XII.* Adamus Bremenſis *lib. I. Hiſt. Eccl. cap. XII. ſeq.* Eodem Sec. IX. ſub Ludov. Pio Imp. *Rugis* prædicarunt Evangelium *Monachi Corbejenſes* à Ludovico I. inſtituti, teſte Adamo Bremenſi *lib. I. Hiſt. Eccl. cap. XV. p. 17.* Quamvis poſtea ſtatim ad Paganiſmum defecerint, electo ſibi in Deum Sventi Vito i. e. Sancto Vito, quem Patronum antè habuerant, cum eſſent Chriſtiani. Quâ de re ſic loquitur Helmoldus: *Tenuis fama commemorat, Ludovicum Caroli filium, olim terram Rugianorum obtuliſſe Sancto Vito in Corbegia, eò, quod ipſe fundator extiterit Cœnobii illius. Inde egreſſi*

Præ-

Prædicatores gentem Rugianorum ſive Ranorum ad fidem convertiſſe feruntur, illicque oratorium fundaſſe in honorem Viti Martyris, cujus venerationi Provincia conſignata eſt. Poſtmodum verò, ubi Rani, qui & Rugiani, mutatis rebus, à luce veritatis aberrarunt, factus eſt error pejor priore. Nam S. Vitum, quem nos ſervum Dei confitemur. Rani pro Deo colere cœperunt, fingentes ei ſimulacrum maximum, & ſervierunt creaturæ potius, quam creatori. Adeò autem hæc ſuperſtitio apud Ranos invaluit, ut Zvantovith Deus terræ Rugianorum inter omnia Numina Slavorum primatum obtinuerit. lib. II. Chron. Slav. *cap. XII. p. 235* Conf. lib. I. *cap. VI. & cap. LII.*

(LXX.) Poſthæc Sec. X. Otto I. Magnus erexit Archiepiſcopatum Magdeburgenſem, cui ſubjecit populos Slavicos à ſe devictos ex parte Auſtrali usque ad Panim fluvium. Suffraganei ejus Archiepiſcopi fuerunt ſequentes Epiſcopi: Mersburgenſis & Cicienſis ad Salam, Miſnenſis ad Albim, Brandeb. & Havelburgenſis in hodierna Marchia Brande-

burgica. Adam Bremenſ. *lib. II. cap. VII.* (*59.*) *pag. 47.* Conf. Helmold. *lib. I. Chron. Slav. cap. IX. fin.* Per eundem tamen Ottonem videntur *Chizzini* & *Circipani* ultra Panim ad Chriſtianiſmum converſi, & Archiepiſcopo Hamburgenſi ſubjecta eſſe usque ad fluvium Panim, adeò, ut Sec. X. omnibus populis Pomeranicis à parte occidentali Oderæ fluminis, ubi tum habitabant *Wilzi* ſive *Luticі*, lux Evangelii illuxerit. Permanſerunt etiam hi populi in fide Chriſtiana tempore Ottonum, ut diſertis verbis teſtatur Adam. Bremenſ. *lib. II.* cap. *XXXI.* (*84.*) *p. 63.* ubi ait: *Omnes igitur Slavi, qui inter Albim & Oderam habitant per annos LXX. & amplius Chriſtianitatem coluerunt, omni videlicet tempore Ottonum.* Hæc ille. Sed poſt tempora Ottonum à Chriſtianis plus juſto preſſi, ab Imperio defecerunt, ducibus Mizzedrog & Miſtivoi, uti cap. præcedente refert Albertus *pag. 62.* Poſt primam converſionem â Carolo M. & ſecundam ab Ottone *I.* factam, tertia converſio illorum Slavorum numeratur facta à Godeſchalco Principe initio Sec. *XI.* inter quos Slavos ex noſtris etiam *Chizzini* & *Circipani*, (defecerant enim ante,) converſi eſſe feruntur, eoque zelo id peregit Dux ille,

Digitized by Google

ille, ut *ſui Ordinis oblitus frequenter in Eccleſia ſermonem exhortationis ad populum fecerit, ea quæ myſticè, ab Epiſcopis & Presbyteris dicebantur, Slavonicis verbis cupiens reddere planiora*, ait Adamus Bremenſis *lib. III. Hiſt. Eccl. cap. XXII. pag. 96.* Interea temporis etiam in Pomerania Orientali Chriſtianam religionem, annitentibus Poloniæ Ducibus, fuiſſe propagatam, Eccleſiasque conſtitutas, docemur à Dithmaro Mersburgenſi Epiſcopo qui diſertis verbis teſtatur, Cholbergæ fuiſſe Epiſcopum inſtitutum, qui & ſuffraganeus ſubjectus fuit Archiepiſcopo Gneſnenſi ab Ottone *III.* Imp. *lib. IV. Chron. pag. 64.* Sed neque Occidentales (qui Germanis citeriores, nobis autem ſunt ulteriores) neque orientales (qui nobis ſunt citeriores & Germanis ulteriores) conſtantes in fide perſtiterunt. Fluctuavit igitur Chriſtianæ Religionis in Pomerania ſtatus usque ad Sec. *XII.* nempe ad *Henrici V.* Imp. & *Boleslai III.* cognomento Crivouſti Ducis Polon. ut & *Heinrici Leonis* Ducis Saxoniæ, *Ottonisque* Bambergenſis Epiſcopi, tempora.

XXV. Cui ex modò memoratis Principibus ſecundùm Deum laus converſæ Pomeraniæ debeatur, variæ ſunt Scriptorum, pro vario in ſuos Principes ſtu-

ſtudio, ſententiæ. Alii Henricum Leonem & Ottonem Epiſcopum hic memorant, ut Gabriel Buceliuns *Part. I. Germ. ad an. 1123. pag. 82.* Conſ. Paul. Friedborn. *lib. I. Chron. Stetin. p. 5.* Alii autem, cum quibus & nos facimus, converſionem Pomeranorum adſcribimus Boleslao III. Crivouſto, Duci Pol. qui S. Ottonem ad hoc ſanctum opus evocavit, utpote jam antea in Polonia educatum & linguæ Slavonicæ peritiſſimum, ut referunt Scriptores Pomeranici. Vid. Dan. Cromer. *lib. I. Chron. Pomer. cap. III. & IV.* Cum enim Boleslaus hic jam antea tentaſſet, Pomeranos convertere per Bernhardum Monachum, qui Pomeraniam ingreſſus, ſummi Dei miniſtrum ſeſe appellavit, cumque tum Pomerani ex vili habitu divini miniſtri, Dei ipſius potentiam metientes, converſionem abnuerent, Boleslaus Ottonem virum magnæ exiſtimationis & auctoritatis ad eos convertendos evocavit, ne convertentis vilitate offenderentur. Dan. Crom. *lib. I. Chron. cap. XI. p. 18. ſeq.* Factum id eſt Anno à reparata Salute 1124. ſecundum verſum:

Anno milleno centeno bis duodeno
Otto pius phanis fit Apoſtolus in Pomeranis.

S. Otto Pomeraniam ingreſſus convertiſſe dicitur Wartislaum Ducem Pome-

ranix.

raniæ. Sic enim hac de re Helmoldus: *Otto Bavebergenſis*, inquit, *Epiſcopus, qui invitante pariter & adjuvante Boleslao Polonorum Duce, Deo placitam adiit peregrinationem ad gentem Slavorum, qui dicuntur Pomerani, & habitant inter Oderam & Poloniam. Prædicavitque Barbaris verbum Dei cooperante & ſermonem confirmante ſequentibus ſignis; omnemque gentem illam cum Principe eorum Wercislao convertit ad Dominum.* Lib. I. Chr. Slav. cap. XL. Et alibi, nempe Lib. II. cap. IV. *Wenceslaum per manus S. Ottonis Bavebergenſis Epiſcopi converſum eſſe*, ſcribit. Gemina habet Albertus Stadenſis ad an. 1118. cujus verba ſunt: *In illis diebus claruit vir inſignis ſanctitate Otto Epiſcopus, qui invitante pariter & adjuvante Bolislao Polonorum Duce, adiit peregrinationem ad gentem Slavorum, qui dicuntur Pomerani, prædicavitque Barbaris verbum fidei, omnemque gentem illam cum Principe eorum Wercislao convertit ad Dominum.* pag. 155.

Con-

Conſentit his Alb. Cranzius *lib. III. Wandal. cap. XXIIX. pag. 71. & lib. VII. Wandal. cap. XVII. p. 157.* Præſertim *lib. V. Wandal. cap. XXXVI.* ubi rudimenta fidei Chriſtianæ Wartislaum accepiſſe ab Ottone Bambergenſi refert. His tamen non obſtantibus, Pomeranici Scriptores Wartislaum Principem jam ante adventum Ottonis, ſacris Chriſtianis fuiſſe initiatum in Germania, referunt, idque probant ex Vita Ottonis Bambergenſis Anonymi cujusdam Scriptoris. cujus verba hac de re producemus. *Ipſe*, ait auctor ille, *Princeps Wartislaus in pueritia ſua captivus erat in Teutonicas regiones abductus, atque in oppido Mersburgenſi Baptiſmi gratiam conſecutus.* apud Dan. Cramer. *lib. I. Chron. Pom. Eccl. cap. XII.* Conf. Micræl. *lib. II. Chron. n. 69. pag. 230.* Alius Anonymus Vitæ Ottonis Bambergenſis Scriptor hæc habet verba: *Per Bohemiam* (Otto) *Deo Duce, in Poloniam pervenit: moxque, tribus Presbyteris in cooperarios aſſumptis, Pomeraniam adit. Et verò Chriſtiernus terræ illius Princeps, qui jam Chriſtianus erat, honorificè proceſſit obviam, &c.* apud Laurentium Surium *Tom. IV. ad 2. Julii pag. 54.* Conciliatio horum cum prioribus forſan

ſan elici poterit ex ſequentibus verbis modò laudati Auctoris: ubi pag. 55. *Effecit*, inquit, *præterea B. Otto vir Apoſtolicus, ut Dux Verceslaus viginti quatuor concubinis aut pellicibus ſuis propudiatis ſolam legitimam conjugem retineret.* Vita S. Ottonis, quam contractam & puriori latinitate donatum edidit Valerius Jaſchius, de adventu Ottonis ſic habet: *Dux Pomeranorum cum quingentis viris obvius Epiſcopo factus fidem Chriſtianam, quam hactenus clam habuerat, laudavit publicè.* Poſtea refert, Wartislaum ſuaſu Ottonis pluribus uxoribus repudiatis, unam tantum retinuiſſe. Fortaſſe ergo Princeps hic in Germania fonte Baptiſmatis fuit ablutus, poſtea verò in Pomeraniam rediens in Gentiliſmum relapſus eſt, retinuitque concubinas ſuas usque ad adventum S. Ottonis, à quo plenè fuit converſus.

XXVI. Urbes, quæ in prima hac Ottonis in Pomeraniam expeditione Chriſto nomen dederunt, JoannesNauclerus numerat ſequentes: Piriz, Stetin, Wullin, Gamen ſ. Caminum, Colberg, Belgrado, Lubin, Greſch (Garditia vocatur Auctori Vitæ Ottonis Apoſtoli Pomeranorum à Valerio Jaſchio edito) *Volum. II. Generat. XXXVIII. circa med. pag.*

pag. 745. Addit modò citatus Vitæ Ottonianæ Scriptor & Dodonam. Tunc Stetinenſium Deus *Triglaw.* i. e. triceps fuit everſus, caput verò ejus monſtroſum ab Ottone Romam fuit miſſum. *Vid. Vita Ottonis à Valerio Jaſchio edita.* Idem dicendum eſt de Wolgaſtenſium Diis *Heroweit* & *Baroweit*, ut & de Obotritarum Deo *Ridegaſt*, quem Ethnici tunc refecerant. Jam enim tempore Ottonis Magni idolum Ridegaſt cum urbe Rethre, quæ tunc fuit idololatriæ ſedes, everſum eſt. Vid. Henr. Bangert. *in Notis ad lib. I. Helmoldi cap. LII. (LIII.) pag. 127.* & ex antiqnis Witechindus *lib. III. de reb. geſt. Sax. circa fin. pag. 46. & 49* Eodem etiam tempore Mizlaus Comes in Guzkovv baptizatus eſt. Cramer. *lib. I. cap. XXXIII. pag. 55.* Ne verò Pomerani rurſus in Paganiſmum relabarentur, inſtitutus eſt Epiſcopatus JULINENSIS ab Ottone Bambergenſi, primusque Epiſcopus factus eſt Adalbertus Ottonis Comes & adjutor. Cramer. *lib. I. cap. XXXV.* Aſt Helmoldus Epiſcopatum illum, non Julinenſem, ſed VZNAM ſive VZNENSEM appellat. *lib. II. Chron. Slav. cap. IV. pag. 222.* Per Vznam autem Veteres intellexiſſe *Vſedomium*, putat Micrælius.

Vnde

Vnde dicendum eſſet, hunc Epiſcopatum primò inſtitutum fuiſſe Uſedomii. An per errorem hæc Helmoldo exciderint, mihi non liquet. Quamvis exiſtimem, fidem ei, ut auctori συγχρόνῳ, non prorſus eſſe denegandam. His ita peractis Ottò Bambergam contendit, ibique triennio detentus, in Pomeraniam revertitur, multasque civitates ad Chriſtianam fidem pertrahit, ut *Vſedomiam*, *Wolgaſtum*, *Gotzgangiam* (Valerius Jaſchius hic *Guzkoviam* notari putat) alias verò jam antea converſas in fidem confirmat. *Vid. Auctor Vitæ Ottonis à Valerio Jaſchio editus.* Poſt hæc, cum varia bella ex Dania Pomeraniæ imminerent, transtulit Pomeranicum Epiſcopatum Caſimirus I. Pomer. Princeps *Gaminum*, ut in locum tutiorem, idque factum eſt An. 1176. ſedente Conrado Epiſcopo. Cramer. *lib. I. cap. XXXVI. pag. 70.* Huic Epiſcopatui hodiè feliciter præſidet Illuſtriſſ. atque Celſiſſimus Princeps Dominus, Dominus ERNESTVS BOGVSLAVS, Dux Croji & Areſchotti &c. &c. RUGIANI, licet poſt Monachos Corbejenſes, eorum converſio ab Vnnone Archiepiſcopo Hamburgenſi tentata ſit, ſerius tamen Chriſtianiſmum ſuſceperunt. Videlicet vigeſimo

mo anno poſt abitum Ottonis è Pomerania, orto inter Rugios & Pomeranos bello, Ratiborus tutor Caſimiri I. & Boguslai I. Ducum Pomeraniæ Rugiis ademit ditiones & urbes *Barth*, *Grimmen* & *Tribſees*, induxitque in eas religionem Chriſtianam. Factum id eſt An. 1148. ſub Conrado III. Cæſare. Poſthæc An. 1166. Waldemarus I. Rex Daniæ intulit bellum Principibus Rugiæ, conviciis laceſſitus, quo bello ſubacta eſt Rugia. Occupatâ enim urbe Carenz, idoloque Rugeviti, quod ſepticeps erat, everſo, ut & *Arconâ* ad deditionem coactâ, idoloque ejus quadricipiti confracto, Religio Chriſtiana in inſulam Rugiam introducta eſt per Bernonem, Svenonem & Abſolonem Epiſcopos. Vid. Helmold. *lib. II. Chr. Slav. cap. XII. p. 234.* Dan. Cramer. *lib. I. Chron à cap. XLVI. usque ad finem libri.* Micræl. *lib. II. num. 82.* ubi talia plurima occurrunt, quæ hic exſcribere vetat inſtitutum noſtrum. Sic igitur Pomerania tota Chriſtianam religionem recepit. His peractis, reſtabat adhuc, ut ad amplificationem Eccleſiæ liberalium artium cura ſuſciperetur. Quapropter Wartislaus IX. Dux Pomeraniæ ſuaſu Doctoris Henrici Rubenovv, Conſulis Grypswaldenſis Academiam *Grypswal-*

waldiæ An. 1456. inſtituit, & Rubenovium primum Rectorem Academiæ eſſe voluit. Confirmavit illam Academiam Calixtus III. Papa Rom. Vid. Dan. Cram. *lib. II. Chr. XLII. pag. 107. ſeqq.* Joan. Micræl. *lib. III. Chr. n. 81. p. 228.* Tandem etiam ſuperiori Seculo *Pædagogium Stetinenſe* erectum eſt ſub auſpiciis Philippi & Barnimi Ducum Pomeraniæ An. 1541. qua de re vid. Dan. Cramer. *lib. III. Chron. Eccl. Pomer. cap. XXXVIII.*

DEO SIT LAUS, HONOR ET GLORIA.

Albertus Marchicus Brandeb. dux Pruſſiæ 181. Albertus Fridericus dux Pruſſiæ ibid. *moritur* 182
Alexander Rex 90. ejus ſtatuta ibid.
Angli an ex Pomerania oriundi 972. 976. an ex urbe Anclam deriventur ibid.
Appellatio admiſſibilis 836. modus appellandi ibid.
Archiepiſcopus deponit Vicariatum 351 Gneſnenſis non cedit Cardinali 489 eſt Canonicus natus Plocenſis 488 Leopolienſis 493. Archiepiſcopi cruciger 486. Archiepiſcopi officiales 487 habent privilegium monetæ cudendæ 488. horum ſedes ibid. *titulus quis* ibid. *Archiepiſcoporum prærogativæ* ibid. *ad Erchiepiſcopum Gneſnenſem provocatio* ibid.
Archiepiſcopalis Marſchalcus 486
Archiepiſcopatus Gneſnenſis quando inſtitutus 454. Archiepiſcopatus Leopolienſis 463. ejus auctoritas 486
Ariani ſub diſſidentium nomine non comprehenduntur 373. Arianos ejicit Johannes Caſimirus ibid.

Armeni in Polonia 379
Articulus pactorum 372
Artilleriæ Magiſter 551. 900
Aſſeſſores judicii capturalis 296. *horum electio* 743. *jusjurandum* 297. 743 *aſſeſſores judicii terreſtris* 745. 768
Aula Regis ſubeſt jurisdictioni Marſchalci regni 447
Aulici debent eſſe Poloni, vel Lithvani 447
Aurigæ Latinæ Linguæ gnari 103
Auxilia Ruſſorum 875. *Tartarorum auxiliis quis primus uſus fuerit* ibid.

B.

Babinenſis Reſpublica ludicra 92
Barones Poloniæ qui dicti 599. ſeqq. *a quibus creati* ibid. *Baronum titulus an in Polonia tribuatur* 601. 605. *Baronibus, ob titulum repugnat Reſpublica* ibid. *titulum hunc Poloni ab exteris accipere cur recuſent* 606. ſeqq.
Bela Rex Hungariæ a Polonis Pomeraniæ partem accipit 149
Bellum Poloniæ & Svediæ contra Moſcum

ſcum 192. bellum Moſcoviticum ultimum 221. Turcicum recrudeſcit 232 bella Livonica Polonos inter & Svedos 193. inter filios Wolodimiri 198 Lithvanorum cum Ruſſis 202. Caſimiri Regis adverſus Lithvanos 208 Stephani Regis cum Moſcis 218. Moſcovitica 952

Boguſſa accerſit Cruciferos contra Marchiones 173

Bohemiæ latitudo 29

Boleslaus unde Regis nomen acceperit 38. ejus epitaphium 39. Boleslaus I. 70 ſubjicit ſibi Sileſiam 117. Pomeraniam 148. 152. Pruſſiam 168. ſeq. Boleslaus II. audax 72. interficit Stanislaum Epiſcopum Cracovienſem 73 monaſterium ingreditur ibid. amittit Regis titulum 40. Rusſiam ſibi vectigalem facit 199. 200. Boleslaus III. tertium Pruſſos ſubegit 170 Boleslaus Chrobri fuit Rex 44. Germanorum tributarius 49. audax tributarius 52. Boleslaus Criwouſtus 73. Boleslaus pudicus 67

Bona jure caducitatis ad ſe devoluta Rex aliis donat 439. 712. Regis hereditaria nunc ſunt 445. terreſtria qui poſſidere poſſint 640. ſeqq. *fiſci Regii diſtribuuntur 711. quarta pars redituum ex bonis Regiæ menſæ quibus datur* 879

Brandeburgenſis urbs 137. unde dicatur ibid.

Brandeburgicus Marchionatus inſtitutus 139. Brandeburgici Marchiones in Pomeraniam accerſuntur 173. Electores Pruſſia potiuntur 181

Breanus Gallorum Semnorum dux 137

Budowniczy 560

Bulanes qui 2

Burggrabii Cracovienſes 563. 570. in urbibus Pruſſicis 579

Butovia traditur ducibus Pomeraniæ 158. de Butovia pacta qualia 159 redit ad Regem Poloniæ 160. traditur Electoribus Brandeburgicis ibid.

C.

Cædes nobilitatum mentientis non vindicatur 654

Calo-

Digitized by Google

Calonum multitudo 870
Calviniani Polonici 370. *decreſcunt* 373
Camerarii duo 744.778.576
Camenecia Podoliæ condita 207. *a Turcis capta* 230
Caminicam Turcæ occupant 109
Caminenſis Epiſcopatus a Polonis non inſtitutus 453. *vide &* Epiſcopatus.
Cancellarii in Lithvania 521. 523. *non poſſunt eſſe Archiepiſcopi vel Epiſcopi majores* 517. *eorum titulus* 518 *conſtitutio* 419. *renunciatio* 713. *jusjurandum* 532
Candidati regni exteri & indigenæ 309 *poſt Henricum* 310. *poſt Stephanum* ibid. *Johannem Caſimirum* 311. *Michaelem regem* 312. *non adſunt in loco Electionis* 314
Canonici debent eſſe nobiles 629. *eorum numerus eſt certus* 631. *jura in Epiſcopatum Varmienſem* 414. *Culminenſem* 415
Capitaneus Ravenſis 881. *Samogitiæ* 420.504.505
Capitanei limitanei 854. *cum jurisdi-*

ctione 568. ſine juriſdictione ibid. *in Pruſſia ubi 569.* ſeqq. *quid olim contulerint in menſam regiam 919 hoſpitia aſſignant 682. horum requiſita 770. prærogativa 570*

Capitatio Judaeorum 398. Tartarorum 400. generalis 402. capitationem judiciam exigunt ſcholarchæ Judæorum 405

Cardinales in Polonia 492

Carini populi 970

Carolus Guſtavus Polonis bellum infert 194

Caryones videntur eſſe Curones 934

Caſimirus Germanis tributarius 51

Caſimirus I. monachus 71. vincit Maslaum & recuperat Maſoviam 225

Caſimirus II. juſtus 74. ejus moderatio 75. Caſimirus M. Germanos in Poloniam invitat 78. Ruſſiam in formam provinciæ redegit 202. bella ejus contra Lithvanos 208. cur Rex plebeior. ſit dictus 618. Johannes Caſimirus Rex fuit Cardinalis 107 ejus bella ibid. *cedit omne jus quod habuit in Sileſiam 124. jus quod habuit*

buit in Ruſſiam abdicat 199. *ejus exſequiæ* 337. *Caſimirus juſtus Ruſſiam donat* 201. *Caſimirus Igellonides* 413 *ex conſenſu Senatus indicit bellum* 387

Cauſarum Patroni nobiles 636

Caſſubiorum nomen an Slavonicum 999

Caſtellani, vicarii Palatinorum, a quo conſtituantur 469. *Cracovienſes cur primum locum occupent* 503. *eorum titulus* 508. *eorum ordo* 502. *Vilnenſis & Trocenſis cur Palatinis præcedant* 504. *Caſtellani majores* 508 *minores* 510. *unde hæc diſtinctio orta* 512. *minores olim fiebant nuncii* ibid. *majores a Palatinatibus, a diſtrictibus minores vocantur* ibid. *minorum in ſenatu locus* ibid. *in conciliis nullum obſervatur diſcrimen* 573. *Caſtellanorum functiones* 514. *eorum tituli* ibid. *vocantur Domini* 515

Caſtrorum deſertores 868

Centuriones qui 567

Ceræ rubræ jus in obſignandis literis quibus conceſſus 642. ſeqq.

Chol-

Cholbergenſis Epiſcopatus 454
Citatio per quem inſinuatur 766. Citationes 804. 830. in Pruſſia 767. in judicium ſuccameraliale 777
Cives in Polonia Kmetones dicuntur 245
Cmetones abſolutum agnoſcunt Dominium 611
Colbergenſis Epiſcopus 149
Collecta fumalis 401
Colloquium Thorunenſe 106. colloquia generalia ubi inſtituenda 384
Coma ſeptima ætatis anno tonſa 69
Commiſſio ad ſolvenda militibus ſtipendia 823. commiſſionis requiſita 780 locus 824. judices ibid.
Comites & magni Comites in Polonia 595. aliunde venientes ibid. a ducibus Poloniæ creati 596. ab Imperatoribus Germaniæ creati ibid. a bonis quæ poſſident Comites vocantur 598 ſeqq. ex regnis aliis aſſumti 599 olim qui fuere 603. Comitis titulum qui dimiſere 609
Comitia Polonica 664. bonor initium 295. 703. cauſa 664. comitia electionis

nis 294. coronationis 351. comitia togata & paludata 664. ordinaria & extraordinaria 665. judicialia multiplicia 810. omnium conſenſu feruntur 399. bifariam dividuntur ibid. *locus & tempus comitiorum indeterminata olim erant 666. certo alligata loco 667. comitiorum duratio 670. in quibus urbibus celebranda 667.* ſeqq. *comitiis certum tempus definitum 669. comitiorum extraordinariorum tempus 670. propoſitio 709. jus convocandi ordines ad comitia penes quem 671. comitia conventus particulares præceduut 673. 701.* ſeqq. *comitia vel unus nobilis turbare poteſt 717. comitialia conſilia 733. comitialium judiciorum ordo 812. decreta 727. hæc ruptis etiam comitiis rata ſunt, conſtitutiones non item* ibid. *comitiorum turbas ipſi Poloni deteſtantur 732*

Commendatores & advocati 948. eorum ordo 949

Competitores regni poſt exceſſum Auguſti 310

Con-

Concertationes de admittendis legatis 304

Confœderatio Polonica 282. *confœderatio generalis* 283

Conjugium Rex non contrabit inconſulto Senatu 440

Conradus Maſoviæ dux 171. *ejus pacta cum cruciferis* ibid. *huic duces Maſoviæ Regesque Halicienſes originem debent* 226

Conſilium Regis perpetuum 734. *conſilia poſt comitialia* 733. *conſilia de coronationis die* 328. *conſilia bellica* 38[illegible] *de judicio generali* 784. *non niſi electo Marſchalco tractantur* 698. *conſiliorum translatio ad Patres* 7[illegible]

Conſeſſus in campo 2[illegible]

Conſiliarii miniſtri 949 *duodecim jurati* 4[illegible]

Conſtitutiones quomodo ſcribantur 7[illegible] *impreſſæ ad conventus particulares mitti debent* 282. *publice prælegun-tur* 725. *referuntur ad acta* ib[illegible] *typis mandantur* 726. *ad conſtitutionum reviſionem jurare debent* [illegible]

Pu[illegible]

putati 382. proteſtationes contra conſtitutiones 730
Conſules quales viri 653
Conſultationes nunciorum in rota equeſtri 299. de pactis conventis 301. cum exteris Legatis per deputatos 208
conſultationes nobilium 683
Contributio agraria 397. ducillaris ibid. *contributiones Ducillorum* 404
Controverſia de conſtituendis Abbatibus 415
Conventus particulares 696 ubi habendi 280. electionis comitia præcedunt 293 ante bellum inſtituuntur 673. eorum loca 474. nuncii regii ad conventus mittuntur 689. senatores ad conventus particulares pertinent ibid. *conventus Marſchalci particulares 682. locus 685. conventus provinciarum generales 691. conventus majoris Poloniæ Colenſis 69[illegible]. minoris Corcinenſis* ibid. *Litwaniæ Slonimenſis* ibid. *Pruſſ[illegible], Crudenti & Mariæburgi* ibi[illegible] *generalis Maſoviæ 693. Podlach[illegible]* ibid. *Uvoliniæ* ibid. *Pruſſiæ 6[illegible] 701. 673. 696. Palatinatus*

*tus Pomeranici 696. poſt Comitia-
les* 72
Converſio Poloniæ 666. Lithvaniæ 36
*Convocatio generalis 285. convocatio-
nis initium fit a ſacris* ibid. *propo-
ſitio per quem fiat* 288. 7
*Coronatio Regis 333. peragitur Craco-
viæ 335. Regis Michaelis 345. Regi-
næ Catholicæ 357. 359. coronation
Regis locus 338. Reginæ 358. rit
341. coronam quis Regi imponat 3
aſſiſtentes in coronatione qui* 3-
Coſaci vide Koſaci.
*Cracovia condita 304. Cracoviæ Ge-
mani rerum potiuntur 77. Cra-
viam ad coronationem ordines co-
fluunt* 3
*Cracovienſis Academia 380. Epiſ-
pus 496. Succamerarius curat ſa-
nas 563. Cracovienſis arcis proc-
rator* ibid. *Cracovienſes bona te-
reſtria poſſidere poſſunt* 6
Cracus leges promulgat 3
*Croſna cedit Marchionibus Brandeb-
gicis* 1
Croſnenſis Ducatus fata

Cr

Cruciferi Pomeraniæ partem accipiunt 156. Pruſſis ſunt intolerabiles 178 pacem impetrant 179. jugum Polonicum excutere laborant 180. Pruſſiam ſibi ſubjiciunt 172. arcem & urbem Cedanenſem occupant 174 a Marchionibus Brandeburgenſibus emunt Pomerelliam ibid. *Michalovienſem tractum occupant 175. Lithvaniam infeſtant 176. Cruciferorum prætenſio in Pomeraniam prima 156 ſecunda* ibid. *tertia 157. Cruciferis confertur diploma a Friderico ſecundo 172. Samogitia traditur illis 176. cruciferos Conradus evocat in Pruſſiam 171. Cruciferos Boguſſa accerſit contra Marchiones 173. pacta Cruciferos inter & Jagellonem Regem 176. Wladislaum Jagellonidem 177. Cônradum 171. pacta a Cruciferis violata 179. Samogitæ a Cruciferis deficiunt 177*

[C]ruſvicienſis Epiſcop[at]us 496

[C]ulmenſis Epiſcop[at]us 499

[C]urlandia 937. [o]lim latius patebat 939 Curlandi[æ] nomen 937. primus Dux 953. ſe-

Bona jure caducitatis ad ſe devoluta Rex aliis donat 439. 712. Regis hereditaria nunc ſunt 445. terreſtria qui poſſidere poſſint 640. ſeqq. *fiſci Regii diſtribuuntur 711. quarta pars redituum ex bonis Regiæ menſæ quibus datur* 879

Brandeburgenſis urbs 137. unde dicatur ibid.

Brandeburgicus Marchionatus inſtitutus 139. Brandeburgici Marchiones in Pomeraniam accerſuntur 173. Electores Pruſſia potiuntur 181

Breanus Gallorum Semnorum dux 137

Budowniczy 560

Bulanes qui 2

Burggrabii Cracovienſes 563. 570. in urbibus Pruſſicis 579

Butovia traditur ducibus Pomeraniæ 158. de Butovia pacta qualia 159 redit ad Regem Poloniæ 160. traditur Electoribus Brandeburgicis ibid.

C.

Cædes nobilitatum mentientis non vindicatur 654

Calo-

Digitized by Google

Calonum multitudo 870
Calviniani Polonici 370. *decreſcunt* 373
Camerarii duo 744. 778. 576
Camenecia Podoliæ condita 207. *a Turcis capta* 230
Caminicam Turcæ occupant 109
Caminenſis Epiſcopatus a Polonis non inſtitutus 453. *vide &* Epiſcopatus.
Cancellarii in Lithvania 521. 523. *non poſſunt eſſe Archiepiſcopi vel Epiſcopi majores* 517. *eorum titulus* 518 *conſtitutio* 419. *renunciatio* 713. *jusjurandum* 532
Candidati regni exteri & indigenæ 309 *poſt Henricum* 310. *poſt Stephanum* ibid. *Johannem Caſimirum* 311. *Michaelem regem* 312. *non adſunt in loco Electionis* 314
Canonici debent eſſe nobiles 629. *eorum numerus eſt certus* 631. *jura in Epiſcopatum Varmienſem* 414. *Culminenſem* 415
Capitaneus Ravenſis 881. *Samogitiæ* 420. 504. 505
Capitanei limitanei 854. *cum juriſdictione*

ctione 568. ſine juriſdictione ibid. *in Pruſſia ubi 569.* ſeqq. *quid olim contulerint in menſam regiam 919 hoſpitia aſſignant 682. horum requiſita 770. prærogativa* 570

Capitatio Judæorum 398. Tartarorum 400. generalis 402. capitationem judiciam exigunt ſcholarchæ Judæorum 405

Cardinales in Polonia 492

Carini populi 970

Carolus Guſtavus Polonis bellum infert 194

Cæryones videntur eſſe Curones 934

Caſimirus Germanis tributarius 51

Caſimirus I. monachus 71. vincit Maslaum & recuperat Maſoviam 225

Caſimirus II. juſtus 74. ejus moderatio 75. Caſimirus M. Germanos in Poloniam invitat 78. Ruſſiam in formam provinciæ redegit 202. bella ejus contra Lithvanos 208. cur Rex plebeior. ſit dictus 618. Johannes Caſimirus Rex fuit Cardinalis 107 ejus bella ibid. *cedit omne jus quod habuit in Sileſiam 124. jus quod habuit*

Digitized by Google

buit in Ruſſiam abdicat 199. ejus exſequiæ 337. Caſimirus juſtus Ruſſiam donat 201. Caſimirus Igellonides 413 ex conſenſu Senatus indicit bellum 387

Cauſarum Patroni nobiles 636

Caſſubiorum nomen an Slavonicum 999

Caſtellani, vicarii Palatinorum, a quo conſtituantur 469. Cracovienſes cur primum locum occupent 503. eorum titulus 508. eorum ordo 502. Vilnenſis & Trocenſis cur Palatinis præcedant 504. Caſtellani majores 508 minores 510. unde hæc diſtinctio orta 512. minores olim fiebant nuncii ibid. *majores a Palatinatibus, a diſtrictibus minores vocantur* ibid. *minorum in ſenatu locus* ibid. *in conciliis nullum obſervatur diſcrimen 573. Caſtellanorum functiones 514. eorum tituli* ibid. *vocantur Domini* 515

Caſtrorum deſertores 868

Centuriones qui 567

Ceræ rubræ ſus in obſignandis literis quibus conceſſus 642. ſeqq.

Chol-

Cholbergenſis Epiſcopatus 454
Citatio per quem inſinuatur 766. Citationes 804. 830. in Pruſſia 767. in judicium ſuccameraliale 777
Cives in Polonia Kmetones dicuntur 245
Cmetones abſolutum agnoſcunt Dominium 621
Colbergenſis Epiſcopus 149
Collecta fumalis 401
Colloquium Thorunenſe 106. colloquia generalia ubi inſtituenda 384
Coma ſeptima ætatis anno tonſa 69
Commisſio ad ſolvenda militibus ſtipendia 823. commisſionis requiſita 780 locus 824. judices ibid.
Comites & magni Comites in Polonia 595. aliunde venientes ibid. a ducibus Poloniæ creati 596. ab Imperatoribus Germaniæ creati ibid. a bonis quæ poſſident Comites vocantur 598 ſeqq. ex regnis aliis aſſumti 599 olim qui fuere 603. Comitis titulum qui dimiſere 609
Comitia Polonica 664. horum initium 295. 703. cauſa 664. comitia electionis

nis 294. coronationis 351. comitia togata & paludata 664. ordinaria & extraordinaria 665. judicialia multiplicia 810. omnium conſenſu feruntur 399. biſariam dividuntur ibid. locus & tempus comitiorum indeterminata olim erant 666. certo alligata loco 667. comitiorum duratio 670. in quibus urbibus celebranda 667. ſeqq. comitiis certum tempus definitum 669. comitiorum extraordinariorum tempus 670. propoſitio 709. jus convocandi ordines ad comitia penes quem 671. comitia conventus particulares præceduut 673. 701. ſeqq. comitia vel unus nobilis turbare poteſt 717. comitialia conſilia 733. comitialium judiciorum ordo 812. decreta 727. hæc ruptis etiam comitiis rata ſunt, conſtitutiones non item ibid. comitiorum turbas ipſi Poloni deteſtantur 732

Commendatores & advocati 948. eorum ordo 949

Competitores regni poſt exceſſum Auguſti 310

Con-

Concertationes de admittendis legatis 304
Confœderatio Polonica 282. *confœderatio generalis* 289
Conjugium Rex non contrahit inconſulto Senatu 440
Conradus Maſoviæ dux 171. *ejus pacta cum cruciferis* ibid. *huic duces Maſoviæ Regesque Halicienſes originem debent* 226
Conſilium Regis perpetuum 734. *conſilia poſt comitialia* 733. *conſilia de coronationis die* 328. *conſilia bellica* 389 *de judicio generali* 784. *non niſi electo Marſchalco tractantur* 698. *conſiliorum translatio ad Patres* 720
Conſeſſus in campo 295
Conſiliarii miniſtri 949 *duodecim uxorati* 459
Conſtitutiones quomodo ſcribantur 72[illegible] *impreſſæ ad conventus particulares mitti debent* 282. *publice præleguntur* 725. *referuntur ad acta* ibid. *typis mandantur* 726. *ad conſtitutionum reviſionem jurare debent deputi*[illegible]

putati 382. proteſtationes contra conſtitutiones 730

Conſules quales viri 653

Conſultationes nunciorum in rota equeſtri 299. de pactis conventis 301. cum exteris Legatis per deputatos 208
conſultationes nobilium 683

Contributio agraria 397. ducillaris ibid.
contributiones Ducillorum 404

Controverſia de conſtituendis Abbatibus 415

Conventus particulares 696 ubi habendi 280. electionis comitia præcedunt 293 ante bellum inſtituuntur 673. eorum loca 474. nuncii regii ad conventus mittuntur 689. ſenatores ad conventus particulares pertinent ibid. *conventus Marſchalci particulares 682. locus 685. conventus provinciarum generales 691. conventus majoris Poloniæ Colenſis 602. minoris Corcinenſis* ibid. *Lithvaniæ Slonimenſis* ibid. *Pruſſiæ, Crudenti & Mariæburgi* ibid. *generalis Maſoviæ 693. Podlachiæ* ibid. *Uvoliniæ* ibid. *Pruſſiæ 60. 701. 673. 696. Palatinatus*

tus Pomeranici 696. poſt Comitiales 729
Converſio Poloniæ 666. Lithvaniæ 367
Convocatio generalis 285. convocationis initium ſit a ſacris ibid. *propoſitio per quem fiat* 288. 71
Coronatio Regis 333. peragitur Cracoviæ 335. Regis Michaelis 345. Reginæ Catholicæ 357. 359. coronationis Regis locus 338. Reginæ 358. ritus 341. coronam quis Regi imponat 33 *aſſiſtentes in coronatione qui* 34
Coſaci vide Koſaci.
Cracovia condita 304. Cracoviæ Germani rerum potiuntur 77. Cracoviam ad coronationem ordines confluunt 33
Cracovienſis Academia 380. Epiſcopus 496. Succamerarius curat ſalinas 563. Cracovienſis arcis procurator ibid. *Cracovienſes bona terreſtria poſſidere poſſunt* 64
Cracus leges promulgat 38
Croſna cedit Marchionibus Brandeburgicis 11
Croſnenſis Ducatus fata 1

Cr

Cruciferi Pomeraniæ partem accipiunt 156. Pruſſis ſunt intolerabiles 178 pacem impetrant 179. jugum Polonicum excutere laborant 180. Pruſſiam ſibi ſubjiciunt 172. arcem & urbem Gedanenſem occupant 174 a Marchionibus Brandeburgenſibus emunt Pomerelliam ibid. *Michalovienſem tractum occupant 175. Lithvaniam infeſtant 176. Cruciferorum prætenſio in Pomeraniam prima 156 ſecunda* ibid. *tertia 157. Cruciferis confertur diploma a Friderico ſecundo 172. Samogitia traditur illis 176. cruciferos Conradus evocat in Pruſſiam 171. Cruciferos Boguſſa accerſit contra Marchiones 173. pacta Cruciferos inter & Jagellonem Regem 176. Wladislaum Jagellonidem 177. Cônradum 171. pacta a Cruciferis violata 179. Samogitæ a Cruciferis deficiunt 177*

Cruſvicienſis Epiſcopatus 496

Culmenſis Epiſcopatus 499

Curlandia 937. olim latius patebat 939 Curlandiæ nomen 937. primus Dux 953. ſe-

953. *ſecundus dux* ibid. *tertius* ibid. *quartus* ibid. *regimen hodiernum* 956 *conſilia* 957. *judicia* 958. *judicia Eccleſiaſtica* 959. *civilia* ibid. *tributa & conſultationes variæ* ibid.

Curonia converſa 941. *non eſt inſula* 938 *Livonito ordini donatur à Lithvanis* 946. *Curoniæ Reſpublica* 941 954 *Sueones Curoniam ſibi ſubjiciunt* 941. *Curoniam qui primi ingreſſi* 943 *Curonia Sueorum jugum excutiunt* 942

Curones idololatræ 93[illegible]

Curſu equorum dux quæritur 5[illegible]

Cujavienſis Epiſcopatus 49[illegible]

Czenichovienſes Senatores 475

D.

Daniel Rex Ruſſorum 201

Dannebergenſis pugna cruentisſima 177

Dantiſcanum bellum 102

Decreta tribunalia 805. *in Lithvanis Ruſſico ſermone ſcripta* 806. *ex pluralitate ſententiarum colliguntur* 8[illegible]

Demetrius Moſcorum Dux à Lithvanis vincitur 20[illegible]

Den-

Denarius Petri 71
Deputati jurare debent 382. quomodo ad conſilia bellica eligendi 791. ubi conveniunt 796. ex nunciis terreſtribus eliguntur 814. jusjurandum præſtant 822. deputatorum ſalarium 880 numerus eorum 792. requiſita 794 formula jurandi quæ 796
Dignitates vocantes quis diſtribuat 711 Rex neque auget neque minuit 426 quo tempore conferantur 427. fratribus & filiis à Rege ſolo non conferuntur 428. quid hi promittere teneantur ad dignitates evecti ibid. in unum non multas cumulandas cenſent 429. conſentiente Rege alteri vendere licet 430. Rex ſolus auferre non poteſt ibid. dignitates Ducum & Comitum &c. Rex conferre poteſt ordinibus conſentientibus 431 in Pruſſia facilius ac in Polonia conſequuntur 633. dignitates ſeculares 635. 417. Eccleſiaſticæ qua de cauſa auferantur 431
Dignitariorum renunciatio per quem fiat 712

Docti Poloniæ ſuperioris ſeculi 104
Donativum mercatorum 400
Drabimenſis diſtrictus 143
Dux Coſacorum 900. Prætoriani militis ibid. *dux belli unus ſolum eligitur* 864
Ducis Veneti conditiones 917. duces exercituum 550. 863. Poloniæ ex ſanguine Regio orti 590. 606. ex Magnis Lithvaniæ Ducibus ibid. *ex aliis regnis 591. ab Imperatoribus Romanis creati 593. 606. duces belli quomodo eligantur 864. olim non erant perpetui 898. Duces limitanei militis 900*
Ducum exercituum poteſtas 863. horum officia 897. conſilia de belli ducum potentia 898

E.

Elbinga Electori promittitur 184
Electio Regum Poloniæ quando invaluit 246. eſt libera 366. quo modo peragatur 322. vivo alio adhuc Rege prohibetur ibid. *hujus prohibitionis quæ cauſa 248. 270. Electionis decretum 326. tempus 292. Comitia 294 locus vetus & hodiernus* ibid. *ad*

electio-

electionem omnium conſenſus requiritur 321 turbæ in electione ortæ 325 nobilium quisque in electione, habet ſuffragium 315
Electivorum regnorum natura 363
Electori Brandeburgico ſupremum in Pruſſia dominium traditur 185. Electores Regum Poloniæ qui 315
Endivilus Dux Lithvaniæ 203
Enſifer Pruſſiæ generalis 557. Enſiferorum ordo quando ortus 943. 186 ſeq. à quo inſtitutus 421. 187. Ordinis Magiſter 187
Epiſcopus Cracovienſis Dux eſt Severiæ 494. hujus Diœceſis 495. titulus 496
Epiſcopus Cujavienſis 46. Cruſvicienſis 496. Poſnanienſis 497. Diœceſis ejus ibid. Vilnenſis ibid. Diœceſis illius ibid. Warmienſis 498 Luceorienſis 499. Samogitiæ ibid. Culmenſis ibid. Pomeſanienſis 499 controverſia ejus de titulo ibid. Kiovienſis 500. Czernichovienſis ibid. Wendenſis ibid. Livoniæ ibid. Epiſcopus Abbatias tenere non poteſt ibid. excipiuntur quidam 501

Epiſcopi nobiles eſſe debent 629. *utrum latus Regis in Senatu defendunt* 493 *Epiſcopi Ruſſici* 464. *Epiſcopi favent Lutheranis* 372. *primi in Polonia ex Italia* 412. *ad conſilium Principis mox admiſſi* 458. *Conſiliarii Principis quando facti* 460. *ſoli erant Regi à Conſiliis* 458

Epiſcopatus Caminenſis 453. *Cholbergenſis Poſnanienſis* 456. *Wratiſlavienſis* ibid. *Culmenſis* 457. *Plocenſis Epiſcopatus* 498. *Luceorienſis* 462. *quando & à quo conditus* ibid. *Lubecenſis* 131

Equites Aurati quando creantur 350 *Equitum Magiſtri* 901. *Equorum curſu Dux quæritur* 35

Euchariſtiam ubi Rex ſumat 337

Exactores ſpiritualium 404

Exceptiones in Magiſtratibus conferendis 419

Exequiæ Regis 336. ſeq.

Exercitus luſtratur 861. *ex diverſis diſtrictibus ad Palatinum contendit* 862. *luſtratur à Palatino* ibid. *exercituum Ducum poteſtas* ibid. 896. ſeq.

Exor-

Exorbitantiæ 299. exorbitantiarum materia 300

Expeditio generalis 846. quæ ad hanc pertineant ibid. *expeditioni generali Rex ipſe intereſſe debet 864 in expeditione generali nobiles extra fines regni militare non tenentur 866 in hac quid deſideretur 898. peditatus in expeditione generali 848 in hac quanta hominum copia conſtetur 456. expeditionem generalem indicendi modus* 858

F.

Fabula de primis Poloniæ Ducibus 12. 26 de Leſci tertii viginti filiis naturalibus 28. fabulæ de Libone refelluntur 903

Familiæ in Polonia Lutheranæ 471 Nobilium recenſentur 662. ſeqq. *olim florentes jam extinctæ* 664

Ferreis ſoleis ocreas muniendi mos 36

Feudum inconſultis ordinibus, nemini confert 440

Fines Poloniæ, Lithvaniæ, Livoniæ Pomeraniæ &c. vide in Polonia Lithvania *&c.*

Firlejus Comitis titulum accipere recuſat 608
Fœdera Polonorum cum Germanico Imperatore 879
Forum mixtum 804
Fridericus Wilhelmus ſupremus Pruſſiæ dominus 184
Fumalis collecta 401

G.

Gamratus ex plebejis ad Epiſcopatum evectus 632
Gedanenſibus inſignia ſua corona exornare conceſſum 644
Gediminus Vilnam condidit, Gentem Ruſſicam ſibi ſubjecit 206
Generalis Poloniæ minoris 555. majoris 557
Gens & Familia quomodo differant 584 gentes Polonicæ quæ 585. in familias diviſæ ibid. ſingulæ familias plures habent 586. harum variæ appellationes ibid. has ex qua lingua ſumant ibid.
Georgius Fridericus Curator Principis 181. Georgius Wilhelmus Dux Pruſſiæ

ſiæ 183. ejus ex jactu pomi divinatio ibid.
Germania quando condita 980. antiqua 4. 981
Glinſcius Sigismundi I. tempore deficit ad Moſcos 218
Gneſnenſis Archiepiſcopatus 454
Gnieucovienſis Palatinus 462
Gothardus I. Dux Curlandiæ 190
Gothi unde orti 984. ſeqq. *ubi habitarint 968. Pruſſiam incolunt 3. Venetos expellunt 6. in Pomerania habitant* 972
Gracus an fuerit Bohemus 34
Gratulationes præſenti Rege 329
Græci qui 940. in Ruſſia duplices 376
Gutones populi 970

H.

Habdankorum familia unde orta 587
Habitus Ordinum poſt Regis obitum 330
Hadiacenſia pacta 377
Hallicienſe regnum Colomanno traditur 201. Hallicienſes Ruſſi ibid.
Harlungi 136. a Bilungo expelluntur 137

Henricus Rex 101. *Henricus IV. Imperator Wratiſlao poteſtatem dedit Poloniam ſibi ſubjugandi* 118

Hermiones populi qui 669

Hiſpani ſunt Gothi 940

Hiſtoria mirabilis de homine ab urſis educato 108

Holſatiæ Dux Rex Livoniæ creatur 192. 952

Homagium Civitatis Cracovienſis 350 *quomodo Pruſſicæ urbes id præſtent* 357

Homicidæ quomodo in Polonia puniantur 637. ſeqq. *in Pruſſia* 640

Horodniczy 760

Hoſpitium cives deputatis præbere coguntur 799

Hudok caſtellum contra Koſacos exſtruitur 895

Hungaria Scepuſiaca Polonis oppignorata 129. *quibus conditionibus* ibid. *vide &* Menhardum.

Huſſarzo 904

Hymnus ante prælium olim decantari ſolitus 865. *vide &* prælium.

Jagello

I.

Jagello quis 85. *in baptiſmo nomen Latislai accepit* 86. *Jagello Olgendi filius* 210. *Jagello magnus Dux fuit Lithvaniæ* ibid. *quarum provinciarum fuerit Dominus* ibid. *Jagello Rex Poloniæ eligitur* 21

Jagellonis poſteri hæredis nomine uſi ſunt 81. *Hujus virtutes & vitia* 87 *Wlatislaus Jagellonides cæditur ad Varnam* 88. *Caſimirus Jagellonides* ibid. *Audebant monetam ſine ordinum conſenſu cudere* 408. *Jagellonitarum tempore regnum fuit electivum* 80. *Horum tempore provocatio ad Regem* 386. *Potentia eorum* 99. *Memorabiliora de rebus Jagellonitarum* 85

Jannutus magnus Dux conſtituitur 207

Jelitarum inſignia 587

Jetwingos ſubjugat Boleslaus Budicus 205

Immanitatum Polonorum cauſæ 362

Indigenatus jura 434. 432

Induciæ Sex annorum 194. 26. *annorum*

rum 194. *Induciarum cum Moſſis conditiones* 222

Injuriæ ſimplices 741

Innoteſcentia de coronatione 351. *Formulæ innoteſcentiæ* 781

Inſignia Polonorum *Aquila* 33. *Inſignia* Corona *exornare conceſſum Polonis* 643. *Inſignia Jelitarum* 587

Inſinuatio 766

Inſulæ etiam dicuntur Regiones maritimæ 939

Interregna ſunt duplicia 111. *Interregna Polonica* ibid. *Horum tres cauſæ* 150. *prima* ibid. *ſecunda* 151. *Tertia* 252. *Interregna majora & minora* 270. *Quo usque durant* 330 *Horum denunciatio* 278

Interrex quis ſit 272. *Interrex cum ſenatu dignitates nulli confert* 332 *Interregis poteſtas* 451

Johannes Albertus 89. *Johannes III Rex pacem cum Turcis facit* 231 *Johannes Sigismundus Elector* 182 *moritur* ibid. *Johannes Caſimirus regno ſe abdicat* 553. *ejus oratio* 257 *Arianos ejicit* 373

Joros-

Joroslaus Dux Ruſſorum confugit ad Boislaum I. Regem 198

Judex Marſchalcalis 826. ejus jusjurandum 826. 829

Judices Judæorum 576. Judices terreſtres 421

Judices in terminis generalibus 782

Judices Pruſſiæ generales 783. In judiciis tribunalitiis 791. Judices ſpiritualium 604. Judices in comitialibus judiciis 813. Judices in tribunali 819. Judicum ſalaria 820. Horum electio 791. 745. Judicum uno abſente judicia terreſtria non peraguntur 745

Judicium aſſeſſorale 834. Cauſæ huc pertinentes 835. Locus ubi exercetur ibid. *Judicium Palatinale & Capitaniale 837. Capitaniale & Civile* ibid. *Judicium Nunciaturæ* 843 *Compoſitum judicium 604. Judicium terreſtre aſſidet judicio tribunali 807 Judicium in quo cauſæ contributionum agitantur 818. Judicium poſtcuriale quotuplex 834. Judicium Poſtcapturale quotuplex 834. Judicii terre-*

terreſtris aſſeſſores in Pruſſia 745 *Judicii ordinatio* 801. 804. *Judicii tribunalitii ſecuritas* 808. *Tempus judicii tribunalitii* 821. *Judicii ſupremi Præſes quis* 284. *Judicio terreſtri Culmenſi quinam aſſideant* 562 *Citationes ad judicium Succameraliale* 777. *Cauſæ ad judicium tribunalitium pertinentes* 821. *Ordo in judicio tribunali* 822. *quinam in judicio Marſchalcali judicentur* 825 *Appellatio admisſibilis à judicio aſſeſſorali* 836. *Judicia relationum* 835 *Judicia Palatinalia* 836. *Judicia mixta* 837. *Limitanea* 838. *Inter Livones & Lithvanos & inter Curlandos & Lithvanos* ibid. *Lithuanos inter & Moſcovitas* 839. *Eccleſiaſtica* 841. *Inter Pruſſos* 842. *Judicia terreſtria* 741. *Loca* ibid. *Quando tempore exercentur* 764. *Citationes ad hæc* 765. *per quos Citationes inſinuantur* 766. *Judicia caſtrenſia* 769 *Locus* 771. *Cauſæ huc ſpectantes* ibid. *Citationes ad hæc judicia* 774. *Judicia Succameralia* 771. *Judicia Commiſſo-*

miſſorialia 780. Pruſſica generalia 783. Judicia militaria 824. Judicia Marſchalcalia 825. Capturalia 829 297. & ſeqq. Particularia ibid. *In Urbibus & Pagis 831. Civitatum in Pruſſia 832. Judæorum 833. Tartarorum 834. Judicia nova ex cujus conſenſu inſtituantur 386. Judicia terreſtria 582. 740. Horum aſſeſſores 742. Judiciorum Capturalium differentia 289. Ordo judiciorum comitialium 812. Judiciorum terreſtrium loca 746. Judiciorum Jus in Polonia 383. multum Rex bodie remiſit 386. Remiſſæ ex tribunalibus ad judicia Comitialia 809*

Jura nobilitatis quomodo conferantur 432. Jura indigenatus ibid. & *434 Jura canonicorum in Epiſcopatu Warmienſi 414. in Epiſcopatu Culmienſi 415*

Jus Armorum in Polonia 387. Jus Caduci in bona ſteriliter de mortui 623 Jus Comitia indicendi 436. Jus conferendorum magiſtratuum 411. Jus Culmenſe in Pruſſia 390. Jus fœdera pan-

pangendi 391. Jus Legationum olim habuere Reges Poloniæ 434. Jus Legatos recipiendi 436. Jus Legum ferendarum 381. Jus Lubecenſe in Pruſſia 390. Jus monetæ cudendæ olim habuerunt Reges 405 407. & ſeqq. *Jus ſacrorum Reges Poloniæ ſibi reſervant 366. Jus Saxonicum in Polonia 388. Origo hujus* ibid. *&* 390 *Jus ſuffragii 316. Nobiles habent 315 &* ſeqq. *Civitates quædam habent* ibid. *Pruſſiæ civitates quoque 317 Duces Pruſſiæ non habent 318. neque Duces Curlandiæ 320. neque milites* ibid. *Coſaci ſibi vendicant hoc jus ſed fruſtra 321. Jus terreſtre nobilitatis 388. Jus tributum & vectigalia imponendi 392. Jus venationum 436. Jus vitæ & necis in ſubditos 616*

Jusjurandum Senatorum 528. Epiſcopi Warmienſis 529. Cancellariorum 532 Theſaurarii 534. Nunciorum 705 Marſchalci 706. 797. Deputatorum 724. 796. Aſſeſſorum 743. Judicum Marſchalcalium 826. Notarii Marſchal-

ſchalcalis 828. Ordinum in convocatione 292. Aſſeſſorum judicii capturalis 297. Literæ de jureſurando à Rege præſtito 352. Reges ſibi neminem privato jurejurando obſtringunt 429 Quando jusjurandum Regium prælegatur 449. Declarationes hujus ibid. Regis præſentis 329. Ordinum & Civitatum Regi præſtitutum 351 Jusjurandum Miniſtri primi Aulæ Regiæ Reipubl. præſtitum 447. Jurisjurandi clauſula in Lithvania præſtari ſoliti 798

K.

Kaptur ſeu confœderatio 282
Ketlerus Magiſter ordinum Livoniæ 952
Regi Poloniæ ſe dedit 953
Kiovienſis Epiſcopatus 500. Palatinatus 469
Kmetones ſeu Cives 245
Kneſii Moſcovitici qui 606. ſeqq.
Kopiynik 904
Koſaci unde dicantur 884. quando orti ſint 885. Koſaci Zaporohenſes ſeu Porohi 886. Regi Poloniæ militant 896

Koſakorum origo obſcura 884. horum Dux 900. 886. mores ſucceſſu temporum corrupti 887. Reſpublica qualis 889. modus conſultandi ibid. *bellum maritimum 890. militia maritima 891. Rebelliones 892. Koſacis Stephanus Rex caſtellum Trechtimirowo donat 887. contra Koſacos caſtellum Hudax exſtruitur* 895

L.

Latina vide lingua.

Lauenburgum Ducibus Pomeraniæ traditur 158. redit ad Regem Poloniæ 160 *Electori Brandeburgico traditur* ibid. *pacta de Lauenburgo* 159

Lechus I. 32. ejus tempore nullæ erant leges 381. Lechus II. 34

Leſcus II. 35. Leſcus III. 36. Leſcus IV. 69 *Leſcus albus 75. concedit Conrado Maſoviam* 226

Legatio Gallica Pollonis honorifica 103 *Legationis jura vide* jura. *ejus peragendæ modus 306. legationis de pace & bello: de fœderibus quis mittendi jus habeat 435. legationum*

mu-

mutuarum locus 715. ſumtus in legationes Moſcoviticas 436
Legati electio penes quem 435. ejus inſtructio ibid. Regum ubi ſedeant 305 exteri 290. exterorum quomodo audiantur 302. extra electionis locum ſunt ibid. Vaſallorum legati quomodo audiantur 305. ad aſſignata loca diſcedunt 308. Rege abſente jurare tenentur 327. Legatos Pontificum audiendi modus 303. Imperatoris ibid.
Leges Boleslai I. de Judæis 382. Caſimiri juſti ibid. Henrici Barbati 383 Caſimiri magni ibid. Boleslai Chrobri 384. Ducis ibid. Jagellonidarum ibid. Craci 381. Lechi ibid. Polonicæ quomodo ſcribantur 386. Lithvaniæ ibid. 387. leges de obedientia Regi non præſtanda 448. contra externos titulos 612. leges pro ruſticis latæ 618 de diſciplina militari 870. de bello gerendo 845. legibus ſæpe praxis adverſatur 731. leges condendi ratio 382 has Miecislaus cumulat 382
Leopolienſis Archiepiſcopatus 463. 493

Leopolenſis urbis incolæ bona terreſtria poſſidere poſſunt 642

Libri caſtrenſes quomodo ſervandi 776 *terreſtribus inſcribuntur cauſæ agitatæ* 807

Lingua Latina in Polonia olim rara 89 *cur nunc frequentisſima* ibid. 102 *ejus linguæ & aurigæ gnari* 103

Literæ exterorum Principum quomodo legantur 290

Lithvania 234. *à quo dicta* 196. *decreſcit* 216. *Lithvaniæ fines veteres* 196 *magnitudo* 206. *latitudo* 216. *diviſio inter filios Gedimini* ibid. *in Lithvania ubi tribunalia celebrentur* 788

Lithvani in bello ultra fines ſuos non progrediuntur 855. *Ruſſiam ſibi ſubjiciunt* 197. *olim carebant pecunia* 406. *Lithvanorum prætenſiones in provincias Ruſſicas* 213. *eorum lites quomodo olim diremtæ* 384. *horum ſenatores* 465. *Ordo antiquus* 482 *modernus* 484. *Lithvanorum nobilium privilegia* 649. *Lithvanis forma Monarchica placuit* 906

Livonia 255. *unde dicta* 935. *Polonis*

&

& Lithvanis per conſtitutiones facta communis 236. ad Chriſtianam Religionem convertitur 186. Cruciferorum ordinem recipit 187. Livoniæ partes ſeu provinciæ 186. Livoniæ primus Epiſcopus 943. hujus Epiſcopi 500 949. Archiepiſcopo Epiſcopi Prusſici ſubſunt. 187. Livoniæ nova conſtitutio 237. Magiſtratus quomodo ſe habeat 424. Senatores 474. Magiſter ubi eligatur 947. ejus ſedes ibid.

Livonicæ nobilitatis libertas 950. belli cauſa. 189

Lixarum multitudo 870

Longobardi unde deriventur 978. 987 ſeqq. *an in Pomerania habitaverint* 977

Lubecenſis Epiſcopatus a quo inſtitutus 139. tractus ejus Brandeburgenſibus venditur 140

Lublinenſis Palatinus 470

Lubomirsky Princeps a Ferdinando Imperatore creatus 594. ſeqq. *610*

Luceorenſis Epiſcopatus 462. 499

Ludovicus Hungarorum & Polonorum Rex 79. Ludovicus prus Sileſiam tri-

tributariam facit 115. Ludovici res geſtæ in Pruſſia 209
Luſatia quo tempore Polonis nondum paruerit 130. Regibus Bohemiæ traditur 133. ſeqq. *avellitur a Polonia* 135
Luſatiam Carolingii infeſtant 131
hanc quis primus ſubegerit 132. Marchiones quando occupaverint 133.
in Luſatia quis ſtatus 131
Luſtrationes Nobilitatis intermiſſæ 871
ubi peractæ 872
Lutherana Religio in Polonia 370. decreſcit 373. rejicitur 951. Lutherana familia 471
Luthici, Slavi & Licikavici non ſunt iidem 132

M.

Magiſtratus Polonici an functiones habeant perpetuas 563. Diſtrictuum 421 bi ubi reperiantur 564. ſeqq. *Magiſtratus in Ducatu Lithvaniæ* 566
quibus & quo tempore comparatur 427. Majoris ordinis ſenatorii 575
Non poſſunt eſſe Duces belli 516. Regni & magni Ducatus Lithvaniæ 544
Aulæ

Digitized by Google

Aulæ Regiæ 553. & ſeqq. *a quo denunciatur* ibid. *Palatinorum & diſtrictuum.* 557. *in Lithvania* 559. 564. 566 *Terreſtres* ibid. *terræ Zydaczovienſis* 558. *terræ Buscenſis* 559. *Caſtrenſis* 568. *certorum locorum quomodo vocentur* 573. *a quo conſtituitur* 575 *Magiſtratus prærogativa pro Comitibus & Baronibus* 579. *cur tanto copia Magiſtratus ſit in Polonia* 577 *ordo magiſtratuum in Lithvania & Pruſſia* 561. *dignitas eorum* 573. *diviſio eorum* 544. *ordo eorum* 548 *ordo in Broclavienſi & Volyniæ Palatinatibus* 558

Marchia unde nomen habeat 135. *olim Polonis fuit ſubjecta* 139. *quomodo ad Marchiones Brandeburgenſes pervenerit* 139. *quomodo Pomeranis fuerit ſubjecta* 140. *quando Brandeburgenſibus ceſſerit* 142. *Marchiam varie gentes ſlavonicæ tenuere* 136. *Carolus M. eos in Marchia habitantes ſubegit* 136

Marſchalcus ordinis Teutonici in Livonia 948. *Regem ſalutat* 708. *digni-*

tates aliis conferendas a Rege petit 710. ordinis terreſtris 728 a quo eligatur 798. ex qua gente eligatur 285. pluralitate ſententiarum eligitur 286. Marſchalcus Nunciorum 328. Archiepiſcopalis 486 Marſchalci ſtatus & conditio 687 Munia ejus 703. 719. 722. jusjurandum ejus 706. & ſeqq. *828. 295. 289 officium 829. ejus denunciatio 796. 287 conventus particularis 682. Marſchalci 559. perpetui 682. Regem proclamant electum 324. Regem publicant 330. baculos erectos non præferunt Regi electo 332. quid ſint 519 tribunalium Marſchalci 552. Marſchalcorum titulos 518. Marſchalcalis judex 575*

Maslaus ſive Maſos nomen dedit Maſovitis 225

Maſovii ſecundum alios dicuntur a Maſagetis ibid. *Caſimirus I. vincit Maslaum Maſoviamque recuperat* ibid.

Maſovia 234. Maſovia avellitur a Polonia 224. Maſoviæ Duces Ducibus

cibus Poloniæ obnoxii 226. Maſoviæ Ducatum non conſtituit Imperator ibid. *Maſovia tota redit ad regnum Poloniæ 227. controverſia inter Duces Maſoviæ & Epiſcopos de prærogativa loci* 480

Mendogus magnus Dux Lithvaniæ fit Chriſtianus 205. deficit ad Ethnicismum ibid.

Menbardum ſeu Menbardivilla una ex tredecim civitatibus in Comitatu Scepuſienſi Hungariæ ſuperioris 129

Menſæ Regiæ bona 394. Rex non diſponit in bonis menſæ Regiæ 439.

Miecislaus 69. a quo dicatur ibid. *& 70. Miecislaus II. 71. Miecislaus ſenex 75. inſtituit Epiſcopos & Archiepiſcopos 452. Infeliciter rem gerit contra Pruſſos* 199

Mercium permutatio 405

Metropolita Kiovienſis 476

Michael Rex 109. cum Turcis pacem facit 230. quomodo aureum vellus acceperit 351. ejus coronatio 345

Militia aulica quanta eſſe debeat 447 mercenaria 872. è quibus conſtet 874

ſocia 875. Quartiana 879. a quo dicatur 882. voluntaria 883. origo hujus ibid. Dux militiæ Prætorianæ 900. 447. quis primo uſus ſit mercenaria militia 873
Miniſtri aulæ Regiæ 853. aliorum, Legatorum, Archiepiſcoporum ibid.
Minguito Dux 204
Monarcha Ruſsiæ primus 199
Monetæ cudendæ jus 405. 407. peregrinæ monetæ abrogatio ad quos pertineat 409. quis privilegium monetæ cudendæ habeat 488. quis monetam argenteam primo in Poloniam invexerit 406. quis auream ibid.
Moſci alium ſibi eligunt Ducem 219
varii tractatus cum Moſcis 223
Moſcoviticum bellum 952. 221. Moſcoviæ Dux Dominum totius Ruſſiæ ſe vocat 217. Livoniam infeſtat 191
Moſtovniczy 560
Motio generalis 846
Mulctæ in judiciis 405
Munimenta in Pruſsica quæ 905
Munitiones & caſtella in Polonia 904

Myſtico-

Digitized by Google

Myſicovii quando Marſchalcus creatus 594

N.

Narimundus Dux Lithvaniæ 204

Nobilis Polonis cur Schlachtic vocetur 581. Nobilis Nobilem ſi occidat quæ pœna, quis accuſare debeat 640. 627 ſi Nobilis plebeium quid teneatur 638 unus Nobilis comitia turbare poteſt 717. Nobiles dicti ſunt nomine militum 844. Nunc vocantur equites 845. quidam per alios militant 850 nobiles pauperiores 852. in expeditione generali non militant extra fines Regni 866. jus Vitæ & Necis in ſubditos habent 616. ſeqq. *& 621 cognatis usque ad octavum gradum ſuccedunt 623. in urbibus ſubſunt Jurisdictioni Civili* ibid. *vectigalia aliquando ſolvunt 625. jus fodinarum habent* ibid. *non captivantur 627 quibus conditionibus capi poſſint* ibid. *quomodo puniantur 628. ſoli bona terreſtria poſſident 640. quilibet*

bet aditum ad Regnum habet 644 jura ſua in Comitiis per delegatos tuentur 645. & ſeqq. Nati Nobiles præſtantiores factis 651. recentes creati ad multa non admittuntur ibid. variis oneribus onerantur 651 in familias veterum adoptantur 653 quomodo apud Germanos diſtinguantur. Nobilium familiæ recenſentur 661. privilegia eorum 385. 646 649. 637. 644. 624. eorum vox 650 bona à ſtationibus & à tributis 394 militum libera 622. nobilium domus Aſyla 524. an areſta in eorum bona ſit concedenda ibid. judicia eorum tempore generalis expeditionis ceſſant 856. eorum magna vis in Moſcovia 857. nobilium ordo 614. prærogativa 620

Nobilitas ubi conſilia tractet 698. Nobilitas Polonica 581. ſola dignitates ſeculares & Eccleſiaſticas conſequitur 628. Quale onus ſuſtineat 647 quomodo tanta privilegia ſit adepta 647. & ſeqq. quibus modis amittatur 656. ſeqq. ſe ſubjicit tribunali

Digitized by Google

nali 785. a tribunali ad judicium Regium appellat 786. finito bello non diſcedit pro lubitu 868. Nobilitatis luſtrationes; Nobilitatis jura 432. 81 871. Livonicæ libertates 950. deductio ejus ubi 655. ſpecies Nobilitatis 587. æqualitas 609. hanc coercere nonnulli conantur 611. Nobilitatem acquirendi modus 650. peculiaris modus 653. Nobilitatem mentientes qua pœna afficiantur 654

Nobilitatio quid 651

Notarius theſauri ſupremus 551. 576 Notarius Metricæ 575. Campeſtris 901. 821. 571. ſuccamerarialis 576 tribunalitius 807. Notarii quales eſſe debeant 745. 771. caſtrenſes 571 771. generales Notarii diſtinguuntur à Notariis diſtrictuum 567

Nowogardia à Lithvania avellitur 216

Nummi misſiles quando ſpargantur 350. 349. Elbingenſes antiqui 410

Nuncius Regius deliberanda proponit 683. Nuncius terreſtris ubi in Comitiis locum habeat 718. nuncii ad cau-

cauſas dijudicandas admittuntur 815. quomodo eligantur 685. 703. ad Comitia quando mitti cœperint 690 per deputatos multa tractant 719 eligunt ſibi Marſchalcum 285. 703 in Senatorium introducuntur 287 295. Vaſallorum quomodo audiantur 505. cur hi coronationi adſint 334 ad oſculum manus Regis admittuntur 708. Magiſtratus reos agere posſunt 716. in Nunciorum conclavi conſtitutiones concipiuntur 717. 719 eorum ſecuritas 718. electio in conventibus relationum 820. eorum numerus 687. ſeqq. *requiſita 689. ſalaria 690. jusjurandum 705. locus conſilii 715. ex nunciis terreſtribus deputati eliguntur 814*

O.

Oeconomiarum conſtitutio 920

Ocreas ferreis ſoleis muniendi mos 36

Olgerdus Magnus Dux Poloniam occupat 207. Poloniam in formam provinciæ

vinciæ redigit ibid. *ab Olgerdi filiis Duces Lithvaniæ deſcendunt* 209
Ordinatio Lublinenſis 801. *ordinatio tribunalis* 801. 804
Ordo Enſiferorum oritur 943. *Ordinis Teutonici Magiſter* 468. *ordinum titulus* 306. *habitus ordinum poſt Regis mortem* 330. *promulgatio ordinum* 333
Oſſolini Dux creatur à Papa 594
Oswiccienſis Ducatus 126
Otto III. nihil juris in Pomeraniam habuit 147

P.

Pacta conventa 363. *quando ſcribi cœperint* 364. *pacta badiacenſia* 377 *pactorum conventorum contenta* 364
Palatinus Polecenſis 420. *Gniercovienſis* 462. *Gedanenſis & Swecenſis* 462 *Kiovienſis* 469. *Lublinenſis* 470. *Ravenſis* ibid. *Valachiæ an ſenator ſit Poloniæ* 429. *Palatini* 35. *horum duodecim* 451. *Palatini Generales* 506

eorum munia ibid. *Palatinorum ordo* 502. *Vicarii eorum qui* 461. *Numerus non ſemper idem* 451
Pancernicy 904
Pax Olivenſis 194. *Pax perpetua inter ſigismundum* 1. & *Albertum* 1. *Pruſſiæ Duces* 180
Pecuniam oliam Lithvania non habuit 406
Pedites ex agris 848. *ex urbibus* 849
Peditatus Hungaricus quo tempore invaluerit 878. *Peditatus in expeditioni generali* 848
Petrus Swenze novas res in Pomerania molitur 171. *capitur, ſed mox dimittitur* 173
Petyhorskie Choragwie 904
Peucini an Germani 7
Piaſtus miraculo ad principatum pervenit 68
Plebeiorum conditio in Pruſſia 620
Plettenbergius Wilhelmus ſeſe ab ordinis Teutonici imperio redimit 187
Plettenbergius Waltherus ſeſe ab ordinis Teutonici imperio redimit & Princeps Romani imperii fit 951

Plo-

Plocenſis Epiſcopus 498

Poborcy 404

Podlachia redit ad Regnum 227

Podolienſes ad Cameneciam conſiſtebant 855

Pœna occiſorum in Polonia variat pro conditione occidentis 637. *Nobilitatem mentientis quæ pœna* 645

Polonia ſeculo X. Imperatoribus Germanicis facta tributaria 52. ſeqq. *in multas partes dividitur* 74. *excolitur à Germanis* 78. *Major Polonia* 234. *Minor* ibid. & 236. *Mixta eſt ex Monarchia & Ariſtocratia* 925 *Unde proverbium ortum*: Polonia confuſione regitur 929. *Poloniæ Principes olim ſe vocabant hæredes* 66. *Principes in quatuor claſſes diviſi* 22. & ſeqq. *eorum nomina* ibid. *memorabilia eorum* 32. *amplitudo ejus* 28. *fines verſus orientem* 32.79 152. *antiquæ fines* ibid. *primus Chriſtianus Princeps* 38 *Poloniæ Reges vid.* Reges *Poloniæ diviſio* 232.238.239.242 *diviſio fabuloſa inter Leſſi III. filios* 100. *cives Kmetones vocantur* 245

Poloniæ Primas quis 485. Generales majores & minores qui 525. Poloniæ accedunt variæ Regiones 215. 221. 226. in Polonia tres ordines inveniuntur 243 Plebs plane excluditur à Regimine 923

Poloni unde dicti 29. ſeqq. *An Germanorum Imperio fuerint ſubjecti 45. à Carolo M. non ſubacti 45. quomodo jugum Germanicum excuſſerint 57 inter Evangelii lectionem gladios ſtringunt 70. à Sigismundo III. fruſtra deſtitutionem Eſtoniæ poſtulant 193 nulla ſecum in bello ſcorta ducunt 870 Polonorum arma 902. ſocietas cum Lithvanis cur diſſoluta 212. eorum conjunctio ſerio quæritur 213. 211. prætenſiones in Ruſſicas Provincias 211*

Pomerania an Julii Cæſaris tempore inhabitata fuerit 963. an recte dicatur Slavonia 1005. quando orta 962. ſeqq. *Unde derivetur 144. 996. quando ad Chriſtianam Religionem converſa 153 1037.* ſeqq. *eſt maritima 244 an Polonis olim fuerit ſubjecta 145 jugum quomodo excuſſit 150. dividitur in filios Swantibori 151. Pomeraniæ*

Duces

Digitized by Google

Duces à Slavis orti 1015. 1001. an à Pomeranis an à Polonis electi 1016. ſeqq. *nobilitas Pomeraniæ 1021. urbes quot & quæ 1026.* ſeqq. *à quibus conditæ 1028.* ſeqq. *quando 1931.* ſeqq. *Quæ primum Chriſto nomen dedere 1045.* ſeq. *quando uſurpari cœperint Duces nomen. Slavorum 1002. Principes Pomeraniæ qui 1009.* ſeqq. *an imperio Germanico ſubjecti* 1034

Pomerani Germanorum habitum, linguam, mores unde aſſumſere 1007. Pomerani veteres 6. Occidentales moribus Germanorum aſſueſcunt 151. Orientales jugum Polonicum ſubeunt 152

Pomerellia Primislao Poloniæ Regi traditur 157. in Pomerellia Gedanenſis & Swecenſis Palatini 462

Pomeſanienſis Epiſcopi concertatio de titulo 499

Popielus I. & II. 36. à muribus corroſus ibid.

Paradne ſive tributum 393

Porobi ſive Coſaci 886

Posnanienſis Epiſcopus 497

Poſpolite Ruzenie quid ſignificet 846

Poſtarum generales Præfecti 553
Poteſtas Regum Polonicorum, in legibus ferendis 309. *judiciaria* 386. *hæc ubi exerceatur* 384
Præfecti generales Teloniorum & Poſtarum 553
Prælium ante non committitur, quam hymnus decantetur 865. *ritus moderni in prælio qui* 866
Præſes Spiritualium ex Archidiœceſi Gneſnenſi mittitur 798
Prætenſio Cruciferorum in Pomeraniam 156. ſeqq.
Primislaus II. titulum Regis reſumit 40. & 35. 77.
Principes Poloniæ olim hæreditario jure ſuccedebant 446. *horum poteſtas olim abſoluta fuit* 844
Privilegia Nobilitati data 385. *Provinciarum quarundam* 854
Proclamatio Regis 327
Procurator magus 854
Propugnaculum Tabor 891
Proſcriptio ejusque vis 818
Proventus regni 397. 919
Provocatio ad Regem 783. *provocationes*

nes ad ſedem Conſtantinopolitanam interdicuntur 378. 843. a judiciis Marſchalcalibus 829. ad Epiſcopum 842.

Pruſſia 234. Lutheraniſmum recipit 471 a vectigalibus libera 625. populari libertate olim gaudebat 907. Pruſſiæ duces Polonorum ſocii 855. ejus Dux Conſiliarius Regis Poloniæ 469. Civitates contra tribunalia proteſtantur 786. prima ſubigendæ fundamenta quis jecerit 178

Pruſſi, ob electionem Epiſcoporum, tumultuantur 413. antiqui 6. unde nomen habeant 167. rebellant 170 infeſtant Poloniam ibid. *Regi ſe tradunt 178. terreſtria bona poſſidere poſſunt 641. Pruſſi in Pruſſia olim conſultabant 700. arma Regem Polon provocare quando cœperint 785. veteres tribunali non ſubjecti erant 785. ultra Viſtulam Oſſam & Drewantiam non progrediuntur 855. Pruſſorum veterum Reſpublica 167. eorum converſio non ſuccedit 170. horum Privilegia ab ordine Teutonico 649*

Q.

Quarta pars redituum cui concedatur 879. quarta multiplicatur 880. quartæ adminiſtratio 403. 880. hujus Judices ubi conveniant 880. ad ejus cuſtodiam quis pertineat 881. a quarta Ravenſi qui dicantur 882
Quartiani milites a quo dicantur 882 unde ſuſtententur 879
Quæſtores quando conſtituti 558
Querelæ de ſtipendiario milite 874. querelarum officium 775. cauſæ quæ ad judicium querelarum pertineant ib.

R.

Radzivilius dux belli non Senator 550
Radzivilii Duces quando creati 593 606
Rationes pro Piaſto 312. rationes Olzowsky pro eodem 313
Ravenſis quarta 882
Referendarii 526. 550
Regeſtra 801
Regentes Cancellariæ 551
Regnum Poloniæ olim ſucceſſivum 59 nunc vocatur ſed non eſt 63. primum Heroicum 907. ſecundum barbaricum 908 ter-

Digitized by Google

908. tertium Æſymneticum 908. quartum Laconicum ibid. an Venetum an Laconicum 913. quæ horum regnorum differentia 914. quintum abſolutum 909. regnum Polonicum olim non erat barbaricum 910. neq; Heroicum 911. niſi Chriſtianiſmo recepto 913. abſolutum 912. an ex tribus mixtum 922. ex Ariſtocratia & Monarchia mixtum 925 quæ forma prævaleat ibid. regni Poloniæ poteſtas 918.
Religio Lutherana vid. Luther. religionis reformatæ incrementa 90. ſeqq.
Reſidentes in aula regia 527. exterorum Principum 290. in bello Regem comitantur 738. eorum numerus 735. 738 ſalarium 737
Reſpublica Polonica cum Republica Veneta comparatur 917
Reſtes ſive literæ reſtituuntur 895
Revalienſes primo Danis poſt Svedis ſe dedunt 953
Reviſores ad regia bona mittuntur 781
Rex electus jurat 327. electores in campo inviſit ibid. regno ſe abdicare nequit 269. ante coronationem dignita-

tes diſtribuere non poteſt 331. ſui coronationem omnibus denunciat 334 non diſponit de bonis regiæ menſæ 438 agros proprios & hereditarios non poſſidet 443. extra fines regni proficiſci non audet 445. in conſultationibus quomodo ſe habeat 447. Nobilibus bona caduca conferre poteſt 624. præter Senatores regni nullos habet Conſiliarios 727. Regis Electi titulus & ſigillum 331. Coronatio 333. Ingreſſus 335 exequiæ 336 electio & coronatio 245 Regis eligendi modus 322. renunciatio electi Regis 323. munia ejus in controverſiis exortis 723. Comitatus ejus 852. Cauſa cur hodie à Rege non creentur Comites & Duces 432. Reges Poloniæ ſibi ſucceſſores deſignant 83 Reges duo electi 102. 104. 323. Reges ſepeliuntur poſt electionem novi Regis 250 cur dicantur Reges orthodoxi 374. ex conſilio ſenatus cœperunt ferre leges 391. quid ſinguli Reges promittant 448 Quarta claſſis Regum Poloniæ 100. Filii Regum 526. Reges ſuos magno honore Poloni proſequuntur 925

Regis

Regiæ menſa bona 394
Reginæ Miniſtri Aulici, 53. *Reginarum coronatio & ſuſtentatio earundem* 358. 359. 360
Riga conditur 186
Ringeldus I. Magnus Dux 204
Ritus Romani in Ruſſiam introducuntur 367
Rob... & illius vocis derivatio 928
Romove qualis civitas 935
Rotomagiſtri qui 5..
Ruſſia à quo dicta 196. *quomodo à Polonis & Lithvanis occupata* 197. *convertitur ad Chriſtum* 198. *Rebellat contra Boleslaum audacem* 200 *ſed redigitur in obſequium* ibid. *donatur à Caſimiro juſto* 200. *Ruſſia rubra* 235. *alba* ibid. *utraq; olim Græciæ religioni addicta* 367. *illius mutationes in Religione* 367 *ex Judaica, Romana, & Tartarica* 368. & ſeqq. *ejus ambitio* 196. *Primus ejus Monarcha* 199
Ruſſia duplices fovet Græcos 376
Ruſſi Lithv. tributariam fecerunt 197. *Rebellant* 200 *Halicienſes* ibid. *à quo domati* ibid. *debilitati* 374. *eorum ſenatores* 476. *ipſorum conjunctio cum Eccleſia Romana* 374. *ſenatores Ruſſici* 463. *Epiſcopi* 464. *Ruſſicæ nobilitatis privilegia* 642
Ruſticorum ſtatus & conditio in Polonia 617. 619 *leges pro iisdem datæ* 6.8. *eorum ſtatus in Pruſſia* 620. *Ruſticus ruſticum occidens qua pœna teneatur* 639
Ruticiliı populi 971

S.

Sacrorum ius 366

Samogitia traditur Cruciferis 276.135. Epiſcopus ejus 499. Epiſcopatus ejus quando inſtitutus 466. Gubernator ejus 420

Samogitæ à Cruciferis deficiunt 177

Sancenſis Præpoſitura abſtrahitur à Polonia 141

Sapicha titulum Principis recuſat 608

Sarmatia antiqua 1. Ejus gentes 2. Fines 3. & ſeq.

Scabini in Pruſſia 421. eorum electio 745. ex Magiſtratu Thorunenſi 746

Scartabelli qui dicantur 638. hujus vocis derivatio ibid. & ſeq. *errat in eo Priluſius* 660

Schlachtæ vocis derivationes variæ 583. ſeq. *vera quæ* 584

Slavicæ gentes liberæ fuere 310

Secretarii 526. Majores ſunt Eccleſiaſtici 549

Munia Secretariorum 549

Secta Huſitarum ſive Bohemicorum fratrum 369

Seculares dignitates 417.

Sedecim viratus ſenatorius 734. Hodie non ſedecim ſed viginti octo conſtat 735

Semgallia Ethnicæ ſuperſtitioni addicta 945.

Semgalli trahuntur ſub jugum 947. promittunt tributum 946

Senatores Pruſſici 467. Ruſſici 463. 476. Volyniæ & Podlachiæ 471. Livonici 474. quando & à quo inſtituti & quomodo depoſiti ibid. *Czenichovienſes 474. Ruſſorum 476. extra Regnum ſine conſenſu ordinum proficiſci non audent 527. Senatores ſecundum Palatinatus & diſtrictus*

ſtrictius diſtributi 536. quem ordinem in dicendis ſententiis obſervet 711. Majores Minoreſque Senatores qui 460. quo tempore majorem Majores acquiſivere poteſtatem 46. Sileſiaci 462 Titubanici 465. albæ Ruſſiæ 466. Senatorum ordo 497. 482. 484. Juſiurandum 528. ſuffragia ubi dicantur 410
Senatus fere totus Lutheranus vel Calvinianus 471. Senatus Polonici & Lithvanici conjunctio 467. ſalutat Regem 703. negotia quæ in Senatu tractentur 770
Severiæ Duces deficiunt 217
Severienſis Ducatus Jagelloni ſubjectus 216. Severienſem Ducatum emit. Sbigneus Epiſcopus Cracovienſis 126
Sideni populi 971
Sileſia unde dicatur 114. olim ad Poloniam pertinuit ib. ab Imperatoribus Germanicis ſubigitur ib. proprios accipit Principes 121. Penitus à Polonia divellitur 123. Sileſiæ appellationes 114. quis tributariam primo fecerit ib. Status Sileſiæ 120. Duces 121. 122. ſemina diſcordiæ inter Poloniæ & Sileſiæ Duces gliſcent 122. Polonorum ſententia de Sileſia 117. Sileſiam ſibi Boleslaus I. ſubjecit 117. Polonorum jus in Sileſiam 128
Sileſii veteres 6. ab Imperio deficiunt 116. in Germaniam excurrunt ibid. ſubigitur ibid.
Sileſiaci ſenatores 462
Sigillum Camerale Reges non habent 437
Sigiſmundus Auguſtus 90. titulo hæredis Regni utitur

utitur 82. Evangelicis favet 91. Sigismundus III. 104. Sigismundus in quo Religione educatus 105. Jeſuitis deditus 106. quot annos Regno præfuerit ibid. Sigismundus I. 90. in periculo Regiomonti verſatur 92
Silvarum Præfecti 573
Simultates inter Ericum Regem Svediæ & Johannem Principem Svediæ 190
Skirmundus Dux Lithvaniæ 204
Slavi premunt Thuringos 15. premuntur à Francis 16. Provincias Germanis adimunt ibid. variis gentibus miſcentur 18. liberi non parebant Regibus 30. in hodierna Germania habitant 47. eorum nomen unde 14. varia nomina 17. Gentes variæ 30. Bella eorum 31
Smolenſcenſis Epiſcopatus 475
Sobioſciorum familia ad Regium nunc thronum evecta 663
Stephanus Bathori 102. Ejus virtutes ib. pacem facit cum Moſcis 192. bella ejus 218. Tribunalia ſumma inſtituit 385
Stralſunda quando condita 1035
Studioſi ex Academia Cracovienſi diſcedunt 370
Subditi Nobilium à vectigalibus liberi 615
Subislaus Monaſterii Olivenſis conditor 154
Succamerarii 421. 561. 563. 778. Vexilliferi vocantur 567. Pruſſici non exercent judicia limitanea 779. eorum functiones 580. 778. Notarius ſuccameralis 779. proprios limites conſtituere nequit. ibid.
Svedica bella 105

Succo-

Digitized by Google

Sveones à Germanis originem habent 982. ſeqq.
Svevi an Pomeraniam coluerint 966
Suffragia collecta, typis imprimuntur 326. *ſuffragiorum ordo* 684. *quinam ſuffragia dent* 687
Svidnicenſium Dux manet in obſequio Polonorum 325
Supani nobiles Poloniæ dicti 581
Surrogatores qui 57. *generales ubi* 172
Swantiporus Dux Pomeraniæ 150. *Pomer. Duci Poloniæ, ſubjicit* 157. *In ejus filios Pomerania dividitur* ibid.
Swentopelcus II. 154. *Leſcum Album interfecit* 185
Szopa Senatorum quid 295
Tabor propugnaculum 891
Tartari usque in ſileſiam penetrant 76. *Ruſſiam vaſtant* 203. *in Moldavia habitant* 229. *Tributum poſcunt* 876. *Tartari Lithvanici* 877. *donativum Tartaris promittitur* 877
Teloniorum Præfecti 574. 562
Tempus triplex Varro cur conſtituerit 932
Termini generales ſive colloquia generalia 384. 782
Terras ad Regnum pertinentes alienare nequeunt Reges 438
Teutonici ordinis Magiſter 468
Theſaurarius Pruſſiæ 556. 112. *ſupremus vice Theſaurarius vocetur* 580. ſeqq. *Theſaurarii* 574 *Jusjurandum eorum* 534
Theſauri Notarius ſupremus 551
Thorunenſe colloquium 106
Thorunenſes Senatores cuinam judicio aſſideant 562
Titulus vide Barones, Comites, *&c. Ducum & Comitum qui hodie retineant* 620. *Cancellar. & Marſchalcorum* 518. *Caſtellanorum* 514. 508. *Archiepiſcopi* 488. *Legati nati* 485. *Ordiuum* 306 *Boleslaus II Regis titulum amittit* 40. *Primislaus II. amittit Regis titulum* 40. 77. *Rex titulo hæredis Regni Poloniæ non utitur* 366. *controverſia de titulo*

tulo Epiſcopi Pomeſanienſis 499. de Titulo Regis Poloniæ 8. Scriptorum Germanorum ſententia de Regio titulo Boleslai 43. titulo hæredis Sigismundus Auguſtus 82. Henricus Valeſius abſtinet titulo hæredis ibid.
Tonſura Polonorum 72
Tranſactio Sigismundi cum Capitulo Warmienſi 418. non obſervatur ibid.
Tituli æquali Magiſtratus 56. 577
Tribunalia ſumma inſtituta 385. 785. 787 ubi celebranda 788. quo tempore inſtituenda 790. in Lithvania quando habeantur 791. Tribunalia theſauri 819. 823. Securitas eorum 823. Ordinatio 801. Decreta 805. Tribunalium Marſchalci 582. locus ſæpe mutatur 789 quinam his ſubjecti 785. 787. Lithvones non agnoſcunt tribunalia 786 Cauſæ ad tribunalia ſpectantes 799. appellatio ad tribunalia quando non concedatur 799. cauſæ quæ prorſus ad tribunalia non pertinent 800. ex tribunalibus ad judicia comitialia quæ cauſæ remittantur 809. judices in judiciis tribunalitiis 791
Tribuni Artium 854. Terreſtres & Caſtrenſes 564
Tributum paradne quid dicatur 393. jus tributum imponendi penes quem 392. Nobilium bona à tributis ſunt libera 394
Turbæ in Polonia motæ non toti genti tribuendæ 927
Turcæ infeſtant VValachiam & Moldaviam 228
Cameniecam Podoliæ expugnant 230

V.

Vandali à Venedis quomodo differant 8 ſunt Germani ibid. confunduntur cum Venetis 16. unde dicti 968
Vaſallorum nuncii quomodo audiantur 305
Vectigalia in Regno 401. & Nobiles aliquando ſolvunt 626
Vellus aureum Michaeli Regi Rex Hiſpaniæ mittit 351

Vena-

Digitized by Google

Venationis jus 436. *Archiepiſcop. conceditur* 437. *Venationes aliquando liberæ* ibid. *Ven.* [illegible]*orum munia* 597. ſeq.
Venedæ vel Venedi qui 2. *an Germani* 7. *à Germanis quomodo differant* 8. *ſunt Sclavi* 5 *primi Pruſſiam incoluerunt* 983. *an ex Dalmatia eo pervenerint* 991. *Horum ſinus ubi* 3. *ſedes eorum* 11. *migrationes ad pontum Euxinum* [illegible] *in Germaniam* 12. ſeq. *in Thraciam* 13. [illegible] *Vandalis confuſio unde* 18
Veneti Ducis conditiones 91[illegible]
Vexilliferi in Pruſſia, à Rege conſtituti 421. *Majores & Minores* 207. *Munia eorum* 57[illegible]. *vide &* Succamerarii.
VicePalatini 576. *Vice-Procurator* 57[illegible]. *Capitaneus* 576 *Burggravii* 576 *Theſaurarii* [illegible]9. *Tiwani* 576
Vidua Regina inviſitur ab Ordinibus 293
VilnenſisEpiſcopus 497. *urbis Vilnenſis incolæ bona terreſtria poſſidere poſſunt* 64[illegible]
Vindislaus & alii Duces tributarii 54
Vinno Magiſter Ordinis Enſiferorum 944
Viſtula non dicitur Vandalus 944
Vitoldi res geſtæ 215
Vkraina 235
Vladislaus Rex 106. *ejus nominis etymon unde* 14
Volhyniæ procurator magnus 563
Vrbes præter ea quæ habent bona terreſtria, alia emere nequeunt 642

W.

VVaidewutus ejusque filii 163
VVarmienſis Epiſcopatus 498
VValachia & Moldavia 227. *infeſtata à Turcis* 228. *VValachiæ Palatinus Senator fit Poloniæ* 479. *Petrus VValachiæ Princeps Turcæ fit Tributarius* 228. *jus Polonicum in VValachiam* 229
VVenceslaus unde dicatur 14. *Primus in Polonia monetam argenteam invexit* 406
VVenda 34. *In Viſtulam ſe præcipitat.* ibid.

VVla-

VVladiſlaus Hermannus 3 106. Et huius nominis Sileſia potitur 7. VVladiſlaus Laſconogus unde dictus 75. Locticus 7. ex poſtulat cum Cruciferis 174. VVladiſlaus Jagello prima fundamenta jacit Pruſſia ſubigendæ 178 VVladiſlaus Princeps Poloniæ 106. Magnus Dux Moſcoviæ creatur 219. Res geſtæ ejus contra Moſcoviæ Ducem 220. Pact. inter VVladiſlaum Jagellonidem & Cruciferos 177

VVoiwoda unde dicatur 33

Volodimirus imperium Ruſſicum inter decem filios impartitur 98. Bella inter filios VVolodimiri ibid.

VVratiſlao ab Henrico Imp. ſit poteſtas ſubjiciendi ſibi Poloniam 118. a VVratiſlao VVratiſlavienſis urbs dicta 119

VVrotislavienſis Epiſcopus vid. Epiſcopatus.

VVſchowienſe territorium

VVybrancii quale militum genus

Z.

Zamoſci elogia 607. ſeq.

Zatorienſis Ducatus 1

Ziemecz qui olim & nunc dicti 580

Ziemianie antiquis temporibus nobiles dicti 582

Ziemomyslaus Poloniæ Princeps 69

Ziemovitus fortis Dux 69

Ziwiecenſis Comitatus 444

FINIS.

BIBLIOTECA VITTORIO EMANUELE ROMA

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google